COMMENTARIA
A D
CONSTITUTIONES
APOSTOLICAS.



COMMENTARIA
AD
CONSTITUTIONES
Apostolicas,

SEU BULLAS SINGULAS
SUMMORUM PONTIFICUM
In Bullario Romano contentas secundùm collectionem CHERUBINI,

INCIPIENTES
A DIVO LEONE MAGNO.

AUCTORE
VINCENTIO PETRA
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALE
Tituli Sancti Onuphrii.

TOMUS PRIMUS.





VENETIIS, MDCCXXIX.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.





FRANCISCUS TOSQUES
LECTORI.




Ogitanti mihi ſæpenumero, quamobrem, cùm in adornandis variis Pontificii Juris collectionibus à primis fermè Eccleſiæ temporibus, præſtantes pietate, doctrinaque Viri, cum Græci, tum Latini, ſumma diligentia, & maxima laude verſati ſint: tum inconcinnatas, ſeu breves notas, ſeu perpetua ediderint commentaria: illa tantùm hujus Juris pars, Apoſtolicas Conſtitutiones, ſive (ut ajunt) Bullas quæ continet, quæque, uti eſt, noviſſima appellatur, nullius ſit adhuc illuſtrata lucubrationibus: Nullius enim, quod ſciam, hujus argumenti conatus vidimus hactenus, qui nempè univerſum corpus hoc aggredi ſit auſus: Non alia profectò ratio veniebat in mentem, quàm quòd eruditis, ſanctioriſque Juriſprudentiæ profeſſoribus, noviſſimum hoc Pontificum Maximorum Jus cum ad Fori uſum ſpectare maximè, tum religioſarum inſtituta familiarum, & œconomiam attingere, ſimiliaque quorum nec liberalis cognitio, nec admodum neceſſaria videatur: Forenſibus autem, pragmaticiſque hominibus, ſatis per ſe claræ, apertæque viſæ ſint, evidentiùſque patere, quàm ut ullius commentarii luce magis dilucidari queant. Quæ mecum ipſe ſedulò reputans, non potuimus adduci, ut ab eorum judicio non magnoperè diſſentiremus, atque in eam facilè deſcenderemus ſententiam, optimè de ſacra Juriſprudentia, boniſque litteris, & Foro meriturum, qui univerſum hoc poſtremum Jus perpetuis illuſtraret commentariis. Id quod cum facilè in primis unius Antonii Auguſtini conſultiſſimi ſimul, ac eloquentiſſimi viri, cujus præclariſſima ſanè, & tantùm non divina in omne penè litterarum genus exſtant promerita, perſuaderet loco omnium authoritas: qui, cùm ſuis emendationum libris Juris Pontificii, & Civilis labes abſterſiſſet, nihil antiquius habuit, quàm hujus quoque poſtremæ partis præcipua capita colligere, & animadverſionibus illuſtrare: Tum profectò, quanta ſit noviſſimi Juris hujus dignitas, ac præſtantia, quin & jucunditas, quodque honeſtè ab cultioris Juriſprudentiæ profeſſore ignorari minimè poſſit, non uno poſſemus rationis genere oſtendere. Verùm, quando hæc fusè proſequi neque loci, neque ſcriptionis hujus ratio expoſtulat; ſatis mihi viſum eſt, illam rerum omnium cognitionem, Lectoris ob oculos ponere, quam ſibi hoc unum noviſſimum Jus expoſcit. Id quod licèt neminem ignorare arbitrer, niſi, aut vehementer ipſi fallimur, in maxima is rerum ignoratione verſetur; tamen de infinita penè re, commodum hìc putavi quambreviſſimè præcipua commemorare capita. Eorum

rum namque imprimis flagitat scientiam, quæ Fidem spectant, & dogmata, cùm aut in Conciliis de Religione decretis, quo perpetuò constarent, divina sanè Romani Pontificis, infallibilisque accessit auctoritas; aut cùm illa ab solis Pontificibus Maximis statuta fuere, quorum sunt hæ Constitutiones refertæ. Disciplinæ Ecclesiæ, ac politiæ; morum similiter, & rituum; atque horum omnium tot, tantarumque conversionum, quarum fuerunt occasione hæ conscriptæ leges. Omnis demum historiæ cum ecclesiasticæ, ac profanæ; tum temporum, factorumque scientiam, non communem illam quidem, ac vulgarem, sed retrusiorem, ac selectiorem. Sunt enim in omni scientia, & arte fontes adeundi primùm, & recludendi, non rivuli consectandi tantùm: quod posterius qui faciunt, iis certè nunquam rectè scire contingit: Jus autem omne, ac Leges, si altè, &, ut oportet, à capite repetantur, summa quædam scientia est, atque doctrina, cui, quod est in qualibet facultate præcipuum, & præclarum, est implicatum: etenim si quam habet Philosophia dignitatem (habet autem omnium opinione maximam) ea fuit omnis in Jurisprudentiam translata. Non enim, ut Cicero de Legibus differens ait, à Prætoris edicto, ut plerique nunc, neque à XII. tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima Philosophia haurienda est Juris disciplina: cùm, ut alibi idem scribit, Jurisprudentia sit genus philosophandi minimè arrogans, maximèque constans, & elegans. Restat alterum reprehensorum genus, quod satis convictum arbitror tot notissimis Constitutionum, sive Bullarum exemplis, de quibus tantoperè non solùm indocti, sed etiam docti diffident. At quando harum Constitutionum pleræque, ex iis, quæ ad Forenses pertinent, aut electiones canonicas, aut contractus, aut judicia attingunt, iisque similia, quæ Decretalium libris conclusa sunt; non video quid causæ sit, si in horum Commentariis optimè locatam operam arbitrentur, taliumque scriptionum laudibus forum resonet omne, cur in novissimo hoc tantùm illustrando jure malè locatum iri censeant. Istorum ego proinde Commentariorum utilitatem, necessitatemque, uti est doctissimorum hominum sententia, animo revolvens; eorum bonam partem à Vincentio Petra V. Cl. & in Romana Curia Prælato, qui ad usum rerum, quo valet plurimùm, summam addit Theologiæ, ac historiæ Ecclesiasticæ, omnisque juris doctrinam, perfectam esse vidi: quæ, ubi mihi, ea vetus cum ipso intercedit necessitudo, legendi potestatem fecit, primùm, opus magnum quod habebat in manibus, suasi ut perficeret: mox, adeò illa mihi visa sunt cum antiqua, cultiorique eruditione referta, tum ab ipsarum origine repetitæ res, atque omnia plenè, ac graviter, subtiliterque tractata, urgere cœpi, & impellere, ea in lucem ederet, quæ erant & absoluta, & limata; hoc potissimùm tempore, in Clementis XI. P. M. nomine, quem Deus nobis præbens, singulari quadam hoc sæculum est beneficentia prosecutus, cujus inter animi, mentisque virtutes, quæ cuique præstet, si qua modò præstat, nescias; adeò unaquæque omnes in se numeros habet. Sub quo confido cum scientias omnes, & liberales artes; tum quæ ad has proximè accedunt, iri restitutum: eamque gratiam doctis hominibus ab sapientissimo Principe bonas literas inituras, qualem eum decet, qui, uti est omnium dignitate Pontifex Summus, ita sapientia, atque virtute est summus hominum quoque. Existimavi, siquidem egregiè opus hoc probatum iri, quòd iis, quæ ad Fori usum pertinent, doctè, graviterque disputatis; quo plenior esset, cumulatèque perfecta tractatio, Constitutionum occasionem ac causam, temporis quoque historiam, Ecclesiæque statum uberrimè describit. Ex iis verò Constitutionibus, Commentariisque, quæ prælo parata habet, sunt autem quadringenta, quæ quatuor libris comprehendi possent, nisi viginti hoc volumine conclusa prodeunt: neque proinde in immensum, & infinitum,

uti

uti fortasse videtur, excrescet opus: ubi etenim materiæ alicujus disputatio, de qua longum in priori alia Constitutione sermonem instituit, denuò incidat, quod in ea præcipuum, peculiareque sit enucleato, ad priorem illam Lectorem rejicit. Hoc interim volumine Lector fruere: alterum propediem expecta. Neque enim aliter fieri potuit: publico namque jus dicendi munere Autor destinetur, cui sedulò, gnaviterque incumbit: cùmque se huic evulgando operi totum dedere nequit, tantum temporis huic reliquit, quantum vacavit ab illo, ac forenses feriæ concesserunt. Ad hæc namque studia acri tendit animo, ad quæ Majorum suorum domestico exemplo incenditur: Siquidem in nobili veterique Autoris familia, feudis ac affinitatibus, & Neapoli, ejus patria, & Romæ clara, Infulis, Magistratibusque ornata, quæque continuatis honoribus floruit, veluti in Papiniani domo, familiare fuit Jurisprudentiæ studium, & amor; cujus illustria monimenta sunt Prosperi abavi, Domini Vastigirardi, ac aliorum feudorum, in Capycium, & Grammaticum doctæ ex quidem, ac forensibus probatissimæ notæ; & Caroli patris, eorumdem Ducis avitorum feudorum, quatuor ad M. C V. Ritus volumina sanè quàm docta. Intellexisti itaque Lector, cur mearum partium esse duxi, te opportuna præfatione de totius operis instituto, rationeque admonere, quod æqui bonique consulas velim, atque meum factum perinde abs te probari, ut eo ipse tibi consulere, prodesseque volui. Vale.



ELEN-

ELENCHUS CONSTITUTIONUM
SEU BULLARUM, AC MATERIARUM,
Quæ in hoc Primo Tomo continentur.

PROOEMIUM.

§. I. *Proœmialis.*

§. II. *Proœmialis.*

§. III. *Proœmialis.*

§. IV. *Proœmialis.*

D. LEONIS MAGNI
CONSTITUTIO PRIMA
incipiens (*Occasio.*)

EU-

EUGENII III.

CONSTITUTIO PRIMA
incipiens (*Sicut per litteras.*)

CONSTITUTIO II.
incipiens. (*Sacrosancta.*)

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Quantum.*)

NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padova.


HAvendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Commentaria ad Constitutiones Apostolicas, Auctore Vincentio Petra*, non esservi cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 28. Settembre 1726.

(Carlo Ruzzini Kav. Proc. Rif.
(Andrea Soranzo Proc. Rif.
(

Agostino Gadaldini Segr.

AD



AD COMMENTARIA IN CONSTITUTIONES APOSTOLICAS, seu Bullas SUMMORUM PONTIFICUM.

PROŒMIALIA.

SUMMARIUM.

1 *VEritas examinata magis splendescit.*
2 *Quomodo imitandæ sunt ab Auctoribus apes ex diversis floribus mel seligentes.*
3 *Ordo in omni opere apprimè necessarius.*
4 *Sensus Authoris in hoc opere.*
5 *Brevitas commendatur, dummodò non obsit intelligentiæ, & innuitur ordo Operis.*
6 *Initium cujuscumque Operis sumendum ab invocatione Divini Numinis. Id præstat Author, subjiciendo suum opus censuræ S. Romanæ Ecclesiæ.*
7 *Principium est cujuscumque rei pars potissima.*
8 *Exprimitur ordo habendus in sequentibus §§ Proœmialibus.*

Ropositum Commentariorum opus aggressurus, multa à Viris Illustribus dispersim relata inveni, quæ juvat sub ordinem ponere; numquam enim fugienda sunt, quæ priores disseruere, cùm nihil sub Sole novum; sat enim est ab aliis inventa, vel cultu reddere blandiora, vel
1 coacervatione uberiora; veritas, namque, sæpiùs
examinata magis splendescit, *c. grave num. 35. q. 9.*
Jason *in l. jubemus num. 8. C. de jud.* & Petrarc. *epist. 7.*
tradit, imitandas esse apes ex diversis floribus mel se-
2 *ligentes.* Ego verò timeo, quin imperitus in colle-
ctione à tot excellentibus viris, quorum auctoritate
in hoc opere utar, ipsis materiis naturalem dulcedinem auferam. Hinc quæ brevi tempore, tot meis occupationibus præpeditus, valui colligere, ut earum dulcedo non amittatur, pro viribus ordini tra-
3 dam; nam ubi non est ordo, ibi confusio, & scire quid facias, ac nescire quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, Bald. *in proœm. ff. num. 2.*

Opus itaque quod suscipio, est commentari Bul- 4
las, seu Constitutiones Apostolicas; non quidem sensum illarum detorquendo, aut extendendo, ut à propria Legislatoris mente deflectam; sed in varias materias in Bullis enunciatas, sermonem protraham, eas declarando juxta sensum Bullæ, limitando secundùm alias posteriores Constitutiones, & dubia indè emergentia explanando, juxta opiniones DD. ac ubi Commentarium magis longum erit necessarium, illud dividam in sectiones, ut materias lectori commodiùs legendas præparem.

Cæterùm brevitatem, quoad fieri potest, ample- 5
cti curabo, cùm gaudeant brevitate moderni, ut nec etiam syllabam minimè necessariam apponam *ex l. 1. ff. quod metus causa*, Paris de Puteo *tract. de Syndic. tit. de excess. Advoc. in princ.* & quò brevior, eò dilucidior ac cognitu facilior narratio fit, Cic. *1. rhet.* ità tamen brevitati studebo, ut nihil intelligentiæ detrahatur, ne, dum brevis esse laboro, obscurus fiam; Arg. *tex. in l. 1. §. 1. ff. de hered. instit. l. verbum*, ubi Gloss. & Bal. *C. de fideicom.* Sed quia in pluribus Bullis aliquando de eadem agitur re, ideò aliqua in una, cætera in sequentibus adjiciam, ne inutilis repetitio fiat; quandoque tamen in aliquibus peculiaribus conclusionibus, aut ubi mea opinio contradictores habebit, tunc in probationibus adducendis, atque in adversariorum argumentis referendis, & confutandis longiùs morabor, ne cursim differendo articulum, deficiam in probatione, & claritate, quam subjecta materia postulat, sicuti non curabo doctrinarum cumulum ponere in quacumque conclusione, non quidem labore perterritus, sed considerando longum opus, quod aggredior, parcè usus sum aliquando auctoritatibus.

Verùm, quia initium cujusque operis sumi debet 6
ab invocatione Divini Numinis, sub cujus tutela

opus faciliter, atque concinnè finem agnoscere possit,
ut servarunt etiam Gentiles, Plato *in Thym. fol.* 733.
versus finem, Cic. 1. *de leg. fol.* 324. *in fine*: quapro-
pter ego indignus SS. Trinitatem invoco, Patrem,
& Filium, & Spiritum S. ad quam, & per quam
omnia diriguntur; imploro quoque auxilium Beatis-
simæ semper Virginis Mariæ, Sanctorumque meo-
rum Tutelarium protectionem; & cuncta in hoc
opere contenta, atque scripta, judicio Sacrosanctæ
Romanæ Ecclesiæ, in cujus gremio vivo, & mori
intendo, submitto.

Acturus igitur Bullarum interpretationem, operæ
pretium duxi rem à suis initiis evolvere, non quòd
velim verbosos Commentarios facere, sed quòd in
quibuscumque rebus animadverto, id perfectum es-
se, quod ex omnibus suis partibus constat; cùm
7 autem cujusque rei potissima pars, principium sit,
ut verbis utar Cay. *in l.* 1. *de orig. jur.* juxta mo-
nitum Pompon. *in l.* 2. *ff. de just. & jur.* ac Ulp. *in*
l. 1. *ff. eod.* hinc oportet in primis Bullarum nomen,
originem, & processum demonstrare: quod & Phi-
losophus innuit in Physicis, veriores scilicet sermo-
nes reddi, si universalibus prius cognitis, ad parti-
cularia descendamus. Hinc quatuor §§ proœmia-
les constituam, quibus lector non difficulter pro-
positæ materiæ intellectum attingat. In primo etenim
Bullarum nomen, atque originem tradam. In se-
cundo earum differentiam ab aliis litteris Apostolicis
distinguam. In tertio agam de earumdem expeditio-
ne, obsignatione, & Ministris, nec non idiomate
ac sigillo, & incidenter aliqua de annulis seu sigil-
lis, tam publicis, quàm privatis, addam. In quarto
denique, ipsarum differentiam ab alio jure, aliisque
extravagantibus adnotabo.

§. I. PROOEMIALIS.

De Nomine, & Origine Bullarum.

SUMMARIUM.

1 *Bulla nomen unde derivatur?*
2 *Bullæ dicuntur quædam ornamenta orbicularia.*
3 *Bulla nomen impropriè variè sumitur, & n. 4. & 5.*
4 *Bulla dicebatur antiquitus insigne Triumphan-tium.*
5 *Bulla, & Prætexta purpurea consueverant anti-quitus esse ornamenta ingenuorum puerorum.*
6 *Bulla propriè erat Sigillum Imperatoris, quod ap-ponebatur in negotiis arduis.*
7 *Bulla aurea unde dicta?*
8 *Sigilla varia, quibus antiquitus Imperatores, alii-que Reges utebantur, & n. seqq.*
9 *Bullare idem est, ac sigillare.*
10 *Mos sigillandi in auro unde captum.*
11 *Non solum Reges, sed etiam Summi Pontifices usi sunt Bulla aurea.*
12 CLEMENS VII. *titulum Defensoris Fidei contulit Henrico VIII. Angliæ Regi.*
13 *Sigillis aureis suffecta fuerunt cerea, & etiam plumbea, & quare?*
14 *Bullæ Summorum Pontificum sunt litteræ sigillatæ plumbo, & hujus moris origo.*
15 *Duplex modus scribendi per Summum Pontificem nempe vel per Breve, vel cum Bulla.*

1 BUlla itaque sic universaliter sumpta, à verbo Græco
Βυλὴ secundùm aliquos dicitur, quod Latinè
consilium sonat, & à Græca depravata enunciatio-
ne cum mutatione I in A ac duplici ll. perperam scri-
bentes vocabulum minus elegans reddimus.

Sed Carolus Du-fresne *in Glossario v. Bulla* tra-
dit, Bullam vocari à Boule, quo nuncupabantur
2 ornamenta quædam orbicularia, & ex hoc puto mo-
rem invaluisse, ut sigilla quoque propter formam
orbicularem nuncuparentur Bullæ; certum tandem
est, nomen Bullæ, à Græco vocabulo derivationem
traxisse, Opingh. *de jure Sigillorum cap.* 3. *tit.* 2.
num. 1.

Verùm impropriè, Bullæ nomen variè sumi potest, 3
nempe pro re tumida, seu turgida, puta pro gutta
ex aqua, pro clavorum capite, tumore in manu,
Rebuff. *in praxi benef. n.* 8. & tandem pro quocum-
que fastu ex natura tumoris, qui videtur inesse huic
nomini Bullæ, etiam secundùm Italum sermonem,
forsanque ex innata significatione hac increbuit mos
Imperialis scribendi litteras cum Bullis denotantibus
fastum debitum Imperatoribus; quodcumque enim,
vel naturaliter, vel politicè excretum videtur, Bul-
latum dicitur; unde Persius ait: *Non equidem hoc*
studeo bullatis, ut mihi nugis pagina turgescat, ut apud
Tiraquell. *de Nobilitat. c.* 37. *n.* 160. Greg. *syntagmat.*
jur. lib. 17. *cap.* 15. *n.* 20.

Rursus sumebatur Bulla pro insigni Triumphan- 4
tium, quod priscis dabatur in Triumpho; erat enim
quædam theca linea in tumorem versa, figuram
cordis referens, & ut alii volunt, rotunda, habens
intra se remedia contra invidiam: hinc Anno 3458.
Orbis conditi, & Urbis 138. pugna inter Sabinos,
& Romanos à mane usque ad vesperas habita sub
Tarquinio Prisco, hic Nepotem suum annorum qua-
tuordecim, qui in prælio tam viriliter se gesserat,
publicè laudavit, eumque aurea Bulla insignivit,
prætextaque purpurea decoravit, quæ deinceps inge-
nuorum puerorum ornamenta fuere. Imò etiam 5
pueris statim natis superimponebatur ad omen,
Macrob. *in lib.* 1. Saturn. *cap.* 6. Alex. ab Alex. *lib.* 2.
c. 25. qui mos ad nostra usque tempora vigere vide-
tur, eamque pueri post adolescentiam deponebant,
ut apud citatos Authores. Imò Bulla sumebatur ali-
quando pro loco, in quo aliquid consulebatur, juxta
cit. Polidor. Virgil. *lib.* 8. *c.* 2. & latè de nomine Bullæ
ac varia usurpatione agit cit. Carolus Du-fresne Gal-
lus *in ejus Glossario tom.* 1. *verb. Bulla*.

Verùm propriè Bulla erat Imperatoris Sigillum,
quod apponi consueverat in litteris ardua contínen- 6
tibus, *cap. licet de crimine falsi*, & quia Sigillum
erat aureum, dicebantur hujusmodi Imperiales pa-
ginæ, Bullæ aureæ, juxta Gloss. *ver. Aurea Bulla in* 7
Clem. 1. *de jur. jur.* & quamvis Imperatori non de-
essent alia Sigilla, vel murice rubro, seu cera, vel 8
ex argento, ferro, aut plumbo, *l.* 6. *C. de divers.*
rescript. Borell. *lib.* 2. *de Magistr. Edict. c.* 13. *n.* 18.
tamen in publicis Edictis, in quibus ardua, & uni-
versalis causa agebatur, Sigillum aureum imprimi
solebat, ut in *Can.* 12. *Synod.* 1. *Constantinopol.* Sic-
que bullare idem est, ac sigillare, & litteræ bulla- 9
tæ, sigillatæ significantur, Arnoldus *hist. Sclavor.*
lib. 7. *cap.* 14. ibi: *Et Rex vade, ait, & post modicum*
revertere, & invenies literas bullatas, Oping. *de jure*
sigil. cap. 7. forsan sic dictæ ex tumore quod Sigil-
lum facit; unde, nedum Imperatores usi fuerunt
Bulla aurea, scilicet Sigillo aureo, quod juxta cit. 10
Borell. erat Sigillum magnum ex auro cum Imagine
Imperatoris in Solio Imperiali sedentis, Diadema in
Capite, Sceptrum in manu dextera, & in sinistra
pomum rotundum tenentis, quem quidem morem
in auro signandi cœpisse à Carolo Magno Impera-
tore scripsit Limnæus *de jur. public. Imper. Rom. lib.* 1.
cap. 11. *num.* 40. sed etiam Imperatorem Turcarum
aureo Sigillo uti, testatur cit. Oping. *num.* 40. Imò
Bulla aurea utebantur antiquitus Imperatores, tam
Francici, quàm Germanici, in Privilegiis Ecclesia-
rum, cum cætera Diplomata, aut cereis, aut plum-
beis munita videantur Sigillis; sic quoque Imperato-
res Bizantinos aurea Bulla usos fuisse, imò etiam ali-
quando alios Reges, puta Angliæ, Siciliæ, Hispa-
niæ, Hungariæ, Italiæ, Bulgariæ, & Duces inferio-
res Apuliæ, ac alios, refert cit. Carolus Du-fresne
in Glossario tom. 1. *v. Bulla aurea*, qui ait, non con-
stare, num à Bizantinis Sigillorum aureorum usum
Francici acceperint, an è contra.

Summi quoque Pontifices hunc usum habuerunt 11
Bullæ aureæ, ut in Diplomate, quo CLEMENS VII.
titu-

12 titulum Defensoris Fidei contulit Henrico VIII. Angliæ Regi, fuisse appensam Bullam auream, testatur Spelmanus: quamvis Dominicus Raynaldus asserat, non consuevisse Summos Pontifices uti Bulla aurea, nisi in Diplomatibus, quibus electiones Imperatorum confirmabant, & dixerunt Joannes Mabillon. *Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Mauri Gallus, in suo erudito tractatu de Re diplomatica lib. 2. cap. 14. n. 12.* & cit. Dufresne *ver. Bulla aurea, vers. sed & Romani Pontifices*; qui subdunt usum Bullæ aureæ apud Imperatores Germaniæ dumtaxat frequentem fuisse.

Attamen ob subtractionis periculum, desuevere
13 Sigilla ex re pretiosa, & ex plumbo vel cera fieri consueverunt, ut apud cit. Glos. *ver. aurea in Clem. 1. de jur. jur.* Castald. *de Imper. qu. 47. nu. 40.* Quare Imperatores Germanici aliquando cera alba, aliquando viridi & flava usi sunt; sic Reges Galliæ utuntur alba, & Reges Siciliæ alba, vel etiam flava, ut apud cit. Oping. n. 62. ubi latè de ista materia Sigillorum.

Deveniendo nunc ad Bullas Summorum Pontifi-
14 cum, quæ sunt litteræ sigillatæ plumbo, recolere oportet, Agathonem Papam, qui regnavit anno 360. signasse litteras omnes cera; sed ob excrescentiam Pontificiorum Diplomatum, usus obtinuit, litteras Apostolicas magni momenti plumbeo Sigillo muniri, ut tempore Stephani Tertii anno 410. vel Hadriani Primi anno 772. servatum fuit, referente eodem præcitato Polidor. Virgil. Verùm diplomata vetustiora vidisse cum Sigillo plumbeo signata, testatur Dominicus Raynald. nempe tempore Sylvestri Papæ, in quadam Bulla, quæ asservatur in Archivio Aretino, & in Archivio Castri S. Angeli similiter asservari vetustissima Diplomata in papyro ex frutice confecta, plumbo etiam obsignata, Summorum Pontificum Leonis Primi, Gregorii Magni, ac Sergii; hinc Bromptonus *pag.* 1718. dixerat, usum plumbi extitisse à tempore D. Gregorii, quod & tradidit Thomas Stubbius, ut refert cit. Mabillon. *lib. 2. c. 14. num. 7. & seq.*
15 unde ex usu duplex servatur modus scribendi per Summos Pontifices, alter sine Sigillo plumbeo, & hæ paginæ, Brevia dicuntur; alter verò cum appositione Sigilli plumbei, quæ verè Bullæ nuncupantur.

§. II. PROOEMIALIS.

De differentia Bullarum ab aliis litteris Apostolicis.

S U M M A R I U M.

1 *Breve quid sit, & unde dictum, & in Bullis magis explicatur Pontificia dignitas.*
2 *Annulus Piscatoris quid sit, & quando cæpit ejus usus.*
3 *Brevia subscribuntur à Secretario Brevium, & quinam iste soleat esse.*
4 *Secretarii Brevium munus fuit penes Cardinales.*
5 *SS. D. N. CLEM. XI. fuit Secretarius Brevium uti Prælatus, & deinde uti Cardinalis.*
6 *Commendatur doctrina, & prudentia R. P. D. Oliverii ad præsens Secretarii Brevium.*
7 *Recensentur negotia, & causæ, quæ expediuntur cum his Brevibus.*
8 *Secretarius Brevium est Minister maximæ fidei, & graviora Papæ negotia expedit.*
9 *Annulus Piscatoris post mortem Papæ illicò frangitur per Card. Camerarium.*
10 *Brevia expediuntur pro capienda possessione nomine Cameræ.*
11 *Enumerantur alia Brevia expediri solita pro delegationibus Causarum extra Curiam, & alia Brevia S. Pœnitentiariæ.*
12 *Aliæ expeditiones Romanæ Curiæ, quæ scribuntur in membranis, non benè dicuntur Brevia.*
13 *Bullæ Papales dicuntur litteræ, quæ habent Sigillum plumbeum, & n. 16.*
14 *Bullis major fides præstatur, quàm Brevibus.*
15 *Brevia de capienda possessione nomine Cameræ assimilatur Bullis.*
16 *Litteræ Apostolicæ, quæ expediuntur sub plumbo, dicuntur Bullæ.*
17 *Littera Apostolica extra Italiam, dicitur quæcumque scriptura allata à Romana Curia.*
18 *Litteræ Apostolicæ verè sunt plumbatæ, & scribuntur in membranis rudibus cum charactere Gallico Latino, & unde id fuit ortum?*

Igitur Breve illud dicitur, ubi non apponitur Si- 1
gillum plumbeum, sed in eo Signum fit ex cera rubra cum Sigillo quodam, qui dicitur *Annulus Piscatoris*. Scribiturque in papyro, seu membrana subtili, & alba, adhibito charactere Latino, nitido, eleganti, ac intelligibili, juxta nostrum usum, Rosa *de exec. litt. Apost. cap. 2. num.* 30. Amayden. *de stylo Datariæ cap. 28. num.* 2. Diciturque Breve, quasi quòd ibi summatim rescribitur, & brevioribus verbis, quàm in Bullis, in quibus magis Pontificia Dignitas explicatur atque longiori sermone, Rebuff. *loc. cit. num. 6. & 7.* Cherubin. *ad Bullarium lib. 2. fol. 86. ad Bullam 19. Gregorii XIII.* Staphil. *de litteris Gratiæ, & Justitiæ*, Rubr. *de rescript. in forma Brevis num. 4.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. Gloss. 60. nu. 19.* Menoch. *cons.* 117. Borell. *de Magist. cap. 13. num. 4.* Dicitur Annulus Piscatoris ille, quo signantur Brevia, quia simplici-
ter eo usus fuisse D. Petrus fertur, continetque Ima- 2
ginem D. Petri, eo modo, quo è Navicula in Mari piscabatur; à quinque circiter sæculis usus inolevit, in Brevibus apponi Annulum illum in cera rubra, cùm priùs apponeretur etiam Sigillum plumbeum, & ita docet cit. Mabillon. *cap. 14. num. 9.* subdens, Brevia cum tali Sigillo Piscatoris frequentiora fuisse sub Celestino III. & Paulo II. adducens verba cujusdam Epistolæ Clementis IV. qui regnavit anno 1264. scriptæ ad Ægidium Grossum suum consanguineum sic: *Non scribimus tibi, nec consanguineis nostris sub Bulla, sed sub Piscatoris Sigillo, quo Romani Pontifices in suis secretis utuntur.* Tamen posset dici, quòd tunc non erat usus Brevium, sed vel erant litteræ familiares, in quibus talis Annulus imprimebatur, vel Bullæ, in quibus imponebatur Sigillum plumbeum. Sed ad removendas ambages, & solemnitates posteà requisitas in Bullis, censuerunt S.S. Pontifices Brevibus expedire etiam negotia publica, quæ sponte, & absque discussione expediebantur; unde in his instar Epistolarum particularium mos fuit imprimendi eundem Annulum, reservato pro Epistolis privatis usu Sigilli cum Stemmatibus gentilitiis.

Subscribuntur tantùm hæc Brevia à Secretario Bre- 3
vium, qui solet esse aliquis Prælatus maximæ doctrinæ, præsertim circa Canones antiquos Conciliorum, & Apostolicas Constitutiones, & versatus in variis Stylis Sedis Apostolicæ pro concedendis gratiis; & licèt adfuerit Collegium, ut alias dicam, Secretariorum, ad quos tale onus incumbebat, tamen quandoque uni ex dicto Collegio, quandoque alteri etiam Prælato extra committi consuevit, ut testatur Cardin. de Luca *in Relatione Romanæ Curiæ disc. 7. nu. 7.* Imò etiam apud Cardinales hoc munus fuit, ut nuper pe-
nes clar. me. Card. Slusium tempore fa. me. Innocen- 4
tii XI. & tempore san. mem. Alexandri VIII. ac In-
nocentii XII. penes Sanctissimum Dominum nostrum 5
tunc in minoribus existentem, uti Prælatum, ac Car-
dinalem, & in præsenti apud R. P. D. Fabium Oli- 6
verium; virum doctrina, prudentia, morumque suavitate præstantissimum.

Licèt antiquitus Romani Pontifices cum his Brevibus expediebant negotia circa justitiam tantùm; hodie tamen concedunt etiam gratias, Rebuff. *in praxi benef. commen. in reg. Cancell. v. breve Apostolicum vers. & quamvis.* Atque per istam Secretariam concedi solent Indulgentiæ, & Privilegia in Altaribus pro Suffragiis Defunctorum, facultates retinendi Capellas pri-
vatas in Domibus, Beneplacita pro alienationibus 7
bonorum Ecclesiæ infra summam decem duca-

torum Cameræ iis redditu, dispensationes super ætate, & defectu natalium pro promovendis ad Ordines tantùm, & dispensationes super interstitiis. Nec non expediuntur Indulta pro Cardinalibus Legatis, & Nuntiis Apostolicis, & etiam Regibus, aliisque Laicis pro varietate materiarum, ac pro officiis Ecclesiasticis, sæcularibus, & militaribus in Statu Ecclesiastico, abolitiones delictorum, & similia; & quoad Indulgentias, expediuntur gratis, existente taxa moderata pro aliis expeditionibus, Cardin. de Luca *cit. disc.* 7.

Maxima fides habetur d. Ministro exercenti munus
8 adeò fiduciarium Secretarii Brevium, cujus quippè opera expediuntur graviora negotia Papæ, & ejus tantùm subscriptio adhibetur in Brevibus cum Sigillo facilè delebili Annuli Piscatoris; ideò registrantur in libris expeditiones cum minutis, seu matricibus subscriptis per ipsum Papam, quæ minutæ conservantur in Archivio Apostolico, exceptis aliquibus, quæ absque tam exacta diligentia conceduntur, cùm Generalis Commissio probatæ fidei talis Ministri cum annulo Piscatoris satis sit, nam fraudis timor in his materiis cessat, quarum concessiones nemini denegari solent, nempè Altare privilegiatum in una die hebdomadæ, & in Octava mortuorum, Indulgentiæ plenariæ in una tantùm solemnitate totius anni, dispensationes in Interstitiis, & ætatis ad Ordines, ac similia, Cardin. de Luca *in relat. Romana Curia cit. disc.* 7. & quoad prædictas dispensationes ætatis, & Interstitiorum, adest novissima regula sa. me. Innocentii XII. ut infrà in Commentariis dicam.

Dictumque Sigillum seu annulus Piscatoris maxi-
9 ma custodia servatur apud intimum familiarem Papæ, post cujus mortem statim frangitur per Cardina-
10 lem Camerarium: Ita quoque expediuntur Brevia pro capienda possessione nomine Cameræ, quæ conceduntur à Papa, ut quis possit capere possessionem Beneficiorum, litteris non expeditis, cum termino sex mensium ad expediendum, de quibus latè Amayden, *de Stylo Datariæ cap.* 28. & nos dicemus in Constitutione 19. Gregorii XIII. Est & aliud Brevium genus,
11 & sunt illæ litteræ, quæ solent expediri pro delegationibus Causarum extra Curiam, quæ fiunt ab alio Secretario Brevium, quod est munus venale pertinens potiùs ad Signaturam. Ita etiam adsunt Brevia S. Pœnitentiariæ, quæ diversam ab his habent formam, Sigillum, & Ministros. Erroneè autem ab exteris di-
12 cuntur Brevia, aliæ expeditiones Romanæ Curiæ, quæ etiam scribuntur in membranis, puta monitoria A. C. & hujusmodi.

Bullæ verò Papales dicuntur, quæ habent Sigillum
13 plumbeum, Gloss. *citat. in Clem. unic. de Jur. Jur. cap. licet de crimine falsi*, Rebuff. *cit. num.* 3. Polid. Virgil. *de inventione rer. lib.* 8. *cap.* 2. Petrus Greg. *cit. loc. num.* 21. & major fides præstanda venit Bullis, quàm
14 Brevibus, quia primæ sunt solemniori ritu conscriptæ omnibus patenti, Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell.* Gloss. 59. *num.* 6. quamvis quo ad effectum, parificentur, ut cit. Gonzal. *num.* 15. Brevia tamen de capienda pos-
15 sessione nomine Cameræ assimilantur in omnibus, Bullis sub plumbo, ut dicam in *cit. Constit. Gregorii XIII.* ubi latè alia de Brevibus disseram, præsertim si discordent à minuta, quamque fidem habeant; sicque om-
16 nes litteræ Apostolicæ, quæ expediuntur sub plumbo, Bullæ dicuntur, licèt extra Italiam, quæcumque
17 Bulla seu Scriptura etiam non plumbata, quæ affertur à Romana Curia, nominatur littera Apostolica, Crescent. *decis.* 3. *n.* 3. *de offic. & potest. Judicis delegati*;
18 tamen veræ litteræ Apostolicæ sunt plumbatæ, Corrad. *in prax. dispensat. lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 38. & 39. & scribuntur in membranis rudibus, & cum charactere Gallico licèt Latino, ducto tali usu ab eo tempore, quo Sedes Apostolica residebat in Civitate Avenionensi, & moris esse cœperunt expeditiones Bullarum pro Beneficiis reservatis, & affectis, ut apud Card. de Luca *cit. disc.* 7. *num.* 10. *in relat. Rom. Cur.*

§. III. PROOEMIALIS.

De expeditione, & obsignatione Bullarum, earumque idiomate, & Sigillo.

SUMMARIUM.

1 *Bullarum expeditio fieri solet per Cancellariam, per Cameram, per viam secretam, & per viam Curiæ.*
2 *Bullarum expeditiones per viam Cancellariæ in quibus materiis fiant, & earum solemnitates, ac Ministri recensentur.*
3 *Bullarũ expeditiones, quæ fiunt per Cameram, earumque materia, Ministri, & solemnitates referuntur.*
4 *Bullarum expeditiones per vias secretam, & earum materia, & forma recensetur.*
5 *Bullarum expeditiones per viam Curiæ in quibus materiis, & qua forma fiant?*
6 *Differunt Bullæ à Brevibus propter variam formam, quæ in earum expeditione adhibetur.*
7 *Brevia expediuntur etiam ante Papæ Coronationem.*
8 *Anni computatio apud diversas Nationes.*
9 *Annus computabatur antiquitus à Kalendis Martii, unde nomen mensium Quinctilis, Sextilis &c.*
10 *Annus ab aliquibus computabatur à mense Septembri, & hodie servatur in Tribunali Nuntiaturæ Neapolis, & quare?*
11 *Anni computatio vel à die Nativitatis, vel Circumcisionis D. N. Jesu Christi.*
12 *Annus in Hetruria subdita Magno Duci computatur à die Incarnationis Domini; sic etiam in Statu Plumbini, imò in Regnis Franciæ, Angliæ, Alemanniæ; & quid in aliis Regionibus, & in Urbe? & sup. num. 11.*
13 *Annus in Bullis incipit ab Incarn. & quare? & quid in Conciliis? & Bulla, vel Breve, ubi non fuit servatus Stylus proprius, est suspectum de falsitate.*
14 *An computatio anni ab Incarnatione importet anticipationem, vel posticipationem?*
15 *Bulla Apostolica quoad linguam Latinam, & scripturam in membrana.*
16 *Linguæ sacræ, & generales sunt tres, Hæbraica, Græca, & Latina, & quare?*
17 *Lingua Latina versatur circa omnes Nationes, & num. 22. & 25.*
18 *Leges sunt ferendæ materno idiomate Populi, non legislatoris, & num. 18.*
19 *In Gallia omnes Juris libri, & Edicta promulgantur Idiomate materno, & quid Neapoli.*
20 *Testibus idiotis sunt vulgarizanda capitula, super quibus examinantur, & quid in sententia?*
21 *Lingua materna potiùs expleri debent nonnulli actus, quàm lingua Latina, & quid in testamentis?*
22 *Bullæ expediuntur lingua Latina uti communiori, & num. 28.*
23 *Impp. promulgarunt eorum leges Idiomate Græco, & Latino.*
24 *Papa quando mittit aliquam Bullam ad Ecclesiam Orientalem, utitur lingua Græca.*
25 *Declarantur auctoritates, quod debeat in lege servari lingua nativa Populi.*
26 *Regula Cancellariæ de Idiomate disponit, ut Parochiæ nequeant conferri, nisi callentibus linguam nativam loci.*
27 *Limitationes regulæ, quod debet legislator uti lingua materna populi; & commendatur usus aliquarum Provinciarum condendi contractus, & testamenta in lingua materna.*
28 *Bulla non concepta Idiomate latino est suspecta, quod limitatur.*
29 *In Statu Ecclesiastico, & etiam extra sunt pleraque leges conscripta lingua Italica.*
30 *Legati debent callere linguam illius Magnatis, ad quem mittuntur, ita Actuarii.*
31 *An Constitutio concepta Idiomate Italo afficiat omnes Nationes.*

32 *Exa-*

32 *Examinantur hincinde rationes, an Taxa fa. me. Innocentii XI. concepta Idiomate Italo obliget extra Italiam, & n. n. seqq. Executor privativus ejusdem Taxa est Sac. Congr. Concilii, eodem.*

33 *Sigillum plumbeum Bullarum antiquitus non continebat Imagines Apostolorum Petri, & Pauli, & de varietate illius.*

34 *Clemens VI. fuit primus, qui apposuit in Bullis ejus Insignia Gentilitia, quod & observavit Clem. VII. in Bulla, quæ reperitur penes Auctorem.*

35 *Cardinalis Ennius Filonardus consanguineus Authoris commemoratusq; sub Clem. VII.*

36 *Sigillum, quod adhibetur in Bullis, servatur in Vaticano à Præsidente Plumbi, & rumpitur post obitum Papæ.*

37 *Sigillum Principis apud omnes Nationes servatur per publicos Officiales fide maxima, & apud quos?*

38 *Non solùm Papa, sed alii Principes, & etiam aliqui Archiepiscopi utuntur Sigillo plumbeo, & recensentur.*

39 *Imago D. Pauli cur sit à dextris Imaginis D. Petri in Sigillo Apostolico, variæ à DD. cumulantur rationes.*

40 *Sinistra pars olim etiam apud Romanos dignior dextera existimata fuit.*

41 *Virginalis candor est decorandus.*

42 *Altaria antiquitus erigebantur conversa facie ad Occidentem, nunc verò ad Orientem.*

43 *D. Petrus semper antepositus fuit D. Paulo quo ad expositionem nominum in Bullis.*

44 *Disquiritur, an in occupante dexterum latus arguatur major dignitas.*

45 *Dimidia Bulla dicitur, quæ habet tantùm Imaginem Apostolorum, & quâ utuntur Pontifices ante Coronationem.*

Usus qui servatur in expeditionibus negotiorum ante Coronationem Papæ, ibid.

46 *Sigilli impressio, vel appensio an sit necessaria in Bullis, & in quacunque lege Principis.*

47 *Sigilli nomen, & usus unde derivetur.*

48 *Sigilli, & annuli signatorii promiscuè usurpati fuerunt à jure Civili, & Canonico.*

Signa, sigilla dicuntur in legibus Imperialibus, ib.

49 *Annuli antiquitus adhibiti fuerunt ad ornatum, ad obsignandum, & ad custodiam.*

50 *Annulorum usus primò ad signandum inventus, deindè fuit ad ornamentum redactus.*

51 *Annuli obsignatorii, quibus Regia Diplomata signabantur, sunt antiquissimæ originis, ubi varia de istorum annulorum usu.*

52 *Signandi scripturas cautela fuit excogitata tempore Neronis ad evitandas falsitates.*

53 *Conciliantur opiniones diffidentes circa Sigillorum originem.*

54 *Varia circa Sigillorum usum Principum & privatorum apud antiquos.*

55 *Sigilli appositio in legibus, & edictis est congrua, non necessaria, nisi ubi adest consuetudo.*

56 *Litteræ Regiæ ferè de consuetudine universali solent signari, & in Regno Neapolitano, si non adsit Sigillum, actus est nullus.*

57 *Bullæ Pontificiæ si careant sigillo plumbeo pendente ex cordulis, sunt nullæ.*

58 *Sigillorum privatorum usus est magnæ utilitatis apud omnes gentes.*

59 *Sigillorum secretum ab omnibus colitur.*

60 *Littera alia publica, alia privata, ita & sigilla.*

Sigillum publicum retinetur à personis publicis, & dat robur scripturis, ibid.

Sigillum privatum deservit ad secretum servandum, & notionem scribentis excitandam, ibid.

61 *Sigillorum, vel insignium usus, an solis nobilibus, vel etiam ignobilibus competat, & n. seqq.*

62 *Nobiles antiquitus ad denotandum splendorem familiæ retinebant Domi Imagines Majorum.*

63 *Successivis temporibus loco Imaginum, & statuarum, nobiles uti cœperunt armis, & insignibus.*

64 *Stemmata majorum, nobilitatem arguunt, & familiæ dignitatem ostendunt.*

65 *De consuetudine omnes nobiles Insignia, & Arma habent.*

66 *Nobilitas nequit esse sine Insignibus, tamen habentes insignia non ideò sunt nobiles.*

67 *Nobiles necessariò habent Insignia, aliàs juxta usum non dicuntur tales.*

68 *Hierosolymitanam Religionem ingressuri debent probare usum Insignium suorum majorum per centum annos.*

69 *Hodie sigillis, & insignibus utuntur etiam Plebei, sed nequeunt illa nobilium usurpare.*

70 *Cimeriorum, & Coronarum usus unde introductus, & de eorum usurpatione.*

71 *Vestes nobilium, quæ fuerunt apud Romanos.*

72 *Improbatur abusus vestium indistinctus inter Nobiles, & Plebejos.*

73 *Sigilla continent insignia, seu Imagines denotantes gesta majorum.*

74 *Prisci aliquando utebantur solis verbis in sigillis.*

75 *Sigillum est signum certis notis impressum.*

76 *Sigillum debet esse tale, ut deducat in notitiam sigillantis.*

77 *Sigilli Imago debet esse conformis originali, aliàs scriptura redderetur suspecta de falso.*

78 *Privato licet uti insignibus, & Sigillo, non tamen aliena licet usurpare.*

79 *Plura de Sigillis Notariorum, & aliis authenticis, nec non de eorum effectibus remissivè.*

EXpeditio Bullarum fieri solet quatuor modis, nem- 1
pe per Cancellariam, per Cameram, per viam secretam, & demum per viam Curiæ, Rota *decis.* 554. & 560. *p.* 5. *recent.* Per Cancellariam universaliter expediuntur Bullæ Ecclesiarum Cathedralium, Erectionum Collegiatarum, Provisionum Beneficiorum, tam per obitum, quàm per resignationem, 2
Pensionum, Dispensationum Matrimonialium de majori, Monasteriorum, tam Consistorialium, quàm aliorum, & similium.

Hujusmodi expeditiones utpote concernentes varias materias, & designantes majus decus Sedis Apostolicæ, à pluribus Officialibus Cancellariæ revidentur, & subscribuntur, qui habent Officia vacabilia partim Prælatitia, & partim non, & sic manus apponunt Scriptores Apostolici, Abbreviatores minoris gratiæ, Sollicitatores Litterarum Apostolicarum, Jannizeri vocati, & eorum Capellani, Abbreviatores de Parco majori, nec non Regens Cancellariæ cum litteris L. & C. hoc est Lecta Correcta, cum prima littera nominis dicti Regentis, Custodis supplicationum, & posteà plumbantur per Ministrum deputatum à Præside Plumbi Prælato cum dicto Officio vacabili, quodque plumbum, seu Sigillum servatur in Palatio Vaticano; & plumbatæ litteræ registrantur à Capserio Plumbi apud Cardinalem V. Cancellarium, apposita per unum Magistrum Registri, vel Capellanum dictum, deputatum à Collegio Magistrorum littera R. à tergo Bullæ, idest Registrata, cum nomine, & cognomine.

Dum verò expressiones fructuum Beneficiorum, vel Pensionum excedunt summam Ducat. 24. Cameræ, dictæ Bullæ revidentur, & signantur ab Officialibus Annatarum, & Sigatur quoad Monasteria taxata in libris Cameræ, aut Episcopatus, subscribitur etiam Bulla pro Sac. Collegio N. N. Secretarius, de qua praxi expeditionum, vide Roi. *de execut. litt. Apost. cap.* 2. *n.* 63. Amayden. *de styl. Datar. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 9. Corr. *in prax. disp. l.* 2. *cap.* 3. Expensæ sunt variæ secundùm varietatem materiæ, præsertim quoad Episcopatus, & Monasteria descripta in libris Cameræ.

Per Cameram expediuntur necessariò Coadjutoriæ, 3
& aliquando erectiones Collegiatarum, & rerum perpetuarum Monasteriorum Consistorialium juxta taxam in Libris ejusdem Cameræ, hocque re-

manet in arbitrio Expeditorum potiùs in Camera,
vel in Cancellaria expediendi. In his Bullis appo-
nunt manus Scriptores Apostolici, Abbreviatores
minoris gratiæ, Sollicitatores Litterarum Apostoli-
carum, scilicet Jannizeri; & existente expressione
fructuum ultra Ducatos 24. accedunt etiam Offi-
ciales Annatarum, & Capellani; posteà plumban-
tur, ut suprà, & revidentur à Ministro Cardinalis
V. Cancellarii dicto Summista cum verbis; *Visa N. N.*
& demùm registrantur in Officio Notarii Camerarii,
qui est mensarius, & se subscribit post litteram R. idest
Registrata; & de differentia inter Bullas expeditas per
Cameram, & Cancellariam, quando dicantur perfectæ,
alibi dicam. Expensæ etiam sunt variæ, ut dixi,

Per secretam viam expediuntur provisiones om-
4 nes, quæ fiunt familiaribus propriis à Papa, & pro
iis quibus ex speciali gratia permittitur. Hæ litte-
ræ, seu Bullæ scribuntur à Scriptore deputato, qui
dicitur Scriptor Secretus, & plumbantur juxta præ-
dicta, ac revidentur posteà à Ministro præfato Car-
dinalis V. Cancellarii, & Summista, nempè scriben-
do sic; Pro Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali
Summatore *N. N.* & posteà; *Visa N. N.* & regi-
strantur in Secretaria Brevium, Corr. *in prax.* Benef.
l. 1. *cap.* 5. *n.* 230. Expensæ verò sunt parvi momen-
ti, & juxta varietatem gratiarum; Put. *decis.* 329,
n. 3. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 133. *num. fin.*

Demum expediuntur Bullæ per viam Curiæ, quæ
5 concernunt Leges, & Constitutiones Pontificias,
& alias materias ex motu proprio Papæ, & ali-
quando pro rebus nepotum, vel aliorum ex gratia
specialissima Pontificis, & scribuntur per dictum
Scriptorem Secretum, & post solitum plumbum sub-
scribuntur ab Abbreviatore Curiæ sic: *Visa de Curia
N. N.* posteà à Datario, & Secretario Brevium cum
registro in Secretaria Brevium; nec ulla fit expensa,
nisi pro mercede simplicis laboris,

Differunt Bullæ rursùs à Brevibus, quia illæ expe-
6 diuntur ut suprà secundùm variam formam expe-
ditionum, & ista subscribuntur tantùm à Secretario,
ut dixi; illæ incipiunt cum verbis *CLEMENS E-
PISCOPUS servus servorum Dei*, non in medio, &
in forma tituli, sed à capite versiculi; in Brevibus
verò inscribitur ad formam tituli: *CLEMENS PA-
PA XI.* In primis, nulla linea, nec punctum adhi-
betur, nec servatur ortographia sicuti observatur in
Brevibus; in primis ponitur data temporis longior,
brevior in secundis, Corrad. *in prax. dispens. lib.* 2.
c. 7. *n.* 29. & Rosa *de execut. litt. Apost. cap.* 2. *n.* 67.
Brevia expediuntur etiam ante Papæ Coronationem,
secus Bullæ; quo casu dicitur, *à die suscepti Aposto-
7 latus*, incipiendo tantùm annos Pontificatus à die
Coronationis, ut apud Fagnan. *c. licet de vitanda n.* 9.
& 10. de elect. & infra iterum dicam; tempore tamen
aliquorum Pontificum, quia satis dilata fuit Coro-
natio, memoria est, quod etiam Bullæ fuerint pro-
mulgatæ cum data anni Pontificatus ante actum
Coronationis; sed anni computatio quomodo ser-
vari debeat in Bullis, & Brevibus? pro quo stylo refe-
rendo varia ad hujusmodi materiam anni computatio-
nis ejusque usu in scripturis dicere, opportuoè visum
fuit,

8 Anni autem usualis computatio diversimodè est
apud Nationes in usu, ut latè *in Theatro Vitæ Huma-
næ ver. annus*, cùm in Jure nullibi sit statutum. Anti-
9 qui enim tam Hebræi quàm Ethnici calculabant an-
num à Kalendis Martii, quem morem sequuntur A-
strologi, ac alii communiter pro calculandis Kalendis
mensium; inde emersit nomen mensibus Quinctilis,
Sextilis, &c. deinde, adulatione Romanorum erga
eorum Principes inter Divos vana superstitione adscri-
ptos, attributa fuerunt nomina mensibus, Quinctilis
scilicet Julio, & Sextilis nomen Augusto, adhuc tan-
tùm retenta denominatione usque ad hodierna tem-
10 pora in mensibus Septembri, & Octobri, facta cal-
culatione à mense Martio; apud alios enim annus
sumebat initium à mense Septembri, cùm tunc com-
pleta fructuum Terræ, frumenti, & aliorum recolle-
ctione, Terra ipsa ad novum fructum parendum præ-
paretur, quod in Regno Neapolis servatur hodie pro
regulanda recollectione fructuum, præsertim in Tri-
bunali Nuntiaturæ, ut alibi dicam; vel etiam à die 8.
Octobris, quia sic incipiebat ante adventum Christi
Domini, ut latè Scaccia *de Judiciis l.* 2. *c.* 11. *n.* 1190.
& seq. Sed in eodem Regno Neapolis fuit statutum, ut
incipiat annus à die prima Januarii ad instar etiam anti-
quorum Romanorum, qui usus frequens est in Orbe
Catholico, quamvis alicubi etiam soleat exordium ac-
cipere à die Nativitatis D. N. J. C. ut Romæ usus obti- 11
net; nam etsi in Epistolis, ac actibus privatis initium ha-
beat Annus à Circumcis. Dom. tamen Not. in Instru-
mentis illi dant initium à Nativitate Domini, Rot.
dec. 596. *n.* 1. *p.* 4. *tom.* 3. *recent.* & repetit. apud Post-
hium *de manutenen. dec.* 196. & in actibus publicis,
& Instrumentis etiam à Nativitate incipiunt Anni, ul-
tra Urbem, Italia, Hispania, Aragonia, Cathalunia,
Dacia, & Vasconia, ut apud cit. Scacciam, ubi De-
cisiones Sacræ Rotæ referuntur; sed etiam in Hetru- 12
ria subdita Magno Duci, imò etiam in Statu Plumbini
mos est computandi annum à die Incarnationis, quæ
est 25. *Martii*, ut apud Card. de Luca *disc.* 26. *n.* 7. *in
fine de pens.* & servatur in Regnis Franciæ, Alemanniæ,
& Angliæ, Rota *decis.* 4. *alias* 108. *de Judiciis in no-
vis decis.* 17. *alias* 813. *in antiquis*, quod etiam serva-
tur apud Januenses; & latè de isto vario more, Gait.
de credito c. 3. *tit.* 1. *n.* 113. *cum sequentibus*, Scaccia
citato loco, & Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glossa*
10. *per tot.* In Bullis tamen initium anni in data fit à
die Incarnationis 25. Martii, & in Brevibus à die Na-
tivitatis 25. Decembris,

Hinc cautè est inspiciendus mos Regionis pro cal-
culandis annis, ne in æquivoca incidatur: imò vide-
mus in eadem Urbe Romæ, ut dixi, plures stylos di-
versos; nam in publicis actibus Notariorum, in testa-
mentis, contractibus &c. incipitur annus novus à Na-
tivitate Domini Nostri Jesu Christi in litteris, & acti-
bus familiaribus; imo etiam Judicialibus omnium Tri-
bunalium etiam sacrarum Congregationum datur ini-
tium anno à die Circumcisionis; in Brevibus Papæ à
die Nativitatis, in Bullis à die Incarnationis,

Meritò itaque in Bullis mos est incipere annum ab 13
Incarnatione, quia tunc incæpit nostræ salutis ini-
tium, tum etiam quia illo mense erat Pascha He-
bræorum, & fuit mensis, in quo Dom. N. Jesus
Christus passus fuit, & Redemptionis finem imple-
vit, nos à servitute Dæmonis liberando, & ita ser-
vabatur in antiquis Conciliis, ut Can. in Nomine
Domini distinctione 23. & ut ait D. Gregorius, *Nihil
nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset*: quamvis in
Conciliis usque ad Tridentinum novissimum videa-
tur annus incæptus à die Nativitatis Domini Nostri
Jesu Christi, & ad materiam hujusmodi datæ Bulla-
rum notat practicus Corradus *in praxi disp. Apost.
lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 47. *& num.* 49. ubi addit, quod si in
Bulla, vel Brevi Stylus proprius non servetur, adesset 14
suspicio de falso, *cap. quam gravi de Crimine falsi*,

Juxta tamen Stylum Bullarum non producitur anti-
cipatio per novem menses, itaut juxtà unum morem
incæpto anno 1704. à die Nativitatis, vel Circum-
cisionis, deinde in mense Martii sequentis inciperet
annus 1705. & sic videretur anticipatio prædicta;
nam verè sicuti apud nos initium anni 1704. fuit die
prima Januarii hujus anni, ita idem annus 1704.
secundùm alium morem incæpit à die 25. Martii
proximi præteriti, & sic potiùs est posticipatio,
Card. de Luca *loc. cit. num.* 8. Rota *dec.* 84. *post con-
trov. Contrii, & dec.* 433. *n.* 10. *part.* 13. *rec.* Verùm
cùm retrotractio fiat ad initium computationis, cer-
tum est priùs fuisse Incarnationem, & deinde Nati-
vitatem, & Circumcisionem, & sic dimensio esset
anticipata anni; sed quodcumque æquivocum tolli-
tur ex Pontificatus anno, qui ponitur etiam in Bul-
lis, ut notat idem de Luca *n.* 9. & Rota *decis.* 596.
num. 1. *&* 2. *p.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Omnes

15 Omnes tamen Bullæ conveniunt in Idiomate Lati-
no, & charactere antiquo, Gallico, & quod scri-
bantur in membrana, quia facilè admittit rasuras
pro correctione, Rebuff. *in prax. in comment. Bullæ
Cœna Domini*, Amayden. *cit. cap.* 10.

Sed, an omnes leges Pontificiæ idioma hoc Lati-
num continere debeant, & an quatenus non con-
tineant, obligent?

In hoc dubio procedendum est cum distinctione;
dico enim, in Bullis, & Constitutionibus Aposto-
licis servari linguam Latinam, & optima quidem
ratione, quia eadem lingua utitur Ecclesia in Missa,
Sacra Scriptura, ac aliis suis Ritibus, prout etiam
in Conciliis; & quoad Missas adest expressa prohi-
bitio *Sac. Conc. Trid. sess.* 22. *c.* 8. quominùs lingua
vernacula possit recitari, prout etiam quoad versio-
nem Sacræ Scripturæ prohibitum extitit, ut in Com-
mentariis erit sermo, & nos suo loco plura ad rem
dicemus, etiam quoad Idioma Latinum usurpatum
16 ab Ecclesia; hic tantum dico, quod cum tres sint
linguæ sacræ, & generales, nempe Hæbraica, Græ-
ca, & Latina, juxta triplex Idioma, in quo scriptus
fuit titulus Sanctæ Crucis, Jesus Nazarenus Rex
Judæorum, quarum ultima, nempè Latina, erat lin-
gua materna Romanorum, ut notat Gloss. *in ver.
voce §. alienandis*, Auth. *de non alienandis*, ac etiam
Italorum, præter Magnam Græciam, prout nos nunc
habemus Italam, & prima omnium, ac commu-
nis Hæbraica fuit, ut notat Abbas, Lapus *num.* 1.
& Imola *num.* 6. *in Clem.* 1. *de Magistris*, & nos ali-
bi dicemus, & de quibus latè, & eruditè Card. Ba-
ron. *in Annal. Eccles. tom.* 1. *pag.* 216. *litt.* B. *impressio-
ne Romana*, *& pag.* 90. *& seqq.* ubi quod Latina est
præcipua, & in Commentarius redibit sermo: Un-
de cùm Summi Pontifices à primo Præsule D. Petro
in Urbe Sedem constituerint, ideò tali Idiomate usi
fuerunt etiam in Legibus, & Constitutionibus; cùm
17 enim hæ Leges versentur circa totius Orbis Natio-
nes, & cùm usu fieri non possit, ut omnium Idioma
complecterentur, ideò Latino utuntur, omnibus
magis communi, ut benè observavit etiam Impera-
tor *in §. alienationis*, Auth. *de non alienandis*: ut
Lex debeat esse lingua communi, & quidem magis
communis Latina non est in præsenti, quia Hæbraica
apud paucos, Græca verò apud nonnullos eruditos
floret. Nec obstat quod Lex debeat omnibus inno-
tescere, & ut ait Imperator citato loco, is fuit usus
Græca, & non paterna voce, idest Latina, ut omni-
bus sit nota propter facilem interpretationem, ex quo
inferunt DD. requiri ut Lex sit materno idiomate
18 concepta, aliàs Populi eam non intelligentes neque-
unt obligari ad incognita, & faciunt notata per Tex.
in l. etsi pupillus §. proscribere ff. de instit. act. ibi:
*Litteris Græcis an Latinis? putà secundùm loci con-
ditionem, ne quis causari possit ignorantiam littera-
rum: c. oportet* 7. *q.* 1. ibi: *& verbi ordinem pro au-
dientis capacitate dirigere*: & benè *in Clem. ne in
agro, §. sanè singulis de statu Monachorum*: ibi: *propter
Juniores vulgariter exponetur*: ex quo habetur quod
Lex seu Constitutio debeat proferri, non juxta Idio-
ma Legislatoris, sed Populi, cui dirigitur, & D. Pau-
lus 1. *ad Corinth. c.* 14. ait: *Etenim si incertam vocem
det tuba, quis parabit se ad bellum? ita & vos per
linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quo-
modo scietur id, quod dicatur?* surdi namque sumus
omnes in linguis quas non intelligimus, ait Cicero
l. 5. Tusc. *quæst.* & docet Felin. *in Decretal. rubr. de
Constit. n.* 6. & concurrit usus aliarum Nationum, nam
Neapoli, Pragmaticæ, quæ sunt adinstar Bullarum
19 pro illo Regno, promulgantur lingua materna; in Re-
gno Galliæ omnes Juris Libri, ac Edicta sunt materno
idiomate translata, & alia recenset Card. de Luca *in
tractatu vulgari*, *Difesa della lingua Italiana*, post
tractatum parvum, etiam Italo sermone conscriptum
Episcopi practici, & in conflictu *observatione* 20.

Ex quo colligitur quod testibus idiotis debent vul-
20 garizari Capitula super quibus examinantur, & sic
testi Græco producto in Italia debent exponi Capi-
tula, vulgarizata verbis Græcis, & si Advocatus con-
fiteretur, præsente Cliente ignorante linguam Lati-
nam, non scribat Notarius actum, præsente parte,
ex quo hæc non intellexit, ait Bald. *in l.* 1. *C. de erro-
re Advocatorum, & in l. Judices C. de sent. & inter-
locutoria omnium Judicum*: Sententia, quæ fertur
inter Græcos à Judice Latino, ferenda est verbis Græ-
cis, ut prosequitur cit. Felin. *per totum numerum
sextum*; unde ex his rationibus, ac aliis, tuetur cit. 21
Card. de Luca *locis citatis*, meliorem esse usum con-
dendi Testamenta, & conficiendi Instrumenta, ac
actus inter vivos, & alios actus publicos etiam Ju-
diciales in lingua materna, prout fit in Gallia, ac in
aliquibus Nationibus, quod non servatur in Urbe,
& in aliis Provinciis; nam ex dicta lingua Latina
plures emergunt æquivoca in dictis actibus, præci-
puè imperitia Notariorum voluntatem Contrahen-
tium Latina lingua imperitorum transferendo à ma-
terna in tale Idioma, & idem dicit in toto Opusculo
Il Dottor Volgare, *& disc.* 68. *n.* 8. *de legatis*.

Tamen, his non obstantibus, praxis Romanæ Cu- 22
riæ utendi lingua Latina in Bullis est servanda, prout
moris fuit in Conciliis OEcumenicis celebratis in Oc-
cidente, & est in Sacra Missa, ac aliis Ecclesiæ riti-
bus, circa quos alibi erit præcipuus sermo; quoad
Bullas, & Constitutiones, certum est necessariam
esse linguam Latinam; nam cum dirigantur erga
tot Nationes Orbis Christiani tot variarum lingua-
rum subalternarum, debent proferri lingua commu-
niori dictis Nationibus, cùm impossibile foret con-
dere leges lingua singulis Nationibus adaptabili; ideò
Latina communiori, & omnibus Nationibus apud
plerosque saltem nota, uti consuevit; & hic usus be-
nè comprobatur ex Gloss. *v. voce cit. §. Alienatio-
nis*, Auth. *de non alienandis*; ibi enim dicit Glos-
sa, quod idem Imperator non usus fuit lingua Lati-
na, sed Græca, quia voluit uti lingua communiori,
quam nunc esse Latinam quis non videt? & Impe- 23
ratores ipsi, etsi in tot dominarentur Nationes di-
versarum linguarum, tamen eorum Leges promul-
garunt duplici tantùm Idiomate, Græco scilicet, &
Latino, ut observat idem cit. Card. de Luca *d. tra-
ctatu*, *Difesa della lingua Italiana*, ut his duabus
linguis universalibus omnia genera linguarum com-
prehenderentur; hinc quando Papa aliquam Bullam
mittit ad Ecclesiam Orientalem, utitur lingua Græ- 24
ca illis Partibus universaliori, ut est Tex. *in C. In no-
mine Patris* 73. *distinctione*, ibi: *Hanc ergo episto-
lam Grecis litteris hincinde munire decrevimus*, &
optimè notat cit. Felin. *n.* 8. *vers. quartus casus*.

Nec obstant in contrarium adducti; nam quoad
Textus Civiles, potiùs hi demandant usum linguæ 25
Græcæ, & Latinæ, quia tunc erant illæ communio-
res, secundùm varietatem Nationum, & quoad
Clem. *ne in agro*, ibi Papa demandat Superioribus
Monasteriorum, ut ibi plura ordinata vulgariter ex-
ponantur propter Juniores, quatenus nescirent lin-
guam Latinam; aliàs si non essent ignari, talis ex-
positio non esset necessaria, ut ibi Gloss. *ver. Junio-
res*; ex quo tantùm dici debet, quod Constitutiones
Papæ, etsi lingua Latina conceptæ, debeant à Supe-
rioribus locorum, & Parochis explicari rudibus, lin-
gua nativa, ut fit in Mysteriis nostræ Fidei, ac De-
cretis Conciliorum, & ideò id inculcatur Parochis,
& Prædicatoribus *in Sac. Conc. Trid. sess.* 22. *cap.* 8. *&
de Reform. sess.* 5. *c.* 2. & benè notat ad rem hujusmodi
Azor. *Instit. Mor. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 26. & adest regu- 26
la Cancellariæ de Idiomate, ut nequeant conferri
Parochiales, nisi callentibus linguam nativam lo-
ci, ut possit huic muneri satisfieri, prout faciunt
etiam Episcopi, & Ordinarii, quibus solent à Nun-
tiis Regnorum transmitti exemplaria in certis casi-
bus specialibus: non ideò tollitur usus necessarius lin-
guæ Latinæ in Constitutionibus. Felin. citatus non
est contrarius, imò confirmat hunc usum, nam *n.* 8.
ponendo quatuor limitationes regulæ generali, 27

27 quod debeat Lex formari lingua materna eorum, qui Leges recipiunt, non Conditoris, omnes adaptantur Constitutioni Summi Pontificis; primò quando Constitutio dirigitur ad eos, qui intelligunt Idioma; & certè quod apud omnes Nationes saltem quoad saniorem partem adest intellectus linguæ Latinæ. Secundò quando Constitutio versatur circa omnes Nationes, & non pro una tantùm, & ita sunt Constitutiones Apostolicæ ut plurimùm. Tertiò quando Constitutio respicit certum hominum genus, qui habitant inter Latinos, & talis esset Constitutio concernens Græcos, vel Hebræos habitantes inter nos; & quartò demùm quando Lex concernens homines certi Idiomatis, publicatur in loco, ubi adest copia hominum utriusque linguæ, tam Conditoris, quàm dictæ Nationis, & tenentur Populi adire translatorem, ut est Textus *in l. 2. §. penult. ibi*, In Græcam vocem transformare, *C. de vet. Jur. enucl*, Card. de Luca *in citatis locis* refert quidem & commendat usum Curiæ in his legibus, & tantùm dicit quod in Chirographis & quibusdam actibus pro Statu Ecclesiastico temporali soleat uti Curia lingua vulgari, ut *in dicto tractatu Difesa della lingua volgare num. 14. & 31.* quamvis etiam illæ, quæ fiunt per viam Legis, & Bullæ; etsi pro Statu Ecclesiastico tantùm, utitur Papa lingua Latina, eademque utuntur Sacræ Congregationes, & Tribunalia; dicit tamen dictus Author, quod in Contractibus, ultimis voluntatibus, ac actibus Judicialibus deberet servari Romæ usus à plerisque Provinciis receptus, nempè Neapoli quoad Testamenta, & Contractus, in Gallia indefinitè, &c. quod utendum sit lingua materna, & quidem non video rationem impugnandi in hoc, tum quia adsunt Tex. *clari in l. sed etsi Pupillus cit.* cum concordantibus, & benè Gloss. *v. latinè in l. decreta 48. de re judicata*; sed quia satis consuleretur utilitati, & quieti partium, ac Judicis, non tamen forsan causidicorum; nisi velimus asserere id agi in Curia propter reverentiam linguæ Latinæ, quæ hic Sedem primævam tempore Romanorum habuit in Latio, & præscribitur, quod in omnibus actibus tam Judicialibus quàm extra Judicium Romani usi fuerint lingua Latina, cit. *l. decreta 48. ff. de re judic.* Sed in hoc non est immorandum, & est cura Principis, non simplicis Scriptoris, prout objurgatus fuit idem Card. de Luca *circa Opus Il Dottor Volgare*, ad cujus tuitionem egit dictum Opusculum *Difesa della Lingua Italiana*.

Sed si in Bulla non servaretur Idioma Latinum,
28 haberet ne robur? dico quod esset suspecta, ut in simili, Conradus *in praxi dispens. lib. 2. cap. 8. num. 49.* Verùm si constaret de voluntate Papæ, nulla cadit difficultas ut obligaret, quia in hoc nulla adest Lex contraria, & quatenus adesset, subjiceretur dispositioni Pontificiæ: Sed quia non supponitur Papam recessisse à stylo, ideò ille consulendus, vel certò videndum de legalitate, & voluntate: & videmus plu-
29 res leges etiam extra Statum Ecclesiasticum emanatas, lingua Itala conscriptas, ut est Taxa Innocentiana pro emolumentis exigendis in Cancellaria Episcoporum, & plures reformationes; sed quoad Bullas sub plumbo, non videtur contrarius usus.

30 Hinc si mittantur Legati alicui Magnati, æquum est, ut sit peritus linguæ illius, cui mittuntur, ne per Interpretis necessarium usum non tam gratior seu efficacior sermo sit audienti, Alber. Gentil. *lib. 3. c. 7. de legat.* Idem est dicendum de Actuario, qui intelligat sermonem testium, ne decipiatur veritas, prout in testium dictis, ut sint examinandi lingua materna, non autem Latina, monet Posth. *de manut. observ. 92. in fine*, Asin. *de execut. §. 6. c. 39. num. 10.* & Cavalc. *de testib. p. 5. num. 229.* objurgavit quendam Actuarium, qui dicta testium in sermonem Tuscum redigebat.

Nunquid tamen Constitutio concepta Idiomate Ita-
31 lo afficeret etiam omnes Nationes, prout est in Constitutione edita lingua Latina?

Hujusmodi controversia fuit in S. Congregatione Concilii Anno 1699. inter Capitulum Ecclesiæ Tarraconen. & Archiepiscopum, utrum Taxa Innocentiana, tam laudabiliter à S. M. Innocentio XI. jussu edita, obligaret etiam extra Italiam?

Pro parte Capituli dicebatur dictam Taxam fuisse
promulgatam per modum Legis, verbis universalibus 32
conceptam, directam omnibus Episcopis, & Ordinariis, tum ex verbis proœmialibus, ibi: *Per una Tassa generale, & uniforme per il Foro Vescovale*, tum ex Decreto Sanctissimi approbantis Taxam, & remittentis executionem S. Congregationi Concilii, quæ inhærens dictis mandatis dictam Taxam Typis mandari jussit, & per litteras circulares ad quoscumque locorum Ordinarios transmitti curavit, ut eas in Cancellaria Apostolica in loco omnibus patenti retineri facerent, eandemque adamussim observarent; quibus additur, quod dicta Taxa non est nisi reassumptum Decretorum, & Ordinationum SS. Canonum, & Sacrarum Congregationum, ut ejus initio habetur: *Dovendosi per maggior chiarezza per toglier li dubii & equivoci dar fuori le dichiarazioni che in più tempi, e diverse occasioni si sono fatte dalle Sacre Congregazioni del Concilio, e de' Vescovi nelle materie Ecclesiastiche, acciò in tal modo sappia ciascheduno che sia illecito, e si toglia ogni scusa d'ignoranza, ò di consuetudine, dovendo l'osservanza esser da per tutto uniforme*; ut per extensum tam dictam Taxam, quàm Decretum Sac. Cong. Concilii refert Lantusca *in Theatro Regularium fol. 886. & sequentibus*, & *Abbas* Pascucius *in compend.* Pignatelli *tom. 1. fol. 259.* & facit Rota *decis. 89. num. 1. cor.* Ninot. ubi, quod Bulla Papalis indistinctè in verbis procedens, debeat ita sine difficultate intelligi; imò Papa quando vult in Constitutione restringere tantùm obligationem in Italia, id dicit expressè in eadem Constitutione, *ut in Constit. 83. Clem. VIII. tom. 3. & Constit. 28. Innocentii X. t. 4. Bullarii*;

Pro parte tamen Archiepiscopi replicabatur, usum fuisse in Curia emanare Leges in Lingua Latina tantùm, unde cum promulgatio facta fuerit lingua Itala, elicitur voluntas Papæ coarctandi tantùm Ordinarios Italiæ, quia non usus fuit lingua communi ex dictis suprà. Ulteriùs quod in initio Taxæ dicitur, quod ante promulgationem Summus ille Pontifex per medium S. Congr. Conc. mandavit omnes Taxas Diœcesanas sibi transmitti, & tamen Taxæ extra Italiam non fuerunt transmissæ: denique posset addi quod cùm ejusdem Taxæ executio demandata fuerit eidem Sac. Congregationi Concilii, à qua illa transmittenda foret ad quoscumque Ordinarios; hinc nisi constet de transmissione ultra montes, dicendum erit non fuisse universalem, quia etsi Bulla publicata in Urbe, afficiat omnes post tempus congruum, ut alibi dicam, tamen cessat hoc si aliter à Papa fuerit demandatum, quia obligatio dependet ab ejus voluntate; nec ex eo, quod dicta Taxa sit reassumptum Sacrorum Canonum, & Sacrarum Congregationum declarationum, posset importare generalitatem, quia remaneret vis coactiva secundùm emergentiam propriæ cujuscumque Legis, non autem ex vi dictæ Taxæ, ejusque pœnarum,

Hinc cum fuerit pro parte Capituli institum pro observatione dictæ Taxæ coram A. C. uti executore, fuit causa avocata à S. Congr. Concilii, quæ est executrix privativa ejusdem, ex verbis illius, ibi: *E nascendo qualche dubio in contrario se ne debbia consultare la S. Congregatione sudetta del Concilio, e non altrimente*; ideò avocata Causa ab A. C. fuit sub die 2. Maji 1699. propositum infrascriptum Dubium, an Taxa Innocentiana servanda sit in omnibus Curiis etiam extra Italiam? *S. Congregatio rescripsit, Ad D. Secretarium*, ut exhibeatur Taxa Tarraconen. & sic noluit decidere expressè dubium, sed implicitè sensus videtur fuisse negativus vi dictæ Taxæ; sed non dubito, quin, si alicubi Taxa Fori Ecclesiastici excederet modum præscriptum à Decretis Sacrorum Canonum,

num, & Ecclesiasticarum Constitutionum, erit tunc
reducenda ad ea, quæ mandat *Sac. Conc. Trid. cap.*
10. sess. 22. cap. 3. sess. 24. de reform. vers. ne inutilibus
sumptibus. Quo verò ad Jurisdictionem dictæ Sac.
Congregationis pro dictæ Taxæ executione, & co-
gnitione in una Surrentina, cum ad instantiam Ci-
vitatis Surrenti fuerit coram A. C. Thomato, nunc
meritissimo Sac. Congreg. Concilii Secretario meo
Antecessore Locumtenente A. C. prævio Monitorio
super observatione illius, obtenta Sententia, Sacr.
Congregatio die 6. Maji 1690. rescripsit: sublata
Sententia A. C. Thomati, Partes adeant Sac. Con-
gregationem ex integro.
33 Conveniunt etiam Bullæ in Sigillo plumbeo di-
cto Apostolico. Quod Sigillum antiquitùs non con-
tinebat Imagines SS. Apostolorum Petri, & Pauli,
ut tempore præsenti, nam pluries immutatum fuit,
ut dixit Opingh. *cit. cap. 3. num. 54. & seq.* hinc an-
tiquissima Diplomata videmus cum Sigillo conti-
nente tantùm Pontificis nomen in una parte, & in
altera nomen *Papa*, ut temporibus Joannis V. Ser-
gii Primi, Stephani III. Benedicti III. Nicolai Pri-
mi, & Joannis XIII. ac aliorum, dixit *cit.* Rinaldi.
Sic in Bulla Stephani VII. in parte antica extat no-
men Stephani, & in postica nomen *Papa*, cum
Cruce intermedia: sic in aliis nomen Joannis PP.
in parte altera, in postica verò, magna Crux, vel
Roma picta, cum verbis *aurea Roma*.
Ita etiam tempore Urbani II. ex una parte Urba-
nus PP. & in altera, nomina Apostolorum, de qui-
bus vide Ciaccon. in Vitis Pontificum, ubi hujus-
modi signa describuntur, & *cit.* Mabillon. *de re di-*
plomat. cap. 14. num. 10. Theophil. *tom. 10. de bicipiti*
Eccl. punct. 7. Insequenti tempore fuerunt loco no-
minum, positæ effigies seu capita SS. Apostolorum,
& aliqui id adscribunt temporibus Paschalis Secun-
di, ut Boublet *pag. 475. & refert cit.* Dufresne *ver.*
Bulla, vers. porro idem, quod Clemens VI. primus
34 apposuerit etiam insignia suæ progeniei in Bulla,
nempè quinque Rosas, contra morem Antecessorum,
quodque fuit observatum, etiam tempore Clementis
VII. in quadam Bulla collationis factæ claræ memo-
riæ Ennio Cardinali Filonardo ex parte Aviæ meæ
35 paternæ Septimiæ Filonardi consanguineo de Abba-
tia Casamari in Campanea prope Babucum antiquum
Oppidum de Dominio ejusdem familiæ; in Sigillo
enim plumbeo dictæ Bullæ, quæ penes me asserva-
tur, videntur in calce sex globis parvis insignia gen-
tilitia familiæ Mediceæ, cujus erat dictus Pontifex.
36 Custoditur autem dictum Sigillum in Palatio Va-
ticano penes fidelem Ministrum Prælatum, qui di-
citur Præsidens Plumbi, & statim rumpitur post
obitum Pontificis; nam illicò fit Congregatio S.
Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in Urbe existentium
in Camera Concistorii, & ibi rumpitur plumbum,
& annulus Piscatoris, & etiam supplicationes signa-
tæ custodiæ traduntur, & maxima ratione, Offi-
cium hoc vacabile datur cum honore Prælaturæ,
nam agitur de re magni momenti, nempè de Si-
gillo Principis publicam habente auctoritatem, qua-
propter apud omnes nationes conservari solet apud
37 publicos Officiales fide maxima præditos, ut in Gal-
lia antiquitùs Referendarius appellabatur is, cui Re-
gii annuli commissa erat Custodia, quo regia diplo-
mata obsignaret, Bulenger. *de Imp. Rom. lib. 3. cap.*
32. & in Curia Constantinopolitana aderat Præfectus
Imperiali Sigillo, Gretser. *in Comment. ad* Codin. *de*
offic. Constantinop. lib. 1. cap. 5. num. 27. pag. 64. & in
Hispania apud Cancellar. Covarr. *pract. qu. cap. 22.*
num. 9. in fin. in Senatu Pedemontano, apud Præsi-
dem Senatus, Thesaur. *quæst. for. fin. num. 2. lib. 2.* &
in Senatu Parisiensi, servatur à Senatoribus, ut scripsit
Petrus Greg. *Syntagm. Jur. lib. 47. cap. 29. num. 24.*
in Civitate Neapolis, à publicis Officialibus, Regens
Rovit. *in pragm. 9. de feudis*, de Ponte *decis. 5. n. 12.*
38 Sed nunquid solus Papa utatur Sigillo plumbeo?
Isto enim uti quoque Ducem Venetiarum, & Ma-
gnum Magistrum D. Joannis Hierosolymitani, scri-
psit post Bald. *in l. de quibus col. 2. ff. de legibus*,
Opingh. *cit. loc.* & Sigillo plumbeo usum fuisse Ca-
rolum Magnum, memoriæ tradidit ex quodam di-
plomate privilegii concessi Monasterio S. Clementis
Insulæ Piscariæ, Ughel. *Ital. Sacr. tom. 6. pag. 1310.*
ac etiam Imperatorem Constantinopolis, refert Co-
din. *de Constantinop. cap. 5. num. 27.* dum ad Patriar-
chas, & alias honorabiliores personas scribebat; ad
Matrem verò, Uxorem, aut filium, Bulla Cerea, ut
idem meminit Petr. Diacon. *lib. 4. Chronica Cassin.*
cap. 109. similiter signasse plumbo Reges Galliæ, Si-
ciliæ, Hispaniæ, scripsit cit. Dufresne *in Glossario*
ver. Bulla vers. Bullis præterea, imò etiam Guber-
natores Provinciarum, ut apud P. Angelum à Nuce
in regesto Petri Diaconi Cassinen. *num. 136.* Episco-
pos Transalpinos quoque plumbo signasse, Cisalpi-
nos verò cera, ait Rochus Pyrro *t. 1. pag. 320. &*
tom. 2. pag. 281. & plumbo signandi morem serva-
runt etiam Archiepiscopi Neapolitani, ut ex Monu-
mentis in Archiviis antiquis Neapolis, & Monasterii
Sanctissimæ Trinitatis Cavæ Ordinis Cassinensis, re-
fert Auctor libri Neapolis Sacri *fol. 1.* Italo Sermone
conscripti à Cæsare Eugenio Caracciolo, typis im-
pressi Neapoli anno 1624. & quoad Archiepiscopos
Messanen. Joannes Lello *in Historia Ecclesiæ Mon-*
tis regalis, Archiepiscopos Amalphitanos testatur
vidisse Bartholomæus Chioccarello *in cathalogo Epi-*
scoporum, & Archiepiscoporum Neapol. & in Ar-
chiep. Beneventano esse hunc usum bullandi testatur
Pompeus Sarnelli Episcopus *tom. 2. suarum Epistola-*
rum Ecclesiasticarum Epist. 33.
Quare tamen Imago D. Pauli sit à dextris Imagi-
nis D. Petri in præfato Sigillo Apostolico, variæ à 39
DD. adducuntur considerationes; sed exclusa illa,
quæ refertur à Jo: Ludovico Vivaldo *in suo oper. re-*
gular. partis sensitivæ in tertio notabili, scilicet subli-
miorem D. Paulum fuisse, quod & Hæretici effu-
tiunt denegantes primatum D. Petro, de quo prima-
tu infra dicam, quælibet alia causa afferri valet, ut
apud Corrad. *in prax. dispens. fol. 22.* Sic aliqui dicunt
antiquitùs sinistram fuisse digniorem, quod etiam 40
apud Romanos in morem pervenit, utpotè latus me-
lioris auspicii, nam sinistra ex parte cordis continet
humanæ vitæ fundamentum, Plut. *qu. Rom. 78.* Cicer.
de div. lib. 2. Unde mirum non est, si Paulus à dex-
tris, Petrus à sinistris collocetur, Cardin. Baron.
Anno Christi 213. Cassan. *in Cathal. glor. mundi par. 3.*
consid. 2. & 31. Alii asserunt, quia Paulus Virgo fuit,
Petrus verò uxoratus, ut scilicet Virginalis Candor 41
tam Deo gratus decoretur, Gonzal. *ad reg. 8. Can-*
cell. Gloss. 1. *num.* 88. Seu quia Petrus conversus fuit
ad Christum Dominum Nostrum tempore mortalita-
tis ejus, Paulus tempore immortalitatis, post scili-
cet resurrectionem, D. Thomas *ad Galat. 1. lect.* 1.
Card. Alex. *in cap. Quamvis 21. dist.* Gratian. *discept.*
106. num. 45. & seq. aut etiam ob utilitatem univer-
salem ex doctrina D. Pauli omnibus gentibus partam,
juxta Card. Bellarm. *de Summ. Pontif. tom. 1. lib. 1.*
cap. 27. Nam D. Paulus fuit Apostolus Gentium, &
sicuti istæ Hebræis præpositæ fuerunt, ita Paulus
Gentium Doctor anteponitur. Alii tandem hoc idem
deducunt ex antiquo more erigendi altaria conversa
facie ad occidentem, quæ hodie, immutato usu, eri-
guntur ad orientem, ex quo factum est, ut quod
primum erat à dextris, venit à sinistris in Ecclesiis, 42
& ex hoc, mos ille invaluit in picturis, & in Si-
gillo; vel dici potest, quod etsi videatur Paulus à
dextris, tamen introeuntibus in Ecclesiam, sicuti
conspicientibus Sigillum, videtur è contrà, scilicet
Petrus à dextris, & sic respectu populi, locum dex-
teræ occupat D. Petrus, ita Mabillon. *cit. cap. 14. n. 13.*
de re diplomatica; tamen, retento hoc more in Si-
gillis, quoad expositionem nominum in Bullis alüs-
que locis semper antepositus fuit, ut par est, D. Pe-
trus, sicuti observat *cit.* Mabillon. ut hæ, & aliæ ratio- 43
nes adducuntur à *cit.* Gratian. *latè*, & Corrad. *cit. fol. 22.*
Ut

Ut enim dixi, præter illam contrariam primatui D. Petri infrà contra Hæreticos propugnando, quælibet alia interpretatio pia, & adaptabilis est, nec potiùs una, quàm altera cum temporis jactura est hic confirmanda rationibus, sed potiùs lectorem remitto ad præcitatos auctores.

44 Sed nunquid posita nobilitate majori in latere dextero, ex hoc eliciatur præeminentia?

Videtur importare locus dexteri lateris dignitatem majorem in eo illud occupante, ut sentire profitetur Rota *decis.* 1420. *coram Penia*.

Contrarium tamen videntur innuere firmata latè per Gratian. *discept.* 106. *num.* 43. post Baron. *in epit. compilat.* ad Spondan. Verùm in dubio procedit præsumptio pro occupante latus dexterum, secus autem, si in occupante sinistrum concurrant actus præeminentiales, qui aliàs quàm ex solo latere oriuntur, sed ex actibus præeminentiam importantibus, & sic illa occupatio dexteri lateris non importat necessariò majoritatem, nec est incompatibile, ut occupans sinistrum, dicatur major, & dignior, benè cit. Gratian. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 1. *num.* 39. & Rota *decis.* 488. *num.* 7. *&* 8. coram Buratt. *ubi Adden. litt. A.* Decisio autem cor. Pænia procedit, ut quis sit manutenendus in possessione dicti lateris dexteri, quatenus in tali possessione reperiatur.

45 Datur etiam dimidia Bulla, quæ est habens tantùm imaginem Sanctòrum Apostolorum Petri & Pauli ex una parte, ex altera verò sine aliqua impressione nominis Papæ, qua utitur Summus Pontifex creatus, non autem consecratus, ut innuit Innocentius Tertius *lib.* 1. *regest. Epist.* 53. *& testatur* Cironius *lib.* 1. *obser. cap.* 2. Fagn. *in cap. licet de vitanda num.* 10. *de elect.* & post mortem Pontificis, plumbo in albo plumbantur Bullæ, dum gratiæ non fuerunt in totum absolutæ, cit. Rosa *de exec. litter. Apost. cap.* 2. *num.* 31. Gonzal. *in comm. cap.* 6. *num.* 6. *de fide instrum.*

Sed tamen iste usus Papæ ante coronationem & consecrationem plumbandi in albo ex una parte plumbi, ubi inscribitur nomen Pontificis, posita tantùm ex altera parte effigie *SS.* Apostolorum, sicut etiam ut denominetur electus Episcopus, non Episcopus simpliciter ante coronationem, contrariari videtur. *extravag. quia nonnulli de sententia excommunicationis*, ubi excommunicatur, qui impugnat litteras Papæ expeditas ante coronationem, cùm illicò per creationem habeat, & possit exercere munus suum, ut latè Bonac. *de censur. disp.* 2. *quæst.* 2. *punct.* 11. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 50. *num.* 238. & quod proinde utatur titulo Episcopi in integra Bulla, arguendo perperam contrarium asserentes, cum ante coronationem, sola data mutetur, ut dixi, & docet practicus Corradus *in praxi disp. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 11.

In jure tamen notum est, ut Papa statim electus, sit talis; sed potiùs ex usu, Papa non solet expedire Bullas, ubi apponitur denominatio Episcopi, & plumbum, ante coronationem, sed expedit negotia, mediantibus Brevibus, in quibus non utitur plumbo, sed simplici Annulo Piscatoris, & inscribitur tantùm nomen Pontificatus, sine denominatione Episcopi, & in praxi ita servatur. Si tamen vellet Papa uti Bulla ante coronationem, certè videtur tenendum, quod dixerat Corradus, quia uti verè Papa potest omnibus, prout post coronationem, & verus Pontifex statim post electionem est ad omnes effectus, *cap. licet de vitanda de elect. notat.* Fagnan. *ibid. num.* 3. & alii Canonistæ, & ita etsi incipiat annus Pontificatus ab electione, ex stylo apponitur tantùm data, *datum à die Coronationis*, & interim dicitur in Brevibus *à nostri suscepti Apostolatus officii mense* E. G. primo. Si tamen expediretur Bulla ante coronationem, vel fiat data alio modo, esset contra stylum, & nisi verè constaret de expeditione, & voluntate Papæ, esset suspecta de falsitate, ut innuit idem Fagnan. *num.* 10. *in fine*.

Hinc verò dubitari contingit, an necessaria sit Si- 46
gilli obsignatio, seu impressio, vel appensio in Bullis, & universaliter in quacumque lege Principis? Unde de origine, ac varietate Sigillorum prius hic differere occasio præbet. Sigilli nomen à parva statua derivari putat Thes. *lib.* 2. *quæst. foren.* 100. *num.*
4. *& seqq.* ex eo quod parvæ statuæ in ipsis adhibe- 47
bantur. Alii diminutivum nomen à signo esse autumant, nam in cognitionem alterius, scilicet cujus est Sigillum, deducit ex Glos. *in l. pediculis* 34. *ff. de auro, & argento legat.* Oping. *cit. cap.* 1. §. 1. *num.* 6.

At priscorum tempora cernens, reperi fuisse stemmata posita pro insignibus, & statuis quibusdam in honorem alicujus erectis, istudque Jus Statuarum Stemmatum, seu Imaginum, usum armorum, seu insignium in Sigillis peperit, *l. lex quæ tutores, C. de administ. Tutor. l. Iniuriarum, §. si quis, ff. de injuriis l. Capitalium §. ad Statuas, ff. de pœnis l. Si legatum, ff. de oper. public.* Tiraquell. *de nobilit. cap.* 6. *num.* 6. *inter ejus oper. tom.* 1. *fol.* 33.

Sigilla namque pro annulis, & annuli pro Sigillis
usurpati fuere, ut ex Taciro, aliisque probat Ciro- 48
nius *ad tit. de his quæ fiunt à majore parte Capituli*, & patet etiam ex utroque jure, *ut in Can.* 1. *dist.* 73. *& in l. Signatorius* 74. *ff. de verbor. significat. l. argumento* 25. §. *ornamenta, ff. de auro, & argento legato, docent* Thesaur. *cit. quæst.* 100. *num.* 3. *&* 4. Gonzal. *ad decretal. lib.* 1. *cap.* 5. *de probation. num.* 1. Oping. *de Jur. Insign. cap.* 2. *num.* 119. *& de jure Sigillorum cap.* 2. *per tot. & cap.* 6. *num.* 28. Brisson. *de formulis cap.* 6. *fol.* 122. Sanz. *de re crim. controv.* 45. *num.* 34. *&* 35. Sed verè Jure Canonico, Sigillum, & Jure Civili, Annulum Signatorium vocatum reperiri, citatis pluribus textibus, docent Innoc. *cap.* 2. *col.* 2. *in Gloss. verb. Sigillum vers. item nota quod Jus Civile de fide Instrum.* Bald. *in Margar. ver. Sigillum vers.* 3. Danza *tom.* 1. *de pugna Doctor. tit. de Sigill. cap.* 1. *num.* 25. Mascard. *de probat. conclus.* 1308. *num.* 25.

Tamen contrarium resultat *ex l. Videmus, §. qui vinum, ff. depositi, & l. æquissimum, §. Sed si adium, ff. de usufructu, l. Tribunus ff. de militaii testamento*, in quibus Imperialibus legibus signa, Sigilla dicuntur, & in Jure Canonico *Can. in nomine* 73. *dist.* usurpatur Sigillum sub nomine annuli.

Hinc antiquitùs ad ornatum adinventos fuisse annulos, testatur Abraham. Gorlæus *in Dactylioth præ-*
log. pag. 7. Imò triplici munere, scilicet ad orna- 49
tum, ad obsignandum, & ad custodiam adhibitos fuisse probat Opingh. *cit. cap.* 2. *num.* 49. *& per tot.* Tamen Macrob. *lib.* 7. *Satur. cap.* 13. contra sic ait: *Veteres non ornatus, sed signandi causa, annulum circumferebant*, & idem dixit Polyd. *Virgil. lib.* 2. *cap.* 21. Ego tamen dicerem, originem fuisse pro modo signandi, sed cum posteà usus luxuriantis ætatis, hos annulos signatorios pretiosis gemmis cœperit decorare, certatim omnes imitatio hæc lacessivit, ut homines aliquando studiosiùs pretiosos lapides requirerent, quibus annulos signatorios ornarent.
Itaque quod primùm fuit ad signandum inventum, 50
vel ad dignitatis notam demonstrandam in Episcopis, vel aliis, ut in alio Commentario erit sermo, deinde ex corruptela hominum ad ornamentum apud plerosque pervenit, seu potiùs dicam in luxuriam ad nostra usque tempora cernitur. Hocque initium constat ex *l. Civili*, nam tales annuli non veniunt inter ornamenta, cum causa Custodiæ usurpentur in *l. cum pater. §. Pater pluribus, ff. de legat.* 2. *& l. argento, & ornamentis, ff. de auro, & argento legat.* Unde etiam servis annuli ferrei fuerunt permissi ad obsignandum, sed cuique plures, quàm unum annulum gestare, fas non erat, citat Oping. §. 3. 8. *&* 9.

Imò usque à mundi origine, hos annulos pro obsi- 51
gnando fuisse, constat ex *Genesi cap.* 38. ubi dicitur

Judas

Judas Thamari annulum dedisse pignoris loco; nam, si vocem hebraicam spectemus, qua usus fuit Moyses ibidem, quæ fuit *Cotam*, Sigillum significat, & ob hoc à Moyse fuit verbum illud usurpatum, ut tuetur citat. Polyd. Virgil. *lib.* 8. *cap.* 2., & variis in locis, nomen hoc Sigillorum, vel annulorum, usurpatum videtur in lege antiqua, ut Esther *cap.* 8. *Scribite ergo Judæis, sicut vobis placet, ex Regis nomine, signantes litteras annulo meo &c.* Hæc enim consuetudo erat, ut epistolis, quæ ex Regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere.

At contrarium fatetur Brisson. *de formulis cit. cap.*
52 6. §. *Cæterum fol.* 173. cum aliis, referentibus ad tempora Neronis excogitatam cautelam hanc obsignandi Scripturas, ad compescendam falsariorum temeritatem, ex Svetonio *in Neron. cap.* 17. ibi: *Adversus falsarios tunc primùm repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur*; & Seneca *lib.* 3. *de Beneficiis cap.* 15. ait: *Pacta conventa impressis signis, adhibitis ab utraque parte testibus, custodiri.*

Conciliari verò possunt hujusmodi opiniones cir-
53 ca originem Sigillorum, nam verè illorum origo antiquissima fuit quo ad Sigilla adhibita per Principes Supremos pro Jurisdictione Subditis communicanda per traditionem annuli, ut ex cit. locis Sacræ Scripturæ constat, vel pro signandis Regiis Diplomatibus, ob universalis legis auctoritatem indicandam, quod patet ex eodem libro Esther, *cap.* 3. *Tulit ergo Rex annulum, quo utebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag hosti Judæorum, dixitque ad eum; argentum quod tu polliceris, tuum sit, de Populo age quod tibi placet.* En igitur potestas per Regem tradita Aman, prævio Regio annulo; & infrà: *Litteræ signatæ ipsius annulo missæ sunt per Cursores Regis ad universas Provincias.* Rursus habetur, Jezabelem Achabi Samariæ Regis Uxorem, litteras, quibus Naboth injustæ morti tradi dicebatur, Regio Sigillo obsignasse, *ut* 3. *Reg. cap.* 21. ibi: *Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signavit eas annulo ejus, & misit ad majores natu, & optimates, qui erant in Civitate ejus.*
54 Ex quibus patet, Supremorum Principum morem fuisse publicas expeditiones, quæ, vel legem, vel aliquam summam rerum continebant, annulo seu Sigillo firmandi. Præter autem hos annulos Principum, etiam privati annulis uti, longè ante Neronis tempus, cœperunt, pro custodia tamen rerum, non autem pro signandis tabulis, de quibus testatur Alex. ab Alex. *lib.* 2. *dier. genial. cap.* 19. Kierker. *lib.* 4. *de Officio Cancell. cap.* 2. Petrus Greg. *Syntagm. Jur. cap.* 29. *num.* 13. Sanz. *cit. contr.* 45. *num.* 26. 34. & 35. Opingh. *cit. cap.* 5. *num.* 1. *cum sequent.* Hinc ante Neronis tempora, in Urbe erat Vicus dictus Sigillarius, cum in eo Sigilla ex ære, & argento, exquisita artis methodo fierent, Thesaur. *cit. quæst.* 100. *num.* 6. Licèt enim sigillandi usus apud privatos paulatim inoleverit in propriis Epistolis, quoad scilicet secretum servandum: non tamen idem illis fas erat quo ad auctoritatem, quia hoc modo competit tantùm Principibus, & personis habentibus jurisdictionem. Unde Regibus erat permissum Sigillum hoc jurisdictionis, itaut Ægyptii, & Indi valdè Zelotypi talis Juris, solis Regibus præservarint usum Sigillorum, nec privatos ibi, Sigillo uti ad ullum finem, potuisse, dicunt Sanz. *cit. num.* 30. Opingh. *cit. cap.* 5. *num.* 5.

55 Quapropter Sigilli appositio in publicis Edictis, & Legibus videtur congrua, sic observata ab omnibus ferè Nationibus, non tamen est necessaria, ut resolvit Bald. *in cap. Imperialis num.* 6. *de pace Constantiæ*. Verùm ex consuetudine contrarium resultare docuerunt Cassan. *in consuet. Burgund. ver. ordinatio Cancell.* itaut consuetudini, ubi adest, sit standum, Oping. *cit. cap.* 5. *num.* 28. & *cap.* 11. *num.* 16. Greg. Lopez *ad l.* 44. *tit.* 18. *p.* 3. *verb. sellada*; & sic apud Turcas neque in Regiis, neque in aliis litteris, usum esse Sigillorum, fidemque præstari soli nomini, & subscriptioni, meminit cit. Oping. *cap.* 2. *num.* 107. & 108. Econtra, generalis ferè videtur
consuetudo signandi litteras Regias: & in Regno 56
Neapolis adest *Pragm.* 1. & 2. *de fide memor.* & latè de Philipp. *differt. Fiscal.* 27. *num.* 27. Ursill. ad Afflict. *decis.* 197. *ac* 198. sine quo Sigillo, actus redditur nullus, Roccus *respon.* 97. *num.* 3. *lib.* 1. & latè de Sigillo Regio, & de peculiari illo Regni Neapolis, bon. mem. Carolus Petra, *Dux Vasti Girardi Genitor meus in Comment. super Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis tom.* 4. *Rit.* 277. *num.* 9.

Sed deveniendo ad Bullas Summorum Pontificum, 57
certum est, eas signandas esse Sigillo ex plumbo pendenti, cum cordulis; & sine tali Sigillo, Bullas vim non habere, cùm recipiant ultimum complementum à plumbo, Mandos. *regul.* 8. *Cancell. quæst.* 3. *num.* 3. Rebuff. *in prax. part.* 3. *tit. Bullæ declaratio num.* 3. & 23. & latè de tali materia Bullarum, earumque expeditione in Curia, & de earum falsitatis suspicione, probatione, & concordia, cum supplicatione, prout de Sigilli plumbi amissione, destructione, & similibus, dicemus in Commentariis.

His dictis quoad Sigilla imprimenda in publicis Legibus; aliqua subjungenda, puto quoad, Sigilla
privatorum, quæ, ut dixi, paulatim apud omnes 58
esse cæperunt pro usu proprio, & verè plura commoda Reipublicæ, etiam in hoc usu privato, Sigilla conferunt; & primò secretum custodiunt, tam in litteris, quàm in rebus obsignatis, nec non possessionis commoda largiuntur, & scripturis cæteroquin informibus robur adducunt.

Proinde hoc secretum Sigillorum ab omnibus co-
litur; hinc Athenienses maluerunt proditionis peri- 59
culum subire, quàm litteras missas ab Olympiade ad Philippum Macedonem ipsis infestissimum aperire, ut refert Plutar. Jure igitur dolendum nobis est cum Seneca *lib.* 3. *de Benef. cap.* 5. *O turpem humani generis fraudis, ac nequitiæ publicæ confessionem, annulis nostris plusquam animis creditur.* Hinc deorum cultores ipsi, vota Diis facta signare consueverunt diffidentes iis fidem servare potuisse, nisi hoc fidei symbolo promissa munirent, Turneb. *Adversar. lib.* 1 *cap.* 17. sicque ad fidem cautè exigendam, Sigillorum usus crevit, & fuit à legibus impositus in Testamenti factione, *l. ad Testium*, §. *si quis ex testibus*, *ff. qui testam. facere possunt*.

Litteræ vero, cùm aliæ sint privatæ, aliæ publi-
cæ, Reffub. *in tract. de litt. oblig. in princ.* ideò 60
aliud dicitur Sigillum publicum, & authenticum, retentum à personis publicis pro communicando robore scripturis, de quibus Sigillis loquuntur Doctores *ad cap.* 2. *de fide Instrumentorum*; & aliud est privatum, ad secretum servandum, & notionem scribentis excitandam.

Sed numquid tantùm nobilibus, vel etiam ignobi-
libus Sigilla, ac insignia competant, cùm pro eo- 61
dem habeantur? Certum enim est, stemmata sive insignia esse propria nobilium: siquidem antiquitùs ante hujusmodi usum Stemmatum, sive insignium,
Viri Nobiles ad denotandum splendorem propriæ fa- 62
miliæ in atriis Domorum retinebant Imagines majorum præstantium, & excellentium, à quarum serie Imaginum, & Statuarum, deducebant proprii generis Nobilitatem, juxta Sacram Scripturam, 1. *Machab. cap.* 2. ibi: *Mementote operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.* Ea quoque de causa Summi Sacerdotes in Lege antiqua duodecim Patriarcharum antecessorum virtutes totidem insculptis lapidibus gestabant in pectore. *Sapient.* 18. 24. ibi: *Et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta.*

Quia verò, successivis temporibus, ut dixi, loco Imaginum, & Statuarum, arma, & insignia suc-
cessere, quibus Nobiles deinde uti cæpere; ideò vi- 63
den-

dentur insignia, propria Nobilium. Cassan. *in Catal. glor. Mund. p.* 1. *conclus.* 10. Tiraquell. *de Nobil. cit. cap.* 6. *num.* 8. *&* *num.* 12. ait, *Stemmata antiquitùs, nonnisi illis de Magistratus competiisse.* Thesaur. *decis.* 270. *num.* 34. *cum seqq.* Et ex Auctoribus antiquis id probat, & addit, fuisse insignia posteà concessa viris gloriosis loco statuarum; sed si nihil quis gloriosum egisset, nec ejus majores, tunc albo Clypeo utebatur. Virgil. *lib.* 9. *Æneid.*

Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.

Et si aliquid insigne gestum quis fecisset, id in Si-
gillo sculpebat, quo incitarentur posteri ad illud
64 imitandum, ne insignibus carerent; cum Stemma-
ta, Majorum nobilitatem arguant, Bald. *cons.* 310.
lib. 5. & per eadem, dignitas familiæ patefiat, &
memoria conservetur apud posteros, ac descenden-
tes, Ancharan. *cons.* 356. *in fin.* Anan. *cons.* 86. *num.* 2.
Rota *decis.* 463. *num.* 5. coram Gregor. XV.
65 Certum quippè est, ex consuetudine omnes No-
biles, Insignia, & Arma habere, ac deferre, Cas-
san. *cit. part.* 1. *conclus.* 20. 21. *&* 28. & licèt ab igno-
bilibus etiam deferantur, non proinde infertur, de-
lationem Insignium in Nobilibus, non esse partem
66 Nobilitatis essentialem, quare nequit Nobilitas esse
sine Insignibus, & tamen habentes Insignia, non
ideò sunt Nobiles. Guttierez *pract. quæst. lib.* 3. *&*
4. *quæst.* 16. *num.* 42. Tiraquell. *cit. cap.* 6. *num.* 12.
Rota coram Merlin. *decis.* 164. *num.* 13. 17. *&* 19.
ubi docet, Nobiles necessariò habere insignia, aliàs
67 non dici tales, ut usus observat, & coram Cardi-
nali Cello *decis.* 266. *num.* 9. *&* *decis.* 130. *num.* 5.
part. 17. *recen.* Unde in Religione Nobilissima D.
Joannis Hierosolymitani adest ordinatio, ut in re-
68 ceptione ad habitum, & probatione Nobilitatis,
probari debeat, familias Patris, Avi, Matris, &
Aviæ habuisse per centum annorum spatium Arma,
sive insignia, & quod istis usi fuerint, ut ex *ordina-
tione* 7. *&* 11. *de receptione Fratrum*, & testatur cit.
decis. coram Merlino *num.* 13. & alibi dicam.
69 Quapropter, quod essentialiter competit Nobili-
bus, ab omnibus fuit usurpatum, & sic plebæi quo-
que insignibus, & Sigillis utuntur; ita tamen, ut
nequeant assumere Insignia Nobilium, & eo minus
alterius singularis dignitatis, nempè Regum, Prin-
cipum &c. Tiraquell. *cit. cap.* 6. quia insignia sunt
70 distinctiva generis personarum, à quo judico ema-
natum usum Cimeriorum, seu Coronarum in Ar-
mis; nam aliter à Ducibus, & titulo pollentibus,
aliter à privatis Nobilibus, & alio modo à plebæis
usurpantur scuta, juxta Thesaur. *cit. decis.* 270. &
sic plebæi nequeunt uti Armis Nobilium, neque in
forma scutorum, *l.* 1. *C. de iis qui poten.* Abbas
d. cap. dilecta, Tiraquell *cit. cap.* 6. *num.* 17. *in fin.*
Cassan. *cit. consid.* 53. *conclus.* 23. Oping. *de jur. sigill.
cap.* 4. *num.* 79. *&* 80.
71 Ita tamen erat distinctio Insignium inter Ignobi-
les, & Nobiles, quod etiam talis diversitas in habi-
tu, & vestibus aderat; sic Purpura, Bulla aurea,
Lunula in pedibus, phalera, annuli aurei, & Toga,
erant vestes Nobilium tantùm; quod abolitum fuisse
conqueritur Juvenal. *satyr.* 3.

Æquales habitus illic, similemque videbis
Horchestram, & Populum.

Horchestram scilicet Senatores, qui in horchestro
72 sedebant. Qui sanè abusus consimilis habitus inter
Nobilem, & plebejum, hisce nostris temporibus vi-
get, maximo Reipublicæ detrimento, proinde be-
nè cum Juvenali *satyr.* 8. plebem Togatam nunc di-
cere oportet.
73 Sicque ex prædictis constat, Sigilla continere in-
signia, seu Imagines aliquas pro denotando aliquo
gesto majorum; unde de Augusto sic scripsit Sveto-
nius *cap.* 50. *In Diplomatibus libellisque, & epistolis
signandis initio sphinge usus est*; & Plinius *lib.* 37.
cap. 1. refert, Syllam Dictatorem annulo signasse,
in quo erat insculpta Imago Jugurthæ vincti; ac Ci-
cero in Catil. dixit, Lentulum, Sigillum habuisse,
in quo erat Imago Avi sui; unde apud Virgil. *lib.* 7.
Æneid.

Clypeoque Insigne parentum
Centum angues, cinctamque geris serpentibus
Hydram.

Imò etiam aliquando usi prisci fuerunt in Sigil-
lis, solis verbis ibidem inscriptis, ut erat Sigillum
Ducis Alis, ubi legebatur (*Corde sincero Deum Do-* 74
minum veneror) & in illo Muavies Saracenorum
Ducis (*O Deus ignosce mihi*) referunt Borell. *lib.*
2. *de Magistr. cap.* 13. *num.* 32. Thesaur. *cit. decis.*
270. Oping. *de Jure insign. cap.* 22. *num.* 28. Aliqui
etiam Insignia, seu Arma ab utero infixa Corpori-
bus adhibebant; sic omnes, qui ex Draconea gen-
te erant, habebant in corpore Draconem inscul-
ptum: ita Seleuci Regis Insigne, Anchora erat à nati-
vitate impressa, Tiraquell. *cit. cap.* 6. *num.* 20.
Igitur Sigillum, est signum, seu signaculum cer- 75
tis notis impressum, *l.* 1. *in fin. l.* 2. *§. si dubitetur,
l.* 4. *ff. quemadmodum testam. aper. l. ad testium §. si-
gnum, ff. qui testamen.* Oping. *cit. cap.* 1. §. 3. & de-
bet esse tale, ut deducat in notitiam sigillantis, 76
l. stigmata C. de fabric. lib. 11. & si contineat Ima-
ginem, debet Imago esse conformis originali, aliàs 77
si sit valdè difformis, redderetur scriptura suspecta de
falso, Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 17. Qua ra-
tione reprehendit Innoc. III. falsitatem privilegii,
quia Sigillum non continebat figuram sigillantis,
cap. 6. *de fide Instrum.* ubi Gonz. *in comment.* de mo-
re eruditè plura notat Borell. *lib.* 2. *de Magistr. edict.
cap.* 13. *num.* 13. Oping. *cit. cap.* 8. §. 1.
Quamvis enim cuilibet privato liceat uti Insigni- 78
bus & Sigillo nedum ad custodiam epistolarum,
sed ad denotationem scribentis, ejusque familiæ, ta-
men non licet insignia alterius usurpare, ut suprà di-
xi, & meliùs infrà dicam in Commentariis.
Possent quoque hìc aliqua differi de Sigillis Nota- 79
riorum, necnon de cæteris Sigillis authenticis, &
de aliis effectibus suprà prænotatis, qui per Sigilla
haberi queunt, præsertim circa translationem domi-
nii, puta si obsignata aliqua res proprio Sigillo,
posset dici empta, quod facilè inter Mercatores in
usu est; & etiam quando Sigillum vim æqualem
scripturæ privatæ addat, & quas pœnas falsifican-
tes Sigilla publica incurrant, de quibus omnibus
infrà in Commentariis juxta exigentiam mate-
riæ dicam, interimque de aliis ad eem Sigillorum,
& insignium, ultra prædictos Auctores, videndi sunt
Gonzal. *in Decretal. lib.* 2. *cap.* 5. *de probat.* Muta *ad
cap. Regn. Sicil. tom.* 1. *cap.* 57. *& t.* 5. *cap.* 376. *&*
378. Tusch. *pract. concl.* 23. *litt. I.* & addens ad eun-
dem Thomas Myr. *in apparat. ad Constit. Cathalan.
p.* 2. *col.* 10. *cap.* 12. *num.* 5. Cardan. *de rer. var. lib.*
16. *cap.* 89. Genitor meus *cit. Ritu* 277. *& Ritu* 279.

§. IV. PROOEMIALIS.

De Bullarum differentia ab alio Jure, & de variis Extravagantibus.

S U M M A R I U M.

1 *Bullarium Romanum est liber continens plures Summorum Pontificum Constitutiones.*
2 *Jus, Lex, & Constitutio sunt synonima, & idem diverso respectu significant.*
3 *Varia Legis nomenclatura desumuntur apud diversas Gentes juxta varia ipsius Legis officia.*
4 *Jus Civile solet appellari Lex. Jus Canonicum dicitur Canon, Constitutio, Decretalis, Extravagans, vel rescriptum.*
5 *Lex dividitur in Legem æternam. naturalem, divinam, & humanam.*
6 *Lex æterna quid sit!*

7 *Lex*

7 *Lex æterna non dicitur lata, sed ferens, & quare?*

8 *Lex, seu Jus naturale quid sit!*

9 *Jus Divinum, aliud naturale, aliud vetus, aliud novum.*

10 *Jus naturale quomodo differat à Jure Divino, & humano?*

11 *Jus humanum quid sit, & dividitur in Jus Gentium, Canonicum, & Civile.*

12 *Jus Gentium quid sit, & quomodo ab aliis humanis Juribus distinguatur?*

13 *Jus Civile quid sit?*

14 *Juris Canonicis etymologia, & varia ejus nomina.*

15 *Jus Canonicum per analogiam dicitur jus sacrum, & Divinum.*

16 *Juris Canonici præstantia desumitur à causis illud constituentibus.*

Causa efficiens, materialis, formalis, & finalis Juris Canonici explicatur. ibid.

17 *Jus Canonicum conflatur ex dictis SS. Patrum, Conciliorum, statutis, & Oraculis SS. Pontificum.*

18 *Jus Canonicum præstat Juri Civili.*

19 *Jus Canonicum habet affinitatem cum Theologia, cum Jure Civili, & cum aliis scientiis.*

20 *Lex Canonica est omnium Legum Magistra.*

21 *Canones Apostolorum, an fuerint verè ab Apostolis conditi, an verò sint apocriphi? variæ sententiæ.*

22 *Conciliantur sententiæ, afferendo non omnes, sed aliquos tantùm esse authenticos, & de eorum numero.*

23 *Primus dictorum Canonum Collector an fuerit Clemens Papa? remissivè.*

24 *Plurimæ Collectiones Canonum post illam Apostolorum factæ fuerunt, & quo ordine?*

25 *Prima Collectio post illam Apostolorum facta fuit ex primis Conciliis Orientalibus, quo tempore, ex quibus materiis, & à quo?*

26 *Ecclesia Romana primis seculis usa fuit Sacra Scriptura, & traditione, & deinde Concilii Niceni ordinationibus.*

27 *Orientales Collectiones Canonum quinto circiter sæculo à Græca in Latinam linguam fuerunt peracta.*

28 *Prima Canonum Collectio inter Latinos facta fuit per Dionysium Exiguum, & ex qua materia?*

29 *Alia Collectio fuit Martini Bracaren.*

30 *Alia Collectio assignatur Cresconio Episcopo Africano.*

31 *Alia Collectio est Isidori Hispalen. sive Mercatoris?*

32 *Volumen aliud Canonum & Decretorum compositum à Burcardo Monacho VVormacien.*

33 *Collectio alia Canonum facta fuit ab Ivone Carnoten.*

34 *Collectio omnium potissima, edita fuit per Gratianum, cujus volumen appellatur Decretum.*

35 *Vita, & mores Gratiani, necnon tempus, & materia suæ Compilationis recensentur.*

36 *Paleæ cur appellentur quædam in Decreto Gratiani inserta?*

37 *Gratiani Compilatio, quantum in se est, non habet vim Legis.*

38 *Decreta apposita in volumine Gratiani non habent majorem authoritatem, quàm in se anteà habebant & 42.*

39 *Decretorum Gratiani librum nullus Pontifex publica authoritate munivit, & Gregorius XIII. tantùm emendari jussit.*

40 *SS. Patrum dicta, & Leges Civiles ibi inserta non habent vim Legis, sed tantummodo directivam, si Juri non adversentur.*

41 *Gratianus in dicta Decretorum Compilatione in multos errores incidisse notatus fuit.*

42 *Leges Civiles, sententiæ Sanctorum Patrum, & alia inserta in Decreto Gratiani, an vim Legis habeant?*

43 *Collectiones aliæ Canonum factæ, & approbatæ post editum Gratiani volumen, recensentur.*

44 *Decretalium liber Gregorii IX. cura & authoritate editus.*

45 *Decretalium liber fuit compilatus opera Sancti Raymundi de Pennafort, indicatur quid contineat, & quare sic appellatus?*

46 *Sexti libri Decretalium Compilatio cujus authoritate, & opera facta, quare appellatus liber sextus, ejus ordo, necessitas, & materia.*

47 *Clementinarum liber compilatus tempore Clem. V. fuit, sed publicatus ab ejus Successore Jo: XXII. Continet Constitutiones Concilii Viennensis, & alias ejusdem Clementis.*

48 *Extravagantes Joannis XXII. & aliæ communes recollecta opera ejusdem Joannis.*

49 *Extravagantium nomen quibus Pontificum Constitutionibus olim indictum fuerit, & quæ Constitutiones hodie illud retineant?*

50 *Bullæ dicuntur reliquæ Pontificum Constitutiones, quæ post Jo: XXII. editæ fuerunt.*

51 *Bullæ istæ aptiùs appellantur Extravagantes, utpote in Corpore Juris non inserta, quàm illæ Jo: XXII. & Communes.*

52 *Bullarum Collectio facta fuit primò à Laertio Cherubino.*

53 *Bullarium Romanum primùm typis mandatum ab Angelo Maria Cherubino, & in quatuor Tomos divisum, & quæ Constitutiones in unoquoque Tomo contineantur?*

54 *Bullarium Romanum duobus aliis Voluminibus auctum ab Angelo à Lantusca, & Jo: Paulo à Roma.*

55 *Innocentii XII. Constitutiones typis mandatæ.*

56 *Bullæ confirmantes Decreta specialia, seu Privilegia certæ Religionis, vel loci, non habent auctoritatem Legis ultra actum confirmationis.*

57 *Compendia Bullarum à variis Authoribus edita referuntur.*

58 *Cherubinus Pater cur suam Bullarum Collectionem incœperit à D. Leone Primo?*

59 *Collectiones Bullarum specialium pro aliqua Religione speciali.*

60 *Bullas, & posteriorum Conciliorum Canones nimis excrescentes plerique tentarunt redigere ad methodum reliquorum librorum Juris Canonici.*

61 *Bullæ, seu Extravagantes, quæ extant extra dictam Collectionem Juris Communis, an vim Legis obtineant, & nn. seqq.*

62 *Extravagantium tres species distinguuntur. Bonifacius VIII. compilavit sextum librum Decretalium ex nonnullis selectis Constitutionibus Pontificum Prædecessorum, quæ vagabantur extra dictam Compilationem Gregorianam, illisque Legis auctoritatem tribuit.*

63 *Bonifacius VIII. sancivit, ne aliæ Constitutiones suorum Prædecessorum, quæ non reperiebantur insertæ in dicto sexto Volumine, reciperentur tamquam legales.*

64 Cap. Pastoralis de fide instrum. *explicatur.*

65 *Extravagantes ante Bonifacium VIII. editæ contra hæreticos, vim Legis obtinent, etiam quod extra sexti compilationem fuerint.*

66 *Extravagantium secunda species est earum, quæ post compilationem sexti Decretalis editæ fuerunt, & inserta in eodem sexto per Jo: XXII. quæ dicuntur Communes.*

67 *Extravagantes Jo: XXII. & Communes faciunt Jus Commune, nec Bonifacii derogatio ad illas se extendit uti subsequentes.*

68 *Bulla posterior regulariter derogat priori.*

69 *Extravagantes si ex contextu appareat fuisse coarctatas ad Vitam Pontificis, ipso mortuo, cessant.*

70 *Ex-*

70 *Extravagantium tertia species est illarum, quæ emanarunt post Benifacianam Compilationem, sed non reperiuntur inserta in Corpore Juris.*

71 *Extravagantes extra Corpus Juris existentes quam Legis vim, & quomodo obtineant.*

72 *Constitutiones plures in Bullario reperiuntur, quæ etiam in Corpore Juris annexa sunt.*

73 *Constitutiones, quæ non sunt in Corpore Juris, & alia quæ vagantur extra Bullarium, habent eam auctoritatem, quam attenta legalitate Bullæ obtinere possunt.*

74 *Si de legalitate Bullæ dubitetur, debet consuli Romanus Pontifex.*

75 *Sententia lata contra Extravagantes certas & indubitatas est nulla.*

76 *Sententia lata contra Extravagantem non notoriam, vel in Judicio non productam, non est ipso jure nulla, licèt possit ab ea appellari.*

77 *Incognitas Leges quis scire non obligatur.*

78 *Bulla quando, & quomodo dicatur derogare Juri Communi? & de Bullæ obligatione, an possit contrario usu abrogari, & an requiratur acceptatio? remissivè.*

79 *Legalitas in Bulla est omninò necessaria extra Curiam, licèt in Curia sufficiat solum signum V. Cancellarii.*

80 *Bullæ originales nullius sunt roboris, nisi sint expedita in forma legitima, & juxta Regulas Cancellariæ.*

81 *Legalitas Bullæ ex qua forma, & quibus signis agnoscatur?*

82 *Bulla non censetur legalis, si careat plumbo, nec hujus locus appareat.*

83 *Bulla cum virgulis scripta, censetur facta contra stylum; & quomodo ex aliis excludatur Bullæ legalitas?*

84 *Cordula Sigilli si appareant corrosa, non obstant Bullæ legalitati.*

85 *Sigillum si deficiat in Bulla recenti, arguit ejus illegalitatem, secùs in antiqua. Hoc tamen pendet ab arbitrio ex circumstantiis.*

86 *Recensentur adminicula, quæ concùrrunt ad arguendum Bullæ legalitatem.*

87 *Bulla in qua inseritur alia Bulla de verbo ad verbum, probat legalitatem Bullæ insertæ; & quid de Bulla renovante aliam ob vetustatem?*

88 *Bulla antiqua ultra centum annos, concurrente observantia, non indiget recognitione.*

89 *Vicecancellarii subscriptio, & diei adnotatio, si in aliqua Bulla antiqua deficiant, an ista censeatur legalis?*

90 *Sumptum de sumpto in antiquis probat, dummodo adsint adminicula satis ampla, cum observantia.*

91 *Originale tantùm regulariter facit fidem.*

92 *Bullæ quando pro legalibus, vel apochriphis habendæ sint, remissivè.*

93 *Privilegium concessum à Pontifice, qui deinde in Concilio Constantien. privatus fuit, an fuerit legitimum, vel non?*

94 *Copia Bullæ non simplex, sed in Bullario Romano posita, plenam fidem facit.*

95 *Bulla, eo ipso quod est in Bullario, supponitur publicata.*

96 *Bulla etiamsi in Bullario non reperiatur, adhuc tamen censetur legalis, si qualitates legales habeat; & quænam illæ sint?*

97 *Sumptum è Regesto Bullarum, & Supplicationum, meretur fidem.*

98 *Regestum Supplicationum, & Bullarum plenam facit fidem.*

99 *Sumptum discrepans ab originali, non probat, sed matrix tantum.*

100 *Bullæ tenor attendi debet, donec probetur contrarium.*

101 *Bulla debet expediri ad formam supplicationis, in qua consistit Gratia.*

102 *Litteræ Bullatæ sunt pro forma, & usu probationis Gratiæ, non autem substantialiter Gratiam important.*

103 *Litteræ Bullatæ præsupponunt Gratiam jam concessam in supplicatione.*

104 *Prælatus dicitur quis statim ac fuit pronunciatus in Concistorio, ante expeditionem Bullarum.*

105 *Jus illud quod acquiritur in supplicatione dicitur implicitum, aperiendum per litteras patentes.*

106 *Litteræ Bullatæ expediuntur ad perficiendam gratiam in esse non intrinseco, sed apparenti.*

107 *Expeditio litterarum consideratur secundùm tempus supplicationis, à qua recipit esse.*

108 *Supplicatio signata tamquam matrix est attendenda, cum qua Bulla debet concordare in substantia.*

109 *Bullis apponi potest id, quod per errorem omissum fuit in supplicatione, dummodò non sit aliquod substantiale.*

110 *Bulla si discordet à supplicatione, mittitur corrigenda ad Correctorem, & interim Executor supersedit; non tamen si discordet à mandato Procurationis.*

111 *Executor nequit judicare secundùm supplicationem, obstante Regula Cancellariæ de non judicando, &c.*

Correctione pendente, Bullæ nullum robur habent, ibid.

112 *Bullæ plures aliquando super eadem supplicatione expediri solent, quia plures hæc continet gratias.*

Quandoque super eadem supplicatione signata datur una Bulla sanatoria alterius, ibid.

113 *Potest in supplicatione una gratia corruere, & altera vigere.*

114 *Supplicatio si non reperiatur, supponi debet Bullas fuisse ritè expeditas.*

115 *Bulla si discordet à Regesto Datarii, creditur isti.*

116 *Sumptum de sumpto regulariter non probat.*

117 *Transumptum in publica forma extractum à litteris originalibus, habet idem robur, ac ipsa originales Bullæ.*

118 *Transumptum originale litterarum Apostolicarum extractum à Regesto habet plenum robur, & potest cum illo judicari.*

119 *Regula Cancellariæ de non judicando, &c. non procedit in hujusmodi transumptis.*

120 *Bullarii Constitutiones continent materias apprimè utiles & necessarias in utroque foro.*

121 *Bullarii Constitutiones dignæ videntur Commentariis, ad instar aliarum Decretalium Juris Canonici.*

Limitatè tamen ad intentionem Legislatoris, ibid.

122 *Auctores referuntur, qui ad præfatas Constitutiones vel breviter, vel non universaliter, aliqua scholia, vel Commenta dederunt.*

123 *Auctoris motivum ad hoc opus aggrediendum, fuit Reipublicæ litterariæ utilitas.*

124 *Totius Operis ordo innuitur opportunè visus Auctori dandus in Commentariis circa res explicandas contentas in Bullis, miscendo quoque Jus Canonicum, & historiam de origine Bullarum, ac incidenter etiam aliqua de Jure Civili addendo.*

UT faciliùs differentia Bullarum, & Extravagantium, ab alio Jure Canonico discernatur, opportunum duxi de varietate Juris præfati differere, ut secernendo varias illius species, aptiùs essentiam & qualitatem Extravagantium, seu Bullarum attingamus. 1

Jus, quod etiam Lex, & Constitutio dicitur, tanquam synonima solent usurpari; sed primum magis 2 latè

latè patet, cum etiam conveniat consuetudini, *l. prima, penultima, & ultima ff. de just. & jur.* Lex tamen consideratur uti medium ad consequutionem finis, scilicet justitiæ; dicitur jus, desumendo nomen ab ipsa justitia intenta uti fine; si tamquam regula, dicitur Constitutio, quia constituit quæ sunt facienda; si verò consideretur, prout obligat, & li-
3 gat, dicitur Lex; imo si hæc nomenclatura ab externis linguis petenda foret, uberior adhuc esset, sic apud Hebræos appellabatur *Thorah*, quasi quod doceret id, quod esset agendum; apud Chaldeos dicebatur *Uraita*, à verbo *Ur*, quod significat illuminare; & alibi aliter, juxta varia officia, quæ à lege præstari possent, Cicero *lib. 1. de legibus*. Verùm jus Civile solet appellari Lex; Canonicum verò dici-
4 tur Canon, Constitutio, Decretalis, Extravagans, nec non Rescriptum.

At descendendo ad legis divisionem, in quatuor præcipuas species dividi illa potest, quibus humani-
5 tas ad finem dirigitur supernaturalem; nempè in legem æternam, naturalem, divinam, & humanam.

Æterna lex est ipsamet divina mens, quæ ab æterno omnia ordinavit, juxta illud *Proverb. cap. 8. Ab*
6 *æterno ordinata sum*; & hæc lex non dicitur lata, sed ferens; nam ab ea, cætera jura naturalia divi-
7 na, & humana derivantur, juxta verba D. Augustini *lib. 1. de liber. arbitr.* ibi: *Lex, quæ summa ratio nominatur, non potest cuipiam intelligenti non incommutabilis, æternaque videri*; de quo latiùs videri poterunt D. Thom. *part. 2. quæst. 91. art. 1.* Salas *de legibus disp. 2. sect. 1.* Suarez *eodem tractat. lib. 2. cap. 1.* Valent. *tom. 2. disp. 7. qu. 3.*

8 Ex hac lege æterna, proditum fuit jus naturale; totum enim signaculum, quod rationali naturæ insitum est, quo scilicet natura rationalis discernit honestum à turpi, scientia est, quæ ex immenso illo lumine æternæ mentis immissa fuit in corda nostra juxta illud D. Augustini *2. confess. cap. 4.* ibi: *Lex tua descripta est in cordibus hominum*; & ideò legem naturalem, participationem esse legis æternæ, expressè dixerunt D. Thom. *cit. part. 2. quæst. 91. art. 2.* Suarez *cit. lib. 2. cap. 6. num. 5.*

Hinc jus divinum, quatenus coincidit cum natu-
9 rali, sumitur pro lege naturali; quatenus verò significat jus scriptum à Deo, datum Hebræis in præceptis, dicitur jus divinum vetus; quatenus sumitur pro eo, quod continet Evangelium, dicitur jus divinum novum.

Jus enim naturale differt à lege divina-indicta, &
10 humana; primò, tempore, cùm cognoscat originem à creatione naturæ, nec indictum fuit, unde immutabile dicitur, Can. *jus naturale dist. 5.* Secundò, amplitudine, omnibus enim est commune. Tertiò, rigore, nam ejus præcepta sunt inviolabilia.

Jus autem humanum est, quod à libera volunta-
11 te legislatoris pendet, adeòque mutationi subest, & dividitur in Jus gentium, Canonicum, & Civile.

Jus gentium est, quod apud omnes servatur, ini-
12 tio Orbis usu hominum introductum, Can. *jus gentium dist. 1.* & differt ab aliis juribus humanis, quia utpotè magis utile, & universaliter adaptatum moribus gentium, est ferè indispensabile.

Jus Civile est, quod à Supremo Principe latum
13 fuit, vel ab habente potestatem leges ferendi, quæ quidem potestas priùs à Populis in Reges fuit translata, & jus Romanorum præcipuum est, comprehendens etiam alia jura specialia Regnorum.

Jus Canonicum, de quo hìc sermo est, dicitur ta-
14 le à verbo græco *Κανὼν*, quod regulam significat, *Can. Canon. dist. 3.*; rectè etenim hujusmodi etymologia assignatur; nam jus Canonicum præcipuam regulam benè vivendi constituit, & magis immediatè ad primam regulam ordinatur, scilicet, Deum; hinc id quod pro regula in operibus suis ad lineas rectè ducendas, aut explorandas adhibent artifices, translatè ad præcepta morum, ac disciplinarum porrigitur; unde ex eadem ratione, Canonem Missæ dicimus regulam illam servandam in S. Sacrificio, Gonzalez *in cap. 6. num. 4. de celebr. Missar.* Sic dicuntur Canones, ipsæ præstationes statutis temporibus anni solvendæ, & Canonici dicuntur ii, qui certis horis in Choro psallunt; quare hoc jus Canonicum, etiam regulare fuit dictum, quo verbo usus etiam fuit D. Paulus *ad Corinth. c. 10. ad Galatas c. 6. & ad Philippenses c. 3.* diciturque etiam jus sacrum, imò di- 15
vinum, per quandam scilicet Analogiam, cùm Vicarius Christi ipsius juris legifer ab ipso Deo fuerit constitutus, Can. *suscipitis dist. 10. cap. 1. de juram. Calum. cap. nimis de Jurejurando*; imò etiam dicitur jus Pontificium, utpotè à Pontifice Summo promulgatum, de quibus vide Melchior. Can. *lib. 2. de loc. commun. cap. 16.* Covar. *in pract. cap. 31. n. 2.* Gonzal. *in apparat. Juris Canonici, seu decretalium*, Gibalin. *Scient. Canon. 1. 2. lib. 5. cap. 2. qu. 1.*

Præstantiam hujusmodi juris denotant ipsæ causæ illud constituentes. Si enim efficientem inspiciamus, 16
ea est authoritas illa, & potestas gubernativa à Christo Domino, suæ Ecclesiæ, ejusque Supremo Pastori communicata; causam materialem scrutando, quæ virtus, quæ scientia, quæ doctrina nobiliorem hujus juris materiam oblinuisse gloriatur? compositum est enim jus Canonicum ex dictis Sanctorum Patrum, Conciliorum Statutis, ac oraculis summo- 17
rum Pontificum; formalis causa est ordo datus authoritate tot eximiorum Ecclesiæ universalis Pastorum, opera virorum, doctrina, & pietate insignium: finalis tandem causa, est Clericorum honestatem, Presbyterorum sanctitatem, ordinandorum vitam, ac modum indicare: munerum, officiorum, dignitatumque Ecclesiasticarum gradus explicare, Sacramentorum Mysteria, & Ecclesiasticos ritus explanare, delinquentibus pœnas definire, & quidquid Cœlo nos dignos reddit, ut id agamus, quodque à Cœlo avertit, ut fugiamus, lex Canonica ostendere pro fine intendit. Si enim Imperiales leges in Orbe ter- 18
rarum tanti existimantur, quid erit de Jure Canonico dicendum? Plus forsan præstantiæ habebunt dicta Dorothei, Triboniani, ac Theophili, quàm Hilarii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, Leonis, aliorumque SS. PP. Sententiæ, ac Pontificum oracula, à quibus jus illud profluit? Continet enim hoc jus affinitatem cum Theologia, quia utro- 19
bique tractatur de spectantibus ad fidem; cum jure Civili, quia ambo includunt leges, quibus dirimuntur lites, & pœnæ irrogantur; & ita cum aliis scientiis, cùm lex canonica omnium sit magistra, & præ- 20
cipuè Juris Civilis, sic Plato *de legibus*, ait, *Ut neminem unquam Custodem legum eligamus, nisi divinus sit, divinisque studiis operam dederit*; & Cicero *lib. 1. de Orat.* dixit: *Quis juris prudentem esse putat, qui divinarum rerum notitiam non habuit?* & alia præconia legis Canonicæ vide apud DD. & præsertim Joannem Doviat. *in prænotionibus Canonicis lib. 3. cap. 2. & seqq.*

Jus etenim Canonicum ex pluribus emanavit fontibus, & primò considerant Ecclesiasticæ historiæ re- 21
latores, Canones Apostolorum; sed quoad istos dubitatum fuit apud illos, an fuerint apocryphi, vel verè fuerint ab Apostolis conditi in variis Conciliis; prima opinio comprobatur ex *Can. Sancta Romana dist. 15.* ubi dicitur, *librum dictorum Canonum esse apocryphum, & in Can. 1. & 2. dist. 16.* Secundam sententiam amplexi fuerunt Athanasius in Synopsi, & plures Pontifices, atque Concilia, eosque tamquam authenticos appellarunt, ut refert Gonzal. *in cit. apparat. decretal. num. 42. & 43.*

Tamen certius videtur, si asseratur, esse aliquos apocryphos, alios non; liquet enim, de iisdem Ca- 22
nonibus facere mentionem Sanctos P. P. & Concilia; hinc in septima Synodo Oecumenica *Can. 1.* habetur: *Divinos Canones amplectamur, & integram* illo-

illorum praeceptionem, ac immobilem teneamus, tam scilicet illorum, qui ab almis, & laudabilissimis Apostolis S. Spiritus tubis editi sunt, quàm eorum, qui à sex sanctis, & universalibus Synodis promulgati sunt: sic Tertullian. *lib. adversus Praxeam, Canones Apostolorum*, scripsit, *esse nobis per manus traditos;* sed Authores contrarii certa certis referendo, possunt verificari in utraque opinione, scilicet quod aliqui sint apocryphi, cum à Græcis fuerint recepti, & translati; & sic plures mendosi reperti fuerint; hinc alii dicunt tantùm veros 84. alii 60. alii 85. Communis tamen opinio est quo ad 50. & habetur in Can. *Clementis* 13. *dist.* 16. & ideò Dionysius Exiguus solùm 50. in sua collectione posuit, quam-
23 vis etiam illorum veritatem negent aliqui; prout etiam disputatur, an verè Clemens Papa fuerit eorum primus collector, ut plenè materia videri potest apud Cabassut. *in not. Concil. tit. de Canon. Apostol.* Gonzal. *loc. cit.* Natalem ab Alexandro *in hist. Ecclesiastia p. 2. secul. 1. dissert.* 17. & Doviat. *cit. lib.* 3. *cap. 2. per tot.*

24 Post primam Apostolicorum Canonum collectionem, plures aliæ fuerunt factæ, cum enim varii fuissent tam Conciliorum Canones, quàm Epistolæ decretales Summorum Pontificum, ut facilè non valeret ad scientiam omnium perveniri, nisi certis voluminibus collectorum, inolevit usus etiam primis sæculis colligere leges illas sacras simpliciori methodo ad instar annalium, recensendo Canones Conciliorum, & Epistolas Summorum Pontificum juxta temporum varietatem; in modernis verò collectionibus ars, & methodus præfulserunt, subrogando materias pluribus titulis secundùm varietatem earum, non curata antiquitate temporis Conciliorum, vel Pontificum authorum.

25 Prima etenim collectio fuit apud Orientales (II. etiam dicta post illam Canonum Apostolorum) anno 385. Cùm enim in Oriente Mysteria nostræ fidei, incunabula agnoverint, Conciliaque plurima initio Ecclesiæ fuerint celebrata, ideò ibi evenerunt collectiones plures, & illa fuit Stephani Episcopi Ephesini juxta Marcam *lib.* 3. *de concord. Sacerd. & Imper. cap.* 3. vel Sabini apud Heraclium Macedoniorum Episcopûm, Socrates *lib.* 1. *Eccles. histor. cap.* 5. continet enim talis collectio Canones Nicænos usque ad alios inclusivè Concilii Constantinopolitani primi, imò & aliorum Conciliorum non generalium, aliasque referunt collectiones Orientales, Marca citatus, Anton. August. *in præfation. Epit. Juris Pontificii*, Dionysius Exiguus *in præfat. sua collect.* & latè citat. Doviat. *lib.* 3. *cap.* 3. *& sequen.* ubi numerantur omnes collectiones in Oriente peractæ, earumque ordo, & materia, prout adamussim recenset Epistolas Summorum Pontificum per ordinem.

26 Ecclesia tamen Romana usa primis sæculis fuit Sacra Scriptura, & traditione, & deinde Concilii Nicæni ordinationibus post illius publicationem, Sozomen. *lib.* 8. *histor. Eccles. cap.* 26. Sed V. circiter sæ-
27 culo plures versiones è Græca ad Latinam, Orientalium collectionum fuerunt peractæ, & novissimè P. Paschasius Quesnel *Presbyter Oratorii* editionem promulgavit sub titulo *appendicis ad opera S. Leonis Magni*, de qua tamen collectione vide quæ contra dixit Doviat. *cap.* 14.

28 Inter Latinos verò, primus collector fuit Dionysius Exiguus, sic dictus, quia erat statura pusillus, sed ingenio, & doctrina satis eximius, domicilio Romanus, Scytha tamen natione, Anno Domini 500. Ipse cùm fuerit valdè peritus in lingua Græca, Canones Orientalium collectionum, necnon alios editos in Conciliis Occidentalibus, & Summorum Pontificum Epistolis, in unum collegit volumen, quod Ecclesia Romana amplexa fuit, Can. *de libellis* 1. *dist.* 30.

29 Alia fuit collectio Martini Bracarensis Episcopi circa annum 527. adjunctis Canonibus aliquibus ex Hispanicis Conciliis, quæ collectio est post secundam Synodum Bracarensem in tomo Conciliorum, & & colitur inter Sanctos, ac de eo meminit Isidor. Hispalen. *de viris illustr. cap.* 21.

Collectio alia assignatur Cresconio Episcopo Afri- 30
cano anno 590. & ipse, prout Ferrandus, Breviarium quoddam Canonicum composuerunt, quod illustrarunt Dadinus Altasserra Pictaviensis anno 1630. & Petrus Franciscus Chislesius Soc. Jesu anno 1649.

Alia est collectio Isidori Episcopi Hispalen. inter 31
Sanctos adscripti, vel ut alii dicunt, Isidori Mercatoris, seu Peccatoris (sic ob humilitatem nuncupati) vel attribuitur utrique tanquam unius opus appendix alterius, de qua re agit cit. Doviat. *lib.* 3. *cap.* 19. *&* 20.

Magnum etiam volumen Canonum, & decreto- 32
rum composuit Burcardus Monachus Vuormaciensis, ut referunt Historici, & præsertim Sigibertus in Chronico ad annum 1008. & in libro de scriptoribus Ecclesiasticis.

Demum adest collectio dicta Ivonis Bellovacensis 33
Canonici Regularis Sancti Augustini Episcopi Carnotensis, hicque decretum edidit in fine decimi sæculi, collegitque in illo Canones ex Conciliis, necnon ex Epistolis Romanorum Pontificum, ex tractatibus Sanctorum PP. hasque præcipuas collectiones, & alias minùs principales referunt citat. Doviat. *ubi suprà per totum librum tertium*, Gonzal. *in cit. apparat. Antonius Augustinus*, & alii.

Potissima verò collectio fuit illa, quam peregit 34
Gratianus, & verè ipsa per antonomasiam, Decretum appellatur, tum quia est recentior, tum etiam quia inter alia volumina juris Canonici ponitur, obtinuitque hoc volumen maximam venerationem, ita ut doctissimorum virorum Glossis, & Commentariis refertum fuerit, etsi in aliquibus improbatum, imò eximio labore concordantia Canonum ibi adaptata fuit, ut videtur in paragraphis ipsius inter Canones insertis.

Fuit autem Gratianus Natione Tuscus, Monachus
S. Benedicti ex Civitate Clusi: ita Baron. *Anno* 35
1151. vel Civitate Classis apud Ravennam in Æmilia, vel etiam dici potest ortus in quadam Capsina, prout adhuc hodie Novarienses gloriantur, ita Nevizan. *in Sylva nuptial. fol.* 94. *col.* 1. Ordinem D. Benedicti suscepit, in quo maximè eluxit virtute, & sanctimonia, ut referunt Alciatus *lib.* 4. *parerg. cap.* 13. *in princ.* Duaren. *in præf. de Sac. Eccles. Minist. versic. unum est*, Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 13. *num.* 32. Corasius *in paraphr. Sacr. cap.* 2. *num.* 3. & Sacræ Theologiæ Magister extitit, Archid. Flor. *in* 3. *p. sua Chronic. tit.* 17. *cap.* 6.

Iste itaque Vir in Civitate Bononiæ compilavit eximio ordine Librum Decretorum, vivente Eugenio III. Summo Pontifice, Anno Domini 1150. tum ex locis Sacræ Scripturæ, tum ex Canonibus Apostolorum, & Conciliorum universalium, & particularium, ex Epistolis, & Decretis Summorum Pontificum, ex operibus Græcorum, & Latinorum SS. PP. & ex tribus Pœnitentialibus, ut notat Boetius Epo *lib.* 2. *de jure sacro*, aliaque magis distincta quoad ordinem, & materiam rerum in ipso Decreto contentarum prosequitur idem Boetius, illudque tuetur à Joannis Molinæi dictis; in eodem Codice
adsunt aliqua desumpta ex Jure Civili, & plura, quæ 36
Palea vocantur, vel quia non valdè conferunt, vel quia non habent in Sacris Juribus authoritatem; proinde *Palea* nuncupantur, putantibus aliis, hujusmodi paragraphos fuisse collectos à quodam discipulo, *Palea*, dicto, Maranta *in prax. quæst.* 3. *num.* 36. & de hac compilatione meminerunt Scriptores Ecclesiastici, inter quos D. Anton. *in summ. hist.* 3. *par. tit.* 16. *cap.* 6. Joannes Trithemius *de Viris Illustr. Sancti Benedicti lib.* 2. Baron. *in Annal.* Bellarmin. *de Scriptoribus Ecclesiasticis sæcul.* 2. & Anton. August. *lib.* 2. *Dialog.* 9. *& in ejus additione.*

An

An autem omnia, quæ continentur in hac Gratiani
compilatione, vim Legis habeant, disputant aliqui;
37 dicunt enim nonnulli, quod cum ea Collectio non
fuerit approbata per Summos Pontifices, non videtur
esse Canonica, Sanchez *de matrim. l. 4. disp. 12. nu. 5.*
Salas *de legibus tract. 14. disp. 18. sect. 13.* Suarez *eodem tract. lib. 4. cap. 5. num. 6.* alii existimant, illam
fuisse approbatam à Papa Eugenio Tertio, vel Gregorio XIII. vel saltem communi usu receptam, ita
Abb. *in cap. 2. de rescriptis num. 9.* Felin. *ibid. num. 44.*
Tusch. *litt. D. conclus.* 110. *num. 2.* Marta *de Jurisdictione 1. p. cap. 30. num. 37.*

Nihilominus de jure talis compilatio, quantum
in se est, non habet rationem Legis, quia Gratianus
nullam habebat potestatem Legis condendæ, ut docent Jo. Baptista de S. Blasio in repetit. decreti Gratiani *quæst. 5. & 6.* Milis. *in reper. ver. Lex.* Alciatus *cit. cap. 13.* Gonzal. *cit. num. 50.* ubi, recensitis DD.
contrariæ opinionis, hanc firmat, pluribus cumulatis rationibus, Menoch. *de adipiscen. remed. 4. num. 482.* optimè Rota *decis.* 480. coram Penia impress.
Lugdun. *num. 17. & 18.* ubi firmat, nullam habere
38 authoritatem publicam, sed tantùm illam, quæ decreta habent in se, hinc quidquam roboris non habuisse Leges Civiles ibi insertas, quia ex se nullam
habent vim obligandi Ecclesias, & Ecclesiasticas
res, nec ullus Pontifex collectionem publica authoritate munivit; nam Gregorius XIII. tantùm man-
39 davit emendari librum prædictum Gratiani, & emendationes sine additionibus, vel detractionibus attendi, & quod dicta SS. Patrum ibi inserta, sint ma-
40 gni existimanda, non tamen ut Leges, sed solùm habeant vim directivam, si Juri non adversentur, etiam
dixit Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 12. num. 6.* &
sanè clarè constat, Gratianum lapsum fuisse in multos
41 errores, nam *Can. hæc est fides 24. quæst. 1.* tribuitur
ab ipso D. Hieronymo, prout etiam *Can. quia Sacerdos 10. quæst. 1.* quos non esse dicti Sancti ostendit Bellarmin. *ubi supra*, qui refert alios errores, necnon
Baron. *Anno 664. num. 4. & Anno 774. num. 4.* fuit
enim Gratianus, ut idem Baron. ait, nimis credulus, & non habuit delectum Authorum, ex quibus
decreta collegit.

42 Dixi, in quantum in se est, nam si loquamur de his
quæ continentur in dicto volumine receptis à Conciliis, aut SS. PP. Constitutionibus authographis, certum est, ea vim Legis habere, prout habent fontes,
a quibus excepit Compilator: si verò de aliis, quæ non
reperiuntur in jure, vel de Sententiis Sanctorum P.P.
vel de Legibus Civilibus, nullam habet authoritatem
dictum volumen, nisi eam quam habebant ipsa decreta recollecta, quia nunquam fuit approbatum à
Summo Pontifice, ut dicunt citati Doctores, Merolla *disput. moral. tom. 2. disp. 4. ---. 11. per tot.* & sic
Leges Civiles nullum robur habent in Ecclesias, & Ecclesiasticos, etsi in dicto volumine insertæ. Si tamen
non adversentur Juri Canonico, etiam sunt observandæ, saltem ex communi usu, Maranta *cit. p. 3. n. 36.*
Barb. *collect. in proœm. decretorum num. 7.*

Post editum Gratiani decretum, novæ subinde ema-
43 narunt Constitutiones Summorum Pontificum, unde aliæ Collectiones evenerunt, ut fuit Breviarium
Extravagantium, quod continebat ea, quæ extra decretum Gratiani vagabantur, & alias variis temporibus post illam Gratiani Compilationes proditas refert
cit. Doviat. *lib. 4. cap. 16.* & recensentur quædam Bernardi Balbi Papiensis Ecclesiæ Præpositi usque ad
tempora Alexandri Tertii; alia Joannis Valensis,
quam Alexander prædictus approbavit: & alia Petri
Beneventani, tempore Innocentii Tertii, ultra hujus
regestum Epistolarum; & etiam post Concilium Lateranense, Felix Tancredus Canonicus Bononiensis
aliam edidit ab eodem Innocentio approbatam, &
tempore Honorii Tertii cum hujus approbatione,
aliam promulgavit, prout etiam illas adnotarunt Antonius Augustinus, Boetius Epo, & alii.

44 Tandem opus valdè necessarium aggressus fuit
Gregorius Nonus Summus Pontifex, qui fuerat Divini, & humani Juris callentissimus, & adinstar Justinianei Codicis, in quem fuerunt redactæ materiæ trium
Codicum, Gregoriani, Ermogeniani, & Theodosiani, & aliarum Constitutionum posteà emanatarum,
librum edidit Decretalium, in quo nedum ea, quæ
vim Legis habebant in aliis collectionibus, relata fuerunt, sed alia denuò in Conciliis, & in Epistolis
Summorum Pontificum posteà publicatis indicta,
plura rejiciens tamquam superflua, plura dispersa colligens, prout ipse testatur in proœmio, ibi: *Sanè diversas Constitutiones, & Decretales Epistolas prædecessorum nostrorum in diversa dispersas volumina, quarum aliqua propter nimiam similitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnulla etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur, aliqua vero vagabantur extra volumina supradicta, quæ tanquam incerta frequenter in Judiciis vacillabant, ad communem, & maximè studentium utilitatem per dilectum filium Fratrem Raymundum Capellanum, & Pœnitentiarium nostrum, in unum volumen, resecatis superfluis, providimus redigendas, adjicientes Constitutiones nostras, & Decretales Epistolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur.*

Opera usus fuit Pontifex ad id negotium perficien-
dum, ut ipse ait, Raymundi de Peñafort Ordinis 45
Prædicatorum, Viri doctrina, vitæ Sanctitate, &
Miraculorum illustris, inter Sanctos nunc adscripti;
fuit vocatus liber Decretalium hujusmodi compilatio,
imò appellantur absolutè Decretales, Gloss. *in proœm. decretal. ver. Constitutiones*, quia verè continet Epistolas, quibus quid generaliter valiturum, te diligenter examinata, decernitur: & licèt contineat Canones Conciliorum, tamen recepit nomen à potiori
numero Epistolarum Decretalium, quæ in ipso continentur; fuit enim compilatus maximè pro Judiciis,
& sic materiæ sub propriis titulis fuerunt ordinatæ,
ut notant citati DD. & ad eundem librum fuerunt tot
insignes Glossatores, necnon tot Commentatores satis noti.

Ex eadem ratione excrescentium Decretalium, 46
Bonifacio VIII. viro quoque in legali facultate peritissimo visum fuit, exemplo Gregorianæ, aliam facere Compilationem opera Gullielmi Archiepiscopi
Ebrudunensis, Berengarii Episcopi Biterensis, ac Magistri Richardi de Senis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ V.
Cancellarii, istamque collectionem vocavit Sextum
Decretalium, ex eo quia compilatio Gregoriana reperiebatur divisa in quinque libros; unde ille, qui sequebatur, Sextus appellandus erat; qui distribui enteriam in
quinque subalternos libros, eodem ordine materiarum
sub propriis titulis servato, ut in Gregoriano Codice;
appositisque Constitutionibus ab ipso editis, & Prædecessorum post Gregorianam, de quo ipse Pontifex rationem reddit in præfatione, nimirum hoc se
fecisse seorsim, ut nova editio minoribus impensis
comparari posset: sed verè videtur fuisse necessarium
ad commoditatem Judicum, & Studentium, cùm
aliud volumen dicta secunda collectio contineat,
& si omnia fuissent posita sub Gregoriana compilatione, oporteret infinitos libros destrui, ut novæ Decretales cum Constitutionibus posterioribus in calce publicarentur; huicque compilationi Glossas addiderunt,
& Commentaria etiam plures.

Accessit deinde Compilatio Clementinarum facta 47
tempore Clementis V. & continet Constitutiones
editas in Concilio Viennensi Anno 1311. celebrato,
& nonnullas alias Constitutiones ejusdem Clementis,
& Epistolas Decretales, ante, & post dictum Concilium latas, quam quidem Compilationem ipse Pontifex morte præventus non valuit publicare, quod
supplevit Joannes XXII. successor, & Clementina
Collectio fuit dicta ab ejus Authore Clemente, quamvis Author fastum non curans sub titulo Septimi Decretalium Opus destinasset, estque ordo idem ut suprà in
aliis libris Decretalium.

Successerunt deinde Extravagantes Constitutio- 48

nes dicti Joannis XXII. scilicet ejus Constitutiones promulgatæ, quæ continentur in 14. titulis; & ad omnes tam Clementinas, quàm istas Extravagantes fuerunt additæ Glossæ, & Commentaria, prout etiam opera ipsius Joannis fuerunt recollectæ aliæ Extravagantes Summorum Pontificum hincinde dispersæ, & non contentæ in dictis Compilationibus, quas Extravagantes communes appellavit, divisitque in dictos libros distinctos in Capita, cui Operi Glossas addiderunt, & Commentaria alii Insignes Viri.

49 Nomen Extravagantium, ut suprà dixi, fuit indictum Constitutionibus Summorum Pontificum, quæ extra volumina recollectionum vagabantur, proinde post Collectionem Gratiani, Extravagantes vocabantur aliæ Collectiones posteriores, ut notat Cujacius *cap. 4. extra de sponsalib.* Verùm eum Liber Decretalium à Gregorio promulgatus habeat authoritatem à Sede Apostolica, quam non habuit, ut dixi, Compilatio Gratiani, idcircò hæc titulum Compilationis tantùm recepit. At volumen Bonifacii, cum sextum librum constituat Juris Canonici, necnon Constitutiones Clementinæ habeant proprium nomen Authoris; illud Extravagantium non meruerunt, proinde tale nomen fuit restrictum ad Extravagantes Joannis XXII. & Communes.

50 Verùm cùm novæ extiterint indictæ Constitutiones per Summos Pontifices, qui post Joannem regnarunt, ad differentiam Extravagantium prædictarum in Corpore Juris additarum, illæ sub nomine Bullarum fuerunt dictæ: & ab aliis sub nomine Extravagantium usurpantur meliori ratione, quia istæ Bullæ
51 habent nomen, & quidditatem Extravagantium, quatenus sunt extra Corpus Juris Canonici. Illæ verò Joannis, & Communes nomine tenus tantùm possunt dici Extravagantes, & comparativè ad Decretales, sed verè sunt inclusæ in Corpore Juris, ut dixi. Circa quas Bullas etiam plures Collectiones fuerunt factæ sub nomine Bullarii, sed sine speciali authoritate Sedis Apostolicæ, quæ certè tributa fuit supra memoratis Collectionibus quinque librorum Decretalium, Sexti, Clementinarum, Extravagantium Joannis, & Communium, ut ex earum proœmio liquet, ita ut posteriora Jura prioribus derogent, *l. ultima, ff. de Const. Principum*, ut notat Gonzal. *in cit. apparat. decretalium*.

52 Laertius Cherubinus Jurisconsultus Romanus primò collegit hujusmodi Extravagantes, seu Bullas à D. Leonis Magni temporibus ad Sixtum V. juxta ordinem temporum Summorum Pontificum, adjecto volumini, titulo Bullarii, Anno 1586. prodiditque eas ingenti labore, & studio ex abditis locis, & Archiviis, & secundam recollectionem Paulo V. obtulit, tertiam verò præmeditatus reliquarum Constitutionum ejusdem Pauli, Gregorii XV. & Urbani VIII. morte interceptus, imperfectam reliquit.

53 Verùm ejus filius Angelus Maria Cherubinus Monachus Cassinensis, pluribus additis, Bullarium Romanum typis mandavit Romæ Anno 1634. in quatuor tomos divisum, adjunxitque SS. Pontificum omnium strictis verbis Vitas, & Icones, atque in calce Bullas addidit per extensum. Primus Tomus continet Constitutiones à D. Leone Primo usque ad Paulum IV. Secundus a Pio IV. usque ad Innocentium IX. Tertius à Clemente VIII. ad Gregorium XV. Quartus denique, Constitutiones Urbani VIII., appendice earundem post primam editionem adaucta.

54 Demum PP. Angelus à Lantusca, & Joannes Paulus à Roma Ordinis Minorum S. Francisci strictioris Observantiæ opus continuarunt, typis mandando Anno 1672. duos alios Tomos, in quibus plures Bullas Urbani non collectas, & Successorum Innocentii X. Alexandri VII. Clementis IX. & Clementis X. Constitutiones collegerunt.

55 Novissimè Anno 1697. editæ fuerunt Constitutiones f. m. Innoc. XII. per totum Annum 1695. promulgatæ opera Causarum Patroni D. Georgii Firmani. In his enim Collectionibus, quæ dicuntur, Bullarium

Romanum, plures adsunt Constitutiones, seu Bullæ 56
confirmantes specialia Decreta seu Statuta certarum Religionum, vel locorum particularium, & tunc non habent auctoritatem Legis ultra actum confirmationis, ex eo quod sint insertæ in Bullario ratione Apostolicæ Confirmationis, ut benè Card. de Luc. *disc. 60. de Regularibus*; & quatenus Privilegia non sint vera, Bulla confirmans ea non habet robur; ut plenè Rota *decis. 367. num. 7. vers. Bulla, & n. 8. p. 17. & decis. 524. num. 15. p. 19. t. 2. recent.* Aliquando emanarunt Constitutiones cum insertis Decretis Sacrarum Congregationum, & tunc ultra robur quod ex se habent ipsa Decreta, de quo alibi, per Apostolicam approbationem majorem recipiunt auctoritatem, idem Card. de Luca *disc. 32. de Regularibus*.

Adsunt quoque aliæ Collectiones continentes 57
Compendium earumdem Bullarum, puta illa laconica Magistri Mauritii de Gregorio Ordinis Prædicatorum Siculi, omnium Constitutionum à Gregorio VII. usque ad Innocentium X. edita Anno 1648. Neapoli; alia consimilis Jacobi Castellani Clerici Tarvisini ante illam edita Anno scilicet 1604. Venetiis, continens Compendium Constitutionum, seu Bullarum à Clemente VII. ad Clementem VIII. Adest etiam Compendium Flavii Cherubini filii Laertii Anno 1623. secundùm ordinem Bullarii ejus Patris, scilicet à D. Leo-
ne Primo usque ad Paulum V. Hinc non mirum, si 58
tam Cherubinus Pater in editione Bullarii, quàm filius in Compendio incæperint à D. Leone Primo; alii autem Collectores à Gregorio VII. quia Constitutiones præcipuæ ante istum Pontificem fuerunt redactæ in Corpore Juris, utpote D. Leonis *in c. sine exceptione 12. q. 2.* illa Pelagii *in cap. Acacius 1. 24. qu. 1.* & sic de aliis, ut notant Card. Tusch. *de ultimo suo volumine, cit. Magister Mauritius de Gregorio fol. 60.* & idem Flavius Cherubinus *in schol. 1. ad primam Constitutionem D. Leonis*, qui dixit, quod ideò Pater incæpit à D. Leone, quia prima illa Constitutio relata *in Can. sine exceptione*, potest esse exemplar Collectionis satis necessariæ, & desideratæ omnium Bullarum in Corpus Juris, quatenus eas in septimum redigi aliquis Summus Pontifex demandaverit, prout dicitur injunxisse Clemens VIII. & Sixtus V. quod non evenit, ut refert cit. Doviat. *lib. 4. cap. 26.*

Adsunt quoque Collectiones Bullarum specialium, 59
puta illa Rodriquez, Murgæ, & aliæ pro aliqua Religione speciali.

Sanè numerus satis ingens hujusmodi Bullarum seu 60
Constitutionum Extravagantium, ut ex collectionibus suprà enunciatis liquet, & Concilia Generalia post ultimam collectionem celebrata, nempe Constantiense, Basileense ab initio legitimum, Florentinum, Lateranense quintum, & Tridentinum, præter alia permulta Provincialia, stimulum præbuerunt pluribus, & quidem necessarium, novam faciendi collectionem, brevi methodo, resecando superflua, & materiam distribuendo sub propriis titulis, ad instar aliarum Juris Canonici compilationum, authoritate publica Pontificis approbandam: hinc ad hoc opus, modum, & ordinem aliqui præpararunt, materias distribuendo certo, & congruenti titulo Juris Canonici subalternatas; ut videri potest post Summam Bullarii Quarantæ, impressionis Venetæ; prout aliam methodum collectionis faciendæ disposuit Magister Mauritius de Gregorio Ordinis Prædicatorum initio sui operis cit. Expositionis laconicæ omnium Bullarum; nec non editus fuit liber sub nomine septimi decretalium à Petro Matthæo Francofurti anno 1590. in quo juxta ordinem decretalium apponit Canones Conciliorum, & Constitutiones S. S. P. P. usque tunc editas. Summa tamen ratione desideratur aliqua collectio cum authoritate Sedis Apostolicæ hujusmodi Extravagantium seu Bullarum, ut idem sentiatur emolumentum, quod satis ingens peperisse alias collectiones Juris Canonici omnibus constat.

Sed hic erit quærendum, an istæ Extravagantes, 61

seu

seu Bullæ extra collectionem juris communis, habeant authoritatem in foro, & verè pro legibus sint retinendæ ?

62 In hac materia quo ad Extravagantes, oportet has
in tres species distribuere. Prima omnes illas complectitur, quæ usque ad tempora Bonifacii VIII. devenerunt: dictus enim Pontifex, ut dixi suprà, cùm
plurimis selectis Constitutionibus à suis Prædecessoribus latis, quæ extra compilationem Gregorianam
vagabantur, præfatum sextum librum decretalium
compilari jusserit, in ejusdem libri Procemio expres-
63 sè sancivit, ut nullæ aliæ Constitutiones suorum
Prædecessorum, quæ in dicto sexto volumine insertæ non reperiebantur, tanquam legales reciperentur,
& pro decretalibus haberentur, & propterea omnes,
& quascumque Extravagantes ante Bonifacium VIII.
editas in dicto Volumine non insertas, nullam vim legis habere notant DD. post Gloss. *in dicto Procemio ver. Voluminis*, Abb. *in fin. ejusdem Procemii*, Valens. *in concord. Juris q.5.sect.3.fol.*178. Garzias *de benef. p.*11.
*q.*10.§.1. *n.* 70. *in fin.* Gonzal. *in apparat. decret. n.* 57.

64 Hinc patet quo ad præfatas Extravagantes non habere ampliùs hodie locum dispositionem *cap. Pastoralis de fide Instrumentorum*, ubi Innocentius III. sancivit, ut Judex meritò judicare posset secundum dispositionem illarum Extravagantium, de quibus essent nec ne authenticæ, dubitabatur, si juri consonæ essent: cessat, inquam, hæc dispositio quoad omnes Extravagantes, quæ extra compilationem Gregorianam, & Bonifacianam remanserunt, nam omnes illæ tanquam superfluæ, resecatæ, & rejectæ fuerunt, ut not. Gloss. *in dicto Procem. in fin.* Abb. *ibid. & in cap. Pastoralis num.*1. Boer. Epo. *tom.* 1. *de Jur. Sacro c.* 1. Alberic. Gentil. *de lib. Jur. Canonici cap.* 1. Franciscus Valens. *cit. quæst.* 5. *sect.* 3. Cum enim citata Decretalis *cap. Pastoralis* edita fuerit ab Innocentio III. tempore cujus, ut dixi, plures erant jam factæ collectiones, sed nonnullæ Extravagantes etiam aderant extra illas, meritò emanavit dicta Decretalis, ut non omninò aliæ Constitutiones extra jus recollectum vagantes, repellerentur, sed tantum dissonæ juri communi; at accedente nova collectione Gregoriana, & deinde Bonifacii, cum præservativa, ut aliæ Extravagantes ibi non compilatæ nullum jus haberent, cessavit causa dictæ Decretalis quo ad eas ante dictas collectiones, & ait Abbas *in cit. cap. Pastoralis*, & in Procemio decret. Vel etiam posset salvari dispositio citati Textus, quatenus hujusmodi Extravagantes non comprehensæ in corpore Juris ante collectionem Bonifacianam, si fuerint Juri consonæ, haberent quidem auctoritatem non ex ipsarummet vi, sed ex dispositione Juris, cui conformantur, ut not. Gonzal. *ad cit. cap. Pastoralis num.* 1. Sed verè hoc est idem dicere, ac nullam obtinere auctoritatem ex se.

65 Limitatur tamen prædicta regula, ut Constitutiones ante Bonifacianum librum non habeant vim legis, nisi insertæ in decretalibus, & sexto, quod scilicet non habeat locum hoc decretum annullativum in Extravagantibus omnibus, quæ contra hæreticam pravitatem prolatæ fuerunt; omnes enim istæ quamvis in corpore juris non insertæ, & extra vagentur, adhuc in suo robore, & efficacia permanserunt; ita enim expressè sancivit idem Bonifacius VIII. *in cap. ult.* §. *ult. de hæreticis* in 6. ibi: *Constitutiones vero, ordinationes, & mandata alia Prædecessorum nostrorum in negotio hæreticæ pravitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta & responsa, quæ Constitutionibus suprascriptis super eadem hæresis pravitate, non obvient, in suo volumus robore permanere*: quod idem deinde paucis post annis confirmavit Clemens V. in *Clem.* 1. §. *ult.* de hæreticis; atque ita testantur Abb. *in d. cap. ult. de hæreticis in* 6. Gemin. *& alii ibid.* Zanchin. *tr. de hæreticis cap.* 6. *num.* 7. Eymericus 3. *part. quæst.* 84. *& quæst.* 131. Pegna *de auctoritate Extravagantium n.* 3. *post tract. Director. Inquisitionis*, Garz. *de Benef. cit. cap.* 10. §. 1. *num.* 70. Passerin. *in d. cap. fin. num.* 32. & alii communiter.

Secunda Extravagantium species est earum, quæ
post dicti sexti Voluminis Juris compillationem edi- 66
tæ fuerunt, & adsunt insertæ in eodem 6. per Joannem
XXII. quæ dicuntur Extravagantes Jo: XXII. & communes, ut suprà innui, & istæ utpotè in Corpore Juris annexæ, faciunt etiam jus commune, nec derogatio Bonifacii ad illas se extendit uti subsequentes, ut 67
notant Joannes Andreas *in cap. Statutum de Prebend. in* 6. & docent Gonzal. *super regul.* 8. *Cancell. in proæm.* §. 5. *num.* 156. Rota *decis.* 4. *in fin. de reb. Eccles. non alien.* coram Cæsare de Grassis, ubi de Extravaganti Ambitiosæ de rebus Eccles. non alienandis Pauli II. posita inter Communes, facere novum jus, & primum jus corrigere, prout etiam facere Extravagantem primam de præbendis, contra Textum in cap. Statutum
de præbendis; cùm regulariter Constitutio, seu Bulla 68
posteriòr deroget priori, Rota *decis.* 1292. *n.* 1. coram Coccino, si tamen habeant clausulas derogatorias, Joann. And. *in cit. cap. n.* 1. Franch. *ibid.* Barbos. *nu.* 2. Passerin. *per totum*, Garzias *de Benef. p.* 5. *c.* 1. *nu.* 99. Sed de his derogationibus in particulari, sermo redibit in Commentariis.

Aliquæ ex dictis Extravagantibus fuerunt tempo- 69
rales; unde cessarunt earum dispositiones, ut dixerunt Mandos. *in reg. Cancell. p.*1. Moneta *de Decimis c.* 9. *n.* 27. Garzias *cit. de Benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 8. *& sequ.* Passerin. *in d. cap. Statutum n.* 3. *in fine*, quæque renovantur per regulas Cancellariæ, & optima ratione non possunt protrahi ultra vitam Pontificis, si ex contextu hæc fuerit intentio legislatoris: in quibus verò Extravagantibus id procedat, dicam alibi.

Tertia denique species est illarum, quæ emanarunt 70
post dictam Bonifacianam compillationem, sed non reperiuntur insertæ in corpore juris in ulla dictarum compilationum: & cùm hujusmodi Extravagantes, quæ tales dicuntur, quando extra Corpus juris vagantur, non contineantur in aliquo Volumine, cui
Papa legis robur, ejus approbatione, dederit; ideò 71
non habent auctoritatem, nisi illam, quæ ex se vindicare possent: si enim per viam legis universalis fuerint editæ, ac legitimè publicatæ, vim legis obtinent; si verò per modum legis particularis, hoc tantum continebunt ad differentiam earum, quæ in Corpore juris fuerunt annexæ, quæ jam pro lege, publica auctoritate fuerunt comprobatæ, Abb. *in cap. Pastoralis cit.* Gomes *in proæm. regul. Cancell. qu.* 2. *n.* 15. *in fine*, Pegna *de auctoritate Extravagantium nu.* 11.
Advertendum tamen, quod in Bullario plures sunt
Constitutiones, quæ reperiuntur etiam in Corpore 72
juris, ut Bulla Pauli Secundi Ambitiosæ. Constitutiones igitur, quæ non sunt in Corpore juris, imò, & aliæ, quæ etiam vagantur extra Bullarium, omnes istæ sunt hujus tertiæ speciei, ut habeant eam auctoritatem, quam, stante legalitate Bullæ,
obtinere possunt ex verbis ejusdem Extravagantis, & 73
huc applicatur Textus *cit. in cap. Pastoralis*, ut si dubitetur de ejus legalitate, & fuerit conformis Juri, valebit; secus debet consuli Summus Pontifex, tam
super legalitate, quàm super verbis, & ejus substan- 74
tiali dispositione, Gonzal. *in cit. apparat. n.* 57. *& cap. cit. Pastoralis v. dissona.*

Hinc est, quod sententia lata contra Extravagan- 75
tes certas, & indubitatas, est nulla tanquam lata contra leges expressas, ut concludunt Abb. *in cit. cap. Pastoralis*, Felin. *ibid. num.* 7. Bald. *in l. Sacratissima in* 2. *qu. Cod. de legibus*, Anchar. *in cap. Canonum de Constit.* Alex. *cons.* 81. *Lib.* 2. Pegna cit. *de auctoritate Extrav. num.* 12. Gomes *in regul. Cancell. q.* 2. *n.* 151. *in fine.*

Secus tamen erit, si Extravagans meritam dubita- 76
tionem admittat in legalitate, veluti si non sit notoria, vel in Judicio producta non fuerit, nam tunc sententia, licèt possit ab ea tanquam injusta appella-
ri, non tamen est ipso jure nulla; quippe incognitas 77
leges quis scire non obligatur, *argum. l. cum prolatis ff. de re judic.* Felin. *in cit. cap. Pastoralis num.* 6. Bart.

in cit. l. cum prolatis ff. de re judic. Roman. *cons.*
260. Pegna *cit. num.* 12. *in fin*: Quatenus verò Ex-
78 travagans, seu Bulla dicatur juri communi dero-
gare, & quibus verbis debeat uti Pontifex Sum-
mus in derogatione, in Commentariis dicam, ubi
etiam de ejus publicatione, & quando incipiat obli-
gare, & an possit contrario usu abrogari, seu requi-
ratur populi acceptatio.

79 Legalitas est etiam necessaria in Bulla, seu Extra-
vaganti, ut possit, & debeat tamquam lex servari;
& dum allegatur extra Curiam, præsertim talis lega-
litas est observanda; quamvis in Curia sufficere Si-
gnum Vicecancellarii doceat Pegna cit. Franciscus
Valens 2. *tom. concordiæ sect.* 3. *fol.* 128. quapropter
aliqua differere opportunè hìc de legalitate Bullarum,
seu Extravagantium duxi.

Certum est, Bullam Originalem, ut plena fides sit ei
adhibenda, debere esse in forma legitima, nempè ut
80 sit expedita in Pergameno juxta formam solitam à
consuetis Officialibus cum cordulis, & sigillo SS. Pe-
tri & Pauli in plumbo pendenti, aliisque requisitis
81 arguentibus, Bullam esse originalem, ut notant Re-
buff. *in prax.* 3. *par. Signat. tit. Bullæ nova n.* 10. *& seqq.*
Buratt. *dec.* 667. *n.* 1. *decis.* 197. *n.* 4. aliis ibi, *not. to.*
2. *p.* 4. *rec.* Otthobon. *dec.* 175. *n.* 1. *&* 2. Dunozett.
jun. in Vercellen. Unitatis Capituli *dec.* 708. *n.* 17. *dec.*
227. *n.* 8. *p.* 19. *rec. & dec.* 593. *n.* 12. coram Merlino
82 ubi non esse legalem Bullam, si careat plumbo, nec hu-
jus locus appareat inspectioni, & n. 13. excluditur lega-
litas Bullæ, quia non fuerunt in ea repertæ subscriptio-
nes Cardinalium eodem atramento, Dunozet. Jun. *de-
cis.* 708. *num.* 17. *& decis.* 2305. *n.* 64. coram Coccin.
ubi dicitur, Bullam cum virgulis scriptam, fuisse con-
83 tra stylum; & oculari inspectione est etiam videndum,
si concurrat vitium visibile, ut fuit factum in casu
cit. decis. 593. *num.* 12. coram Merlino, & in Pisana
Oeconomatus 1. Julii 1695. *n.* 3. coram Emerix post
Card. de Luca *in Const. decis.* 2. ubi de illegalitate ob
non iscriptionem cum antiquo charactere Gallico,
nec in pergameno, sed charta papyracea, & sine con-
suetis officialium subscriptionibus, sigillo cum plum-
bo, & cordulis appensis *repetit. in dec.* 1279. *inter im-
pressas decis. Emerix Jun.*

Quid verò sit dicendum, si cordulæ Sigilli sint cor-
rosæ? & non obstare legalitati dixit Rota coram S. M.
84 Alex. VIII. *decis.* 175. *num.* 3., cùm talis corrosio pos-
sit verisimiliter exoriri à vetustate temporis; imò n. 4.
addit non obstare legalitati, etiamsi Sigillum in totum
non reperiatur, quod tamen videtur contrarium cita-
tæ decisioni 593. Merlini.

85 Sed in hac materia est distinguendum quo ad defe-
ctum Sigilli, an scilicet agatur de Bulla recenti, &
procedit *cit.* decisio Merlini, quia valida conjectu-
ra est non legalitatis Bullæ talis defectus Sigilli; imò,
ut dicitur in ipsa decisione, nec ipse locus inspicie-
batur, aliaque adminicula concurrebant, quæ non
aderant in dec. Alex. VIII. Aliter verò erit dicendum
in Bulla antiqua. Verùm in hoc regula certa nequit
assignari, sed totum est remissum arbitrio prudentis
Judicis, illudque est variabile juxta casuum contin-
gentiam, prout concurrunt adminicula majoris, vel
86 minoris ponderis; sic pro adminiculis adducuntur
antiquitas, & observantia, *in cit. decis. num.* 5. coram
Alexan. VIII. & quod fuerit Bulla in pluribus decisio-
nibus Rotalibus admissa, *decis.* 749. *num.* 12. *part.* 18.
tom. 2. *recent.* quodque fuerit reperta registrata, *decis.*
681. *num.* 1. coram Penia. Sicuti pro excludenda le-
galitate considerari solet vitium visibile atramenti, ut
in cit. *dec.* 593. *n.* 13. Merlini, si scilicet habeat datam
post Pontificis obitum, *dec.* 469. *num.* 12. coram Prio-
lo, si sit perforata, vel lacerata in partibus substantia-
libus, *dec.* 119. *n.* 8. *p.* 19. *recen.*

87 Bulla verò in qua inseritur alia Bulla de verbo ad
verbum, probat legalitatem Bullæ insertæ, Seraph. *de-
cis.* 1272. *n.* 2. *decis.* 881. *num.* 2. coram Mazanedo;
transumptum verò simplex Bullæ antiquæ, ac hujus
renovatio non dat jus novum, neque probat, nisi
aliunde justificetur, Rota. *dec.* 494. *n.* 32. *p.* 19. *t.* 2. *rec.*
& dec. 281. *n.* 25. ubi de Bulla renovata ob vetustatem
coram Emerix Jun. Bulla verò antiqua ultra centum
annos non indiget recognitione, Buratt. *decis.* 667. 88
num. 8. *& seq. & decis.* 76. *num.* 2. Dunozett. Jun. *de-
cis.* 708. *num.* 18. concurrente tamen observantia, &
in hac ultima decisione fuit oppositum contra le-
galitatem, non adfuisse subscriptionem Vice-Can- 89
cellarii, cujus officium vigebat tempore Urbani IV.
Bullæ promulgatoris, nec adnotationem diei expe-
ditionis: quibus Rota respondit, quo ad primum
sufficere plumbum, cùm talis subscriptio, forsan tunc
non vigeret, & quo ad secundum, ex oculari inspe-
ctione apparuisse locum dictæ adnotationis, quam-
vis vetustate corrosa fuerint verba, *& in decis.* 244.
num. 7. coram eodem Dunozet. fuit dictum, sum-
ptum de sumpto in antiquis probare, si adsit observan- 90
tia, quod tamen non videtur sic generaliter admitten-
dum, nisi concurrentibus adminiculis satis amplis,
cùm regulariter originale tantùm faciat fidem, ut in cit. 91
decis. 175. cor. Alex. 8. & latè de defectu legitimitatis
in Bullis, & an debeant haberi pro apocryphis potiùs
vel legalibus, vide Fachineum *lib.* 1. *cons.* 56. Mabillon. 92
cit. de re diplomatica lib. 2. *cap.* 14. *num.* 14. *& sequen.*
Guidon. Pap. *cons.* 68. *num.* 4. ubi etiam disputat de pri-
vilegio concesso per unum ex Pontificibus, qui fue-
runt privati in Concilio Constantiensi, quod fuerit 93
legitimum, utpotè tunc in statu validitatis Pontifica-
tus inter eos, à quibus pro Papa reputabatur, de quo
tamen alibi dicam.

Copia tamen simplex Bullæ non probat in Judicio 94
decis. 161. *n.* 3. coram Carillo. Sed quid si fuerit copia
in Bullario Romano posita, de quo hìc est sermo? &
dicendum quod plenè faciat fidem, quia Bullæ in eo
recollectæ fuerunt permissione Summi Pontificis, ut
in terminis, Judicem plenam præstare debere fidem
dixit Rota coram Milln, *decis.* 277. *numer.* 5. imò sup- 95
ponitur publicata Constitutio eo ipso, quod sit in di-
cto Bullario, & Buratt. *dec.* 795. *num.* 5.

Sed quid erit asserendum de Bulla, quæ in Bullario 96
non reperiatur, & sint Bullæ subsequentes, an possit
supponi apocrypha, seu falsa? dico non obstare lega-
litati insertionem non factam, dummodò habeat qua-
litates legales veræ Bullæ, præsertim si fuerit typis
Cameræ Apostolicæ impressa, & à DD. admissa, Ad-
den. ad decis. Buratt. 781. *num.* 11. *& dec.* 253. *num.* 7.
ubi de Indulto Equitibus Lauretanis retinendi pensio-
nes *part.* 19. *rec.* & de transumpto, ac Regesto Palatii
Apostolici cum solitis requisitis subscriptionis Datarii,
idem Adden. *n.* 10. *&* 12. ubi plenè, ac in *dec.* 476. *num.
final. p.* 18. *rec.* & an possit judicari, non expeditis Bul-
lis, juxta *regul.* 27. *&* 32. *Cancellariæ*, dicam in Com-
mentariis, satisque hìc innuere fuit, quæ sit Bulla legalis.

De sumpto autem oriri potest dubitatio, an me- 97
reatur fidem ex Regesto Bullarum? & quidem affir-
mativè, imò etiam ex Regesto supplicationum; nam
quidquid sit juxta stylum antiquum, quo tantùm fi-
des præstabatur Regesto Bullarum, ut in *decis.* 28. *de
probat. in antiquis* aliàs 620. cùm de sumpto à Rege-
sto Bullarum nunquàm fuerit dubitatum, Coccin. *ad-
not.* 261. *num.* 417. *& decis.* 363. *num.* 1. *decis.* 2231.
num. 3. *& decis.* 1945. *num.* 4. Duran. *decis.* 365. *n.* 3.
hodie tamen juxta stylum recentiorem plena fides da- 98
tur tam regesto supplicationum quàm Bullarum, Ad-
den. ad cit. *decis.* 28. *de probat.* Coccin. *annot.* 13. *n.* 2.
Duran. *cit. decis. num.* 1. *&* 3. & de regesto secreto
Coccin. *cit. annot.* 261. *num.* 281. si verò discrepet 99
originale à sumpto, istud non probat, sed matrix tan-
tùm, ut declarando Rotæ decis. antiquas, firmavit
cit. decis. Duran. *num.* 16.

In discordantia tamen Bullæ à supplicatione, cui 100
fides sit danda; pro quo dicendum est, Bullæ verbis
esse standum, donec contrarium probetur, Geminian.
cons. 33. *col.* 2. *in fine*, Puteus *decis.* 358. *num.* 2. *lib.* 2.
dum tenor Bullæ sit attendendus, *cap. porro de pri-
vil. Authentic. de mandat. Princip. §. si quis autem*,
Duran. *decis.* 439. *num.* 1. Bulla verò debet ex-

pedi-

101 pediri ad formam supplicationis, in qua consistit gra-
tia, nam litteræ Bullatæ sunt pro forma, & usu
102 probationis, non autem substantialiter gratiam im-
portant, imo præsupponunt eam jam concessam
103 in supplicatione, Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 2.
num. 8. *& sequen.* Fagn. *in cap. præterea, Ne Prælati vices suas num.* 84. *&* 85. *& cap. dudum num.* 6. *de*
104 *elect.* ubi quod quis statim est verus Præfatus, si fuerit
pronunciatus in Concistorio, ante expeditionem
105 Bullarum; in supplicatione etenim dicitur jus quod-
dam implicitum, ac ignotum, & aperiendum per lit-
teras patentes, unde illæ, scilicet Bullæ, debent expe-
106 diri ad perficiendam gratiam, non quidem in esse in-
trinseco, sed apparenti, sicque ante supplicationem
signatam, nullum jus parti acquiritur, sic tamen
ante litteras, *decis.* 658. *num.* 4. *&* 5. coram Bichio,
& num. 35. *&* 36. ubi benè explicatur hoc, quod sem-
107 pè litterarum expeditio consideretur secundùm tem-
pus supplicationis, à qua recipit esse, *& decis.* 372.
num. 13. *part.* 19. *recen.*
108 Quare matrix unicè attendenda est, scilicet suppli-
catio signata, cum qua omninò in substantia con-
cordare debet Bulla, nec potest alterari ab Expeditoribus in aliquo, Paril. *cons.* 51. *num.* 17. *lib.* 4. Rebuff.
in praxi part. 3. *ver. datum num.* 9. Gratian. *discept.*
548. *num.* 28. *cum seqq.* Dutan. *decis.* 265. *num.* 1.
Coccin. *decis.* 2315. *num.* 8. Card. Cels. *decis.* 76. *num.*
11. *& decis.* 301. *num.* 7. Cavaler. *decis.* 285. *num.* 1.
Bich. *decis.* 280. *num.* 20. ubi quod gratia à suppli-
catione, non à regesto metiatur, Zarata *decis.* 34.
num. 28. *& decis.* 464. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Potest
tamen poni in Bullis quod per errorem deficit in
109 supplicatione, non autem quid substantiale, ut in
citatis decisionibus, Lotter. *de re Benef. lib.* 3. *quæst.*
2. *num.* 46. *& sequent. decis.* 285. coram Cavaler. ubi
optimè talis distinctio refertur, Card. Cerr. *decis.* 433.
num. 10.
110 Ex qua ratione, si discordet Bulla à supplicatio-
ne, debet corrigi, & mitti ad Correctorem, &
interim Executor debet supersedere, quia juxta sup-
111 plicationem nequit judicare, obstante regula de non
judicando juxta supplicationem; nec licet judicare
secundùm Bullam discordantem, ut benè Amayden.
de stylo Dataria lib. 1. *cap.* 32. *num.* 76. non tamen
si discordet à mandato Procurationis, quia debet
considerari supplicatio, ut quo ad correctionem ne-
cessariam, & non talem, vide Bich. *decis.* 410. *num.*
18. *& decis.* 730. *num.* 1. *par.* 2. *recen.* imò etiam Data-
rius aliquando mandat ut reportetur Bulla ad corrigen-
dum, ac pendente dicta correctione, nullum robur
habet, nec potest exequi, Rota *decis.* 379. *num.* 1.
part. 18. *recent.*
112 Aliquoties enim in una supplicatione plures expe-
diuntur Bullæ, quia plures continet gratias, Bich. *decis.* 300. *num.* 36. & ad favorem provisi titularis, ac
pensionarii cum eadem supplicatione, *decis.* 372. *num.*
16. *part.* 19. *recen.* Sicuti super diversa supplicatione si-
gnata, eadem datur, una scilicet sanatoria io alterius,
decis. 455. *num.* 24. coram Bichio, & etiam corruente
113 una gratia in supplicatione, potest alia vigere, *decis.*
122. *n.* 9. *&* 10. *p.* 10. etsi supplicatio non reperiatur
114 supponi debet, Bullas fuisse ritè expeditas, Rota *decis.*
313. *num.* 8. *part.* 11. *rec.*
115 Tandem si Bulla discordet à Regesto Datariæ,
idem erit dicendum, quia creditur isti, Buratt. *decis.*
888. *num.* 4. *&* 5. Cavaler. *decis.* 255. *num.* 8. *& sequentib.* Card. Cerro *decis.* 125. *num.* 2. Sed quid di-
116 cendum sumpto de sumpto? hoc regulariter non
probat Rota *decis.* 224. *numer.* 17. *part.* 6. *recent.*
117 non dico tamen transumptum in publica forma extra-
ctum ab originalibus litteris, quia illud habet idem ro-
bur, quod litteræ Apostolicæ originales, Buratt. *decis.* 290. *num.* 4. & ita distinxit Rota *decis.* 96. *num.* 4.
118 *part.* 17. *recent.* imò etiam transumptum originale lit-
terarum Apostolicarum extractum à Regesto, *dec.* 332.
num. 11. *p.* 3. ita ut possit etiam judicari cum illo, non
obstante regula 11. Cancellariæ, quæ non procedit in

hujusmodi transumptis, ut latè explicavit Rota *in Au-* 119
gustana Canonicatus 12. *Junii* 1703. §. *sublatum*, coram
Reverendissimo Molines Decano.

His dictis quoad legalitatem Bullarum, nedum
per viam Legis universalis promulgatarum, sed etiam
pro re particulari, tam motu proprio, quàm et-
iam ad supplicationem alicujus, prout omnes has
diversas species continet Bullarium Romanum, ut
dixi, quia præfatæ Constitutiones materias conti-
nent apprimè utiles, & in utroque foro tam Ca- 120
nonico quàm Civili maximè necessarias, in meam
mentem venit, opportuna esse Commentaria ca-
rundem; prout à tot Viris Illustribus fuit factum,
quoad Decretales, & Extravagantes in Jure Com-
muni insertas.

Certum est enim, quod sicuti illæ fuerunt à DD. 121
expositæ, ita istæ extra Juris Corpus vagantes expli-
cari valent ab eorum Jure, ac declarari; semper ta-
men limitatè ad intentionem Summi Pontificis Le-
gislatoris, quæ regula, & norma servatur in his ma-
teriis, quæ quidem expositio, fas est, ut præsertim
adaptetur iis, quæ sunt juris positivi, ut in his terminis
Bullarum dixerunt Altograd. *cons.* 18. *num.* 21. *lib.* 1.
Lessius *de Just. & Jur. lib.* 2. *cap.* 22. *dubit.* 13. Jovius
de solemnit. in contract. minor. Gloss. 22. §. 9. *num.* 39.
Capon. *contr. for.* 3. *num.* 42.

Opus igitur aggrediendi motivum id fuit, cùm
adhuc non viderim DD. qui funditus, & abundanti
calamo hanc materiam pertractarent, quoad singu- 122
las Bullas in Bullario contentas; nam Cherubinus
Pater solùm dictas Extravagantes in ordinem rede-
git, & concordantiam in Summario adduxit, prout
similiter fecit filius in continuatione Operis; alter ve-
rò filius Flavius Epitome tandem earumdem Bullarum
confecit, & quædam exigua scholia adjunxit; alii
quoque Authores licèt ad hunc finem libros quosdam
in lucem dederint, nec tamen rem universaliter tra-
ctarunt; nam prætermissis Mauritio de Gregorio,
& Jacobo Castellano superiùs enunciatis, qui tan-
tùm quoddam Compendium, seu Epitome cujuscum-
que Bullæ ediderunt, Scorsia Soc. Jesu sua Commen-
taria ad quasdam tantùm Constitutiones edidit ad fo-
rum potius internum, quàm judicialem pertinentes,
quas ipse selectas appellavit. Murga Congregationis
Benedictinæ Hispanæ Alumnus scripsit Commentaria
ad solas Constitutiones ejus Religionis; Quaranta
verò composuit solam parvam Summam Bullarii
continentem certas Constitutiones; Peyrinus Ordi-
nis Minimorum, Privilegia tantùm Regularium,
præsertim suæ Religionis, ex Bullis coadunavit;
Novarius fecit quidem Commentaria, sed stricta
methodo parùm ordinatè ad quamlibet Bullam; alii
etiam Commentaria ediderunt super aliqua Bulla
particulari, ut super illis Bullæ Cœnæ, Clementis
VIII. super bono Regimine, Cruciatæ, Anni Sancti,
& aliis. Ideò non immeritò Reipublicæ Litterariæ, 123
& Ecclesiasticæ utilitatis videbatur interesse, ut ma-
teriæ tam necessariæ, tamque utiles, quæ in his Pon-
tificiis Constitutionibus continentur, ex professo, & la-
tiùs tractarentur, quæ porrò publica utilitas hunc sti-
mulum mihi adjunxit.

Animadverto tamen, quod mirum non sit, si in 124
aliquo Commentario certa tradam, quæ in Constitu-
tione commentata expressè non reperiuntur, vel omit-
titur aliquod commentari, quod ibi specialiter dici-
tur; nam id agere opportunum visum fuit, tum quia
Bullæ aliquoties reperiuntur novatæ, seu limitatæ poste-
steriori Constitutione; de qua cùm oporteat facere in
eisdem necessariam mentionem, sermo quoque protra-
hitur ad explanandas posteriores Constitutiones; ideò
vagari licet, non quidem extra rem contentam in
Constitutione, sed percurrendo dispositionem poste-
rioris, ut lector unica lectura totum id, quod in mate-
ria Bullæ disponunt, pertingat. Tum secundò quia
sæpè una Constitutio coincidit cum aliis, ut sunt
præsertim illæ tangentes prohibitionem alienatio-
nis rerum Ecclesiæ, privilegia Regularium, &

hujuſmodi, nc eadem trăctatio incidat in diverſa Commentaria, & ut materia faciliùs lectori præparetur digeſta, aliqua plenè dicam in uno Commentario, alia verò remittam ſequentibus. Tertiò, quia aliquæ Conſtitutiones ita continent varias diſpoſitiones, ut ſingulos commentari §§. eſſet Commentarium valdè prolixum facere, placuit proinde ab aliis Bullis aliqua extrahere, & ponere in Commentario, in quo de ſimili materia fit ſermo; prout alia non commentari, remittendo ad ea coincidentia Commentaria, ut ita tota materia remaneat explanata, & ſequentia Commentaria ſufficienter referta ex aliis materiis ibi ſatis amplis explicandis, quodque etiam ſervarunt in terminis Bullarum Scortia, & Novar. *in eorum etſi brevibus operibus*, & Gonzalez, Fagnan. & Paſſerin. *in eorum Commentariis ad Decretales*; & tamen major ratio urget in hoc opere, quia cùm agatur de commentandis Bullis ſæpè in idem coincidentibus, ſatis durum eſſet lectori diſpoſita ſejunctim, & per micas recipere; unde nequit fieri Commentarium ſingulis verbis, ſed toti diſpoſitioni Bullæ, vel Bullarum in idem cointidentium; ita aliquoties in Bulla, vel quia non eſt in uſu, vel quia coincidit cum pleriſque, arbitratus ſum ponere aliqua deſumpta ex titulo Pontificis ad implendum Commentarium erudita & utili tractatione, & etiam in aliquo articulo uſus ſum Jure Civili, vel in reſponſione ad aliquod objectum, vel pro firmanda noſtra Concluſione, ut paſſim ſervavere etiam citati Commentatores, anteponendo ſemper Epitomen totius Bullæ, & in initio cujuslibet Commentarii originem, & proinde hiſtoriam propriæ Conſtitutionis, hujuſque plenariam diſpoſitionem, cum ſtricta enunciativa geſtorum illius Pontificis, qui Conſtitutionem promulgavit: & cùm finis principalis ſit forenſis utilitas, ideò in materiis Dogmaticis, ac Theologicis, etſi ſatis antiquis meis ſtudiis accommodatis, magis ſtrictè rem ago, præbendo tamen notitiam neceſſariam, & eruditionis, & doctrinæ, ut quæcumque Bulla, ac materia digeſta ſit, relicta tractatione ad ſatietatem Controverſias ex profeſſo ſcribentibus. Hinc utilitas haurietur, quod totius materiæ etſi diverſis locis digeſtæ habebitur explanatio; quod quidem in mente, & in ſpe habui.



COM-



COMMENTARIA
IN CONSTITUTIONES
APOSTOLICAS,
seu Bullas
SUMMORUM PONTIFICUM,
contentas in Bullario Romano.

CONSTITUTIO I.

D. LEONIS MAGNI
incipiens (*Occasio.*)

EPITOME BULLÆ.

LEO PAPA, UNIVERSIS EPISCOPIS Siciliæ, salutem in Domino.

IN Chalcedonensi Concilio à Pontifice Leone convocato, querelæ auditæ fuerunt, quòd quidam Episcopi Siciliæ Bona Ecclesiæ diversimodè alienarent. Præcepit propterea, ne quidquam de eis Episcopus quisquam donaret, commutaret, aut venderet absque tractatu, & consensu totius Cleri, &, nisi ut meliora prospiciat, id eligendo, quod sine dubio Ecclesiæ esset profuturum; ac Presbyteris, vel Diaconis, aut cujuscumque Ordinis Clericis, qui circa prædicta in Ecclesiæ damnum, conniventiam miscuerint, Ordinis, & Communionis privationem indixit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Leonis nomen, Pater, Patria, & ad Pontificatum assumptio.*
2 *Magnitudo illius, atque virtutes.*
3 *Responsum à D. Petro eidem præstitum.*
4 *Præclara ejus gesta adversus Attilam, & Gensericum.*
5 *Venia suorum peccatorum à D. Petro revelata.*
6 *Illius festum, sepultura, Sacelli dedicatio, atque Corporis translatio.*
Corpora Summorum Pontificum, ubi sepeliri consueverunt, ibid.
Leonis nomen fuit proprium Baptismatis, & de mutatione nominis in Pontificatu remissivè, ibid.
7 *Papæ nomen unde etymologiam deducat?*
8 *Hic titulus erat olim communis Episcopis; imò etiam aliquando Abbati tribuebatur, & etiam Episcopus Carthaginensis illum habuit, denique Summo Pontifici soli cessit.*
9 *Papa dicitur Summus, Vicarius Dei, Pontifex, Sanctissimus, Beatissimus, & quare? ubi alia Pontificis nomenclatura.*
10 *De salutatione, qua Summus Pontifex utitur, dum scribit Episcopis, aliisque Oratoribus, necnon Hebræis, cæterisque, qui non sunt de gremio Ecclesiæ: & quis ea primo usus fuerit?*
11 *Pontificis salutatio absolvit salutatum à peccati venialis reatu.*
12 *Imo etiam ab excommunicatione, si illius Pontifex notitiam habeat: secùs si ignoret eam.*

LEO Pontifex quadragesimus sextus, hoc nomine Primus, Quinctianum Patrem sortitus
fuit in Hetruria Italiæ Provincia, & Cardinalis S. 1
R. E. Diaconus, vel Archidiaconus, ut alii asserunt, apud Galliam versabatur Legati munere functus, & vacante Pontificia Sede ob obitum Sixti Tertii, Clerus Romanus, ad quem electio tunc spectabat, usque ad quadraginta duos dies, promotionem novi Ecclesiæ Pastoris produxit, non aliqua Tyrannorum vi, vel dissensionum impedimento præpeditus, sed tantùm Leonis adventum è Gallia expectans, uti futuri jam communi omnium suffragio Pontificis, prout 6. Idus Maji fuit ad tantum munus promotus, Baron. *Anno Domini* 440. Vixit in Pontificatu annos 21. mensem unum, dies 26. secundùm Anastas. *Bibliothecar. in Vitis Roman. Pontif. Anno* 440. & juxta Ciacon. *in Vit. Pontif. tom.* 1. *fol.* 303. annos 20. menses undecim, *&* *fol.* 306. addit dies 28.

De hujus Pontificis præclaris gestis, plures scripserunt, ex quibus volumina ne dicam paginæ replerentur, & præ cæteris vide Ciacon. loco cit. & ibi Addentem, ac P. Quesnel *in dissertationibus editionis operum dicti Pontificis*. Sufficitque Epistolas ipsius consi-
2 derare, ut meritò magnus æstimetur; in eo namque doctrina eximia refulsit, ut eædem Epistolæ testantur, inter quas, illa maximi habetur, quam scripsit Flaviano Patriarchæ Constantinopolitano contra impios Eutychetem, & Nestorium.

Etsi verò tot tantisque prærogativis præditus Leo fuerit, humilitas tamen eximia in eo præcelluit, ut ejus verba significant, quæ aliquando ipse ad populum pro Concione proferebat, dum respiceret ad exiguitatis suæ tenuitatem, & adepti muneris amplitudinem: *Ego etiam illud propheticum debeo proclamare, Domine audivi auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expavi; quid enim tam insolitum, tam pavendum, quàm labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti?* ut refert Baron. *loco cit. fol. 2. litt. B. C.* Idemque ostendit aliud gestum Anno Domini 449. Nam, cùm scripsisset Epistolam citatam Flaviano, eam priùs collocavit super tumulum Principis Apostolorum Petri, ipsum Apostolum sic rogans: *Si quid, ut homo, vel minus cautè posui, tu, cui à Domino Salvatore Nostro Jesu Christo, & hac Sedes, & Ecclesia commissa est, emenda*; & Orationi, ac Jejuniis
3 addictus, spatio dierum quatuor, meruit obtinere responsum à D. Petro, *Legi, & emendavi*, prout verè in Epistola illa emendationes aliquæ fuerunt repertæ, referente eodem Baron. *Anno 449. fol. 80. litt. E.*

Benè igitur tanta humilitas promeruit, nedum à suis fidelibus in honorem haberi, sed & à Conciliis OEcumenicis, imò ab ipsismet Infidelibus feritate truci pollentibus venerari, ut liquet ex noto facto At-
4 tilæ, flagelli Dei cognomento dicti, qui Romam oppugnaturus, & depopulaturus, Leonis præsentiam sibi occurrentis expavit; qua de re ejus milites per jocum dicere consueverant, *Attilam nihil unquam timuisse, nisi Leonem, & Lupum*, quod scilicet Lupus Episcopus eumdem quominus Civitatem devastaret, prohibuit; Eximiumque hoc gestum D. Leonis Papæ registratum conspicimus, nedum in tot Codicibus, sed in marmore, maxima artis structura insculptum apud Sacellum ipsius Sancti in Basilica Vaticana. Non absimili constantia, Gensericum prohibuit ab incendio Urbis, Populi cœde, & Basilicarum direptione, Ciacon. *cit. loco fol.* 306. Basilicas SS. Petri, & Pauli ornavit; plura celebravit Concilia, & hæresim Eutychis tunc nascentem profligavit, ut dicam in secunda Constit. Meruit denique ante obitum veniam pecca-
5 torum sibi à Deo concessam, D. Petri testimonio exploratam habere, ut refert idem Baron. *Anno 461.* ibi: *Oravi pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum: hoc solum abs te requiritur, sive benè, sive malè fortasse egeris.*

6 Ob tot igitur præclara gesta, meritò inter Sanctos fuit adscriptus, ejusque dies festus colitur 11. *Aprilis*. Ejus Corpus fuit sepulturæ traditum in Basilicæ D. Petri vestibulo ante Secretarium, in postrema nimirum vestibuli parte ad lævam ingredientium, Oldoin ad Ciacon. *cit. loco fol.* 311. & fuisse stylum sepeliri Corpora Romanorum Pontificum apud D. Petrum, refert Cardinalis Raspone *lib. 1. cap. 18. de Basilica Lateranensi*; quem innuit Dom. Bartholomæus Piazza *in Ephemeride Vaticana Italico Sermone conscripta*; imò etiam si Pontifex delegerit sepulturam in alia Ecclesia, spatio alicujus temporis in eadem Basilica Corpus remanet. Sergius tamen Primus Pontifex, Corpus D. Leonis transtulit ad locum aptiorem in eadem Basilica, Carminibus in ejus elogio appositis, Oldoin. ad Ciaccon. *cit. fol.* 311. qui refert alias translationes, & Innocentius X. Sacellum jussu Pauli IV. extructum in honorem dicti Sancti dicavit in nova Basilica Vaticana, apposita memoria in marmore, Bartholom. Piazza *cit. loco*; ibidemque ferunt, illius Ossa, cum aliis Sanctis Leonum II. III. & IV. requiescere; quamvis dicat Andreas de Saussaii *in Supplem. ad Martyrolog. Gallicanum in festo ejusdem 3. Idus Aprilis*, Corpus prædicti Sancti fuisse translatum Aquitaniam in Ecclesia majori Petracoricorum sub titulo Sancti Stephani, cum Ossibus S. Patrocli, & Sabinæ Virginis.

Leonis nomen in hac Bulla expressum, non fuit nomen impositum in Pontificatu, sed proprium Baptismatis, quia tempore dicti Pontificis, usus non inoleverat mutandi nomen in promotione ad Pontificatum, ut posteà fuit, & infrà dicam in alio Commentario.

Vocatur in inscriptione hujusmet Constitutionis 7
Leo Papa, qui titulus est proprius Summi Pontificis, idest admirabilis, & dicitur à Papæ, quod est interjectio admirantis, & verè admirabilis, quia vices Dei in terris gerit; etymologia verò nominis est, Pater patrum, Glossar. *in proœm. Clem. ver. Papa*, quam communiter derivari à Græco vocabulo *πάππας* tradit Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. Gloss. p. num.* 49. atque aliquos putasse corruptum esse vocabulum, sicut pleraque alia adventu Gothorum evenisse, ac illud primò brevitatis causa fuisse scriptum p. p. vel pa. pa.; quod est idem quod Pater patrum, vel Pater Patriæ, seu Pater Pauperum; & illius abbreviationis antiquæ, argumentum præstare Stylum Scriptorum Bullarum, qui eodem modo, sicut olim, hodie per abbreviationem p̄ p̄. scribunt.

Quod nomen erat commune omnibus Episcopis, 8
& promiscuum cum Papa, ut ex pluribus testimoniis antiquis refert Thomas *de Benef. part. 1. lib. 1. cap. 2. 3. & 4.* imò in Concilio Chalcedonensi tribuitur tale nomen simplici Abbati, nempè Eutycheti, Evagr. *lib. 1. cap.* 18. & specialiter in Africa, Carthaginensi Episcopo, imò etiam aliis Episcopis, cum usitatissimum fuisset tale nomen in ea Provincia; sed usu posteà consuevit soli Carthaginensi dari, prout etiam Romano Pontifici à Scriptoribus illius gentis tribui. In Ægypto affectabant illud Alexandrino Præsuli; Epiphan. *hæres.* 16. D. Hieron. *epist.* 16. Temporibus autem diversis, tale nomen ab aliis sejunctum, soli Papæ tributum reperitur; ut disertè scripsit cit. Thomas, & hoc evenit sexto Sæculo, itaut post Agapitum, Papæ nomen, solum Summum Pontificem Romanum designaret, quamvis adhuc non firma erat in hoc observantia, ut scripsit idem Thomas. cit. locis. Sed de mandato demum Gregorii VII. anno 1073. fuit conclusum in Synodo Rom. 6. Kal. Maji, solum Pontificem Summum, hoc nomine uti posse, & maxima ratione, quia verè ipse dici potest Pater Patrum, cùm contineat primatum omnium. Panvin. ad Platin. *in Vita Bonifacii Tertii* Duard. *lib. 1. cap. 4. quæst.* 2. Sed ex originaria illa Græca usurpatione, qua etiam ad Parochos, & primos Presbyteros Ecclesiæ protrahebatur hoc nomen, etiam hodie in aliquibus Ecclesiis, præsertim in Calabria, adsunt Dignitates in Cathedralibus sub titulo Protopapi, scilicet primi Presbyteri, ut est in Ecclesia Cathedrali Hieracensi.

Pluribus etiam nominibus Papa inscribi solet; unde 9
dicitur Summus Pontifex, quia habet immediatam potestatem à Deo, quæ summa, & maxima appellatur: Pontifex etiam dicitur quasi creatus ad cæremonias Ecclesiasticas, & Divinas custodiendas, à verbo Hebraico *Ponti*, quod Latinè inclinationem significat, & inclinatio in Divinis, cæremoniam sonat, ut etiam apud Ethnicos, Pontifex eligebatur, Sacrorum Jura, & Deorum cæremonias custoditurus, Alex. ab Alex. *in diebus genial. lib. 2. cap.* 8. Vocatur quoque Vicarius Dei in terris, *cap. quanto*, *cap. inter Corporalia de traslat. Episcop.* Dicitur Sanctissimus; sic primò appellatus fuit Leo Primus, de quo est præsens Constitutio in Concilio Chalcedonensi, Duard. loco cit. idque ob maximam Sanctimoniam, qua præditus esse præsumitur: etsi deficiat in merito, sufficit Sanctimonia, quæ à loco & à prædecessoribus præstatur, *Can.* 1. 40. *dist.* & est major omnibus, nimirum cum gerat vices Dei in terris, ac propterea adoratur, & osculatur
in

in pede, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.* Gloss. 55. *n.* 34. *cum seqq.* Neque tamen possunt Sanctissimi denominari Reges; & quamvis in legibus civilibus videatur aliquando usurpatum ab Imperatoribus nomen *Sacratissimi*, nunquam tamen illud *Sanctissimi*; ita quoque dicitur Papa Beatissimus, sic vocatur à Divo Hieronymo Damasus Papa *in epist. ad eundem*, *& Can. final.* 22. *dist.* Corrad. *in prax. dispensat. lib.* 2. *cap.* 2. ubi ponit varias denominationes datas Summis Pontificibus in Epistolis scriptis à Regibus Japoni, aliarumque Regionum novi Orbis, quas refert etiam Cardinalis Pallavicinus *in Historia Concilii Tridentini Italo Sermone conscripta*.

Rursus vocatur Papa, Dominus noster; ita fuit nominatus Hormisda Papa in Concilio Ephesi, Duard. *loco cit.* quia ipse est Dominus omnium, & nemini subest, *Can. Cuncta per Mundum* 1. 9. *q.* 3. Nec non vocari solet Christianorum Pontifex, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Caput Corporis Ecclesiæ, fundamentum ædificii Ecclesiæ, Pastor Ovilis Domini, Doctor Domus Dei, Custos Vineæ Dei, Sponsus Ecclesiæ, Præsul Apostolicæ Sedis, Episcopus Universalis Ecclesiæ, de quo titulo infrà dicam; imò dicitur Vas Catholicum, Evangelii Tuba, ut apud Barbosam *in proœmio Decretalium num.* 12. Bellarmin. *tom.* 1. *lib.* 3. *de Romano Pontifice cap.* 31. Sic Præco Justitiæ dicitur *dist.* 1. *de Consecrat.* Christi Locumtenens *in Bulla retractationum Pii Secundi*, *cap. fundamenta de electione in* 6. Est Apex omnis Episcopatus, Inn. Primus *epist.* 24. Magister, & Doctor omnium Ecclesiarum, *cap.* 7. *de Sponsalibus Can. denique dist.* 21. Est caput omnis Religionis, Nicol. Prim. *in appendice epist.* 14. Est omnium Pastorum Pastor, Pius Secundus *in Bulla retractationum*; est Arbiter, & Moderator totius Mundi, Gregorius Secundus *epist.* 2. Hæres potestatis à Deo datæ D. Petro, Nicolaus Secundus *epist.* 8. *cap. Unam Sanctam extra de major. & obed.* Dicitur primus Doctor, *cap. Quorundam extra de verbor. significat.* Caput Concilii vocat illum Synodus Generalis Chalcedonensis, Thomas *locis cit.* Primas Ecclesiæ dicitur à Concilio Rhemensi, omniumque Episcoporum Pater, & Magister, id. Thomas; qui refert alios titulos, quibus Romanum Pontificem antiqui honorabant, Rayn. *tom.* 10. *suorum operum*, & apud Labbè *to.* 12. *Conciliorum fol.* 1201. adest epistola registrata scripta à Patriarca Jacobitarum Eugenio Quarto, incip. *Custodiat Deus*; in qua ille Pontifex denominatur à Scribeote, Perfectio Sacerdotii Apostolici, Pastor omnium Ecclesiarum, Princeps Sacerdotum, Dux Peregrinantium, quibus ostendit viam salutis, & omnium Infirmorum Medicus.

10 Dirigit Leo hanc suam Constitutionem Episcopis Siciliæ Regionis in Italia constitutæ intra sinum Maris in Insulam redactæ, salutemque iisdem precatur in Domino; quæ Pontificis salutatio habetur in quibuscumque ejus litteris; tam enim salutat Judices, Executores Gratiarum, quàm ipsos Oratores, quibus dirigit illas; & Cletus Romanus Papa usus primò fuit hac salutatione, Apostolicam benedictionem etiam impartiendo, quæ Salutatio consentanea est, nam justum videtur à Patre salutari filios, vel à majore fratres minores, ut sunt Episcopi, & signum est amoris in Patre, ac producit actus pietatis, & unitatis, ac jucunditatis in subditis, Rebuff. *in for. mandat. Apost. ver.* Salutem, & aguot Gratian. *discept.* 284. & Maja. *observat. ad Bullam Clem. VIII. super reformatione Parochialium Panormi observat.* 6. Si autem Papa scribat excommunicatis, vel hæreticis, aliisque, qui non sunt in gremio Ecclesiæ, non utitur hac salutatione, nec benedictionis elargitione. Hinc scribens Hebræo dicit: *Moysi Sanioris Consilii Spiritum*. Si omnibus Hebræis: *Universis, & singulis utriusque sexus Hebrais in alma Urbe commorantibus viam veritatis agnoscere, & agnitam custodire*, Corrad. *in cit. prax. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. & de simili modo salutationis, Gratian. *discept.* 538. *num.* 58. *& cit. discept.* 284. quæ salutatio Pontificia veniam dat 11
peccatorum venialium, imò si salutationem dirigat excommunicato, sciens esse talem, absolvisse eum 12
censetur, Gloss. *ver. Salutationis*, *cap. Si aliquando de sent. excommunicationis*, tamen si non adsit scientia, talem effectum non operatur, ut *ex cit. textu* liquet, & plenè etiam in his, & similibus legendus est Maja *cit. observ.* 6. *per tot.* Fagn. *c. Si aliquando à num.* 2. *& seq. de sentent. excommunicat.* prout in osculo Papæ; secùs autem in salutatione Episcopi, Fagn. *ibid.*

SECTIO I.

Prohibitio ista alienandi res Ecclesiæ, num procedat à Jure humano tantùm, vel etiam Divino.

SUMMARIUM.

1 *Causa seu occasio hujus Constitutionis Divi Leonis, & an ipse eam promulgaverit, necnon quid contineat? & num.* 59.
Tauromimitani & Panormitani Populi qui sint? ibid.
Administratio bonorum omnium Ecclesiarum antiquitus erat pœnes Episcopos, ibid.
Prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ, an fuerit jure divino, vel humano, ibid.
2 *Distinctione conciliantur sententiæ, ibid.*
3 *Præcepta legis antiquæ naturalia perseverant etiam in lege nova.*
4 *Peccat contra jus Divinum alienans contra juramentum antea præstitum de non alienando.*
5 *Alienatio bonorum Ecclesiasticorum fuit etiam prohibita tempore Apostolorum.*
6 *Erat tamen permissa pro pauperum subventione, aliaque justa causa.*
7 *In primitiva Ecclesia Episcopis non fideliter administrantibus res Ecclesiæ dabatur unus ex septem Diaconis, qui rerum Ecclesiæ temporalium administrationi præesset.*
8 *Prohibitionem prædictam antiquiorem de non alienandis rebus Ecclesiæ, alia deinde posteriores corroborarunt.*
9 *Variæ Summorum Pontificum leges dictam alienationem prohibentes recensentur.*
10 *Urbanus I. istam prohibitionem induxisse primus videtur.*
11 *Lucius II. expressius illam induxit & excommunicationem contra alienantes inflixit, tametsi contrarium aliqui sentiant.*
12 *Alienantes res Ecclesiæ parùm distant à raptoribus.*
13 *Statuitur magis ac magis antiquitas hujus prohibitionis ex Concilio Agathense.*
Episcopis tempore Apostolorum fuit concessa plena dispositio rerum Ecclesiasticarum.
14 *Antiquitus ante Pontificias leges, etsi Episcopi non poterant sine justa causa alienare, tamen alienatio sustinebatur, nec alienationem revocandi Ecclesia jus habebat.*
15 *Facultates Ecclesiæ erant olim sub custodia, non in proprietate Episcoporum.*
16 *Rerum Ecclesiasticarum conservatio Reipublicæ interest.*
17 *Solemnitates Juris in alienatione rerum Ecclesiasticarum quare à Summis Pontificibus institutæ?*
18 *Solemnitates inductæ fuerunt etiam à jure civili in alienatione illarum rerum, quarum dilapidatio facilè præsumi poterat.*
19 *Bona, quæ perveniunt ad Ecclesiam, & Rempublicam, quare in manus mortuas pervenire dicantur?*
20 *Quonam tempore solemnitates in dictis alienationibus observandæ primò statutæ fuerint?*

Dictæ

Dicta solemnitates primò adinventa videntur Anno 374. in Concilio Valentino relat. in ca. de his quæ fiunt à Prælatis, licèt alii contrarium sentiant.

21 *In Concilio Carthaginensi statutum fuit, ne dictæ alienationes fierent sine consensu Primatis.*

22 *Alii referunt prohibitionem hujusmodi alienationum captam fuisse à Leone I. Authore hujus Constitutionis.*

23 *Hilarii Summi Pontificis similis prohibitio.*

24 *Prædictam prohibitionem rerum Ecclesiasticarum alienationis induxit etiam Leo Imperator pro quibuscumque contractibus.*

25 *Plura statuit idem Imperator circa alienationem bonorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ.*

26 *Lex à Basilio Urbis Præfecto lata circa electionem Summi Pontificis, & alienationem rerum Ecclesiasticarum, abrogata fuit à Symmacho Summo Pontifice.*

27 *Idem Symmachus in Concilio Romano irritas declaravit alienationes bonorum Ecclesiæ, addita pœna excommunicationis contra alienantem, accipientem, & consentientem.*

28 *Alienatio prædicta etiam Summo Pontifici, ipso tamen mandante, interdicta fuit.*

29 *Eandem alienationem aliis etiam juribus interdictam fuisse, & irritam declaratam, ostenditur.*

30 *Relicta fuit Episcopis facultas alienandi ex necessitate exiguas Ecclesiæ terrulas, aut longè positas.*

31 *Abbates nequibant alienare res Monasterii sine consensu Episcopi.*

32 *Præscriptio circa res Ecclesiæ perperam alienatas non datur.*

33 *Prohibitio alienandi res Ecclesiæ sub Symmacho promulgata fuit.*

34 *Imperator Justinianus prohibitionem alienationis jampridem ab Imperatore Zenone factam extendit ad bona omnia cujuscumque pii loci.*

35 *Prohibuit, ut nisi servatis solemnitatibus, nec etiam in pignus tradi possint.*

36 *Ex necessitate voluit, ut prius res mobiles quàm immobiles alienentur, accedente tamen consensu Ordinarii, & majoris partis Ecclesiæ servientium, & quædam alia præscripsit.*

37 *Res Ecclesiæ in emphytheusim perpetuam dari non possunt.*

38 *Præfatæ leges Imperiales nullam vim habent, nisi oraculo Pontificis sint confirmatæ.*

39 *Dictæ alienationes eodem tempore à Summo Pontifice Agapito fuerunt prohibitæ.*

40 *Plura etiam à D. Gregorio Magno, & à plerisque Conciliis inducta fuerunt circa hujusmodi alienationes.*

41 *Explicantur latè in Concilio Sylvanensi species hujusmodi alienationis prohibitæ, cum pœnis à Constitutione Leonina inflictis.*

42 *Nomine dictæ Leoninæ Constitutionis intelligunt alii illam Leonis Imperatoris, alii aliam Leonis I. Pontificis.*

43 *Eadem alienatio in sexta Synodo prohibita fuit.*

44 *Res Ecclesiæ perpetuò locari nequeunt.*

45 *Submissio bonorum Ecclesiasticorum laicis ne fieret sine consensu Capituli, & licentia Sedis Appostolicæ, prohibita fuit plerisque aliis Conciliis.*

46 *Clericus non revelans alienationem irritè factam Superiori suo, suspenditur à perceptione beneficii.*

47 *Paulus II. in Extrav. Ambitiosæ, quamlibet rei Ecclesiasticæ quoque modo alienationem, concessionem in emphyteusim, infeudationem, hypothecam, & locationem ultra triennium, inconsulto Romano Pontifice, fieri prohibuit.*

48 *Excommunicationem incurrunt tam alienantes, quam recipientes bona Ecclesiæ, non servatis solemnitatibus,*

49 *Prælatus consensum præstans ejusmodi alienationibus illicitè factis, interdicitur per sex menses ab officio; & si per sex menses perseveraverit, ipso jure suspenditur ab administratione Ecclesiæ.*

50 *Inferiores verò Episcopo & Abbate, ipso jure privantur beneficiis, quæ statim vacant.*

51 *Præscribitur à Paulo II. Commissariis forma procedendi pro executione commissionum si in evidentem.*

52 *Solutiones anticipatæ, & locationes ad longum tempus prohibentur à Tridentino, & in quo casu.*

53 *Paulus IV. prohibuit quoque rerum Ecclesiasticarum alienationes.*

54 *Nec non obligavit detentores reintegrare Ecclesiam unà cum fructibus.*

55 *Aliqua disposita in Paulina Constitutione, Pius IV. moderatus fuit.*

56 *Facultates concedendi Commissiones in forma si in evidentem, alias datas Clericis Cameræ, & alias revocavit S. M. Pius V.*

57 *Idem Pontifex facultatem dedit Collegio Fabricæ Sancti Petri de Urbe revidendi invalidas alienationes bonorum Ecclesiæ, cum avocatione causarum à quibuscumque judicibus.*

58 *Urbanus VIII. prohibuit alienationem bonorum jurisdictionalium ad Ecclesias, & loca pia spectantium, & non præsumi beneplacitum nisi post centenariam.*

59 *Reijciuntur auctores qui dicunt hanc Constitutionem non esse D. Leonis.*

CLericis Taurominitanis deplorantibus nuditatem 1
eorum Ecclesiæ ob alienationes, quas dissipando Episcopus proprius faciebat, accesserunt querimoniæ, quas Clerici Panormitani in sancta Oecumenica Synodo, cui D. Leo præsidebat, ob hujusmodi dissipationem per eorundem Episcopum, nuper tunc promotum, addiderunt. Unde Leo ad obviandum huic Ecclesiarum ingenti damno, & illarum nuditatem impediendam, putavit, ut quod in duabus Provinciis Siciliæ præsumptum fuerat, Constitutione perpetua revocaretur, cavitque propterea, ne in futurum alienatio rei Ecclesiæ per donationem, venditionem, vel permutationem fieri ab Episcopo posset, nisi cum solemnitatibus in Epitome expressis, & inferiùs explicandis.

Taurominitani, seu, ut aliàs legitur, Taurominiani Populi sunt in Sicilia, Urbis, quæ fuit Taurominium dicta, vulgo *Taormino*. Urbs fuit antiqua, quam Plinius *lib.* 3. *cap.* 8. Naxon appellatam dixit: sita inter Pelorum, & Pachynum, Monti insidet arduo, quem Taurum dixerat Diodor. *lib.* 14. sed Peloro est propinquior, recedens tantùm per 30. m. passuum; fuit Populo satis referta; sed postmodum obsidione consumpta ab Agarenis occupata fuit Anno 818. Etsi tempore hujus Constitutionis Sedes Episcopalis erat, cùm nominetur Episcopus ipsius in eademmet Constitutione, & tali decore potita est usque ad tempora Saracenorum, quibus ejectis jura Episcopalia amisit inter bellorum tumultus, & circa Annum 1082. Troinensi primùm, deinde Messanensi Ecclesiæ subjecta remansit, prout in præsenti reperitur, ut refert Rocchus Pyrrho *in Sicilia Sacra lib.* 2. *notit.* 1. *pag.* 444.

Panormitani quoque sunt populi Siciliæ Urbis, quæ Panormum dicitur vulgo *Palermo*, totius Siciliæ Caput, & maxima Civitas inter alias dictæ Regionis, priùs Colonia Romanorum, teste Strabone *lib.* 6. Cleverio *lib.* 2. *Siciliæ cap.* 3. Roccho Pyrro *t.* 1. *Siciliæ Sacræ notit.* 1. Habet Ecclesiam Cathedralem D. Mariæ dicatam, & auctoritate D. Gregorii consecratam, ut ipse testatur *lib.* 12. *ind.* 7. *epist.* 4. Gonzal. *in lib.* 1. *decret. cap. Cum inter* 18. *num.* 3. *de elect.* Sedes est Metropolitana, quæ est inter tres existentes in dicto Regno Siciliæ; sunt

nempe

nempe ipsa Panormitana, Messanen., & Montis Regalis, cùm primùm tempore hujus Constitutionis duæ tantùm Provinciæ recensentur in exordio illius; nam tempore D. Gregorii Papæ longè post tempus hujus Constitutionis fit mentio de Episcopo Messanen. in *cap. 1. de Consuetud.* & notavit ibi *num.* 1. Gonzalez.

Igitur ad rem contentam in Constitutione hac deveniendo advertendum est, quod Leo ivi videtur tantùm prohibuisse Episcopis alienationem rerum Ecclesiæ sine requisitis tractatus & consensu totius Cleri, & cum evidenti utilitate, nil dicendo quoad reliquos Rectores beneficiorum; sed id evenit, quia tunc dispositio, & administratio omnium Ecclesiarum bonorum erat pœnes Episcopos, non sequuta adhuc divisione beneficiorum, & præbendarum, ut notat Thomassin. *de benefic. lib. 3. cap. 23. nu. 5. & alibi.* Ita in hac Constitutione comminatur pœnam privationis ab ordine & communione tantùm contra Clericos injustè consentientes, sed postea indistinctè reperiuntur Canones & Constitutiones prohibentes alienationes omnium Ecclesiarum bonorum, nec limitatè ad tres contractus, venditionis scilicet, donationis, & permutationis, ut hic cum pœnis contra quosque alienantes, ut mox dicam.

Sed an prohibitio alienationis procedat à iure Divino, vel solum humano? & quidem jure Divino injuncta videtur, nam hujusmodi rerum Deo oblatarum alienationem, & distractionem à jure Mosayco prohibitam fuisse constat, ut in Lev. 27. ibi: *Omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive Animal, sive Ager, non veniet, nec redimi poterit quidquid semel fuerit consecratum*, & Lev. 25. ibi: *Terra quoque non veniet in perpetuum, quia mea est, & vos advenæ, & coloni mei estis*; imò & prohibita fuit commutatio, adjuncta pœna amittendi, & mutatam rem, & eam pro qua fuit mutatio facta, *ut cit. cap. 2.* ibi: *Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur, si quis mutaverit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum sit sanctificabitur Domino, & non redimetur*, & ita docuerunt Tambur. *de jur.* Abbat. *disp. 13. q. 2. num. 1.* atque Donat. *p. 1. tract.* 14. *quæst.* 2. Verùm contrarium alii dixerunt, cum hujusmodi præcepta sint inter judicialia legis antiquæ, & uti talia sunt abrogata, juxta D. Thomam 1. 2. *quæst.* 105. *artic.* 2. imò nec prohibitio erat generaliter pro quacumque alienatione, sed tantùm pro temporanea; nam pro certo tempore erat permissa, ut idem Sanctus Doctor *eadem par. q. 105. artic. 2. resp. ad 3.* dicit: Unde non videtur ista prohibitio jure Divino procedere, ita Passerin. *de stat. homin. tom. 1. q. 185. artic. 7. de alienat. rer. Eccles. num. 128. & seqq.* Arias de Mesa *lib. 3. var. cap. 28.*

2 Sed conciliari facilè possunt istæ sententiæ, si dicamus, alienationem rei Ecclesiæ sine justa causa factam, esse adhuc hodie de jure Divino prohibitam, tanquam factam à non Domino, quod limitatur in Summo Pontifice, qui habet plenitudinem potestatis, ut infrà dicam, dummodò ea uti velit; alienationem verò, quæ fit cum legitima causa, sed non servatis solemnitatibus, de jure tantum Canonico prohiberi. Prior pars conclusionis patet
3 ex regula, quod omne præceptum à Deo datum in lege veteri pertinens ad jus naturale, perseverat quoque de jure Divino in lege nova, ut patet in præceptis Decalogi; alienatio autem Bonorum Ecclesiæ primo modo sumpta procul dubio contra jus naturale videtur esse, nam cum ista Bona Ecclesiæ semper fuerint Patrimonium Christi, ideò ea alienare sine justa causa, esset dilapidare, & injustè alienare rem alienam, quod juri naturali adversatur, ac propterea raptores alienantes dicuntur, *C. omnes Ecclesiæ raptores* 17. *q.* 4. Unde quis dubitet, eos peccare contra legem Divinam? Secunda pars conclusionis est etiam certa, quia nullo urgente præcepto naturali, lex antiqua cessavit, nec in lege Divina Evangelica adest expressa prohibitio, neque hæc forma alienationis est data circa solemnitates; unde si justa causa adfuisset, legitima esset alienatio, quare secundùm hunc sensum, prohibitio alienationis procedit solum à jure positivo humano, & ita etiam sentire videtur idem Passerin. *num.* 129. quod si quis alienaret sine causa justa, esset infidelis dispensator rerum Ecclesiæ, & peccaret contra jus Divinum præcipiens fidelem administrationem in rebus Deo dicatis, & juxta hanc distinctionem intelligendi sunt D. D. alii affirmantes, valere contractum in foro interno, alii non, quod scilicet valeat, si defectus sit quoad solemnitates, secus si ex causa, de qua quæstione vide Abbat. *cap. 1. num. 19. de restit. in integr.* Navar. *de alien. rer. Eccles. num.* 17. Azor. *Instit. moral. par. 2. lib. 9. c. 1. q. 8. §. Secundum est*, Pyrringh. *in jus Canonicum lib. 3. tit. 13. sect. 2. §. 3. assert.* 2. & Suarez *de relig. tom. 4. lib. 2. cap. 28. numer.* 20.

Utrum autem posita lege positiva humana per tot Constitutiones, ut certa adhibeatur solemnitas, & præsertim consensus Summi Pontificis, incurrat quis peccatum contra jus Divinum, tales solemnitates non servans: & videtur incurrere modo quodam reflexo consequenter, quatenus scilicet jure Divino tenetur servare leges positivas legitimi Superioris, & præsertim cùm Summus Pontifex sit dispositor rerum Ecclesiæ; unde bene si quis alienet invito eo uti universali dispositore, dicitur alienare illicitè, & sic peccaret contra jus Divinum consequenter tantùm.

Ita etiam peccarent contra jus Divinum illi, qui 4
alienarent ista Bona, non obstante juramento de non alienando, quod præstant Episcopi, Abbates, & alii, ut cit. Tamb. *de Jur.* Abbat. *tom. 3. disp. 13. quæst. 2.* ex vi juramenti obligantis de jure Divino ad sui observationem.

Probibitio itaque alienationis rerum Ecclesiæ cum 5
justa causa sine solemnitatibus descendit à jure positivo Canonico, quod ortum habuisse videtur Apostolorum tempore; licèt enim immobilia, Ecclesia tunc non possideret, tamen ipsarum rerum mobilium, & pecuniarum retractarum ex venditione prædiorum à primis illius fidelibus facta, constituto pretio ante pedes Apostolorum, fuit cura, ac dispositio Episcopis commissa, interdicta tamen eisdem distractione, ut in *Can.* Qui dicitur Apost. 37. ibi: *Omnium rerum Ecclesiarum, Episcopus curam gerat, & eas administret, tanquam Deo annuente: ne liceat autem ex eis aliquid sibi vindicare, vel propriis agnatis, quæ Dei sunt, largiri; hi autem si sint pauperes, ut pauperibus suppeditet, sed non eorum prætextu vendat, quæ sunt Ecclesiæ*; de quo Bin. *annot. ad cit. Can. tom.* 1. Concil. *fol.* 11. & quamvis videantur prædicti Canones disposuisse, ne prætextu subveniendi pauperibus cognatis, Episcopus bona Ecclesiæ distraheret; id tamen stat demonstrativè, itaut, sicuti pro alendis cognatis sub palliato prætextu pauperum, non liceret distrahere, ita nec licuerat pro aliis causis similiter non necessariis, aut Ecclesiæ non utilibus; & è contra permissum erat pro pauperibus subveniendis, bona distrahere, ut
supponit illa prohibitio, *ne alienentur sub cognato-* 6
rum pauperum prætextu. Certum tamen est, tunc non adfuisse tot solemnitates juris, quæ posteà ad occurrendum fraudibus, quæ fiebant ab Episcopis fuerunt adinventæ, & injunctæ; imò etiam Apostolorum tempore excrescentibus Ecclesiæ facultatibus ex fidelium oblationibus, cœperunt augeri solemnitates; nam si Episcopi in rebus Ecclesiæ non
fuissent fideles dispensatores, apponebatur eis unus 7
ex septem Diaconis institutis ab iisdem Apostolis, qui præesset rebus Ecclesiæ temporalibus, juxta D. Gregorium, quem refert Baron. *ann. 34. num. 287. litt. D.* & ita ultra Episcopi consensum requirebatur etiam Diaconorum consensus in alienatione,

sed

sed Arias de Mesa, & alii relati per Gonzal. *ad cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. num. 5. & seqq.* negant hanc prohibitionem viguisse tempore Apostolorum.

8 Verum tamen est, quod accedente postea possessione prædiorum pacifica apud Ecclesias, cessantibus Imperatorum Gentilium persecutionibus, magis claruit hæc prohibitio; sed hoc non excludit antiquiorem prohibitionem illarum rerum, quæ tunc ab Ecclesiis possidebantur ante retentionem prædiorum, cùm solemnitates expressè paulatim fuerint inductæ ad vitandas fraudes, & conservandum Jus Ecclesiarum pro repetendis rebus sine legitima solemnitate distractis.

9 Sed quia circa hoc plures pro temporis cursu proditæ fuerunt leges, & prohibitiones, visum est in hoc primo Bullæ Commentario circa hujusmodi prohibitionem, has leges quæ in hac materia reperiuntur, adducere. Hinc præter Canones dictos Apostolorum, Urbanus Papa Primus anno
10 Christi CCXXVI. *relat. in Can. videntes 12. quæst. 1.* tacitè dictam prohibitam rerum Ecclesiæ alienationem innuit, dum mandavit bona non alienari, & in dominio Ecclesiarum Matricium servari. Posteà Lucius Primus Pontifex anno Christi 255. clarè prædictam alienationem prohibuit, & pœnam excommunicationis imposuit, *relat. in cap. Omnes Ecclesiæ raptores 17. quæst. 4.* ubi omnes Ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores, necnon consentientes eis, à limine Ecclesiæ anathematizat; licèt aliqui Authores contrarium sentiant, itaut putent, prædictum Pontificem de raptoribus eo loco disponere, non autem de alienantibus, ex differentia, quam agnoscunt inter istos terminos, *Raptores, & alienatores*; illi namque sunt, qui more prædonum, res subripiunt: isti titulo legitimo res distrahunt, *l. si vend. dero 82. §. Cum raptor, ff. de furtis l. 1. ff. de vi bon. rapt. l. alienationis 28. de ver. significat*; & proinde idem de utroque non disponere Summum Pontificem, ex aliis, docet Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 10.* eo magis, quia imponitur ibi pœna excommunicationis, quæ non videtur adaptabilis, nisi raptoribus Ecclesiæ, scilicet res prædantibus, non tamen alienantibus.

11 Sed contrarium videtur verius, tum quia de utrisque & raptoribus & alienantibus Papa ad litteram disposuit, & ex diversitate terminorum & rei signatæ potiùs est arguendum, quod ideò explicavit, quia de utroque, raptore scilicet, & alienatore, disponere voluit: tum quia mirum non est, Pontificem pœnam excommunicationis inflixisse alienantibus, quia eadem passim inflicta videtur, non tantùm alienanti, sed & recipienti, & consentienti, *can. bene quidem dist. 96.* ibi: *Sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema*. Idemque probatur *in can. non liceat Papæ, & can. indignè sequenti 12. q. 2.* prætereà *in can. si quis Presbyter de reb. Eccles. non alien.* & demum in *Extrav. Ambitiosæ eod. tit. in 6.* tum denique quia vel alienatio erit justa, existente causa legitima, & nulla poterit pœna im-
12 poni, cessante fraude; si erit injusta, certè parum videtur, sic alienans res Ecclesiæ, distare à raptoribus; unde à prædicto Lucio hanc alienationis prohibitionem ortum hausisse, dicunt inter alios P. Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia cap. 29. num. 16.* Rebuff. *de reb. Eccles. non alien. num. 14.* & etiam Leo in hac nostra Constitutione his verbis utitur *hoc perniciosum nequissimæ deprædationis exemplum*, indicando alienationem rerum Ecclesiæ sine ratione.

13 Unde de antiquitate originis hujusmet prohibitionis clarè dixit Concilium Agathense celebratum Anno 506. in ejus *Can. relat. in c. Casellas 10. qu. 2.* mandans, Episcopum non alienare, &c. *sicut prisca Sanctorum Canonum præcepit authoritas*; & sexta Synodus Generalis clarius ipsis Apostolis prohibitionem hanc adscripsit, ut refertur *in can. Apostolicos 12. qu. 2.* ibi: *Apostolicos, & paternos Canones renovans hæc sancta, & venerabilis Synodus diffinit &c.* Certum namque videtur, ab initio Ecclesiæ, talem rerum alienationem, sine causa rationabili, fuisse vitatam; imò tempore Apostolorum, licèt solemnitates pro justa supponenda alienatione adinventæ adhuc non fuissent; proinde id non importat, ut ab aliis supponitur, non fuisse eo prisco tempore hanc alienationem prohibitam; quia tempore Apostolorum fuit concessa plena dispositio rerum Ecclesiæ Episcopis, ut in *Can. eorumdem 39. & 41.* relat. *in cap. præcipimus 12. q. 1. & in c. videntes ibidem*, & aliis in locis relatis ab Antonio Augustino *lib. 4. epis. jur. Pontif. tit. 80.* cum hoc tamen, ut justis usibus res convertere deberent, ut suprà diximus, & à citatis textibus disponitur; verùm licèt distractio sine rationabili causa fuerit eis prohibita ex suprà adductis, tamen si res Ecclesiæ per ipsos habentes plenam dispositionem fuissent distractæ, ne- 14
quiverat Ecclesia eas recuperare uti alienatas ab eo, cui munus disponendi datum erat; nihilominus ad vitandas fraudes nonnullorum Episcoporum, propriis inhiantium commodis, qui excrescentes Ecclesiæ res dilapidabant abutentes ea disponendi facultate eisdem attributa, cùm potiùs fuissent illis com- 15
commendatæ, non autem uti propriæ addictæ Ecclesiæ facultates, ut refertur in cit. *c. sine exceptione 12. qu. 2.* & Gloss. *in summ. tit. de reb. Eccles. non alien.* & quia Reipublicæ interest conservatio rerum Ec- 16
clesiæ ad substentationem Ministrorum, & pauperum, ut dicit Imperator Leo *in l. jubemus in fine C. de Sacros. Eccles. & Can. si quis 1. q. 3.* ideò, ne sub titulo administrationis, Episcopi res Ecclesiæ dissipatent, ut *cap. indignè 12. quæst. 2. cap. Venerabili de Off. Delegat. cap. ult. de accusat.* rectè fuerunt à Sacris Canonibus, & Summis Pontificibus institutæ solemnitates aliquæ, quibus arctaretur facultas libera Episcoporum, & etiam servaretur dispositio rerum in eis: ita tamen ut requiratur Papæ consensus in earumdem rerum distractione, ut mox videbimus; & sic Ecclesiæ indemnitati fuit consultum, & Pastorum decori.

Hinc aliquas solemnitates in contractibus con- 18
spicimus etiam ab Imperiali Lege constitutas in aliis rebus, in quibus eadem suspicio adest, ne prætextu administrationis possint facilè dilapidari, ut in bonis Reipublicæ, *in l. ult. C. de vendend. reb. Civit. lib. 11.* in bonis prodigi, *l. 1. l. Julianus ff. de Curatore furiosi*, Pupillorum, & minorum, *l. 1. & tot. ff. de rebus eorum, & tit. C. de prædiis minorum*. Et exinde bona advenientia Reipublicæ, & Ecclesiis, in manus mortuas pervenisse dicuntur, eo quia reddantur inalienabilia, Petr. Greg. *lib. 25. syntagm. jur. cap. 8. num. 2.* & aliàs redibit sermo.

Inductio verò hujusmodi expressarum solemnita- 19
tum variè à variis adscribi videtur, nam aliqui adscribunt Anno Christi 374. Concilio apud Valentiam celebrato sub Pontifice Damaso, Baron. *tom. 4. Anno dicto num. 12.* cujus dispositio refertur *in lib. 3.* 20
Decretal. tit. 13. cap. 1. de his quæ fiunt a Prælatis, &c. Sed huic assertioni opponitur cum aliis, Bin. *ad Concilia Generalia tom. 1. fol. 509.* qui asserit non inveniri dictum Canonem apud Valentinum Concilium, & Arias de Mesa *cit. cap. 13.* Sed cum infrascriptum videatur in cit. *lib. Decretal.* apud Valentiam ab eo sic accurato Compilatore Raymundo de Pennafort, non parùm probabilitatis inducitur, ex vero fonte dictum Canonem exhausisse, & sic secundùm hunc sensum huic Canoni solemnitates has adscribere debemus; ibi namque dispositum fuit, irritam esse donationem, venditionem, & permutationem rerum Ecclesiæ absque consensu Capituli, & approbatione.

Alii Concilium Carthaginense tertium adducunt, 21
in quo primò de hujusmodi solemnitatibus fuit dispositum, quod Concilium fuit celebratum Anno 398.
sub

sub Astanasio Pontifice, & refertur à Gratiano *in c.*
nullus 17. q. 4. ibi statuit alienationes rerum Ecclesiæ
ex necessitate tantùm nimia cum consensu, & judi-
cio Primatis, & vicinorum Episcoporum fieri, &
si necessitas urgeat, nec moram patiatur, ut possit
Primas adiri, & convocandi sint Episcopi vicini.
22 Alii tandem referunt has solemnitates Leoni Pri-
mo Summo Pontifici auctori hujus nostræ Consti-
tutionis, & refertur ab eodem Gratiano *in ejus decre-*
to in dicto can. sine exceptione 12. qu. 2. qui disponit,
ne Episcopi alienent res Ecclesiæ, donando, venden-
do, vel commutando, nisi pro majori utilitate Ec-
clesiæ, & cum totius Cleri tractatu, ac consensu,
itaut aliàs facta alienatio sine etiam subscriptione
Clericorum, injusta sit.
23 Subsequenter Hilarius Leonis successor, qui fuit Pon-
tifex ab Anno 461. usq; ad 467. Epist. 8. idem prohibuit.
24 Huic tam piæ dispositioni Imperator Leo, qui re-
gnavit Anno 457. innixus Canonicæ dispositioni la-
mulatoriè prohibuit rerum alienationem prædictam,
non tantùm pro dd. contractibus donationis, vendi-
tionis, & permutationis, sed pro omnibus aliis con-
tractibus alienationis, cujus nomen ad alia produci-
tur, *l. in quorum finibus 24. ff. de pignor.* ita etiam plu-
25 ra circa bona alienanda disponens, statuit, *ut in lib.*
jubemus 2. C. de Sacros. Eccl. nempe prohibuit, fieri
alienationem rerum Ecclesiæ, scilicet Constantino-
politanæ, ut Gloss. *ibid. verb. Urbe*, ad eam quo-
cumque modo devolutarum, tam si essent immobi-
les, quàm si censerentur immobiles, ut adscriptitii,
Annonæ Civiles, &c. imò debere possessiones coli,
augeri, & conservari pro posse, & hoc per quem-
cumque alienationis modum prohibuit, & servitu-
tem imponere; dividi tamen posse pro commodita-
te colendi, nec alienari per modum donationis be-
neficii facti, etiamsi cum Episcopi, & Cleri con-
sensu fieret, cum impositione pœnæ amissionis præ-
dii, & restitutionis fructuum respectu acquirentis,
& respectu OEconomi, privationis officii, & refe-
ctionis damni, ad quod etiam hæres teneretur; Judi-
ces, & Tabelliones, qui subscriberent acta ipsius alie-
nationis prohibitæ, plecterentur dignitatis privatio-
ne, & amissione bonorum; permissa tamen con-
sensu bonorum in usumfructum alicui dumtaxat per
pactum speciale scriptura initum, vel ad certum tem-
pus, vel ad vitam, dummodò tempore finito res
eadem cum alia tanti valoris relinqueretur, & red-
deretur.
26 Sed cùm Basilius Urbis Præfectus pro Odoacre
Rege legem tulerit pro electione Summi Pontifi-
cis, & alienatione rerum Ecclesiæ; Symmachus in
Concilio convocato Romæ anno 483. talem legem
uti latam à non habente potestatem abrogavit, &
27 lege speciali mandavit, non alienari quocumque
titulo bona Ecclesiæ, sive urbanum fuerit prædium,
sive rusticum, tam de presenti, quàm in futurum,
dictamq; alienationem irritam esse declaravit cum pœ-
na excommunicationis alienanti, accipienti, & con-
sentienti, ut refertur in *Can. benè quidem 96. dist. 1.*
& à Baron. *ann. 483.* & sub eodem Papa in Synodo
28 Romana, fuit interdicta hujusmodi alienatio, etiam
Papæ, ipso ita postulante, & mandante, nec bona
in usumfructum dari, & si pro necessitate, ut re-
fertur in *Can. non liceat il 1. 12. qu. 2.*
29 Postea in Concilio Agathensi sub eodem Symmacho,
eadem alienatio fuit prohibita in plerisque *Canoni-*
bus, scilicet 22. 26. 33. 45. 48. 51. 53. 56. & aliis, qui
referuntur in decreto Gratiani, *vid. in Can. Statuimus*
12. qu. 2. quod sit irritus contractus donationis, em-
ptionis, & permutationis, & teneatur de proprio
alienans indemnem relevare Ecclesiam, imò prive-
tur communione fidelium, *Can. Episcopus*, quod et-
iam teneantur hæredes, alienatum restituere cum ejus
pretio, *Can. quidquid*, nec emptor possit rem vindi-
care, si emerit rem Ecclesiæ, *Can. Alienationes*, ut
licitæ alienationes fiant cum consensu Clericorum,
Can. Terrulas & c. fugitivi, quod liceat Episcopis
distrahere terrulas Ecclesiæ exiguas, aut longè posi-
tas, sine consilio fratrum, si necessitas urgeret, imò 30
& servos fugitivos, qui revocati, nequeant retineri
tutò, *Can. Si quis*, & *Can. Si quos*, ut possit evade- 31
re quis pœnas alienantibus inflictas, si tantumdem Ec-
clesiæ dederit, cui coincidit *Can. Si Episcopus 12.*
q. 5. Can. Invenditionibus 17. qu. 4. quod Abbates ne-
queant alienare res Monasterii sine consensu Epis-
copi, aliàs revocatur res alienata ab Episcopo, nec
mancipia Monachis donata possint Abbates manu-
mittere, *Can. Clerici 16. q. 3.* quod non obstat præ- 32
scriptio in dictis rebus Ecclesiæ malè alienatis.
Sub eodem Pontifice Symmacho in Concilio Epa- 33
onensi habito Galliæ Anno 509. *Can. 12.* fuit simi-
lis alienandi prohibitio edita.
Posteà Justinianus Imperator, qui floruit anno 34
535. cupiens indemnitati Ecclesiarum providere ex-
emplo suorum prædecessorum, legem Leonis pro
bonis Ecclesiæ Constantinopolitanæ prolatam circa
alienationis prohibitionem rerum Ecclesiarum pro-
traxit ad res, & bona omnia cujuscumque pii loci,
ita ut bona ab Imperatore donata numquam aliena-
rentur, alia autem, nisi servatis solemnitatibus, per 35
quoscumque contractus, etiam in pignus; ita tamen
ut existente necessitate, scilicet pro solvendo debi-
to, priùs mobiles res, quàm immobiles, & acce- 36
dente consensu Ordinarii, & majoris partis Eccle-
siæ servientium, atque res vendi, prævia æstimatio-
ne, distrahenda plus offerenti; si tamen emptor non
reperiatur, poterit dari res insolutum Creditori, ad-
dita in pretio decima partæ universæ æstimationis,
& Creditor ille erit, qui in utilitatem Ecclesiæ pe-
cuniam ejus cessisse probaret. Item Emphiteusis per-
petua non potest fieri de re Ecclesiæ, ut hæc liquent 37
in auth. de non alien. aut permutand. reb. Eccles. Auth.
de alien. & emph. relata ab Irnerio *in Auth. hoc jus*
porrectum C. de Sacros. Eccl. & etiam fuerunt collecta
à Gratiano *in ejus decreto 10. q. 2. can. ea enim §. hoc*
jus, & seq. quæ leges Imperiales, etsi piæ, tamen,
ut in hoc vim haberent, requisiverunt Oraculum S.
Pontificis, quia nulla jurisdictio in Ecclesias est apud 38
Laicos, ut in his terminis habetur *in cap. final. de reb.*
Eccles. non alienand. Gonzal. *ad cap. 1. de his quæ*
fiunt à Prælatis &c. & nos alibi.
Hinc Pontifex Agapitus, qui sedit tempore Justi- 39
niani, aliàs dictus Rusticus, in Epist. 8. ad fin. sua Con-
stitutione tales alienationes prohibuit, Bin. *tom. 1.*
Concil. pag. 420. Conc. Lugdun. I. anno 570. sub Jo-
anne III. hanc prohibitionem confirmavit relat. *in cap.*
1. de rebus Eccles. alienan. vel non, verùm ibi dici-
tur ex Concil. Lugdun. IV. sed videtur error, ut ad-
vertit Gonzal. *ad cit. cap. num. 1.*
D. Gregorius Magnus, qui fuit anno 590. plura 40
etiam circa prædictas alienationes mandavit *lib. 1. ep.*
66. lib. 3. ep. 16. lib. 8. ep. 53. lib. 10. ep. 33. Idem sta-
tuerunt Concilium Hispalense I. sub Anno 590. Con-
cilium Toletanum IX. Anno 787. Can. 1. Concilium
Silvaneten. sub Nicolao I. Anno 863. relat. *in decre-*
tali cap. nulli 5. de reb. Eccles. alien. vel non: licèt du-
bitet de titulo hujus Capituli Antonius Augustinus
in notis; in quo Concilii Canone explicantur species
alienationis prohibitæ largo modo sumptæ, & agit 41
de his quæ non transferunt dominium nisi utile, &
etiam de hypotheca cum pœnis à Constitutione Leo-
nina inflictis, asserentibus aliquibus cum Gloss. ibi, 42
intelligi de Constitutione Imperatoris Leonis in cit.
l. Jubemus C. de Sacrosan. Eccles. secùs aliis affirman-
tibus, intelligi de Constitutione Leonis Primi Ponti-
ficis, de qua in *can. sine exceptione 12. q. 2.* & in hac
Bulla. Item statuta fuit prohibitio alienandi res Eccle- 43
siæ in VI. Synodo sub Hadriano Secundo Anno 889.
c. 15. rel. *in c. Apostolicos 12. qu. 2.* In Concilio Gua-
stallensi sub Paschale Secundo Anno 1106. Cœlesti-
nus Tertius, qui sedit Anno 1191. sua decretali sta-
tuit, res Ecclesiæ non locari posse perpetuò, & actum 44
sine consensu Capituli esse nullum, refectis tamen
expensis locatoribus ab alienante contra formam
dictæ

dictæ Decretalis relatæ in *cap. ad audientiam de reb. Eccles. alien. vel non.*

45 Concilium Oxoniense sub Onorio III. Anno 1222.
tit. quod Clerici, vel Prælati, Concilium Generale
Lugdun. sub Gregorio X. Anno 1274. idem dispo-
suerunt, ut in *cap. 2. de reb. Eccles. non alienan. in 6.*
quod submissio bonorum Ecclesiasticorum laicis non
fieret sine consensu Capituli & licentia Sedis Apo-
stolicæ, aliis contractibus permissis fieri, debitis so-
lemnitatibus prout de Jure, cum pœna suspensionis
46 in Prælato ab Officio, & Clerico non revelante Su-
periori alienationem irritè factam, suspensionis à
perceptione Beneficii, & etiam excommunicationis
respectivè compellentibus Prælatos, cui coincidit
can. quapropter 11. qu. 7. Concilium Salisburgense sub
Martino IV. Anno 1281. *tit. de alienationibus Eccle-
siarum, & tit. de alien. rerum Ecclesiæ*, Concilium
Vienense Anno 1311. & refertur *in Clem. 1. de rebus
Eccles. non alien.* Concilium Palentinum, Urbano
Sexto sedente Anno 1388. Concilium Frisingense
tempore Eugenii Quarti Anno 1440. *tit. de reb. Eccl.
non alien.*

47 Paulus posteà secundus Venetus anno 1468. edidit
famigeratam Constitutionem prohibentem indistinctè
etiam cum solemnitatibus antiquis alienationem præ-
dictam *relat. in Extravag.* Ambitiosæ inter Commu-
nes *de reb. Eccles. non alien.* & registratam in *Bulla-
rio to.* 1. inter ejus Bullas VI. In qua Constitutione ad
vitandum detrimentum bonorum Ecclesiæ resultans
in dedecus ministrorum, & Divini Cultus, prohi-
buit juxta etiam Constitutiones antiquorum Ponti-
ficum, & Conciliorum Canones, quamlibet alie-
nationem rei Ecclesiæ; & quamlibet etiam conces-
sionem in Emphyteusim, Infeudationem, hypote-
cam, imò locationem, & conductionem ultra trien-
nium sine consensu Romani Pontificis pro tempore,
exceptis casibus à Jure permissis, ac de rebus con-
cedi solitis in Emphyteusim ab antiquo, & tunc,
interveniente Ecclesiæ utilitate; idque etiam prohi-
buit in bonis tam immobilibus quàm mobilibus,
exceptis iis, quæ servando servari nequeunt, sub pœ-
48 na nullitatis actus, & excommunicationis respectu
alienantis, & recipientis: & si Prælatus dignitate
fulgens ausus fuerit, inconsulto Romano Pontifice,
hujusmodi prohibitis actibus auctoritatem præstare
vel huic Constitutioni contravenire, sit per sex men-
49 ses interdictus ab officio, & si perseveraverit per sex
menses, sit ipso jure suspensus ab administratione
50 Ecclesiæ, vel Monasterii; inferiores autem Episco-
po, & Abbate remaneant ipso facto privati benefi-
ciis, &c. quæ censeantur vacare ipso Jure. Idem et-
iam Pontifex *Constit. 2. Bullar. to. 1. fol.* 327. præscrip-
51 serat formam Commissariis, procedendi pro execu-
tione Commissionum in Evidentem pro alienatione
rerum Ecclesiæ.

52 Sacrum itidem Conc. Trid. *sess. 25. de reform. cap.*
11. anticipatas solutiones prohibuit, imò locationes
ad locum tempus factas etiam auctoritate Sedis Apo-
stolicæ, quatenus illæ in damnum Ecclesiæ cesserint
vel fuerint contra Canonicas Sanctiones, irritas
fuisse censuit.

53 Paulus IV. *Constit. 2. tom. 1. Bullar.* omnes rerum
Ecclesiasticarum alienationes in damnum Ecclesiæ,
vel non servatis solemnitatibus, irritas declaravit, ac
decrevit detentores bonorum unà cum fructibus Ec-
54 clesiam reintegrare debere, ita ut, nec præscriptio,
nec compensatio, aut retentio pro melioramentis
seu fructibus, nec quodcùmq; Juris remedium possit
55 eis suffragari. Quam Paulinam *Pius IV. Const. 11. to.
2. Bullar.* temperavit pro sedandis litibus, & contro-
versis ratione rigoris illius, subortis; atque eam quo
ad lites pendentes, & futuras reduxit ad terminos
Juris, & quo ad decisas, absolvit condemnatos à cen-
suris, ac provideri, & terminari denuò ipsas causas
juxta Jus anterius dictæ Paulinæ, mandavit.

56 Pius V. inter Beatos adscriptus *Constit. 69. in Bul-
lar. tom.* 2. revocavit facultates à Summis Pontifici-
bus datas S.R.E. Camerario, & Clericis Cameræ, ac aliis
Officialibus concedendi Commissiones in forma *si in
Evidentem* pro alienatione rerum Ecclesiæ etiam par-
vi valoris, & *Constit. 98.* dedit facultatem Collegio
deputatorum fabricæ S. Petri de Urbe revidendi quas- 57
cumque alienationes bonorum Ecclesiæ contra Jus,
& Constitutiones Pontificias factas; cum applicatio-
ne tertiæ partis bonorum recuperatorum ipsi fabri-
cæ, cum facultate avocandi causas ab omnibus Ju-
dicibus, &c.

Urbanus VIII. *Constit. 51. in Bullar. tom. 4.* prohi- 58
buit alienationem bonorum jurisdictionalium ad Ec-
clesias, & loca pia spectantium, etiam in feudum
& Emphiteusim, ac locationem intra triennium,
nec non concessiones, hujusmodi renovationes, si-
ve prorogationes: & idem Urbanus *Constit.* 270. man-
davit, nullam haberi rationem de beneplacito præ-
sumpto circa alienationes rerum Ecclesiæ, nisi post
lapsum centum annorum.

Sunt & aliæ prohibitiones plurium S.S. Pontifi-
cum circa alienationes bonorum jurisdictionalium
Romanæ Ecclesiæ, nec non aliorum privatorum in
exteros etiam quo ad bona allodialia; sed de omnibus
enunciatis Bullis redibit sermo in propriis Commen-
tariis, ubi erunt explicatæ: solùm hic fuerunt recen-
sitæ ad notitiam habendam legum, quibus prohibitio,
& solemnitates hujusmodi alienationum rerum Eccle-
siæ fuerunt injunctæ variis temporibus.

Antequàm autem ad solemnitates contentas in hac 59
Constitutione Leonina procedamus, opportunum
videtur reiicere aliquorum assertionem, hanc Episto-
lam, seu Extravagantem non fuisse D. Leonis Ma-
gni, ut referunt Paschasius Quesnel *in oper. D. Leo-
nis*, & istum refert Van. Espen. novissimè *in Jus Eccl.
univers. p. 2. tit. 36. cap. 3. n. 10. & seqq.*

Nam non solùm Gerardus Vossius epistolam istam
receptam dixit ex antiquo Cardinalis Sirleti manu-
scripto Codice, ut notat idem Van Espen. *n.* 8. & per-
mittente Summo Pontifice fuit à Cherubino dicta epi-
stola in Bullario redacta, imò à Gratiano conscripta
in Can. sine exceptione 12. *quæst.* 2. sed, quod est no-
tandum, Innocentius III. tàm eximiæ doctrinæ Pon-
tifex Anno 1199. Decretalem promulgavit *relat. in
cap. Cum Apostolica 7. de his quæ fiunt à Prælatis*
ubi sic dixit: *Juxta D. Leonis Papæ Decretum, con-
sensus Episcopi sine Cleri consensu non sufficit*, ubi
Gonzalez *ver. Leonis* benè notavit id Decretum esse,
quod est relatum in *Can. sine exceptione, & in hac
nostra Constitutione*, & idem Innocentius *in cap. Tua
8. Eodem titulo* ait, *Quæstionis solutio ex epistola Leo-
nis Papæ colligitur evidenter, in qua legitur, ne quis
Episcopus, &c.* recensendo verba hujus nostræ Con-
stitutionis; licèt enim cum *Canone Sine exceptione*
adsit aliqua diversitas verborum, in re tamen idem
concludunt, ut ex lectura constat. Si enim tempo-
re magis proximo promulgationis hujus Constitutio-
nis in dubium non fuit revocatum, fuisse Epistolam
D. Leonis, nescio quomodo post quinque sæcula,
variæ personæ id negare possint, cùm ex communi
consensu, Leonis Magni fuisse, non suspicatur mo-
dò, sed constanter ab omnibus asseveratur.

SECTIO II.

De solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ in præsenti Constitutione præscriptis.

SUMMARIUM.

1 *Solemnitates, quæ de jure antiquo Canonico in alienatione rerum Ecclesiasticarum requirebantur, & D. D. tractantes recensentur.*
2 *Solemnitates introducta à Jure Cæsareo, & ab* Auth. hoc jus porrectum *in alienatione rerum Ecclesiæ, non obligant.*

5 *Tra-*

3 *Tractatus precedere debet de jure communi in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ solemnitas tantum requiritur, ubi adest Collegium, & quomodo requiratur, ac in quibus actibus?*

4 *Consensus Capituli propter suum interesse omninò requiritur in alienatione rerum Capitularium, & quando pro solemnitate tantum? Et in bonis Monasteriorum, an sit sufficiens ille Prioris, absente Abbate, ibid.*

Iste consensus, an sufficiat tacitus, ibid. & n. 6.

5 *Consensus Capituli non pro interesse, sed pro solemnitate requiritur in alienatione bonorum Mensæ Episcopalis.*

6 *Collegium, seu Capitulum dicitur defensor bonorum Mensæ Episcopalis, & sua interest, ne dicta bona alienentur.*

7 *An Capituli nomine intelligantur omnes Clerici illius Ecclesiæ?*

8 *Canonicorum consensus tantùm requiritur in alienatione prædictorum bonorum.*

9 *An nomine Capituli veniant solum Canonici, vel includantur Dignitates? & de differentiâ usus Italiæ ab aliis Regionibus.*

10 *Quid importet erectio Dignitatis cum Clausulis, similiter, pariformiter, & sine differentia aliarum Dignitatum, & an etiam inducat; ut non habeat vocem in Capitulo, si non habeant eam aliæ Dignitates?*

11 *Nomine Capituli non veniunt Beneficiati, Capellani, seu Portionarii.*

12 *Beneficiati an habeant administrationem, seu aliquod jus in rebus Ecclesiæ, sine licentia Canonicorum, & in hoc attendenda consuetudo, & num. 15.*

13 *Beneficiati habent administrationem rerum Ecclesiæ, quarum interesse habent.*

14 *Beneficiati ex consuetudine, statuto, vel privilegio venire possunt nomine Capituli, & etiam in administratione rerum Ecclesiæ, & id strictè interpretari debet.*

15 *Beneficiati quando habent jus in administratione massæ communis, non idcirco illud extendunt in aliis rebus Capitularibus.*

16 *Legatum factum Capitulo ad quem spectat?*

In materia prædicta quando Beneficiati veniant nomine Capituli, & qui debeant intervenire in consensu hujusmodi alienationum, debet stari consuetudini, ibidem.

17 *Beneficiatorum, seu Capellanorum nomine, quinam propriè intelligantur?*

18 *Consensus Capituli, an debeat interponi collegialiter in actibus Capitularibus, & in hujusmodi alienationibus?*

19 *Actus quomodo debeat esse in Collegia, ut major pars trahat minorem.*

20 *An, præcedente tractatu Collegiali, requiratur etiam consensus collegialiter in alienatione rerum Ecclesiæ?*

21 *Capituli convocatio, an fieri debeat in certo loco præciso? & an possit mutari locus Capituli ab Episcopo, Præsidente, seu Capitulo?*

22 *Locus pro convocatione Capituli, an possit esse Ecclesia, Chorus, vel alius intra ambitum Ecclesiasticum?*

23 *Capituli convocatio, an possit fieri in Aula Episcopi? & n. n. seqq.*

24 *Consensus requisitus in alienatione bonorum Ecclesiasticorum, an debeat esse totius Capituli, vel sufficiat ejus majoris partis? & majorem partem Capituli, vel Universitatis debere attendi, resolvitur.*

Quo tempore non debeant Capitula congregari? ibid.

25 *Judicium minoris partis rationabile prævalet judicio majoris irrationabili.*

26 *Minor pars Capituli rationabiliter dissentiens etiam in terminis alienationis bonorum, potest, & debet appellare, aliàs peccat.*

27 *Actus competentes Capitulo, Universitati, &c. uti singulis, debent explicari consensu omnium, secus si competant uti universis.*

28 *Quid autem dicendum de actibus voluntariis, & facultativis? ubi etiam limitatio.*

29 *Et quid in actibus fieri solitis?*

30 *Capituli consensus in alienatione bonorum Mensæ Capitularis, & Ecclesiæ, an sufficiat major pars, & quid in rebus Mensæ Episcopalis, & majoris partis interventus quomodo probetur?*

An requiratur in Instrumento alienationis descriptio nominum omnium de Capitulo? latè discutitur, & resolvitur cum distinctione etiam in aliis materiis actuum Collegialium, nempè electionis, constitutionis Procuratoris, & hujusmodi, ibid.

31 *Capituli major pars, an intelligatur respectu totius, vel tantùm respectu præsentium, nulla habita ratione absentium? discurritur per varias opiniones, & n. n. seqq.*

32 *Capitulares si omnes, vel eorum aliqui sint agere impediti, quid dicendum?*

33 *Capituli jus quando conservetur in uno tantùm, & præsentibus? & n. 35.*

34 *Imminentia temporis quomodo sit consideranda in electionibus, præsentationibus, aliisque actibus Capitularibus?*

35 *Differentia juris civilis à Canonico quoad interventum personarum in Congregatione Capitulari facienda ob alienationem rerum Ecclesiæ, & alios actus, & n. n. seqq.*

Quomodo intelligatur, quod Collegium constituatur per unum? ibidem, & n. n. seqq.

36 *Quot homines requirantur ad constituendum turbam, Cœtum, Populum, multitudinem, & Congregationem?*

37 *Capitulum à quo numero constituatur, & quid in functionibus Capitularibus?*

38 *Absentes an debeant vocari in Capitulo, & quid pro consensu alienationis rerum Ecclesiæ? Disseritur, & 41.*

39 *Tres sunt casus in jure expressi, quibus necessario absentes debent vocari.*

40 *Alii dicunt non excludi alios casus arduos, & præsertim casus alienationis rerum Ecclesiæ, & n. n. seqq.*

41 *An aliquis absens non vocatus, possit tanquam spretus irritare actum Capitularem, prout est in electione; & adducitur opinio quæstionis, de quo, num. 38.*

42 *Regula vocandorum, vel non vocandorum, est utilitas Universitatis.*

43 *In vocatione absentium pro explendis actibus Capitularibus servanda est consuetudo.*

44 *Convocatio Capituli, facienda est juxta solitum, & quomodo, & seqq.*

45 *Convocator Capituli an teneatur explicare materiam convocationis?*

46 *Convocatio Capituli debet fieri à Capite illius, & quodnam istud sit?*

47 *Capitulo non est refrenatum arbitrium convocandi Capitulum, etiam renuente Capite, vel cogere Caput.*

48 *Et, an in Capituli convocatione requiratur licentia Episcopi? & plura in hac re.*

49 *An Episcopus possit congregare Capitulum? distinguuntur plures Casus.*

50 *Episcopus non habet jus convocandi Capitulum in actibus, qui spectant ad Capitulum uti Capitulum.*

51 *An Vicarius Episcopi possit, præsente Episcopo convocare Capitulum in casibus, in quibus licet Episcopo convocare? & seq.*

52 *Vicarius Episcopi potest convocare Capitulum in negotiis, in quibus est Judex, & seq.*

53 Con-

53 *Convocatio Capituli nequit fieri ab illo, qui non est de illius gremio, & quando secus?*

54 *An Episcopus debeat saltem certiorari, in casu, quo Capitulum solet congregari sine illius licentia?*

55 *Capitulum tenetur Episcopo exhibere copiam resolutionum Capitularium.*

56 *Servanda est consuetudo, ut Episcopus, vel Vicarius interveniat in omnibus Capitulis etiam de respectante ad Capitulum, & quomodo ea sit justificanda? & 55.*

57 *Jus quod habet Episcopus congregandi Capitulum, transfunditur in Archidiaconum, Sede Vacante, si succedat in jurisdictione.*

58 *Limitatur Conclusio supra fundata n. 56. ut scilicet non habeat locum, quando agitur de re, in qua Episcopus habet interesse, & quale, & num. sequenti.*

59 *Episcopus dum intervenit in Capitulo, non habet in illo Votum, nisi sit etiam Canonicus.*

60 *An Episcopus quando intervenit in Capitulo debeat semper habere primum locum, aliasque prærogativas? Distinguuntur plures casus.*

61 *Episcopus quando convocat Capitulum, debet in eo præsidere, cum omnibus prærogativis.*

62 *Episcopus uti Caput Ecclesiæ, unicum Corpus constituit cum Capitulo.*

63 *Episcopo intervenienti in Capitulo uti Canonico denegatur præsidentia, & num. 70.*

64 *Remissoria denegata fuit Capitulo probandi immemorabilem, ut in Capitulis, præsente Archiepiscopo, jus præsidendi spectet ad Decanum.*

65 *Episcopo intervenienti in Capitulo competit honorificentia primæ sedis, horologii, & tintinnabuli, & resolutio Sacræ Congregationis Rituum adducitur.*

66 *Quid si Episcopus interveniat ex consuetudine in Capitulis pro negotiis ipsiusmet Capituli.*

67 *Et quid si Episcopus interveniat in Capitulo uti illius Canonicus?*

68 *Quid autem dicendum, si interveniat in Capitulo Ecclesiæ, cujus est Canonicus, sed non Episcopus? & seqq.*

69 *Episcopus Auditor Rotæ habet in ea locum antianitatis, & quid in Camera, & in S. Pœnitentiaria?*

70 *Episcopus Canonicus in tribus Basilicis Urbis præcedit Canonicum etiam antiquiorem, quod extenditur etiam in aliis Ecclesiis, & n. 72.*

71 *In Ecclesia Metropolitana Neapolitana Episcopus titularis præcedit Primicerium, qui alioquin omnibus prior est in sessione.*

72 *Episcopus semper præcedit omnibus Canonicis, si habitu Episcopali utatur in Capitulis, & qua ratione & differentia inter actus publicos & privatos, & quid in Capella cum Gubernatore Urbis, A.C. & Thesaurario Generali?*

73 *Episcopo Canonico præter jus stalli non conceditur aliud jus prærogativæ, & respondetur contrariis denegantibus præcedentiam stalli, & num. 75.*

74 *Quid servetur in aliis Collegiis circa præcedentiam Episcopi, ubi de pluribus Tribunalibus Urbis & Collegiis etiam extra, & quæ consuetudo sufficiat?*

75 *Seclusa consuetudine, locus Episcopi in Collegio est post Decanum, nec habet aliam prærogativam ulteriorem.*

76 *Episcopus Canonicus in propria Ecclesia debet sedere in primo loco in Capitulo, & habere prærogativas horologii & tintinnabuli, & respondetur contrariis, n. n. seqq.*

77 *Episcopus Melitensis quomodo sedeat in Consilio Equitum Magnæ Crucis.*

78 *Alii actus convocationis & capitulares spectant ad Caput Capituli, & non ad Episcopum Canonicum.*

79 *Alia solemnitas Juris in alienatione rerum Ecclesiæ, tam Sæcularis, quàm Regularis, erat Episcopi consensus, nisi in Regulari adesset Abbas cum jurisdictione quasi Episcopali, ad quem spectabat.*

80 *Consensus hujusmodi an impetrandus ab Episcopo in cujus Diœcesi est Ecclesia alienans, an ab illo in cujus Diœcesi sunt bona alienanda? & adducuntur opiniones.*

81 *Opinio verior amplexa.*

82 *Vicarius Generalis an possit præstare dictum consensum, & quid in concessione Jurispatronatus, unione Beneficiorum, & si esset etiam Canonicus Ecclesiæ alienantis?*

83 *Quid dicendum de Provicario, & an possit ille constitui à Vicario?*

84 *Dictus consensus debet dari causa cognita, & de differentia inter consensum Superioris pro autorizando acta, & eum qui præstatur à Rectore Beneficii.*

85 *Ecclesia vacante, quis debeat præstare consensum pro Rectore? & quomodo servetur in alienatione bonorum Mensæ Episcopalis?*

PRæfatæ solemnitates quatenus sunt illæ inductæ in hac Constitutione, repetitæ *in c. Sine exceptione 12. q. 2.* & latiùs in aliis supradictis Juribus antiquis, versantur in pluribus; requirebantur namque tractatus, Instrumentum, subscriptio Clericorum, seu consensus Capituli, auctoritas Episcopi, aliaque videnda apud D. D. præsertim Rebuff. *de alienat. rer. Eccles. inter tract. var. fol.* 63. Navarr. *eodem tractat.* Gonzal. *ad libr. 3. Decretal. tit. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli cap. 1. n. 7.* Pyringh. *in Jus Canon. lib. 3. tit. 13. sect. 2. §. 2.* Redoan. *eodem tract. de alienat. rer. Eccl. q. 24. num. 31.* Corrad. *in prax. dispensat. lib. 9. cap. 1. num. 21.* Passerin. *de stat. hom. tom. 1. q. 185. artic. 7. inspect. 5.* Turricell. *de alien. rer. Ecclesiæ & alii*, & apud omnes Canonistas ad Decretal. Barbol. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 30. num. 5. & 7.* Paul. Cristin. *Dec. Belgic. 12. num. 1. vol. 2.* & dictæ solemnitates præcipuè erant impositæ in donationibus, permutationibus, & venditionibus rerum Ecclesiæ; solemnitates tamen Juris Cæsarei nullam obligationem inducere potuerunt, cum nulla sit potestas in laico quo ad res Ecclesiæ, *cap. final. tit. de rebus Eccles. alien. vel non:* & quamvis *Authentica hoc Jus porrectum C. de S. S. Eccles.* fuerit inserta in Jure Canonico, tamen evenit ad ostendendam pietatem legislatoris, non autem ad communicandam vim legis; & sic solemnitates dictæ Auth. non observantur, & infrà iterum dicam, Redoan. *in rubr. n. 19.* requirebatur tamen causa, aut necessitatis, aut saltem utilitatis, ut in hac Constitutione, ad quam causam indagandam optimè fuerunt à Jure adinventæ solemnitates, uti media ad cognoscendam illam. 1 2

Hinc prima solemnitas recensetur tractatus requisiti à nostra Constitutione Leonina, qui versatur in discussione, & indagatione actus alienationis faciendæ, cum omnibus circumstantiis; puta si expediret, quo pretio, quibus pactis; differt enim à consensu, uti via à loco intento, & sic tractatus est medium ad prudentem deliberationem, Panorm. *in cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis*; & alias actus esset nullus, ut plenè Rota *dec. 318. n. 25. & 26. p. 5. rec.* & confici debet actus publicus hujusmodi tractatus, separatus ab actu alienationis, Rota *dec. 716. nu. 3. p. 1. divers.* & Seraph. *dec.* 1080. qui tractatus est necessarius, ubi adest Collegium, puta Cathedralis, vel Collegiatæ, & hujusmodi: aliàs si non adsit Collegium, Rector tantùm poterit assentiri, cùm non possit esse tractatus sine aliis, cum quibus fieri valeat, Quaranta *v. alienatio in summ. Bull.* & sufficit unus, Passerin. *cit. num.* 546. qui tamen dicit in Constitutione Monachorum Sancti Benedicti requiri duos præcedentes tra- 3

ctatus

ctatus in sejunctis diebus, ibidem *num.* 544. *ex cap.* 9. *Const. rubr. de mut. ac vendit.* Sylv. Rot. *decis.* 1080. *num.* 1. *&* 3. coram Seraph. ubi requiritur etiam Instrumentum; nec creditur Episcopo attestanti de tractatu, sed debet ex actu apparere, ut *in dicta decis.* 716. *num.* 2. *p.* 1. *divers.* qui tractatus habitus de mandato Episcopi, vel Superioris ab ejus Commissario, sufficit, *ut ex decis.* 5. *de rebus Eccles. non alien. in antiquis*, prosequitur Turricell. *dicto tract. cap.* 4. *n.* 3. & sine tali tractatu irritatur actus, ut habetur *ex hac Constitutione D. Leonis*, *& cap.* 1. *de rebus Eccl. non alien. in* 6.

Hujusmodi tamen tractatus tantùm requiritur in alienatione perpetua, nempè donatione, permutatione, & venditione, ut ex Gloss. *ver. Concessionibus cit. cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien. in* 6. *& cum aliis docet cit.* Passerin. nec requiritur in alienatione necessaria, Rota *decis.* 1080. *num.* 11. *&* 12. coram Seraphino; quamvis si necessitas non sit super certo corpore, sed in genere, debeat praecedere tractatus, quod tale corpus sit alienandum, & ita debent intelligi contrarium asserentes apud Passerin. cit. *num.* 547. quia Ecclesiae debet consuli cum solemnitatibus, ut potiùs unum quàm aliud vendatur praedium.

4 Post tractatum succedit consensus totius Cleri requisitus à nostra Constitutione, quia tunc, ut dixi, promiscua erat mensa totius Cleri; & sine tali consensu, actus esset nullus, Rota *decis.* 439. *num.* 4. cor. Cavalet. *& decis.* 118. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* Quod procedit etiam in bonis Monasteriorum, ut Abbas debeat requirere consensum Monachorum, *decis.* 207. *num.* 5. *in fine p.* 4. *divers.* quod intelligendum est de Abbate habente Conventum, aliàs non entis non sunt qualitates, & Monachorum non existentium nullus dari potest consensus, ut *in Clem. I. de rebus Eccles. non alien.* Buratt. *decis.* 333. *n.* 6. prout è contra, nequeunt Monachi alienare sine consensu Abbatis, sed absente isto valet alienatio cum interventu Prioris, Rota *decis.* 1080. *n.* 2. *&* 3. coram Seraph. quia Prior succedit in omnibus Abbati absenti, Abb. *in cap. Causam quae n.* 9. *propè finem de Judic.* Hoc tamen intelligendum est, quatenus adsit bona fides, ut erat in dicto casu decisionis, in quo Abbas ipse fuerat constitutus Procurator ad alienationem faciendam; secus autem esset, si in absentia temporanea Abbatis, occasio sumeretur faciendi alienationem per Priorem, quod dependet tantùm à casuum circumstantiis.

5 Iste tamen consensus Capituli, si bona spectent ad ipsius Capituli Mensam, requiritur uti interesse habentis, imò ad ipsum spectat actum alienationis perficere; si verò sint bona de Mensa Episcopi, sive Abbatis, ac alterius superioris, consensus Capituli, & Monasterii requiritur pro solemnitate, ut *in eademmet Constitutione Leonina, ac Clem. I. de rebus Ecclesiae non alienand.* & quoad bona Monasteriorum, *c. Abbatibus* 12. *quaest.* 2. Ricc. *in prax. par.* 1. *resolut.* 48. *cit. decis.* 1080. coram Seraph. & quo ad consensum requisitum pro solemnitate, *cap.* 1. 2. *&* 3. *de his, quae fiunt à Praelat.* Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 97. *num.* 70. Ricc. *cit. par.* 1. *resolut.* 51. Rota *dec.* 338. *num.* 2. *& dec.* 443. *num.* 4. coram Seraph. Pertinet enim ad Capitulum, ut bona Ecclesiae, & ad Monachos, ut bona Monasterii, etiamsi sint distincta pro substentatione ejus Capitis, non alienentur, aliàs ipsum Collegium ad alendum superiorem, iterum co-
6 gi posset, qui dicitur defensor eorundem bonorum, Glos. *in cap.* 1. *ver. defensore de rebus Ecclesiae non alien.* isteque consensus debet esse expressus, quidquid in contrarium dicat Layman. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. nam ex sua natura consensus importat expressam significationem voluntatis, *l.* 1. *C. de fil. famil. min. & Textus in cit. cap.* 1. *de his, quae fiunt, &c.* utitur verbo *Collaudatio*, quae signis externis fieri debet, Ricc. *cit. par.* 1. *resol.* 83. in alienatione tamen ad triennium sufficere tacitum, *cap.* 1. *§. Quin. de rebus Eccles. non alien. & cap.* 1. ubi Gloss. *ver. tractatus eodem tit. in* 6. Donat. *par.* 2. *tract.* 14. *quaest.* 12. *num.* 2.

An verò Capituli nomine intelligantur omnes Cle- 7
rici dictae Ecclesiae? videtur quod sic ex verbis hujus Constitutionis Leoninae, ibi: *Totius Cleri tractatu, atque consensu.* Verùm dicendum, sufficere consensum tantum Canonicorum, seu eorum, qui verum 8
Collegium constituunt in Ecclesia, Redoan. *cit. Rubr. de consensu num.* 18. & ratio est, quia jure veteri, omnes Clerici substentationem recipiebant ex bonis Ecclesiae; post separationem verò bonorum, beneficio cuilibet bona fuerunt attributa; in Monasteriis verò, in quibus remansit hic bonorum promiscuus usus, requiritur consensus omnium Monachorum: sed si alienetur res inferioris Ecclesiae, in qua non adsit Capitulum Collegiatae, requiritur sola authoritas Episcopi, & voluntas Rectoris, Passerin. *cit. n.* 553. imò si iste erit de longinquo absens, poterit supplere Episcopus; ita quoque requiritur consensus Promotoris fiscalis in rebus jurisdictionalibus, & bonis Episcopatus alienandis per Episcopum, Card. de Luca *de alienat. prohib. disc.* 5. *num.* 66. *&* 67. & quo ad bonae Mensae Episcopalis solet semper apponi in Brevibus, *Si in evidentem*, *Vocato Capitulo*, & tunc debet citari, Pacion. *de locat. cap.* 14. *§.* 9. *num.* 40.

Sed nomine Capituli, an veniant solùm Canonici, 9
est investigatione opportunum, & quoad Capitulum Monachorum venire tantùm Religiosos Professos, non verò Novitios, seu oblatos, alibi occurret sermo: in Ecclesia verò saeculari nomine Capituli venire tantùm Canonicos, regulariter est dicendum, Rota *dec.* 144. *n.* 2. *p.* 19. *recent.* Unde excluduntur Dignitates, quae non dicuntur de Capitulo, quamvis in Italia de consuetudine dicantur de Capitulo, nisi agatur de Dignitatibus Vice Praelati fungentibus, Cardin. de Luca *de benef. disc.* 46. *n.* 5. *&* 9. & praesertim in Regno Neapolitano viget dicta consuetudo, & de usu Italiae loquitur *dec.* 144. *p.* 19. *recent.*

Dictus tamen usus in Italia cessat quoad certas Dioeceses; & sic regula extra Italiam est, ut Dignitates non sint de Capitulo; in Italia verò, quod sint: utraque tamen regula limitationem recipiente ex contrario usu, si fortè aderit quoad certas Ecclesias, ut in Vigilien. in Apulia est casus relatus in S. C. Concilii 4. Maji 1689. in qua Cathedrali Dignitates non habent vocem in Capitulo.

At cùm disputaretur in dicta S. Congregatione, an Decanus in dicta Ecclesia Vigilien. haberet vocem? pro ratione dubitandi fuerat oppositum solitum Ecclesiae, ut caeterae Dignitates talem vocem in Capitulo minimè obtinerent; tamen cùm ex Bulla Erectionis dictae Dignitatis Decanatus fuerit expresse à Papa concessum, ut Stallum in Choro, & vocem in Capitulo Decanus haberet, nullum proinde dubium urgere potuit; & quamvis replicaretur in dicta Bulla etiam exprimi: *nec non omnibus privilegiis, quibus aliae dignitates quomodolibet utuntur, similiter, pariformiter, & sine ulla prorsus differentia etiam quoad delationem habitus, quamvis Canonicus non sit uti frui &c.* quae verba *similiter*, *pariformiter*, *& sine*
ulla differentia, important conformitatem conditio- 10
nalem, quatenus scilicet participato aliquid conveniat, & non aliàs concessum dicatur, Barbos. *dict.* 245. *num.* 7. *decis.* 98. *num.* 19. *&* 20. *par.* 19. *recent.* Tamen in isto casu videbatur cessare objectum; quia Papa indefinitè primò concessit vocem & stallum, & deinde augmentativè tantùm alia indulsit, quae haberent aliae Dignitates, omnibusque praedictis accedere voluit consensum Capituli; ac proinde stante concessione indefinita, consensu Capituli, & observantia proxima erectioni, neque potuerat Decanus post novem annos in praejudicium dignitatis, & successorum aliter convenire, & cùm ageretur de dignitate erecta de jure patronatus laicorum, lata erat facienda interpretatio in privilegiis concessis, ne retardaretur pia fundatorum liberalitas in hujusmodi fundationibus, ob quod solent indulgeri etiam pacta exorbitantia à jure, ad alliciendos Patronos, ut aliàs dicemus; & his rationibus ad

instantiam Decani successoris, non obstante contraria concordia præjudiciali facta per Antecessorem, resolvit dicta S.C.C. diebus 31. Januarii 1688. & 14. Maji 1689. dictum Decanum habere vocem in Capitulo, dummodo tamen sit in sacris ad formam etiam dictæ Bullæ.

11 Nomine Capituli nec etiam veniunt Beneficiati, nec Capellani, seu Portionarii etsi perpetui, ut adest celebris Glossa *in c. penult. ver. Assisios* (nam sic illi vocantur) *de Cler. non resid. Compostell. in c. 4. de elect.* ubi testatur de stylo Romanæ Curiæ in hac opinione permanendi, Butr. *cit. c. penult. num.* 8. Abb. *num.* 9. Card. de Luca *de Canon. disc.* 18. *num.* 12. *disc.* 19. *num.* 5. *& disc.* 20. *num.* 6. Barbosa *de Can. & Dign. c.* 4. *num.* 37. Rota *decis.* 33. *num.* 3. coram Martino Andrea *decis.* 708. *num.* 2. *p.* 2. & plenè Rota *decis.* 144. *&* 251. *p.* 19. *recent. & decis.* 491. *num.* 1. *& seq. & decis.* 528. *per tot.* coram Emerix Juniore. Beneficiati enim debent obsequi Canonicis, nec iis parificari, Rota *decis.* 697. *num.* 9. coram Merlino, & Sac. Congreg. Concilii in Januen. Capellaniarum diebus 24. Augusti 1680. & 5. Julii 1681.

12 Itaut supradicta procedant, non solùm in administratione bonorum Ecclesiæ, sed etiam in omnibus, quæ in Ecclesia sunt, in quibus universaliter de jure communi Canonici tantùm habent assistentiam, Rota *decis.* 728. coram Merlino, ubi in terminis administrationis bonorum etiam Capellæ existentis in Cathedrali, nisi tamen in contrarium urgeat fundatoris voluntas posita in limine fundationis, quæ lex potest apponi, ac debet servari; imò firmatur *in dicta decis. num.* 12. quod nequeat Capitulum à se abdicare tale jus administrationis, quia saperet speciem alienationis, seu dismembrationis, quæ nequit fieri sine beneplacito Apostolico. Rota *decis.* 363. *num.* 1. *cum sequentibus p.* 18. *recent.* firmat, ex eo quod administratio bonorum, imò & eorum, quæ in Ecclesia fiunt, spectet ad Canonicos privativè quoad Beneficiatos, & Commensales, quia illi tantùm constituunt Capitulum, non posse dictos Beneficiatos se congregare in Choro pro perficiendis actibus communibus propriis sine licentia Canonicorum, utpotè administratorum Chori; & coram Celso *decis.* 237. *num.* 2. non obstante prætensa consuetudine, quia non probabatur, factas fuisse in Choro Congregationes jure proprio, sed cùm ageretur de servitute discontinua, debebat probari cum suis requisitis acquisitæ servitutis in re aliena, vel cum immemorabili, vel cum privilegio Apostolico, & quamvis à dicta *decis.* 363. fuerit recessum *in decis.* 770. *eadem p.* 18. *t.* 2. tamen in hac non fuit dubitatum de dicto jure Canonicorum, sed recessus evenit, quia fuit probata centenaria, qua quicumque titulus poterat præsumi, & quod administratio rerum, & bonorum Ecclesiæ spectet ad Canonicos tantùm in terminis Basilicæ Vaticanæ, Rota *decis.* 57. coram Cavalerio.

13 Prædicta tamen an habeant locum, si agatur de alienatione rei spectantis ad massam communem etiam ad alios quàm Canonicos, nempè Beneficiatos, & tunc videtur necessarius interventus etiam istorum, & aliorum qui habent interesse, *ex regula, quod omnes tangit, de reg. jur. in* 6. Vitalin. *in Clement. ut hi qui n.* 13. *& sequ. de ætat. & qualit.* Cæsar de Grassis *decis.* 4. *n.* 2. *&* 3. *de his quæ fiunt à majore parte Capituli, & cit. decis.* 57. *num.* 6. coram Cavalerio. Quod tamen intelligendum est, quando massa communiter fit de bonis, tam Canonicorum, quàm Beneficiatorum; secùs quando massa componitur de bonis Ecclesiæ, & sic Beneficiati non percipiunt portionem massæ jure proprio, sed jure Ecclesiæ. In primo etenim casu administratio massæ competit utrique, secùs in secundo, quia administratio est bonorum Ecclesiæ principaliter, & sic competit tantùm Canonicis, & ratione interesse tantùm possunt, & debent audiri Beneficiati, ut docuerunt Abb. *in cap. cum omnes num.* 5. *vers. num discutiendo de Constit. Innocentius ibid. num.* 3. Butrius *num.* 13. & ita distinguendo dixit Rota *cit. decis.* 57. *num.* 6. coram Cavalerio, *& decis.* 625. coram Cocino, *decis.* 114. *num.* 51 *& seq. p.* 17. *recent.* Imò redditio rationis dictæ massæ bonorum Ecclesiæ non debet fieri Beneficiatis, sed tantùm per Canonicos administratores reddi debet ratio Episcopo, qui habet jus in hujusmodi redditionibus rationis exigendis prout in re cujuscumque Ecclesiæ, seu loci pii, ad formam Sac. C. Trid. *sess.* 22. *c.* 8. *de reform.* sed si adsit interesse Beneficiatorum, seu aliorum, qui participent de dicta massa Ecclesiæ, possunt dicti participantes intervenire, & petere revisionem, ac debent audiri eorum oppositiones, & in hoc adest declaratio Sac. Congr. Concilii die 12. Julii 1682. in Asten. Statutorum sub infrascriptis dubiis: *Primo; An Canonici teneantur singulis annis reddere rationem Episcopo administrationum, quæ ab ipsis exercentur? Secundò: An eamdem rationem reddere debeant Capellanis Beneficiatis? & quatenus negativè. Tertiò; An saltem debeant reddere rationem Beneficiatis quotidianarum distributionum, & prebendarum eorumdem Beneficiatorum. Quartò; An Canonici possint in propriam utilitatem convertere laudemia ex alienationibus prædiorum pertinentium ad massam distributionum quotidianarum communium cum Beneficiatis, vel potius dicta laudemia repartienda sint? Quintò; An Canonici possint in propriam utilitatem convertere laudemia ex alienatione prædiorum pertinentium ad officia administrata per ipsos, vel potius converti debeant in utilitatem officii administrati?* Sac. Congregatio *Ad primum* respondit *affirmativè. Ad secundum, & tertium negativè, sed posse Beneficiatos assistere redditioni rationis faciendæ coram Episcopo, vel petere ostensionem computorum. Ad quartum negativè quoad primam partem, affirmativè quoad secundam partem. Ad quintum, ut ad quartum.*

Dicta tamen regula generalis pro Canonicis in ad- 14
ministratione rerum Ecclesiæ privativè quoad Beneficiatos seu alios, limitatur stante statuto, consuetudine, vel privilegio Apostolico, Card. de Luca *disc.* 4. *num.* 6. *de Canon.* ubi de dignitatibus, & quoad beneficiatos *disc.* 6. *num.* 6. Barbosa *cit. cap.* 37. *num.* 14. *&* 15. Rota *decis.* 702. *p.* 2. *recent. & cit. decis.* 491. *num.* 2. *& seq. & decis.* 528. *per tot.* coram Emerix, ubi benè regula limitatur si adsit statutum, vel consuetudo, & in terminis alienationis bonorum tantùm stante Bulla Summi Pontificis, *decis.* 77. *&* 85. coram Cavalerio, quoad Beneficiatos Basilicæ Vaticanæ ratione Bullæ Nicolai III. concedentis illis jus votandi in alienationibus perpetuis bonorum Ecclesiæ, latè Rota *decis.* 144. *&* 251. *p.* 19. *recent.*

Sicque in hac materia alienationis debent intervenire omnes, ad quos spectat administratio bonorum; si tamen agatur de alienatione alicujus juris, quod posset competere Ecclesiæ, & consequenter etiam Dignitatibus, consonum est requiri eorum consensum, ut sentit Cardin. de Luca *cit. disc.* 46. *num.* 8. *de benefic.* Ista tamen consuetudo, seu jus Beneficiatorum debet intelligi ad limites ipsius possessionis, super qua fundatur, seu Statuti, ac Privilegii, & eosdem parere effectus, benè Rota *cit. decis.* 491. ubi quod si fuerit dictum venire sub nomine Capituli, prout hactenus observatum est, intelligitur in actibus in quibus intervenerunt, coram Emerix Jun. *& decis.* 528. coram eod. Hinc etsi consuetudine, vel Statuto, aut Privilegio Beneficiari, seu Portionarii, aut Capellani administrant bona Ecclesiæ, seu massæ Capitularis unà cum Canonicis, non habent tamen alia jura Capituli, puta in administratione bonorum mensæ Episcopalis Sede vacante, & sic si habent vocem in Capitulo in aliquibus, non proinde elici potest habere in omnibus, ita etsi semper habeant vocem, non tamen gaudent Privilegio, ut Episcopus procedat cum Adjunctis in eorum causis, prout fieret cum Canonicis, & sic debent esse in omnibus, & per omnia de Capitulo, ut-

truan-

fruantur omnibus ejus privilegiis, ut benè Fagnan. *in cap. nullus num. 39. cum sequentibus de elect.* ,ubi adducit plures resolutiones S. Congregationis in peculiaribus dictis casibus.

15 Hinc etsi admittantur Beneficiati, seu Capellani in Capitulo pro certis actibus massæ communis, non ideò habent jus in aliis actibus extra massæ administrationem, ut in Jurisdictionalibus, & optimè Rota *cit. decis.* 251. *par.* 19. *& in cit. decis.* 491. *n.* 1. *&* 2. *& decis.* 528. coram Emerix. Item & legatum
16 factum Capitulo non competit Beneficiatis, sed tantùm Canonicis regulariter, nisi tamen constaret de voluntate testatoris, qui intellexisset de illis, vel toto Clero Ecclesiæ, Rota *decis.* 685. *num.* 36. *& seq.* coram Merlino.

Tandem firmandum est, ut in hac materia deferendum sit consuetudini cujusque Ecclesiæ, quæ erit in hac re magistra, & norma, dummodo sit legitimè completa, & introducta. Unde debent vocari omnes, qui de jure, vel consuetudine habent vocem in Capitulo, aliàs resolutio est nulla, *cap. bona 36. vers. quia inventus de elect.* ubi Gonzal. *num.* 7. Barbosa *de Canon. cap.* 35. *num.* 3. Tamburin. *de Jur. Abbat. t.* 1. *disp.* 5. *quæsit.* 3. §. 1. *cum sequentib.* Ista tamen consuetudo quatenus tractu temporis fieret irrationabilis, non videtur refrænatum arbitrium legitimi Superioris eam coarctandi ad terminos etiam *cap. suggestum de decimis;* hinc cum in Ecclesia Cathedrali Montispelusii adesset consuetudo, ut etiam Capellani, seu Beneficiati vocem haberent in Capitulo cum Canonicis, & numerus illorum esset ita excretus, ut longè excederet Canonicos, ad quos primariò spectat administratio, & dispositio in Capitulo, illis tamen ex privilegio, vel consuetudine, petentibus Canonicis reductionem Votorum ad certum numerum quoad Beneficiatos in Sac. Congreg. Concilii in Montispelusii 6. Junii 1682. eadem Sac. Congr. respondit, *Suppliсent Sanctissimum*, quia verè habuit petitionem pro rationabili, sed cùm derogatio vel privilegii, vel legitimæ consuetudinis, soli Principi sit reservata, ideò ita rescripsit.

17 Concurrente tamen dicta consuetudine, vel privilegio quoad Beneficiatos, seu Capellanos, intelliguntur ii, qui obtinent Beneficia, seu Capellanias in titulum, promiscuè Beneficiati, seu Capellani dicti, Card. de Luca *de Can. disc.* 19. *num.* 5. Garc. *de benef. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 95. & declaravit Sac. Congreg. Concilii 5. Junii 1688. in Asten. Statutorum: *Ad primum affirmativè; nempe Capellanos habere vocem in Capitulo, quatenus Capellaniæ, seu Beneficia conferantur in titulum, & non possent liberè dimitti:* semper salva clara lege privilegii, vel alterius Juris videtur limitanda regula.

18 Necessarius iste consensus Capituli an debeat interponi collegialiter, disputant Doctores, & affirma-
19 tivè resolvunt, nam collegialis debet esse actus, ut major pars præjudicet minori, & repræsentet totum corpus, *c. in genesi de elect.* ubi Butr. *num.* 7. *&* 8. Abb. *num.* 7. idem Butr. *in cap. auditis num.* 8. *eodem tit.* Gloss. *in c. cum omnes ver. constitutum in fine de Constit.* ubi clarè Passerin. *tom.* 1. *de stat. hom. qu.* 185. *num.* 557. Card. de Luca *de regular. disc.* 53. *num.* 6. *& de Jurepatr. disc.* 61. *num.* 22. *& Miscellan. disc.* 4. *n.* 24. *&* 25. Rota *decis.* 351. *num.* 11. *& decis.* 380. *num.* 6. coram Buratto *decis.* 91. *num.* 7. ubi de actu Universitatis; coram Priolo, *decis.* 82. *num.* 3. *p.* 7. *recent.* & latè in Leodien. Vicariæ 10. Decembris 1698. §. *non relevante*, *&* §. *non subsistit*, coram D. dell' Olmo; quod procedit non solùm in electionibus, in quibus servatur forma scrutinii, sed etiam in quibuscumque actibus Collegii, & Universitatis, qui, ut valeant, & major pars absorbeat minorem, debent collegialiter fieri, optimè Butr. *cit. cap. in genesi n.* 28. Barbosa *in cap. quia propter num.* 9. *de elect.* & latè in cit. Leod. 11. Maji 1699. coram præfato D. dell'Olmo; actus enim, qui fiunt à pluribus uti singulis, benè possunt expleri separatim, secùs autem si fiant à pluribus universis, quia Jus Universitatis consistit in Collegialitate; & in terminis præsentationis ad Beneficia latè Rota *decis.* 268. *& decis.* 288. coram Mantica, ubi etiam in casu præsentationis spectantis ad plures uti singulos, requiri unionem Collegialem, si de consuetudine, vel statuto simul convenire debent vocales, *& decis.* 4. *p.* 10. *recent.* Imò ut actus sit collegialiter factus, non sufficit, ut fit in loco Capituli, sed debet fieri collegialiter; nam aliud est fieri in loco Capituli, aliud Capitulariter, Rota *decis.* 1247. *n. fin.* coram Seraph. *& dec.* 31. *n.* 8. post Tamb. *de jur. Abb.*

Si verò in hujusmodi alienationum actibus præce- 20
dat tractatus collegialis, videtur sufficere tunc consensus sejunctim præstitus, ad sensum Barb. *cit. cap. sine exceptione* 12. *qu.* 2. *num.* 4. Bonacin. *tom.* 1. *tract. de alien. bonor. Eccl. qu. un. punct.* 4. *prop.* 1. *num.* 2. Tambur. *de jur. Abb. t.* 3. *disp.* 13. *quæst.* 4. Contrarium tamen mihi videtur dicendum; nam juta tam tractatum quàm consensum Collegialiter requirunt, imo majori ratione in isto, qui est perfectio actus, & possunt Collegiales se pœnitere, vel aliquo motivo ad invicem conferendo, à tractatu resilire, ita Donat. *cit. tract.* 14. *qu.* 13. Passerin. *cit. quæst.* 185. *num.* 557. & in terminis Capituli, Rota *decis.* 382. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* & quoad Monachos, *decis.* 204. *num.* 8. *&* 9. *p.* 4. *divers. & decis.* 14. *num.* 2. ubi Addent. *num.* 39. *p.* 3. & coram san. mem. Alex. VIII. *decis.* 115. *nu.* 15. imò in terminis ipsius ratificationis, ut debeat fieri Capitulariter, Redoan. *cit. loco num.* 10. & Rota *decis.* 1338. *num.* 2. coram Seraphino, & meliùs *cit. decis.* 204. *num.* 9. *par.* 4. *div.*

Talis autem convocatio an debeat fieri in certo 21
loco præciso, ita ut actus aliter factus sit nullus, sequitur utilis indagatio. Et dicendum, fieri debere in loco solito; non esset tamen refrænatum arbitrium Collegialibus in majori parte, imò etiam sine causa, mutare locum, & diem, dummodo non fiat in fraudem, & notificetur illis de Collegio, & dummodò locus sit honestus, tutus, & non clandestinus, Fagn. *in cit. cap. quia propter num.* 68. *&* 69. ubi in terminis fortioribus electionis Canonicæ, quæ solet regulariter fieri in Ecclesiis, tamen actus non esset nullus, si fieret extra, *& cap. cum ex injuncto nu.* 20. *de novi oper. nunciat.* Barb. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 176. Tambur. *de jur. Abbat. t.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 6. *num.* 33. Passerin. *de elect. cap.* 12. *num.* 11. Cardin. de Luca *de Regular. disc.* 53. ubi adducit resolutionem Sac. Congregationis Concistorialis; ratio est, quia ubi est Capitulum, ibi fit actus Capitularis, ut benè Rota *decis.* 36. *p.* 6. *recent.* ubi de Capitulo facto in Grancia Monasterii, & *decis.* 31. *nu.* 8. post Tambur. cit. præsertim si adsit justa causa recedendi à loco solito, ut in casu Episcopi Leodien. ob rebellionem suæ Civitatis, ob quam ibi Episcopus tutus esse non poterat, validam declaravit Congregatio particularis tempore fa. me. Innocentii X. translationem Capituli factam ab Episcopo in alium locum Diœcesis, ut plenè materiam agit Fagn. *cit. cap. cum ex injuncto n.* 16. *ad sequentes.*

Ego autem dicerem, quod nulla existente causa, possent Capitulares mutare locum, prout Capitulum in majori parte congregatum potest limitare tempus à statuto, vel jure præfixum alicui actui, vel electioni, Glossa *in capit. cum nobis* 19. *ver. revocare de elect.* ubi Abb. *num.* 9. *vers. sed hac causa*, Ancha. *numer.* 4. *col.* 2. *ad fin.* Zabarella *quæst.* 4. *vers. generaliter*, *& vers.* 2. *casu.* Imol. *sub num.* 11. Compostellan. *in cap.* 6. *num.* 23. *eodem tit.* etiam nulla adducta causa, quæ præsumitur in facto à majore parte Capituli, Donat. *qu. Regul. tom.* 2. *p.* 3. *tract.* 3. *qu.* 6. *n.* 1. *& seq.* Passerin. *de elect. c.* 11. *n.* 103. Barb. *vot.* 47. *nu.* 17. & benè Rota *decis.* 439. *n.* 7. *p.* 19. *t.* 2. *recent.* & quidem sine peccato, cùm in jure non sit præfinitus pro substantia locus, dummodo sit honestus, & non sit quæsitum jus alteri, qui habet jus interveniendi in dicto Capitulo, ut est casus infrà dicendus in Turritana, ubi de consuetudine faciendi Capitula in aula

Episcopali, quia Episcopus habet potestatem convocandi Capitulum, ut dicam, & sic sua interest, ut observetur solitum loci in propria aula; & ideo S. C. Concilii mandavit servari dictam consuetudinem, nec posse per Capitulares immutari locum, ut infrà referam. Si tamen fieret mutatio à Præsidente Capituli tantùm, tunc deberet attendi causa legitima, sine qua nec ipse, nec minor pars Capituli potest alterare solitum, quia etsi non sit præfinitus à Jure locus, id intelligi debet, quando in mutatione concurrant extrema necessaria, vel causæ, vel consensus Capitularium.

Nec obstat, imò favet Rota in Majoricen. Beneficii 29. Martii 1700, coram R. P. D. Muto confirmatoria alterius coram D. Anzaldo, ubi unus ex Consulibus Civitatis præsentavit extra locum solitum, existentibus aliis in loco solito congregatis: quia cùm Congregati in loco solito amisissent pro illa vice Jus præsentandi, devoluto hoc ad unicum Consulem, iste potuerat ubicumque præsentare, quia ipse tantùm Collegium repræsentabat; nec locus dicitur de substantia actus, ita ut si non sit honestus, peccarent Collegiales, non tamen actus irritus evaderet, ut latè apud cit. Passerin. sufficitque, actum fuisse capitulariter gestum, de quo standum assertioni Notarii, & descriptioni omnium Collegialium per illum factæ, Gabr. *de fide Instrum. conclus.* 2. *& prosequitur* Rota *citat. decis.* 36. *n.* 10. *p.* 6.

22 Locus autem hujusmodi convocationum, an sit Ecclesia, Chorus, vel alius intra ambitum Ecclesiasticum, latè agit Passerinus cit. *de elect. cap.* 12. ubi electiones Episcoporum fieri debere in Ecclesiis, Barb. *cit. cap.* 19. *num.* 118. *de jur. Eccles.* Cæterum in istis actibus alienationum bonorum, & hujusmodi, honestior est locus extra Ecclesiam, intra tamen ambitum Ecclesiæ, puta in sacristia, vel alio loco Capitulari; & quod non debeat fieri in Choro, videtur sentire Rota *decis.* 363. *num. finali p.* 18. quia Chorus est locus Orationis; verùm si concurrat solitum, & actus fiat sine strepitu & scandalo, etiam in Choro fieri possunt hujusmodi actus, Innoc. *cap. Cum ex injuncto num.* 2. *vers. Unde videtur, de nov. op. nunciat.* ut recedendo à dicta *decis.* 363. dixit Rota *decis.* 770. *num. fin. par.* 18. *t.* 2. *recent.* quæ consuetudo sufficit etiam decennalis, cùm non sit contra Jus, remoto tamen scandalo, & strepitu, in Ecclesia omninò vitandis.

23 Sed nunquid possit fieri in aula Episcopi? & quatenus sit solitum, est servandum, quia locus honestus est, & ita affirmativè resolvit S. C. Concilii in Turritana; supplicantibus Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Turritanæ sub die 26. Novembris 1650. propositum & resolutum fuit dubium, quod Capitula celebrari debeant in aula Palatii Archiepiscopalis; imò denuò supplicantibus declarari, an, & quando in Capitulis agendum est de negotiis concernentibus interesse Archiepiscopi, teneantur Capitula celebrare in eadem Aula, ipso Archiepiscopo, seu Vicario præsente, vel potiùs sit eis permissum alibi celebrare pro libertate Votorum? Die 14. Junii 1651. S. C. Concilii resp. *locum aula Archiepiscopalis non esse immutandum, sed quando agendum de interesse private ipsius Archiepiscopi, ipsum & ejus Vicarium abstineri ab interessentia in Capitulo.*

In plerisque Ecclesiis, certi dies, vel intra mensem, vel intra hebdomadam, aut annum, solent esse designati, quibus Capitulum conveniat, nisi agatur de extraordinario casu, ob quem liceat Decano seu Capiti Capituli illud congregare quocumque die, & hora, ita tamen ut caveat id agere tempore divinorum officiorum; unde D. Carolus *in Concilio Mediol. p.* 2. *c.* 38. dixit, quo tempore divina Officia celebrantur, non haberi Capitula, nisi fortassis aliter evidens necessitas postulaverit; qui contrafecerint, distributionem ne capiant ejus horæ, in qua id commiserint, & S. C. Concilii relata à Garcia *de benef. p.* 3. *c.* 2. *num.* 559: ipse enim Garcias erat Canonicus Abulensis, & cùm in ea Ecclesia sæpè fierent Capitula, & haberentur Congregationes Capitulares tempore divinorum Officiorum, & hora dum Missa major celebraretur, juxta statuta & consuetudinem in Hispania hactenus observatam, & esset in dicta Ecclesia ordinario Capitularis, quod Canonicus, qui fuerit in Ecclesia, & non intraverit Capitulum, mulctaretur certa pœna, etiam si esset in Choro in divinis officiis, petiit proinde idem Garzias à S. C. declarari. Primò: An nihilominus Canonicus, seu Capitularis possit licitè à Capitulo abesse stando in Choro, nec propterea possit mulctari? Secundò, an possit etiam si velit interesse Capitulis, quæ fiunt tempore divinorum officiorum, supposito quod fiant, & satisfaciat suæ obligationi, & faciat fructus suos, qui in illa hora lucrifiunt? S. Cong. Concilii ad primum respondit; Congregationes hujusmodi Capitulares habendas non esse eo tempore, quo divina officia celebrantur, nisi causa aliqua urgens, eas in aliud tempus differri non pateretur. Quod si hæ Congr. absq. causa prædicta tempore celebrationis divinorum habitæ fuerint, Canonicum jure ab his, ut Choro intersit, posse abesse. Ad secundum, non posse, juxta responsum ad primum; quam declarationem authenticam habuisse testatus fuit idem Garcias, & idem dicit Navarr. *de orat. cap.* 12. *num.* 5. esse damnosum, Capitula tenere etiam ante horas, itaut à Capitulis ad Chorum statim progrediantur Canonici, ne detur occasio, ut ipsi mentibus occupati circa temporalia, orationi, ut par est, sedulò incumbere non valeant; & pro hoc debet etiam curare Episcopus, etsi sine hujus consensu possit congregari Capitulum, quia intelligendum est, dummodò congregetur congruo tempore, prosequitur cit. Garcias *num.* 563. *&* *n.* 565. firmat, quod si in Capitulo, tempore divinorum Officiorum facto, non adsint omnes Canonici, absentes non dicuntur contumaces, ut possit devolvi Jus ad præsentes.

Ex dictis infertur, non licere facere rationes, & computum bonorum, cùm divina fiunt, ut respondit eadem S. C. apud Garciam cit. *num.* 568. his verbis: *Congregatio Concilii censuit, neque Episcopum, neque Capitulum debere exigere rationem redditionum, tempore quo recitantur horæ Canonicæ, & Divina celebrantur.*

Consensus requisitus in hujusmodi alienationibus, an sufficiat majoris partis Capituli, vel sit necessarius omnium? & ex verbis istius Constitutionis, videtur requiri consensus omnium, ibi: *Totius Cleri consensum.* 24

Sed in hac materia satis involuta, sed opportuna in omnibus actibus Capitularibus, & Collegialibus, nedum Ecclesiasticis, sed etiam laicalibus, puta Universitatis, ac aliis hujusmodi, operæ pretium erit procedere cum aliqua distinctione casuum, & auctoritatum.

Igitur est statuenda regula, ut major pars Capituli, dummodò sit legitimè congregata, Collegii, seu Universitatis, debeat attendi, quæ repræsentat consensum totius Capituli, ut explicando verbum *totius Cleri, ex cap. sanè dist.* 65. advertit Gloss. *cit. cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *v. totius*; non enim textus dicit *omnium de Clero*, sed *totius Cleri*; cùm igitur iste repræsentetur per majorem partem, ideò consensu istius majoris partis habetur consensus totius corporis; ita docent D. D. *in c.* 1. ubi Gloss. *ver. defensore in fine, de rebus Eccles. non alien. in* 6. *Clem.* 1. *eodem titulo*, & generaliter in *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælat.* ita ut minoris partis dissensus curari non debeat, Fagn. *cap. cum in cunctis num.* 2. *& seqq. de his quæ fiunt à maj. par. Cap.* & alii Canonistæ communiter, Buratt. *decis.* 809. *n.* 9. *&* 11. *decis.* 169. *num.* 2. *&* 3. *par.* 19. *recen.* & in terminis alienationis rei Ecclesiæ, plenè Rota *decis.* 887. *num.* 2. coram Merlino, ubi de Conventu, cum aliis concordantibus, & Rota *decis.* 467. *n.* 20. *p.* 19. *t.* 2. *recent.*

Limitatur tamen hæc principalis Conclusio, 25
ut

ut procedat tantùm, si Judicium majoris partis sit rationabile; nam si appareat irrationabile, & illud minoris partis sit rationabile, tunc prævalet istud, quod elicitur ex eadem littera *Textus in c. cum in cunctis*, quia requiritur major, & sanior pars Collegii, ita tamen, ut majoris partis concursus faciat præsumere rationabilitatem, concesso tamen loco minori parti dicendi de irrationabilitate, & hac probata, tantùm est locus revocationi; itaut non sufficiat oppositio, nisi probetur irrationabilitas; ibi: *Objectum fuerit, & ostensum*, scilicet coram superiore, Fagn. *cit. num.* 7. Card. Cerr. *decis.* 517. *n.* 6. 16. Rota *d.* 439. *n.* 6. & 7. ubi, quod ratio semper supponitur in gesto à majori parte, & contrarium debet probari
26 *p.* 19. *t.* 2. *recent.* & in terminis alienationis, quod debeat minor pars rationabiliter dissentiens audiri, & appellare, *cap. Si quis Presbyterum de reb. Eccles. alien. vel non*, Panormitanus *in c.* 2. *n.* 9. *de his, quæ fiunt à Prælat.* aliàs peccaret, Passerin. *cit. num.* 556. *in fine*, & in terminis acceptationis novitii, ut major pars requisita, intelligatur de saniori, eo modo, ut suprà, Add. ad Burat. *decis.* 573. *num.* 20. & generaliter Alex. *cons.* 124. *lib.* 2. Gratian. *discep.* 72t. *n.* 19. & *in dec. Marchiæ* 183.

27 Limitatur rursus dicta principalis conclusio, ut procedat tantùm in actibus, qui competunt Capitulo, vel Collegio, seu Universitati, uti universis, secùs autem si competant uti singulis; nam in hoc casu requiritur consensus omnium, nec major pars præjudicat minori, Gloss. *in v. tractatus de rebus Eccles. non alien. in* 6. passim Canonistæ, Fagnan. *cit. loco num.* 7. *in fine*, & *seqq.* ubi loquitur de pascuis competentibus singulis in Bonis Universitatis, *cap. quod omnes* 29. *de regul. Jur. in* 6. Gloss. *in cap. Cum omnes ver. Constitutum vers. secus in juribus singulor. de Constit.* ubi D. D. Paris. *Cons.* 90. *num.* 12. *cum seq. par.* 4. Lap. *alleg.* 85. *num.* 2. Lambert. *de Jur. patr. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 2. *in princip. art.* 16. *n.* 3. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 15. *n.* 17. Barbos. *de Can. cap.* 18. *n.* 13. Franch. *decis.* 2. *nu.* 4. *cum seqq.* Gratian. *decis. Marchiæ* 183. *num.* 3. Add. ad Buratt. *dec.* 573. *litt. A.* ubi quod intelligi debet de interesse primario singulorum, non secundario, Cavaler. *decis.* 134. *n.* 5. Nec obstat, quod Jus in genere spectet ad Universitatem, seu Capitulum, si emolumentum principaliter spectet ad singulos, optimè Fagn. *cit. cap. cum in cunctis num.* 14. & *post eum* Rota *dec.* 473. *n.* 5. & 6. cor. Card. Cerro & *dec.* 517. *n.* 4. *cor. eodem*, ubi in terminis mutationis Turni quoad provisionem Beneficiorum; quamvis si Jus spectet ad Canonicos particulares, tamquo ad usum, quàm quo ad proprietatem, scilicet pro eorum præbendis, eò fortiùs procedit limitatio, ut apud *cit. dec.* 517. *num.* 10.

28 Limitatur itidem dicta principalis conclusio, ut non procedat in actibus voluntariis, & facultativis, quia isto casu debet attendi consensus omnium, & si agatur de re pertinente ad singulos, uti universos, *cap. fin. de majoritate & obed. late* Felin. *in c. cum omnes n.* 17. *ver. fallit primum de Constit.* Gratian. *cit. dec.* 183. *n.* 21. Add. ad Buratt. *decis.* 573. *n.* 10. Unde donativa & hujusmodi nequeunt fieri, nisi concursu omnium, Roccus *de Offic. tit. de Donativis* §. 5. *num.* 138. & *seqq. fol. mihi* 501. Diana *to.* 3. *tract.* 3. *de parlamento resol.* 29. *quæ est inter opera tom.* 7. *tract.* 6. *resol.* 31. & 35. *in fin.* quamvis si adsit præceptum legitimi superioris, major pars præjudicat minori, apud cit. Add. ad Buratt. *nu.* 16.

Limitatio tamen supradicta circa actus voluntarios etiam declarationi subest, ut si agatur de actu utili singulis uti universis, & si voluntario, etiam major pars præjudicat minori, ut declarant D. D. apud cit. Add. ad Buratt. *dicta dec.* 573. *num.* 12. Gratian. *eadem decis.* 183. *nu.* 23. & 27. ubi æquiparat actus utiles, necessariis, & *discept.* 721. *n.* 17. & *seq.* & 933. *n.* 5. Rota *dec.* 261. *n.* 13. & 14. ubi de Universitate cor. Bichio *dec.* 473. *n.* 2. ubi de Capitulo coram Card. Cerro. Nec contrariatur eadem Rota *n.* 5. quia procedit, quando utilitas respiceret singulos uti singulos, in quo casu major pars non trahit minorem, & idem dicunt Covar. *var. res. p.* 3. *c.* 13. *n.* 113. & Rota *cit. decis.* 261. *num.* 14. cor. Bichio.

Prout in negotio spectante ad singulos uti sin- 29
gulos, si fiat solitum, sufficere consensum majoris partis, docet post Gloss. *in dicto cap. cum omnes de Constit. cit.* Add. ad Buratt. *n.* 13. Sed hoc intelligendum, si possunt compelli; aliàs si esset actus purè voluntarius, obstant prædicta firmata; & alias limitationes in foro non tam versatas, vide apud citatos Add. & Felin. *citatis locis*.

Unde ex prædictis habetur, qui consensus scilicet 30
majoris partis vel omnium sit necessarius in alienatione rerum Ecclesiæ, vel Mensæ Capitularis, & aliorum, juxta diversitatem casuum, ut suprà enunciatorum; hinc si agatur de re jurisdictionali, seu de bonis mensæ Episcopalis, in quibus consensus præstari solet à Capitulo pro mera solemnitate Juris, certum est majorem partem sufficere, quia non solùm non tanget interesse singulorum uti talium, sed neque interesse commune, nisi remotum, ut infrà dicam. In alienatione bonorum Ecclesiæ, hoc idem est dicendum, quia est interesse secundarium Capituli; in alienatione verò bonorum Mensæ Capitularis, est servanda regula ut suprà statuta, an afficiat omnes uti singulos, vel uti universos, cum præfatis circumstantiis suprà discussis.

Dicta tamen major pars Capituli debet probari per Instrumentum, seu actum publicum Capitularem per Secretarium, factum. Sed nunquid erit necessaria expressio omnium de Collegio interessentium, vel tantùm sub nomine Capituli, seu Collegii, non erit inutilis indagatio; alii enim dicunt, esse necessariam expressionem nominum singulorum, nec aliter credi Notario asserenti in Instrumento adfuisse totam, vel majorem partem Collegii, seu Capituli tam in terminis alienationum rei, quàm electionis, constitutionis Procuratoris, & similium: nam in iis, quæ sunt juris, non pertinet ad Notarium de eis attestari, & constat ex Gloss. *ver. tales, vers. sed videtur in cap. fin. de Procurat.* Barb. *ad cit. cap. fin. num.* 3. Gabriel *comm. op. tit. de jud. concl.* 2. Gatt. *lib.* 1. *observ. cap.* 76. Losæus *lib.* 2. *de Jur. Univ. capit.* 1. Gonzal. *ad cap. un. num.* 9. *in fin. de Syndico*, & alii deducti per Mascard. *de probat. concl.* 1095. *num.* 24. Rota *decis.* 9. & 29. *de Procurat. in antiquis decis.* 1247. *num.* 1. coram Seraphino, & *decis.* 31. *num.* 8. post Tambur. *de jur. Abbat.* & Rota *decis.* 439. *num.* 8. *par.* 19. *recen. tom.* 2.

Alii dicunt, non requiri de necessitate expressionem nominum; nam creditur Notario, etiamsi hoc sit quid Juris, an Collegium repræsentet majorem partem, quia propter approbationem personæ, illi creditur etiam in hoc, ita Oldrad. *cons.* 100. *per tot.* & signanter *num.* 4. Abbas *in cap. Quanto num.* 7. *de his, quæ fiunt à Prælat.* & alii apud Mascard. *cit. n.* 23. qui etiam ponit *n.* 21. aliam opinionem cum distinctione, ut procedat prima assertio in rebus magni momenti, & præsertim in alienatione rerum Ecclesiæ, Archid. *in cap. sine exceptione in fine* 12. *qu.* 2. cum aliis ibi citatis; secus in rebus non arduis, vel nisi Universitas esset parva.

Tamen indistinctè est tenenda prima opinio cum hac solùm distinctione, quod aut Notarius, vel Secretarius dicit actum factum à Capitulo, Collegio, seu alio hujusmodi, nomine universali, & ejus majori parte, & tunc valebit actus, donec probetur contrarium, non adfuisse scilicet partes constituentes dictum Collegium; si verò exprimatur fuisse factum à Canonicis, sine alia expressione, tunc quia tale nomen potest verificari in duobus tantùm, & sic non in majori parte requisita, actus non valebit; vel nisi requireretur necessariò descriptio nominum, ut docent plures citati à Mantica *num.* 26. & *sequ.* & *prius num.* 23. ubi plures *repetentes in cap. sine exceptione, de quo hic* 12. *qu.* 2. Redoan. *de alien. rer.*

Eccles. rubr. de subscriptione n. 2. Sylvester *ver. alienatio num.* 3. Passerin. *de stat. hom. cit. quæst.* 185. *artic.* 7. *num.* 775. ubi de stylo etiam inter Regulares, & generaliter de constituendo Procuratore, facienda electione &c. & alii supracitati pro secunda opinione, benè Abb. *in cap. un. de Syndico*, ubi referendo plures opiniones ita concludit *à num.* 9. *usque ad finem* cum pluribus Canonistis, Ancharan. *in capit. quanto num* 4. *&* 5. *de his, quæ fiunt, &c.* & idem Abbas *ibidem num.* 7. ubi quod non est necessarium, sed utile exprimere nomina singulorum, Zabarell. *in d. cap. un. num.* 5. *vers. undecimo quæro cum seqq. de Syndico, & cap. quanto num.* 3. *in fin. cit. tit.* Imola *ibidem num.* 8. *&* 9. *& cap. un. cit. num.* 6. ubi respondet Gloss. & Bartolo ex adverso adductis, Felin. *cons.* 143. 207. & 277. ubi concludit spectare ad contrarium asserentem, si velit probare non adesse duas ex tribus partibus, & *in cap. cum omnes* 6. *nu.* 28. *de Constit.* Adden. *ad Specul. l.* 1. *par.* 3. *tit. de Synd. litt. A. vers. porro fol.* 237. Cravett. *cons.* 121. *num.* 2. *vers. sicut in personis*, Ruinus *cons.* 217. *num.* 15. *vers. quinimo lib.* 1. *de veriori*, Vant. *de null. ex defect. inhab. seu mand. num.* 150. *vers. est etiam notandum fol.* 176. Afflict. *decis.* 245. *num.* 10. ubi quod Notarius debeat dicere adesse majorem partem Collegii, & benè Add. *ibidem num.* 9. Achill. *decis.* 291. *per tot. & num.* 4. *&* 5. ubi quod ita declarandæ sunt Decisiones antiquæ, aliàs 2. *de his quæ fiunt à major. parte Capituli*, & plenè Rota *decis.* 467. *p.* 19. *tom.* 2. *recen.* ubi respondet contrariis in eadem causa, de qua in *cit. decis.* in contrarium suprà adducta *eadem p.* 19.

Ratio est, quia quotiescumque non requiritur de substantia subscriptio, ut præsertim in actu alienationis bonorum Ecclesiæ suprà probavimus de Jure Canonico, quidquid sit de Jure Civili, juxta Auth. *Hoc Jus porrectum*, ubi Bartol. qui dicit requiri subscriptionem, certum est, nec requiri nominum expressionem de necessitate, & præsumitur actus legitimus ex assertione Notarii, & fuisse majorem partem Collegii, refuso onere contrarium probandi alteri parti; utilius tamen est, quod exprimantur nomina, quia tunc probatio contraria deberet esse magis stricta; unde sicuti quando requirerentur descriptiones nominum, creditur Notario fuisse præsentes descriptos, Mascard. *cit. num.* 26. & Capycius *decis.* 4. *num.* 5. ita ex eadem ratione est dicendum, quando attestatur generaliter de majori parte, nec id est tantùm quid juris, sed dependenter à facto interessentium, & sic *dictæ decisiones* 9. *&* 29. *de Procuratoribus in antiq.* benè explicantur juxta dictam distinctionem per Achill. *cit. decis.* 291. & aliæ coram Seraphino, & post Tambur. licèt in dictis casibus enunciativa omnium in Instrumento adsit, tamen non excludunt contrarium, & utilem etiam nos fatemur esse descriptionem singulorum, cum Abb. *in cit. cap. quanto num.* 7. *in fine vers. unde concluderem, de his, quæ fiunt à Prælat.* Rota *cit. decis.* 467. *n.* 19. *par.* 19. *tom.* 2. *recen.*

Prout prædicta faciliùs procedunt, si concurrat solitum talis Capituli, vel Collegii, Cravet. *cons.* 121. *num.* 7. *vers. sed de consuetudine, & n.* 9. Rota *decis.* 19. *num.* 5. *par.* 11. *& cit. decis* 467. *num.* 17. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.* & ita à contrario sensu est dicendum, quod si consuetudo sit, ut exprimantur nomina, debet fieri expressio, de qua consuetudine standum est Secretario, seu Notario Capituli id attestanti, ut prosequitur citata *decis. num.* 16. Add. ad Greg. XV. *decis.* 214. *litt. B. vers. fides autem, & decis.* 376. *num.* 5. coram Dunoz. Jun.

Limitantur tamen prædicta, si Notarius non asserat ex seipso adesse majorem partem Capituli, vel Canonicorum Capituli, sed ex ore Canonicorum, Ruinus *cons.* 189. *num.* 16. *vol.* 1. & Maschard. *cit. n.* 29. prout si ageretur de re competente singulis, uti singulis, quia tunc interesse est singulorum, & non possunt obligari nisi certæ personæ expressæ, ut benè Oldrad. *in cit. cons.* 100. & prosequitur Abb. *in cit. cap. un. n.* 7. *vers. Oldradus, de Syndico.*

31 Ista tamen pars major Capituli, vel Collegii, requisita à nostra Constitutione, an intelligi debeat respectu totius, vel tantùm intervenientium? & etiam in hoc videntur confusæ doctrinæ, & conclusiones. Regulariter dico, quod sufficiat major pars intervenientium, ita in terminis alienationis bonorum Ecclesiæ, Gloss. *in Auth. hoc Jus porrectum v. majori C. de Sacros. Eccles.* ubi Barbos. *num.* 20. Abb. *in cap. inter universas num.* 9. *vers. tamen ad hoc de elect. & in cap.* 1. *num.* 16. *vers. dic clarius de his, quæ fiunt à majore parte Capituli*, Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 10. Bobadill. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 181. Castill. *lib.* 1. *de usufr. cap.* 54. *num.* 17. Alexand. Trentacinq. *var. res. lib.* 1. *tit. quod cujusque univers. nomine resol.* 1. *num.* 10. Nam numerus major attendi debet quoad præsentes, non autem quoad absentes, ut Abb. *in cap. licet* 6. *num.* 14. *& in cap. Cumana* 50. *nu.* 9. *vers. pro declaratione, & in cap. Ecclesia vestra* 57. *num.* 6. *de elect.* Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 3. *qu.* 4. *art.* 2. *num.* 8. Adden. ad Buratt. *decis.* 573. *nu.* 22. & benè *decis.* 85. *num.* 9. *& seqq.* coram Cello, *repetit. decis.* 19. *par.* 11. *per tot.* Tondut. *de pens. decis.* 12. *n.* 9. & sanè *decis.* 731. *n.* 16. coram Dunoz. Jun. *& decis.* 62. *num.* 5. *p.* 14. *recen.*

Alii tamen docent, quod solùm major pars intervenientium sufficiat, si interveniant duæ ex tribus partibus, ut in alienatione bonorum Universitatis dixerunt Gratian, *discept.* 933. *cum ibi adductis num.* 1. *& seqq.* & quod etiam veniat idem dicendum in alienatione bonorum Ecclesiæ, videtur sentire cit. Glos. *in Auth. hoc Jus porrectum*, Mantica *cit. loco num.* 10. Barbos. *num.* 19. & sic si non adsint duæ partes, non posse fieri alienationem in universitate, Rota *decis.* 112. *num.* 4. *&* 5. *par.* 12. *& cit. decis.* 62. *num.* 5. *par.* 14.

Alii item asserunt, quod facta legitima convocatione Capituli, vel Collegii, non accedentibus aliquibus, totum jus consolidatur in præsentibus; unde etsi isti sint in minori numero duarum ex tribus partibus, tamen repræsentant totum Collegium, ita ut quod à majori parte præsentium congregatorum gestum fuerit, teneat, Add. ad Buratt. *cit. decis.* 573. *num. finali.*

In hac materia plures etiam considerandi sunt casus subalterni, cùm indefinitè talis propositio non sit admittenda, & singulis casibus sunt doctrinæ variæ applicandæ.

32 Aut enim Capitulum est incapax explendi actum, puta quia Interdicto, aut alio canonico impedimento irretitum, & tunc potestas evanescit quoad omnes, etsi isti non sint singulariter censurati, quia isto casu nequeunt Canonici non censurati repræsentare Capitulum incapax; si verò sint aliqui Canonici incapaces, ob censuras, vel aliud Canonicum impedimentum, tunc potestas Capituli remanet in aliqua eorum parte, etsi minore, ut benè explicat Cardin. de Luca *de præem. disc.* 17. *num.* 7. *& ad not. ad S.C. Trid. disc.* 31. *num.* 4. *& disc.* 43. *num.* 24. *&* 25. *& de regalibus disc.* 125. *num.* 11. & ita intelligendæ sunt *decisiones* 856. coram Dunoz. Jun. *& decis.* 14. post Tondut. *de pens.* & aliæ; itaut si
33 omnes, præter unum de Capitulo, seu Collegio, essent incapaces, remaneat jus penes unum, ut latè & magistraliter Rota in Majoricen. Beneficii 29. Martii 1700. coram D. Muto, ubi de præsentatione ad Beneficium facta ab uno Consule, aliis tribus incapacibus ad præsentandum: & ratio est quia cùm Jus sit penes singulos de Collegio, non uti singulos, sed uti universos, eo ipso, quod nequeunt illi esse membra ipsius Collegii per Jus non decrescendi, remanet in aliis; hinc si Priores Collegii sint censurati, non valet actus ab ipsis gestus nomine Universitatis, sed valebit gestus ab Universitate, Barb. *ad cap. fin. n.* 2. *de Procurator.* Ricciul. *de Jur. person. extra grem. Eccles. l.* 4. *c.* 26. & alii ibidem. Ita si expiicetur unitim per habiles, & inhabiles de Collegio, valebit, si actus fiat sub nomine Collegii, seu Univer-

sitatis

ficaris fine expreſſione inhabilium; ſecùs verò ſi exprimantur nomina habilium, & inhabilium, ut notabiliter habetur ex *textu in cap. conſulti fin. de Procuratoribus*, & optimè Abb. *ibid. n. 7. & 8.*

Aut omnes de collegio ſunt capaces, & agitur de actu neceſſario faciendo citra certum tempus à Jure præfixum, ut in præſentatione, ſeu electione, & imminet tempus, itaut eo elapſo devolvatur Jus extra Collegium; & tunc ſi fuerit facta convocatio Capituli, ſeu Collegii legitima, devolvitur Jus ad præſentes, non curati non intervenientibus, Gonzalez *in cap. unico num. 9. de Syndico*: Si verò agatur de actu, qui poteſt alio tempore expleri, tunc ſi non interveniant in Capitulo duæ ex tribus partibus, nequit actus Capitularis fieri, ſed debet expectari, & ad aliud tempus protrahi, ut optimè diſtinxerunt Abbas *in cap. cum nobis 19. de elect.* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 17. num. 7.* Fagnan. *in cap. cum ex injuncto num. 49. de nov. oper. nunciat.* Rota in Tridentina Canonicatus *deciſ.* 410. & 420. coram Millino, & *deciſ.* 112. *nu.* 12. *par.* 12. ubi in terminis Confraternitatis, & *deciſ.* 62. *num. 7. pag.* 14. ubi in terminis Univerſitatis, & in Syracuſana Præpoſituræ 5. Decembris 1696. §. *Præterea* coram D. Muto, & Recanaten. Beneficii 9. Maji 1701. §. *Conſtito & ſeqq.* coram D. Lancetta, ubi in terminis præſentationis ad Beneficium, quod non exiſtente fine temporis ad præſentandum, nec intereſſentibus duabus ex tribus partibus, actus non valeat, & Capuana Beneficii 27. Jan. 1698. §. *Iſtaque nullitas* cor. D. Lancetta, & in terminis alienationis Bonorum Eccleſiæ *dec.* 887. coram Merlino, ut deberet expectari, quia non erat actus neceſſariò explendus dicta die.

34 In hac autem materia iminentiæ temporis, ſi illud eſt à Jure, ut in terminis electionis, & præſentationis, tunc non debet expectari præcisè ultima dies termini, ſed prudentis Convocantis Collegium arbitrio videtur remiſſum, ut benè Gloſſ. *in cap. cum nobis de elect. verb. revocare verſ. dicit Jo.* ubi inquit, quod in fine temporis, præſentes poſſint procedere non præcipiti feſtinatione, ſed moratoria cunctatione; nec contrarium ſit moraliter poſſibile; nam ſubdit, quod major pars Collegii, ſcilicet duæ ex tribus partibus, tempus magis congruum ſtatuere debent, Abbas *cit. cap. cum nobis* 19. & in terminis temporis electionis, Rot. *dec. 439. n. 6. & dec. 467. n. 39. p. 19. t. 2. recent.* & alibi erit ſermo.

In aliis autem actibus, etſi non adſit imminens tempus Juris, poteſt adhuc conſiderari imminentia temporis de facto, ut in locationibus, & alienationibus bonorum Eccleſiæ, quæ cùm fieri debeant cum cauſa, vel neceſſitatis, vel evidentis utilitatis, non debet actus tamdiù protrahi, ut tempus noceat ipſi Eccleſiæ; itaque in his debent conſiderari circumſtantiæ, an verè fuerit proceſſum cum bona fide, & ſine fraude; nec obſtat *citat. deciſ.* coram Merlino, quia ibi agebatur de Abbate cum uno Monacho, aliis non expectatis, neque vocatis abſentibus, & conſtabat in tractatu adfuiſſe tres Monachos, imò concurriſſe damnum Eccleſiæ.

35 Nec refragantur ſuprà deducta Jura decernentia requiri duas ex tribus partibus in alienatione immobilium rerum Eccleſiæ, vel Univerſitatis; tum quia ſunt Jura civilia id demandantia; de Jure autem Canonico, cui ſtare debemus, contrarium ſtatuitur, ut ſcilicet totum Jus devolvatur ad præſentes, quatenus abſentes noluerint, vel non potuerint intervenire, ſeu ſe abſentent poſt interventum, *cap. cum nobis de elect.* ibi: *Quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos ſe feciſſe videntur, propter quod electioni de jure non poſſe contradicere videbantur*, & plenè Abb. *in c. cum omnes de Conſt.* Card. de Luca *de Canonicis diſc. 27. num. 9.* Adden. ad Buratt. *deciſ.* 809. *num.* 12. Coccin. *deciſ.* 1431. *num. 3. & ſeqq.* & benè diſtinxit cit. Gratian. *diſcept. 933. num. 7. & 8.* Tum etiam, quod valeat præfata concluſio procedere, quatenus congregetur Capitulum, ſeu Collegium, ſine legitima convocatione abſentium, tunc enim requiritur præſentia duarum partium; ſecùs autem ſi fiat omnium convocatio etiam abſentium per habentem juriſdictionem convocandi, ut declarat idem Gratian. *nu. 7. & ſeqq.* & benè Rota *deciſ. 62. nu. 6. & 7.* ubi idem procedere docet, ſi feſtinanter fuiſſet proceſſum, non expectatis abſentibus, *par. 14. recen.* & benè etiam declarat Card. de Luca *citato loco*; nam etſi in hac materia alienationis rei Eccleſiæ ſtandum ſit Juri Canonico, non Civili; cùm illud nitatur, ut abſentes in electionibus debeant vocari, aliàs poſſunt dicere de ſpretu, & nullitate electionis; ideò vocari ſibi imputent, ſi non interveniant; nihilominùs in aliis materiis, in quibus vocatio non eſt neceſſaria, temperandus eſt iſte modus, ut ſcilicet ſufficiant duæ partes; majorque numerus illarum duarum partium constituentium Collegium, faciat reſolutionem, ut in hujuſmodi terminis, non vocatis abſentibus, majorem partem præſentium in duabus partibus ex tribus Collegii conſtituere totum corpus, *eſt cit. deciſ.* 85. coram Celſo: Si autem fiat convocatio legitima abſentium, ſeu non agatur de actu transferibili moraliter ad alium diem, vel actus coadunationis fiat auctoritate Superioris ad certum effectum, vel alii eſſent incapaces; tunc etſi non conveniant duæ ex tribus partibus Collegii, major pars intervenientium ſupplet conſenſum totius, in caſu tamen ubi major pars trahit minorem, juxta caſus ſuprà explicatos; nam tunc tota poteſtas Capituli eſt in præſentibus, Rota *cit. deciſ. 36. p. 6. recent.* & in aliis ſupracitatis, & ſic omnes auctoritates ſecundùm præfatas circumſtantias procedunt, ſalvis ſemper ſpecialibus Conſuetudinibus, & Statutis, quod ſcilicet debeant intervenire tot partes, vel attendi debeant Vota duarum partium intervenientium, vel alio modo, Paſſerin. *de elect. cap. 10. per totum*, ubi ſit mentio de Conſuetudinibus, & Conſtitutionibus aliquarum Religionum, & Rota in Capuana Beneficii 27. Januarii 1698. coram D. Lancetta.

Prædictis firmatis, non obſtat quod duo, aut tres faciant Collegium, *l. Neratius ff. de verbor. ſignif.* ita ut unus non poſſit illud conſtituere; unde non videatur verum, quod poteſtas Collegii poſſit in uno reſidere, aliis non habilibus, nec etiam verum videatur quod intervenientibus duobus, vel tribus, non ſit verè Collegium, etſi non interveniant duæ ex tribus partibus Collegialium.

36 Nam etſi verum ſit, unum non conſtituere Collegium, prout conſtituunt duo, vel tres, Fagn. *in cap. nullus 1. de elect. nu. 27. & ſeq.* ubi poſt Gloſſam *ibid.* ponit quot homines requiruntur in conſtituenda turba, cœtu, populo, multitudine, & Congregatione, Rota *cit. deciſ.* 887. *nu. 1. & ſeqq.* coram Merlino, & *deciſ. 79. num. 1. p. 17. recent.* tamen in caſu, quo omnes ſunt incapaces, remanet jus penes unum de Collegio, ut dixi, & exiſtentibus capacibus, debent eſſe duæ ex tribus partibus, *l. 3. & 4. ff. quod cujuſcumque Univerſitatis nomine, lib. nominationum 46. C. de Decurionibus lib.* 10. Abbas *in cap. 6. n. 11. de Conſtit.* & prædicta in contrarium procedunt, 37
quod ab initio poſſit, & debeat Collegium conſtitui ſaltem in duobus, vel tribus, ut in Gloſſ. *cit. cap. 1. de elect.* Abb. *ibidem num. 5.* Fagn. *num.* 30. Loiæus *de Jur. Univerſ. cap. 2. num. 58. & 59. p. 1.* Secus autem quando Capitulum reperitur conſtitutum in pluribus numero, quia tunc attenditur major pars numeri conſtituti, ut benè explicat Rota *cit. deciſ. 79. nu. 9. & 10. par. 17. recent.* ubi cenſuit condemnato Capitulo ad intereſſendum in certis functionibus in alia Eccleſia, non ſatis fuiſſe acceſſum duorum, vel trium Canonicorum, ſed fuiſſe requiſitam eorum intereſſentiam in numero competenti, reſpectu omnium, in quo caſu ſcripſit Card. de Luca *Miſcell. Eccleſ. diſc.* 38. qui explicat id, quod dicitur, quod in actibus Capitularibus non debeat dari ſciſſura, & repræſentatio per duos, vel tres, eſſe

intelligendum, cæteris impeditis legitimè. Verùm in
illa causa concurrebat consuetudo interventus trium
tantùm Canonicorum, qua attenta fuit iterum commis-
sa causa in Signatura Justitiæ; hine *in decis. 193. &*
194. coram Emerix Jun. benè firmatur, quòd ubi Ca-
pitulum tenetur Capitulariter intervenire, & jure Ca-
pituli, debent intervenire omnes qui possunt, ut re-
præsentent corpus, nec valet interventus aliquorum in
uno, & aliorum in alio actu, explendo duplicem ob-
ligationem, quia nequit idem corpus esse in duplici
loco: quod intelligendum est, si obligatio sit jure Ca-
pituli, & corporis, secus si tantùm Jure Canonico-
rum, quia tunc sufficit pluralitas eorum.
38 Absentes de Collegio, an debeant vocari in Capitu-
lo pro consensu hujusmodi alienationum rerum Eccle-
siæ? dubium emergit; & non esse vocandos, docent
Glos. *ver. ipsorum cap. præsentium de Testibus in 6.* ubi
Passerin. *num. 94.* qui loquitur in terminis quorumcum-
que actuum Capitularium, præterquam in tribus expres-
39 sis à Glossa prædicta, nempè electionis, receptionis
Canonicorum, & cessationis à Divinis; nam in his
tantùm cautum reperitur in Jure, ut absentes vocari
debeant, aliàs actus quamvis non esset nullus, posset
tamen ab uno tantùm spreto revocari; & quidem fuis-
set superfluum talem legem in dictis casibus imponi,
si generaliter ea locum haberet in quocumque actu
Capitulari, latè Fermosin. *in d. cap. cum omnes de Con-
stit. q. 2. n. 18.* Fagn. *cit. c. cum ex injuncto n. 52. de novi
oper. nunciat.* Mantica *de tacitis lib. 4. tit. 7. n. 9.* Lotter.
de re benef. par. 3. qu. 17. num. 118. & in terminis alie-
nationis *cit.* Passerin. *num. 94. in fin. & de stat. homin.
tom. 1. qu. 185. quæst. 7. num. 556.* Rota *decis. 887. nu.*
8, coram Merlino, *& decis. 4. num. 10. par. 10.* ubi de
præsentatione ad Beneficium, quamvis contrarium
videatur sentire quoad istam præsentationem, *decis.*
268. *&* 288. coram Mantica: sed benè potest in hac
materia deferri consuetudini, cùm verè præsentatio
non sit actus electionis Canonicæ, ubi juxta consue-
tudinem procedi debere docuit Rota *decis. 85. num. 11.*
coram Celso.
40 Contrarium docent aliqui, quod in actu alienatio-
nis bonorum Ecclesiasticorum requiratur vocatio ab-
sentium, quia etsi in tribus casibus prædictis exprima-
tur illorum vocatio à Jure, tamen non idcircò exclu-
duntur alii casus, præsertim ardui, in quibus vide-
tur necessaria hujusmodi vocatio, Glos. *cit. ver. vo-
cari*, advertit Panormit. *cap. 2. de novi oper. nunciat.*
aliique relati in terminis alienationis *in decis. 887. n.*
6. coram Merlino.
41 Verùm non est adeò necessaria vocatio absentium,
ut eorum aliquo non vocato, possit ab ipso tanquam
spreto irritari actus, prout est in electione, juxta la-
tè deducta per Fagnan. *cap. cum ex injuncto n. 52. cit.*
Gonzal. *in cap. un. num. 9. de Syndico*, & alios su-
prà adductos, *& decis. 4. par. 10. recen.* ac alibi; &
sic quando adsunt duæ partes ex tribus totius Capitu-
li, non est necessaria talis vocatio; si autem dictæ
duæ partes non sint præsentes, tunc requiritur voca-
tio absentium, Barbol. *in Auth. Hoc jus porrectum ver.
Ibidem inservientium, C. de Sacros. Eccles.* post Glos.
ibidem, Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst. 25.
num. 55. & 56.* Turricell. *eod. tract. cap. 5. num. 11.*
Barbos. *de Jur. Eccl. tom. 2. cap. 30. num. 9.* Alexand.
Trentacinque *var. resol. lib. 1. resol. 1. tit. Quod cujus-
que Universitatis nomine n. 3.* Passerin. *cit. cap. præ-
sentium nu. 105.* ubi in terminis vocationis Fratrum
Prædicatorum existentium in Ecclesia D. Nicolai in
Campo Martio Grancia Conventus Sanctæ Sabinæ,
& benè Rota *in cit. decis. 887. num. 8. §. Attamen*,
coram Merlino, *& decis. 36. num. 1. par. 6. recen. &
decis. 731. nu. 15.* coram Dunoz. Jun. ubi plures con-
cordantes in hac distinctione; quod quidem procedit
in quocumque actu, præter tres præfatos, ita ut hæc
sit differentia, quod in dictis tribus actibus, non fa-
cta vocatione, unus spretus potest dicere actum nul-
lum; in aliis autem non potest, si sint præsentes
duæ ex tribus partibus, Castr. *in Auth. Hoc jus por-
rectum num. 3.* Abbas *in cap. 1. num. 16. vers. dic.
clarius de his, quæ fiunt à majore parte Capituli, cit.
decis. 731. num. 16.* coram Dunoz. Jun. Si tamen præ-
sentia necessaria æstimetur etiam absentium in ali-
quo actu Capitulari, ut melior resolutio capiatur;
id non faciendo, Superior peccaret, quia cùm de-
beat prospici utilitati Communitatis, debent adhibe-
ti media ad eumdem finem conducentia, & sic uti- 42
litas Universitatis debet esse regula vocandorum, vel
non vocandorum, *ut cit.* Passerin. *c. præsentium num.*
105. quod tamen intelligendum est in foro conscien-
tiæ: si autem concurrat consuetudo, etiam decen-
nalis, ut debeant vocari absentes in aliquo actu; si 43
non habeat dispositionem Juris contrariam, debet ser-
vari, præsertim stante varietate opinionum circa vo-
cationem necessariam, Passerin. *cit. nu. 106.* Et tunc
si non vocentur absentes, actus erit validus, sed
spreti tantùm possunt dicere de nullitate, juxta *de-
cisiones cit.* Manticæ, *& decis. 4. par. 10. recent. &
in citat. decis. 85. n. 10.* coram Cardinali Celso.
Ut igitur adimpleatur dispositio hujus nostræ Con-
stitutionis requirentis consensum totius Cleri, & ho-
die Capituli, necesse est, ut fiat actus Capitulariter,
pro quo legitimè faciendo plura debent explicari,
quæ nedum ad materiam hujusmodi alienationum,
sed quoque in aliis opportunè erunt necessaria et-
iam pro dispositis in sequentibus Bullis.
Itaque convocatio ista Capituli fieri debet quoad præ- 44
sentes per Campanæ pulsationem, vel alio modo jux-
ta solitum, Pignatel. *consult. 43. t. 1.* Passer. *cap. 10.
elect. numer. 49.* Gonzal. *in lib. decret. cap. Un. de
Syndico n. 9.* Rota *dec. 1247. n. 1.* coram Seraph. *&
dec. 295.* coram Puteo *lib. 3.* & debet publicari dies,
hora, locus, ac etiam certificatis Capitularibus per
diem ante, Glos. *in cap. si de Capitulo, de Concess. præ-
benda*, Calderin. *cons. 2. & 3. de Constitut.* Ceccoper.
lucubrat. Can. lib. 4. n. 7. & 8. & latè Rota *cit. decis.*
295. coram Puteo; non tamen tenetur Convocator 45
explicare materiam Convocationis in ipsa Convoca-
tione, ut declaravit S. C. Concilii in Lunen. Sarzan.
12. Mar. 1655. ad Quartum, quia possent petere di-
lationem in Capitulo ad consulto respondendum; sed
in hac materia debet attendi stylus, quo alterato, po-
terunt semper Vocales actum irritare, ut apud cit.
Passerinum, & alios.
Sed, ut legitima sit convocatio, debet fieri à Ca- 46
pite Capituli, quod secundum consuetudinem cujus-
que Ecclesiæ verificatur, vel in Archidiacono, vel
Priore, aut Canonico antiquiore, & uno verbo, spe-
ctat ad Caput corporis Capitularis, non autem ad mem-
bra, Abb. *in cap. 1. de majorit. nu. 4.* Franc. *de Eccles.
Cathed. c. 23. num. 102.* Barb. *de Canon. cap. 35. nu. 1.
& seq.* ubi quod ad eum, qui præsidet, spectat pro-
ponere negotia, & primum ferre suffragium; & si ille
non sit in Sacris, potest suffragia Collegialium colli-
gere: & S. C. Concilii in Lunen. Sarzanen. 12. Martii
1695. ad Tertium respondit, spectare ad Archidiaco-
num, quia erat caput Capituli, & in Bononien. 16.
Junii 1683. ad Primum, spectare ad Priorem, Bich.
decis. 167. nu. 17. & Rota in Gerunden. Jurisd. 14. Junii
1702. *§. ex utraque* coram D. Priolo. Imò aliquando ex
consuetudine potest spectare alternatim ad duos, ut
declaravit S. C. Episcoporum die 3. Febr. 1623. fol. 11.
ad Archidiaconum Syracusanum spectare convocare
Capitulum, & aperire litteras Capitulares alternis an-
nis cum Decano. Unde convocatio debet fieri ab eo,
ad quem pertinet præsidentia in Capitulo de jure vel
consuetudine, *cap. postulastis de concess. præbenda*, ubi
Fagn. *num. 25.* Abb. *in c. cum nobis num. 9. de elect.* Pas-
serin. *eodem tract. cap. 11. qu. 1. nu. 3.* Vener. *in exam.
Episc. l. 4. c. 29. num. 34.* Lotter. *de re benef. l. 1. qu. 16.
num. 32. & sequ.* Barb. *de pot. Episc. alleg. 73. num. 17.
& late in cit. Gerunden. §. deinde*; & concessa faculta-
te convocandi, necessariò infertur facultas præsiden-
di, Barb. *cit. cap. 35. num. 1. & seq.* stante actus corres-
pectivitate, Rota *decis. 1471. num. 69.* coram Coccino
dec. 667. num. 8. p. 1. div. & decis. 273. num. 25. p. 16.
& in

& in terminis in dicta Gerunden. super dubio juris præsidendi in Capitulo 14. Junii 1702. coram dicto D. Priolo.

47 In hoc autem, quod convocatio spectet ad Caput Capituli, videtur advertendum, quod non est refrænatum arbitrium Capitulo illud convocandi, ut advertit Abb. *cit. num.* 5. *ad textum in cap.* 1. *de his quæ fiunt à majore parte Capituli*; sed hoc procedit, si conveniant omnes de Capitulo, *cap. bona* 36. ubi Gonzal. *num.* 7. *de elect.* Bar. *de Can. cap.* 35. *num.* 3. Tambur. *de Jure Abb. t.* 1. *disp.* 5. *quæsit.* 3. §. *ult. cum seq.* nam major pars poterit solùm cogere Caput Capituli ad convocationem faciendam mandato superioris legitimi, Abb. *ib. num.* 4. *vers. ut ex hoc*, & in Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo, 2. Julii 1700. coram D. dell'Olmo. Vel procedit, ut renuente Capite Capituli illud congregare, possit fieri convocatio à subsequenti in gradu, facta debita requisitione ipsi Capiti, ut in his terminis procedit cit. decis. Gerunden. Jurisd. tunc enim existente in contumacia eo qui debet congregare, devolvitur jus ad subsequentem; hinc in S. C. Concilii in dicta Bononien. ad quæsitum, an ad dictum Priorem spectet jus convocandi Capitulum privativè quo ad Canonicos, & an Capitula aliàs congregata, essent nulla, sub die 13. Februarii 1683. noluit decidere dubium; sed censuit esse respondendum in casibus particularibus, quia debent considerari circumstantiæ justæ causæ convocationis, & contumaciæ ipsius Capitis in non convocando.

48 Sed an Episcopi licentia requiratur in tali convocatione Capituli, vel an ipse possit congregare Capitulum?

Ad primum dicendum, regulariter Episcopi licentiam non requiri, si solitum sit sine illa congregari Barbos. *cit. cap.* 35. *num.* 4. ubi refert declarationem S. C. sub die 20. Augusti 1601. Sed hujusmodi solitum, an debeat probari per Episcopum, vel Capitulum, cuive illorum videatur assistere jus, an scilicet Episcopo, ut requiratur licentia ejus, vel Capitulo, ut congregari possit sine illa, itaut refundatur alteri onus probandi consuetudinem? Et videtur deberi talem consuetudinem probari à Capitulo, cùm jus assistat Episcopo, uti ex textu *in l.* 2. *C. de decurionib. lib.* 10. ubi de congregatione cujuscumque Universitatis, ut non possit congregari sine licentia superioris, Faber. *in* §. *Universitatis num.* 1. *in fine Instit. de rer. divis.* Paris de Puteo *de Synd. tit. Judices cap.* 3. *per tot.* Boer. *decis.* 60. *num.* 12. & alibi erit sermo, & in terminis Capituli cum Episcopo, Pignat. *cons.* 154. *num.* 1. *& sequ. t.* 4. & in cit. Gerunden. Jurisdict. §. *talis autem*, & sonant ipsa verba resolutionis S. C. relatæ à Barbosa ibi: *Non requiri licentiam, si absque ea congregari solet*, & in Neritonen. 20. Augusti 1601. *Essendo il Capitulo in possesso d'adunarsi senza licenza del Vescovo, e del Vicario, non si deve in cio far altra novità*, apud cit. Pignat. *num.* 7. quæ consuetudo debet esse quadragenaria, cùm sit contra Jus, & cum suis requisitis scientiæ Episcopi.

Si tamen requiratur licentia Episcopi, non tenetur Capitulum declarare quæ negotia agere debet in Capitulo, ut ex declaratione S. C. prosequuntur idem Barb. *num.* 5. & Pignatel. Sed fuit dubitatum in S. C. Concilii in una Acerrarum edicti 8. Februarii 1681. *an substineretur edictum Episcopi, in quo demandabatur, ut ante celebrationem Capituli determinaretur dies, hora, & locus, ut sit notum Episcopo, si velit intervenire*. S. C. respondit *affirmativè*; sed Episcopus erat in illo casu Canonicus; imò etiam in alio casu, in quo non esset talis, posset substineri edictum, siquidem determinatio diei, horæ, & loci importat idem, quod ex juris dispositione est agendum, quod debet Episcopus curare, ut servetur; dummodo non importet necessitatem licentiæ, quam juxta solitum non requiri, contendebat Capitulum Acerrarum; illa verò verba edicti, *ut esset notum Episcopo, si velit intervenire*, non possent salvari, nisi Episcopus esset Canonicus.

Ad aliud dubium suprapositum, an Episcopus possit congregare Capitulum? distinguendi sunt casus.

Dico enim, quod Episcopus potest congregare 49
Capitulum, quia in pluribus, juxta Sacros Canones & præsertim S. C. T. debet exquirere ejus votum, & præcipuè in alienatione rei Ecclesiæ, ut dixi suprà, & in aliis casibus spectantibus ad sui dignitatem; non autem id potest sine causa, & in rebus spectantibus ad Capituli administrationem, ut post plures docent Barb. *cit. tit. de Canon. numer.* 7. Fagnan. *cap. cum ex injuncto numer.* 26. *& seq. de nov. operis nunciatione*, ubi docet, tunc ipsum præsidere debere; & consonat dispositio S. C. T. *sess.* 25. *c.* 6. *de reform.* ibi: *Quod si aliquid Canonici ad deliberandum proponant, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi Capitulum convocent, vota exquirant, & juxta ea concludant*, ubi Barb. *num.* 43. *&* 46. *& de Can. cap.* 35. *num.* 7. *& de pot. Ep. alleg.* 73. *num.* 16. Vener. *in exam. Ep. p.* 4. *cap.* 29. *num.* 37. Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 15. & in Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. *Fortius*, coram D. dell'Olmo.

Sed hoc jus convocandi non procedit in actibus Capitularibus, qui spectent ad Capitulum uti Capitulum, ut supradixi: & sunt clara verba Concilii discre- 50
tivè disponentis de re, quæ ratione dignitatis Episcopalis proponi debet Capitulo ab Episcopo, & de re spectante ad Capitulum; post enim præfata verba, quibus potestas Episcoporum enucleatur, addit: *Ceteris autem in rebus, Capituli jurisdictio, & potestas si qua eis competit, & bonorum administratio salva, & intacta omnino relinquatur*, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 73. *num.* 17. *vers. si Episcopus*.

Sed nunquid Vicarius admittatur ad convocandum 51
Capitulum, præsente, vel absente Episcopo in casibus, in quibus licet eidem Episcopo illud convocare? Si loquamur de Capitulo exempto, nulli dubium est, Vicarium in nullo casu esse admittendum, cùm expressè in hoc is repetiatur exceptus à Tridentino *cit. sess.* 25. *cap.* 6. *de ref.* ibi: *Nec ad id Vicarius Episcopi admittatur*. Secus autem de Capitulo non exempto esset dicendum, ut benè Sbrozz. *de off. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 30. & post eum Barbosa *ad cit. C. T. num.* 48. Fagn. *cit. loco num.* 28. ea valida ratione, quia in Capitulis exemptis facultas convocandi tribuitur à Tridentino tantùm Episcopo, in reliquis verò non est necessaria ista facultas, quia eam habet ex jure communi, quamque communicat Vicario, qui proinde habet jurisdictionem in Capitulo, & sic potest convocare, justa existente causa, in iis negotiis, in qui- 52
bus juxta suas facultates Judex esse potest; aliàs frustratoriè convocaret, si non posset, adhibito voto Capituli, actum perficere: & sic quando est competens in faciendo actu, est etiam talis ad media necessaria ad actum; unde cùm in pluribus Episcopus teneatur requirere Capitulum, puta in alienatione rei Ecclesiæ, ut hìc, & Fagn *cit. num.* 32. poterit etiam Vicarius, qui hujusmodi actum gerendi haberet facultatem ab ipso Episcopo.

Nec obstat, quod convocatio nequeat fieri ab eo, 53
qui non est de gremio Capituli, Pignarel. *cons.* 154. *num.* 5. *t.* 4. *ubi decl.* S. C. quia id procedit in Capitulis solitis, quæ fiunt ob interesse ejusdem Capituli, ut suprà explicavi; secus autem, si congregetur à Superiore auctoritate Judiciali pro necessitate actus, qui requirit Capituli consensum, vel consilium, ut benè respondet Rot. in d. Hispalen. coram D. dell'Olmo supra citato §. *tanto magis & seq.* nam tunc Superior legitimus illud congregat. Nec minus obstat resolutio S. C. Concilii in Hydruntina nullitatis electionum 2. Maji 1699. in qua resolutum fuit, ad secundum dubium: An Vicarius Generalis, absente Archiepiscopo, etsi non constitutus in sacris, possit habere vocem in Capitulo? Negativè ex deductis, quia agebatur de electione officialium ipsius Capituli, & sic de re spectante ad Capitulum, in quo, præcisa consue-

tudi-

tudine, nullum jus habet Vicarius convocandi; nec interessendi, nec minùs in casu, quo necessariò petenda sit licentia ab Episcopo, seu Vicario pro convocatione; nam adhuc illa petita, & concessa, nequit nec Vicarius, nec Episcopus interesse.

54 In casibus autem, ubi solent fieri Capitula sine licentia Episcopi, an saltem debeat hic certiorari? Et S. C. Concilii in Aprutina Juris convocandi Capitulum 31. Julii 1694. dixit: *Convocationem spectare ad Capitulum; Capitulum verò teneri certiorare Episcopum de convocatione tantùm*. Sed in nova audientia 21. Augusti dicti anni stetit *in decisis, præterquam in Capitulis statuto tempore designatis*; quia adetat solitum cum constitutione Synodali, & sic quatenus adsit solitum convocandi in certis actibus, nequit autem protogari ad quoscumque sine certioratione saltem Episcopi, cui incumbit scire actus capitulares, ut videre valeat, an adsit quidquam contra jus, vel sit retractandum; qua de causa potest etiam inhibere ex justa causa, ut Capitulum non congregetur, Pignatel. *cit. cons.* 154. *num.* 6. *t.* 4. Barbosa *cit. ac alii etiam cum sensu* S. C. Imò disputato articulo in S. Rota, an potuerit Episcopus Gerunden. seu Archidiaconus, Sede vacante, cogere Capitulares ad exhibendas re-
55 solutiones Capitulares? fuit decisum *affirmativè* sine alia impensa danda nisi solita dari, à Capitularibus ipsis Notario, seu Secretario. Et ratio fuit, quia cura est Episcopi superintendere, ne fiant resolutiones Juri contrariæ, Fermosin. *de Cap. Sed. Vac. tract.* 3. *quæst.* 6. *num.* 15. Barb. *de Can. cit. cap.* 35. *num.* 6. Pignatel. *cons. cit.* & latè in dicta Gerunden. Jurisdict. super exhibitione resolutionum Capitularium 12. Junii 1702. coram D. Priolo, ubi ampliatur etiam in Archidiacono, Sede vacante, & ad Vicarium Capitularem, ad quem devolvitur Jurisdictio Episcopi, imò id procedit etiam quo ad resolutiones Capitulorum, in quibus non possunt intervenire Episcopi ob interesse proprium, quia aliud est interventus exclusio, ne inducatur præjudicium libertati suffragiorum, non permittendum; aliud est denegare copias resolutionum, quas Episcopus ex sui munere recognoscere potest, ac debet, ne fiant contra Juris sanctiones.

56 Si tamen concurrat consuetudo, ut Episcopus, seu Vicarius interveniat in omnibus Capitulis etiam quæ fiunt pro re spectante ad Capitulum, debet illa servari, ut ex citatis D. D. & docent Sbrozz. *de Vicario quæst.* 30. *numer.* 25. Barb. *de Can. cit. cap.* 35. Pignatel. *cit. cons.* 154. *num.* 6. *t.* 4. docentes talem consuetudinem fortiter esse probandam saltem per decem annos, qui videntur sufficere, cùm non sit contra jus, sed quidem cum actibus, præcedente contradictione, & acquiescentia, ne possint dici facultativi, nisi agatur de continuatione tot actuum, ut excludatur qualitas facultativa; & proinde in dicta Hydruntina fuit contra Vicarium resolutum, quia non probabatur consuetudo. Ita quoque dicendum, si adsit aliquod privilegium, vel statutum, ut in his terminis procedit casus in cit. dec. Gerunden. Jurisdictionis coram D. Priolo, ubi quod debebat ex statuto, seu diplomate Summi Pontificis, Episcopus seu Vicarius Generalis de gremio certiorari, ut potuisset intervenire, & sine tali certioratione non poterat Capitulum etsi exemptum, congregari etiam pro rebus spectantibus ad negotia ipsius, hocque jus trans-
57 funditur in Archidiaconum, qui, Sede vacante, succedit quo ad jurisdictionem Episcopo in dicta Ecclesia Gerunden.

58 Limitatur verò præfata assertio, quod licèt ex consuetudine, seu alio jure speciali, Episcopus seu Vicarius posset intervenire in Capitulis omnibus, id tamen non procedit, si agatur de interesse proprio Episcopi, vel Vicarii; nam hoc casu probibentur interesse, Pignatel. *cit. consult.* 154. *num.* 6. *& seq. t.* 4. Barbos. *cit. cap.* 35. *num.* 8. Ceccoper. *lucubrat. Can. lib.* 14. *num.* 50. Rota in cit. Gerunden. Jurisdictionis super exhibitione resolutionum Capitularium 12. Junii 1703. §. *pro utroque* coram D. Priolo; posset tamen in convocatione interesse, sed deinde exire, juxta tradita per Gallet. *in summa ver. Episcopus*, Vener. *in examine Episcoporum lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 38. Ceccoper. cit. loco, & Rota in Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. *similiter*, coram D. Olino. Sed hujusmodi interesse debet esse speciale proprium vel suorum, non autem ratione Ecclesiæ, in quo casu si posset esse Judex Episcopus, & Vicarius, ut alio loco dicam, pari ratione non sunt repellendi, prout ita distinguendo, dixerunt Barb. *cit. cap.* 35. *num.* 8. *&* 9. ubi refertur declaratio S. C. *& in lib.* Card. Alciati *f. mihi* 270. *ita habetur: Tertiò, an sub illis verbis S. C. d. cap. 6. nec agatur de re ad suum, vel suorum commodum spectante, comprehendantur ea, quæ concernunt Ecclesiam, ut si agatur generaliter, an Episcopo sit serviendum celebranti?* S. C. respondit, non comprehendi, & Rota in cit. Gerunden. §. *finali*, & S. C. Concilii in Turritana præfata die 14. Junii 1651. rescripsit: *Locum aulæ Archiepiscopalis non esse immutandum, sed quando agendum de interesse privato ipsius Archiepiscopi, ipsum & ejus Vicarium abstinendum ab interessentia in Capitulo*. Non tamen pos- 59
set Episcopus, seu Vicarius etsi juxta solitum intervenientes in Capitulo ferre suffragium, quod spectat tantùm ad illos de Capitulo, & in lib. dicti Card. Alciati *fol. mihi* 269. *sic adnotatur: Cùm dubitaretur ab Episcopo Gadicen. an cum ipse ex decreto S. C. cap. 6. sess. 25. Capitulum convocet, habeat tamen in eo Votum; S. C. censuit, non habere neque ex jure, neque ex decreto Concilii*, Gallemart. *ib. num.* 22. Vener. *cit. cap.* 29. *num.* 42. Ceccoper. *cit. num.* 50. *vers. & quoniam* & in cit. Hispal. Juris præsidendi in Capitulo, §. *Prout*; & ita sensit S. C. Concilii in cit. Aprutina denegando Vicario jus dicti suffragii. Si verò Episcopus, seu Vicarius esset Canonicus, poterit quidem suffragium præstare, sed unicum, quia dicitur pars ipsius Capituli, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 73. *num.* 17. *&* 18. Grat. *discept.* 106. *num.* 5. *& seq.* Lott. *de re benef. l.* 1. *quæst.* 19. *num.* 104. *&* 105. plenè Rota *decis.* 278. *num.* 1. *&* 2. *part.* 12. *recent.* & priùs *decis.* 156. *num.* 17. *& seq. ead. p.* ubi quod consuetudo in contrarium debet probari per quadraginta annos, quia est contra jus, dans Episcopo uti Canonico unicam vocem; hinc si collatio spectet ad Episcopum, uti Episcopum, & Capitulum simultaneè, si quis haberet vocem Episcopi, & deinde aliquorum Canonicorum, alter verò nominationem majoris partis Canonicorum, dicitur habere unicam vocem Episcopi, quia illa Capituli est penes majorem partem; non curata minore adhærente illi Episcopi.

Sed an Episcopus, qui intervenit in Capitulo, sem- 60
per debeat habere primum locum & jus præsidendi, ac actuum præsidentiam concernentium, & quid si interveniat uti Canonicus, vel in retentione horologii, & tintinnabuli?

In hac re procedendum est cum discretiva casuum, ac actuum distinctione; nam primus casus, qui considerari valet, est, si Episcopus ipse convocet Capitulum in casibus, in quibus potest convocare pro rebus ad suam dignitatem pertinentibus, ut suprà dixi, ut esset casus pro alienatione rerum Ecclesiæ, de quo in hoc Commentario, vel pro aliis casibus, pro quibus libera est facultas Episcopo illud congregandi etsi
exemptum, juxta dispositionem cit. Conc. Trident. 61
sess. 25. *cap.* 6. *de reformatione*; & tunc quia ipse convocat, ipse etiam præsidere debet, cùm convocationem præsidentia subsequatur consecutivè, eo quia cùm sit in Capitulo uti Caput, debet ipse retinere primam Sedem, & præeminentiam horologii, & tintinnabuli, vota recipere, negotia proponere, ac alia agere, quæ necessaria sunt; sunt enim clara verba Concilii, ibi: *Episcopis præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, eisque in Choro, & Capitulo, Processionibus, & aliis actibus publicis, sit prima Sedes, & locus, quem ipsi elegerint*; & dictis casibus, in quibus ipse convocat, habet etiam

actus

actus concomitantes præsidendi, qui spectant ad Convocatorem, Barbosa *cit. cap.* 35. *de Can. num.* 1. *& seq.* & juxta latè tradita in Gerunden. Jurisdictionis super Jure præsidendi in Capitulo 14. Junii 1702.

Hæc autem præeminentia sessionis & præsidentiæ nedum ex dispositione S. C. T. verùm etiam de Jure communi, Episcopis competit, cùm ipsi sint capita
62 totius Ecclesiæ, ac unicum corpus constituant cum Capitulo, uti constat ex textu *in cap. postulatis de concess. prebend. & in cap. à collatione de appell. in* 6. Innocent. *in cap. Irrefragabili num.* 2. *in fine de off. ordin.* Abb. *in cit. cap. postulastis num.* 2. Barbosa *de potest. Ep. alleg.* 73. *num.* 17. Cassan. *in cathal. glor. mund. p.* 4. *consid.* 45. Lotter. *de re benef. l.* 1. *qu.* 16. *num.* 32. *& sequ.* Francisc. Marc. *decis.* 139. *num.* 2. *t.* 2. & omnes Canonistæ antiqui & moderni nunquam dubitarunt de hoc, quatenus Episcopi interveniant in Capitulo uti Prælati; sed tantùm quandò interveniunt uti Canonici, eis talem præsidentiam denegarunt, ut ex
63 glos. *in cit. cap. à collatione*, ubi D.D. & infrà dicam: Cùm extra dubium sit, præeminentiam, ac omnium gerendarum rerum auctoritatem Episcopo intervenienti ratione suæ dignitatis Episcopalis in Capitulo, competere, Vener. *in exam. Ep. l.* 4. *cap.* 29. *num.* 28. Barb. *de pot. Ep. cit. alleg.* 73. *num.* 17. Rota *decis.* 12. *nom.* 14. *in fine* coram Card. Celso, & in Derthusen. Jurisdictionis 28. Januarii 1697. §. *ex quibus*, *&* §. *fin.* coram D. Pio, & in cit. Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo 2. Julii 1700. *per tot.* ubi latè examinatur articulus etiam in Capitulo exempto coram D. dell'Olmo. Idemque procedit etiam in terminis Capituli, in quo Episcopus intervenit pro concursu ad præbendam, cujus collatio spectet ad Episcopum & Capitulum; hoc enim declaravit S. C. Rituum in Hispalen. Nam proposito dubio, an ad Archiepiscopum pertineat, non verò ad Decanum præesse, & jubere, cùm adest in Capitulo, & tenere campanulam, ac horologium, quibus regulantur concursus ad præbendas; sub die 21. Julii 1696. denegavit S. C. remissoriam prætensæ consuetudinis etiam immemorabilis petitam à Capitulo, & quoad retentionem campanulæ & horologii, servandum esse solitum censuit, jubente Archiepiscopo. Et deinde 24. Novembris ejusdem anni rescripsit, reformandum esse decretum, quoad secundam partem, scilicet, quod loco *ly jubente Archiepiscopo*, dicendum, *ad nutum Archiepiscopi*, *& amplius*. Et sub die 31. Augusti 1697. resolvit eadem S. C. *in ultimo loco decisis*, & ly *ad nutum*, *intelligi debere*, *juxta voluntatem Archiepiscopi*, *ab hoc quocumque modo exprimendam*, *& Capitulum acquiescat*, ut refert dictas resolutiones Sac. Congreg. eadem decisio, §. *atque:* quas reverenter sequi & amplecti profitetur Rota ibid.

64 Unde ex his elicitur, fuisse denegatam remissoriam à S. C. Capitulo probandi immemorabilem, quod in Capitulis, præsente Archiepiscopo, spectaret jus præsidendi ad Decanum uti Caput; quod etiam admisit S. Rota in dicta decis. quia probatio non relevasset, nam esset contra rationem Juris, etiam naturalis, ut existente Episcopo uti Capite Ecclesiæ unito cum ejus Capitulo, alteri tribuatur præsidentia, & non ipsi Capiti, ut benè ratiocinatur cit. dec. §. *at vero*, *&* §. *hinc propterea*, & resistit *S. C. T. dispositio* abrogans quamcumque consuetudinem, Rota *decis.* 12. *num.* 14. coram Celso *decis.* 715. *p.* 4. *div. num.* 4. & in cit. Derthusen. Jurisdictionis, §. *ex quibus* coram D. Pio; Decanus enim etsi Caput Capituli, intelligi debet respectu inferiorum, non autem respectu Superioris, qui Caput totius Ecclesiæ est; prout repugnans esset, si diceremus, quod Dux exercitus præesse debet ipsi Regi in exercitu, quia caput exercitus est.

65 Ita quoque competit Episcopo intervenienti in Capitulo uti tali honorificentia non solùm primæ Sedis, & præsidentiæ, sed etiam horologii, & tintinnabuli, ut infrà dicam in fortiori casu Episcopi intervenientis uti Canonici. Sed in hoc casu nullum videtur posse esse dubium; quia illæ sunt honorificentiæ debitæ Capiti. Nec obstat resolutio S. C. Rituum supradicta, imò favet; quia fuit ibi dictum, spectare ad Decanum ad nutum Archiepiscopi; quia etsi ibi concurrebat solitum, noluit hoc indefinitè canonizare, sed remisit voluntati Præsulis; & sic Decanus haberet dictas honorificentias, quatenus Archiepiscopus vellet, non autem jure suo privativè quo ad illum, etsi uti Caput Capituli illa haberet, absente Archiepiscopo, & supponit Rota in infrascriptis decisionibus, quoad tertium casum citandis.

Alter casus potest considerari, si Episcopus inter- 66
veniat in Capitulo, non illud convocando pro rebus ad suam Dignitatem pertinentibus, sed in Capitulis, quæ congregantur à Capite Capituli pro rebus & negotiis ipsius Capituli, quibus Episcopus intervenit ratione consuetudinis, cùm præcisè abs ista, ut suprà firmavi, non habeat jus interveniendi. Et in hoc casu, distinguendum esse puto; aut enim agitur de præeminentia loci, & prærogativis horologii, aut tintinnabuli, & dico etiam illas spectare ad Episcopum, quia etiam ibi intervenit uti Episcopus; & incongruum videtur, ut subsit alteri, cùm Caput Capituli sit inferior Episcopo, Sarau de Adjunctis *quæst.* 1. *num.* 7. Ceccoper. *Lucubrat. Can. l.* 4. *num.* 133. Lotter. *cit. l.* 1. *qu.* 16. *num.* 69. Aut verò agitur de actibus concomitantibus ipsum Capitulum, nempè convocatione, Votorum receptione, ac similibus; & tunc videntur tales prærogativæ spectare ad Caput Capituli, quia Episcopus ibi non intervenit uti constituens unicum corpus mysticum cum ejus Capitulo pro explendis actibus, qui opus habeant unione dicti corporis mystici; sed dicti actus pro rebus Capituli explentur per Corpus Capituli, sine Episcopo, qui potius intervenit ibi uti Judex, ne aliquid agatur contra jus; & ita videtur benè sentire eadem dec. Hispalen. §. *Minusque urget*; quod tamen limitatur, nisi etiam actus præfati ex consuetudine spectent ad Episcopum.

Tertius casus est, quando Episcopus assistit Capi- 67
tulo uti Canonicus ejusdem Capituli; & in hoc primo statuendum est, in dubio semper intelligi debere, ut intersit uti Episcopus, Barb. *cit. de Can. cap.* 36. *num.* 2. Passerin. & alii *ad cit. cap. à collatione*, Franc. Marc. *cit. decis.* 139. *num.* 27. *t.* 2. Fagn. *in cap. postulastis*, *num.* 27. *vers. pro solutione de concess. preben.* & in cit. Hispalen. §. *licet*, *&* §. *finali*.

Si verò certum sit, assistere Episcopum uti Canonicum, videtur primò dicendum quod sedere debeat in loco suo, vel saltem post Caput Capituli, juxta distinctionem Glos. *ver. Prælatus in cit. cap. à collatione*, ubi DD. & præsertim Passerin. Barbosa, Menoch. *de arbitrariis casu* 68. *num.* 23. *&* 24. Gratian. *discept. for. cap.* 111. *num.* 14. Vener. *in exam. Ep. l.* 4. *cap.* 29. *num.* 32. Lott. *de re benef. l.* 1. *quæst.* 15. *num.* 32. *& seq.* Fagnan. *cit. num.* 26. *& seq.* Rota *decis.* 104. *num.* 8. *p.* 3. coram Puteo, *& decis.* 437. *num.* 4. coram Seraph. & in cit. Hispalen. §. *demum*. Sed in hac re etiam confusæ sunt doctrinæ, & considerandum tempus, ac modus assertionis D. D. cum distinctione quoque casuum subalternorum.

Aut enim agitur de Episcopo, qui non sit Episco- 68
pus Ecclesiæ, ubi est Canonicus; & tunc juxta aliquos videtur dicendum, debere intervenire Capitulo, Choro, & aliis actibus Collegialibus in loco suo, quia non habet dignitatem ratione Collegii, in quo est; ut enim quis in Collegio habeat dignitatem, debet habere eam, ratione ipsius, aliàs non consideratur talis dignitas, Rota *decis.* 716. *num.* 15. cum antecedentibus, & subseq. coram Seraphino, & priùs cit. *decis.* 437. *num.* 4. ubi præcisè dicit, quod locus post primum Capituli, seu Collegii, spectat ad Episcopum, qui sit Episcopus ipsius Capituli, seu Collegii, ex Abb. *in cap. postulastis num.* 8. *de concess. prebend.* Felin. *in rubr. de major. & obed. col.* 2. Fagn. *cit. num.* 27. *vers. Pro solut.* & sic à contrario sensu elicitur, ad Episcopum non proprium spectare locum suum antianitatis, & in proprio Episcopo procedit Rota *in*

decis.

decis. 307. *part.* 1. *div.* & coram Puteo *decis.* 104. *l.* 3. & alii ut infrà. Et videmus, quod si Protonotarius Apostolicus, vel Vicarius assistit cum habitu Canonicali, habet suum locum Canonicatus, ut apud Gratian. *discept.* 106. *num.* 1. & *sequent.* Rota *decis.* 167. *num.* 5. coram Seraphino; quod etiam servatur in S.
69 Rota, in qua Episcopus, qui obtinet Auditoratum, quique dicitur Locum tenens, habet proprium locum antianitatis, ut testantur Gratian. *discept.* 298. *num.* 39. Theod. *de Rub. singul.* Rotæ *t.* 2. *part.* 4. *tit. de praecedentia Protonotariorum num.* 1. *pag.* 488. Barbosa *de Can. cap.* 36. *num.* 2. & *sequ.* Rota decis. coram Seraphino 716. *num.* 15. ubi in margine ponitur casus ipsius Seraphini, qui fuit creatus Patriarcha Alexandrinus, & sedit suo loco, & novissimè in Hispalen. cit. §. *In casu etenim*, & etiam in Camera idem servatur, prout est praxis utriusque Tribunalis, & in Camera, D. Cajetanus Patriarcha Alexandrinus sedet in suo loco, & facit de Franchis *decis.* 138. *num.* 4. & in S. Pœnitentiaria, notat Fagn. cit. loco *num.* 29. quod Episcopus sedeat in loco ingressus.

Sed alii docent, Episcopum etsi non in proprio Capitulo Canonicum, semper debere obtinere locum post Caput Capituli, vel Universitatis, aut Collegii, ut docent DD. *ad cit. c. à collatione*, præsertim Passerin. Barb. Abbas, & alii, qui indistinctè loquuntur de Episcopo, qui est in Universitate uti Scholaris, quod videtur potius verificari in Episcopo extra suam Diœcesim, & plenè relati per Gratian. *cit. discept.* 106. *num.* 11. de Luca ad Franch. cit. *decis.* 138. *num.* 2. *vers. quidquid*, ubi de Episcopo Bisiniani Consiliario in S. C. Neapolitano, qui sedit post Decanum, Card. de Luca *de praeminentiis disc.* 41. ubi *num.* 16. in S. Rota, & Camera, quod sedeat Episcopus post Decanum; & ita inter DD. Advocatos Concistoriales, ut Episcopus sedeat post Decanum, & in Collegio Theologorum, ut Sacrista Summi Pontificis, qui est Episcopus Titularis, sedeat post Decanum Collegii, apud cit. Passerin. *cap. à collatione de appell. in* 6. Francisc. de Petr. *cons.* 9. *num.* 4. Lott. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 104. & 105. Gratian. *disc.* 11.

70 Tertia opinio videtur elici ex pluribus declarationibus Sac. Cong. Rituum, quæ ad instar consuetudinis Urbis in tribus Basilicis, in quibus Canonici Episcopi præcedunt omnes etiam Canonicum antiquiorem, id extendit ad alias Ecclesias, ut in Ecclesia Neapolitana adest resolutio relata à cit. Card. de Luca *disc.* 41. *de praeminentiis*, ut obtineret Episcopus titularis Canonicus primam sedem, etiam ante Pri-
71 micerium, qui in illo Capitulo prior est in sessione, quidquid sit, si sit dignitas, & etiam fuit resolutum in Compostellana 11. Julii 1617. & Calaguritana 13. Decembris 1621. de Episcopo titulari Canonico, quod debeat præcedere in Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus, tam dignitates, quàm Canonicos, refert Barb. *collect. Apostol. decis. v. Episcopus titularis*, & *cap.* 36. *de Can. num.* 4. & 5. Tamen Card. de Luca *de praeminentiis cit.* advertit, quod non procedit dicta præeminentia in aliis Prælatis Romanæ Curiæ.

Inter has igitur sententias, primo loco est tenenda ista Sacræ Congregationis, ut semper Episcopus præcedat omnibus, si habitu Episcopali utatur;
72 & maxima ratione, quia ut enunciatur in dictis resolutionibus, talis præcedentia datur, si talis Episcopus Canonicus utatur, prout uti debet, & potest habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, idest Rocchetto, & Mantelletto violacei coloris supra subtanam, ut servatur in Basilicis Urbis; unde ex naturali ratione symetriæ, debet ratione illius habitus Episcopalis præcedere alios, aliàs esset monstruosum, ut habitus inferior sit supra alium superiorem; & hæc est ratio consuetudinis Basilicarum; & sic non debet attendi Card. de Luca cit. qui videtur non approbare protogationem dictæ consuetudinis extra Urbem, ea ratione, quod ideò Episcopus Canonicus præcedit alios hic, quia sedet post Archipresbyterum Cardinalem, qui gerit figuram Capitis Capituli, & primæ dignitatis; nam ultra quod dictus Auctor scripsit contra mentem Sac. Congregationis, cessat ratio, quia Archipresbyteri gerunt figuram Prælati Inferioris, & uti tales, non sunt proinde de Capitulo, ut etiam ex ipso Card. de Luca fuit suprà firmatum, & sic semper verum est, quod præcedunt Episcopi, omnes de Capitulo; sed ratio est symetriæ ordinis servandi, ex qua videmus in Basilica Lateranensi dum Orator Christianissimi Regis assistit in Missa S. Luciæ, præcedunt Canonicos Prælati habentes usum Rocchetti; igitur ratione dicti habitus, datur præcedentia; sic videmus in Capella Pontificia DD. Auditorem Cameræ, & Thesaurarium præcedere Episcopos, & Archiepiscopos, dum omnes utuntur eodem habitu, Cappa scilicet, & Rocchetto; sed quando Episcopi utuntur Pluviali, non conceditur supra illos præcedentia; & sic benè potest dari præcedentia ratione dictæ symetriæ servandæ, & ob quam non violandam, non permittitur aliis Prælatis Canonicis non Episcopis uti habitu Prælatitio in functionibus Canonicalibus, ut testatur cit. Card. de Luca, & praxis servat, & proinde præcedunt cum habitu Canonicali in proprio loco; imò idem Fagn. cit. *num.* 29. *in fine* admittit, quod, etsi in actibus privatis in S. Pœnitentiaria Episcopus sedeat in suo loco admissionis, tamen in actibus publicis sedet post Regentem, non Episcopum, quia verè in actibus publicis consideratur dictæ symetriæ ordo, prout suprà dixi in Capitulis. Hujusmodi tamen Episcopis non propriis Canonicis, non debet concedi prærogativa aliqua pulvinaris, majoris numeri ductus thurificationis, nec minùs jus faciendi functiones Pontificales, absente Episcopo, nec etiam præsidere, aut convocare Capitulum, ut fuit resolutum in dicta Neapolit. penes cit. Card. de Luca, & præsertim *num.* 4.
& 5. Unde præter honorificum jus stalli eis conces- 73
sum per delationem habitus Prælatitii, non datur aliud jus; sed uti Canonici reputari debent, prout fit in Basilicis Urbis etiam in Canonico qui sit Patriarcha; & de Ecclesia Neapolitana, ultra dictam resolutionem, dixerunt Francisc. de Petris *cons.* 9. *num.* 4. de Luca ad Franch. cit. *num.* 3.

Nec obstant cit. D. D. pro prima, & secunda sententia, quia vel loquuntur in terminis interventus Episcopi in aliquo Collegio sæculari, ut mox dicam, vel juxta antiquos Canonistas, qui præsupponunt, Episcopum velle assistere cum habitu Canonicali, quo casu non intraret difformitas supra considerata, & advertit cit. Card. de Luca *n.* 9.

In reliquis autem Collegiis non Capitulis, debet 74
attendi stylus, an Episcopus sedere debeat post Decanum, vel suo loco antianitatis, quia cùm non sit dignitas in tali Collegio, non debet attendi, præsertim cùm utitur habitu Collegiali. Hinc in S. Rota, & Camera, praxis est, ut dixi suprà, scilicet ut sedeat in proprio loco, quidquid erroneè dicat Card. de Luca *supra cit.* nam Sacratus ideò sedit post Decanum, quia fuerat Decanus priori tempore, licèt posteà amiserit Decanatum, qui vacavit in ejus absentia à Curia, & sic creatus Patriarcha, remansit post Decanum suo proprio loco, Coccin. *annotat.* 261. *inter ejus decis. t.* 1. & de hujusmodi stylo testantur antiquæ, & modernæ decisiones supracitatæ, & praxis. Nec est inconveniens, quod deinde Episcopus Auditor Rotæ, vel Clericus Cameræ in Capella præcedat, quia tunc non assistit inter Auditores, vel Clericos, sed inter Episcopos, cùm non sit irrationabile, ut eadem persona respectu diversarum qualitatum sustinere valeat vicem duarum personarum, ut in terminis Rota in cit. Hispalen. §. *In casu*. Inter Advocatos verò Concistoriales, diversus est stylus, ut est quoque inter Theologos, ut suprà dixi, quod sedeat Episcopus post Decanum, & in Signatura Sanctissimi, & ita Episcopus præcedit omnes etsi anteriores, ut accidit cum Reverendissimo D. Thomato Episcopo Cyrenen. qui præcessit DD. Inghiramum, Grimaldum, & alios

Votan-

Votantes antianos, & D. Vallemanus Archiepiscopus Athenarum, etiam ratione forsan Symetriæ, stante loci publicitate dicti congressus. Et in Collegio Doctorum Neapolis adest stylus, ut Episcopus Doctor sedeat in loco antianitatis, ut apud cit. de Petris, & de Luca ad Franch. *num.* 2. & ratio, quòd attendi debeat talis consuetudo, est, quòd nullum jus præscribit contrarium, & licèt ex Gloss. *cit. c. à collatione*, eliciatur, quòd Episcopus sedens uti Canonicus, stet post Decanum Caput Capituli, propriè intelligitur de proprio Episcopo Canonico; & rursus est simplex signum, quod inducit dicta Glossa pro denotatione, quatenus Episcopus adsit uti Canonicus, & sic consuetudo debet attendi, ut benè Abbas *in cit. cap. postulatis num.* 8. docet, quod scilicet, primò recurrendum est in hoc ad statutum, secundò ad consuetudinem communem, si statutum non adsit, & ad loci reputationem; quibus cessantibus, ad dictum Glossæ, quia verè vidit signum illud glossæ fallibile, quod & advertit cit. Fagn. *ibid. num.* 30. ex eod. Abb.

75 Seclusa tamen usu, de jure Episcopus qui sit de aliquo Collegio ratione suæ præfulgentis dignitatis debet sedere post primum Collegii immediatè, ut docent DD. suprà pro secunda opinione uti magis communi, ut ultra adductos Menoch. *cons.* 51. *num.* 44. *l.* 1. *&* *cons.* 902. *num.* 71. *&* 75. Panimol. *decis.* 2. *adnot.* 4. *num.* 11. *&* 12. Put. *decis.* 104. *num.* 8. *l.* 3. & benè Rota *decis.* 307. *num.* 3. *&* 4. coram Caputaquen. *p.* 1. & in cit. Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. *fin.* coram D. Olmo, & in Asturicen. præeminentiarum 2. Junii 1704. §. *sentiebant*, *&* §. *fortius* coram D. Anzaldo; aliæ tamen prærogativæ, scilicet horologii, & tintinnabuli, convocationis, receptionis votorum, non competunt dicto Episcopo, sed Capiti Capituli, quia concomitantur præsidentiam in Collegio, quæ residet in Capite, ad latè tradita per Lotter. *cit. quæst.* 16. *num.* 78. Valenz. *cons.* 149. *num.* 1. *& seq.* Frances *de Eccl. Cathedrali cap.* 22. *num.* 102. Rota *decis.* 533. *numer.* 5. *p.* 2. *recen.* & in cit. Hispalen. §. *licet namque*, & prout dixi suprà quo ad Canonicum Episcopum.

76 Demum si agatur de proprio Episcopo Canonico, dico quod debet sedere in primo loco, & obtinere alias prærogativas horologii, ac tintinnabuli, non autem se debet intromittere in actibus consecutivis ad ipsum actum Capitularem, puta convocandi, recipiendi Vota, ac hujusmodi. Prima pars resultat ex claris verbis Concilii supracitati, ibi: *In quocumque loco prima sedes sit Episcopi*. Nec obstant supradicta quibus videtur probatum, competere Episcopo, si assistat uti Canonicus, locum post Caput Capituli, quia quando Episcopus proprius est Canonicus, obtinet Canonicatum ratione Episcopalis dignitatis à se inseparabilem uti Episcopo, ut optimè Glos. *in cap. postulastis v. sed ut Canones de concess. præbend.* ubi etiam docet, quando illud jus Canonicatus in Episcopo connexi, est privilegiatum, & excedit alia jura, & ob id ratione connexitatis cum dignitate Episcopali sæpè sortitur aliqua privilegia; sunt verba dictæ glossæ, & quod Episcopo proprio Canonico debeatur primus locus, benè Barb. ad cit. Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. *num.* 46. *&* *alleg.* 72. *de potest. Episcopi num.* 18. Valenz. *cons.* 183. *num.* 18. *&* 19. Fusch. *de Visit. l.* 1. *cap.* 15. *num.* 24. Vener. *cit. l.* 4. *cap.* 29. *num.* 28. & de observantia Hispaniæ apud cit. Card. de Luca *disc.* 41. *num.* 4. *de praem.* ubi quod Episcopus sedet in primo Stallo Canonicorum, & etiam cum pulvinari, ac insignibus specialibus: & in terminis tam sessionis quàm prærogativæ retinendi horologium, & campanulam, ut competant Episcopo etsi intervenienti uti Canonico, optimè Rota in cit. Asturicen. ubi fuit articulus discussus. Et DD. contrarii vel loquuntur ante Concilium, vel non distinguunt inter Episcopum proprium Canonicum, in quo consideratur dicta connexio utriusque qualitatis ratione dignitatis Episcopalis, & Episcopum Canonicum in aliena Ecclesia; vel demum non debent attendi, ut potè sequentes antiquos Canonistas, qui prosequuntur originariam Glossam *cit. cap. à collatione*, ubi pro signo tantùm inducit dictam distinctionem inter Episcopum sedentem uti Canonicum, vel uti Episcopum; nulla tamen lex ibi adducitur, quæ hoc disponat. Unde, cùm habeamus textum conciliarem cum verbis universalibus, debet attendi universaliter, ut in quocumque loco sit prima Sedes Episcopi; unde mirum non est, quod Episcopo uti Canonico intervenienti aliquod speciale concedatur, ut prima Sedes, pulvinar, ac ornamenta Sedis; & major thurificatio in Choro, ut de Episcopis Hispaniæ, qui solent esse Canonici, docet cit. Card. de Luca *disc.* 41. *num.* 4. *de praeminent. & disc.* 39. *Miscellan. Eccles.*

Nec obstant decisiones in contrarium adductæ, quia illa coram Puteo *decis.* 104. *l.* 3. & coram Caputaquen. *decis.* 307. *p.* 1. loquuntur de Episcopo Mele- 77
vitano, in Consilio Equitum, qui sedet post Priorem, quia ibi non sedet ut Episcopus, sed uti deferens Magnam Crucem, & refert Barbos. ad Concil. Trident. *citat. num.* 46. *ad finem*, & benè respondit citat. dec. Hispalen. §. *In casu*. Et quamvis *ex citat. decis.* 307. videatur elici, Episcopum Meliten. intervenire in dicto Consilio, uti magnam Crucem, sed hanc continentem rationes dignitatis Episcopalis, quod idem posset dici in Episcopo Canonico; tamen esset verior ratio, quia tunc non est in actu Episcopo proportionato, ut sunt Chorus, Capitulum, & hujusmodi functiones Ecclesiasticæ; sed in actu disparato, & inter non subditos, & ulteriùs in eo casu concurrebat consuetudo, ut ibi sederet. Quæ consuetudo videtur attendenda fortiùs in actibus disparatis à munere Episcopali, imò etiam in actibus Ecclesiasticis, nempè Choro, & Capitulo, ut si esset solitum, Episcopum proprium Canonicum sedere in suo loco, cum speciali apparatu in Sede, ad denotandum ejus dignitatem, videtur attendenda, ut præcisè docet citat. dec. Hispalen. §. *In casu etenim*; tum quia non resistit expressè jus, imò favet originaria doctrina cit. glos. à DD. approbatæ, tum quia S. C. T. non exprimit casum, quo Episcopus sedeat uti Canonicus; & sic crederem, stante hac turbiditate, suffragari possessionem, & requiri saltem quadragenariam, stante dubietate claræ comprehensionis in Concilio, quod loquitur de Episcopo uti tali in actu sibi proportionato, *cit. cap.* 6. *sess.* 25. nec sufficere decennalem, quia aliquo modo resistit Concilium, & opinio Doctorum.

Nec obstat, quod convocatio Capituli non fit ab
ipso Episcopo, sed à Decano. Etenim omnes actus 78
consecutivi, & ipsa convocatio debet fieri à Capite Capituli in rebus Capituli, cujus ipse Episcopus uti Canonicus est pars. Non autem inde inferri debet, ut præeminentiæ loci, ac hujusmodi non spectent ad Episcopum, quia istæ sunt inseparabiles à dignitate Episcopali, quæ supereminet toti Capitulo; hinc debet Præfectus Capituli, quando proponit, petere licentiam ab Episcopo, istum salutando, Vener. *cit. cap.* 29. *num.* 32. ea ratione, quia cùm Episcopus deferat; habitum jurisdictionalem Rocchetti, cum Mozzetta, incongruum videtur, ut alteri subjiciatur, ut benè Card. de Luca *de Praem. disc.* 16. *num.* 3. *&* 5. Nam si verum est, quod simplici Episcopi Titulari datur prærogativa sedendi super omnes post Decanum, juxta Doctores, & juxta sensum S. C. eò magis debet talis prærogativa dari proprio Episcopo super omnes sibi subditos, quod quidem procedit etiam in Capitulo exempto, quia semper habitualiter subditum Episcopo est, & actualiter est Corpus illius Ecclesiæ, cujus Caput est Episcopus; Vicarius tamen Episcopi, si sit Canonicus, nullam habet prærogativam, si uti Canonicus assistit, ut plenè apud Gratian. *discept.* 106. *num.* 19. Seraphin. *decis. cit.* 437. *num.* 5. quia non est par ratio, nam Episcopus habet non solum præeminentiam Jurisdictionis, sed etiam Ordinis, & constitutus est Caput, & Sponsus Ecclesiæ; quod non verificatur in Vicario.

Alia

Alia solemnitas, quæ requiritur in hac Constitutione, est auctoritas Episcopi, seu Superioris, ut sup-
79 ponitur ibi, quia *Episcopo prohibetur, ut non alienet sine consensu Cleri*; unde, ut fiat alienatio, requiritur ejus ordinatio, prout facta divisione bonorum Ecclesiæ, id semper cautum fuit, nedum in alienatione rerum Ecclesiæ Sæcularis, sed etiam Regularis, *Can. Abbatibus* 12. *quæst.* 2. *Can. in Venditionibus* 17, *quæst.* 4. & latè Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 3. *disput.* 13. *quæst.* 5. quod tamen intelligendum erit, si Abbas Monasterii non haberet jurisdictionem quasi Episcopalem, quia hoc casu uti Ordinarius alienationem approba-
80 re poterat, Glos. *in Clem.* 1. *ver. proprii de rebus Eccles. non alien.* Passerin. *cit. tom.* 1. *de Statu Hom. qu.* 185. *art.* 7. *num.* 561. *ubi num.* 565. ait, quod Episcopi illius est necessarius consensus, in cujus Diœcesi adest Ecclesia, ad quam spectant bona alienanda, etiamsi hæc sita sint in aliena Diœcesi. Contrarium tamen sentiunt aliqui ex Glos. *in cit. can. in Venditionibus*. Prima opinio fundatur in eo, quod cùm bona sint Ecclesiæ existentis in Diœcesi unius Episcopi, ad istum spectat consulere, ne Ecclesia spolietur hujusmodi bonis. Secunda sententia potest probari ex eo, quod cùm attendi debeat auctoritas Superioris, hic quidem dicendus est illius loci, in quo bona alienanda adsunt, aliàs jurisdictio ferretur extra Territorium. Et quamvis dicatur spectare ad Episcopum, in cujus Diœcesi adest Ecclesia, consulere indemnitati illius, hoc vigeret, si consensus esset requisitus tantùm, ut supponunt DD. primæ sententiæ; sed verè jus requirit auctoritatem Superioris, scilicet potestatem quamdam, quæ nequit exerceri in bona existentia extra Diœcesim, Gratian. *discept.* 473. *num.* 13. Ventriglia *annot.* 1. *&* 2. *num.* 5. ubi alii, & videtur sentire Rota *decis.* 7. *de Judiciis in antiquis*. Verùm pri-
81 ma opinio est verior, nam potestas auctorizativa non fertur in bona, sed in alienantem, qui est Rector Ecclesiæ existentis in propria Diœcesi, & ita sentiunt ultra citatos, Archidiac. Imola, & alii relati à Redoan. *de alien. rer. Eccl. rubr. de auctoritate Episcopi num.* 39. Barbosa *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 9. quamvis tutius esse utriusque requiri consensum, advertit Redoan. *cit. num.* 40.

Sed nunquid Vicarius Generalis poterit hujusmodi
82 consensum præstare? Et videtur posse, quia habet ordinariam jurisdictionem, Hostiens. *in cap. Clericus de Offic. Parochi*, & in terminis, Bald. *in Margarita verb. Vicarius*. Contrarium verò censeo, quia etsi Vicarius habeat ordinariam jurisdictionem, hoc verificatur in Judicialibus, & etiam non contentiosis, ubi non sit necessaria derogatio Juri Ecclesiæ, cujus ipse non est Sponsus, prout Episcopus, sed Minister; unde plura sunt illi interdicta, sine speciali auctoritate ab Episcopo tributa, ut concessio Jurispatronatus, unio Beneficiorum, & hujusmodi; Garzias *de Benef. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 76. Sbrozzius *de Offic. Vicar. lib.* 3. *quæst.* 115. *&* *quæst.* 198. Add. ad Buratt. *decis.* 938. *num.* 13. *&* 14. Unde quia in alienatione rerum Ecclesiæ consideratur interesse ipsius Ecclesiæ, ideò solius ejus Sponsi debet auctoritas interponi, ut in his terminis, excludendo Vicarium, nisi concurrat speciale mandatum Episcopi, docuerunt Bero. *cons.* 83. *num.* 7. *&* 17. *lib.* 1. Ricc. *collect.* 2201. Capell. Tolos. *decis.* 97. Add. ad Buratt. *cit. loco num.* 12. & Rota *decis.* 1853. *num.* 12. coram Coccino, *& decis.* 14. *num.* 8. coram Emerix Jun. & si sit Canonicus, nequidem potest etiam cum speciali mandato, quia auctorizaret actum proprium, quod procedit circa interesse proprium spectans ad ipsum uti Canonicum, *decis.* 196. *num.* 14. *&* 15. coram Priolo.

83 Sed quid tenendum de Provicario deputato à Vicario? Et in hoc priùs est videndum, an Vicarius haberet facultatem modo quo supra; quia nemo dat, quod non habet. Secundò, an haberet facultatem Vicarius deputandi Provicarium, quia Episcopus potest concedere hujusmodi facultatem, Rebuff. *in praxi in forma Vicariatus num.* 73. *& sequ.* Coccin. *decis.* 1153. *num.* 2. Rota *decis.* 4. *aliàs* 378. *de Officio Vicarii in novis*, & ibi Add. ubi quod Vicarius possit substituere de consensu Episcopi in certa causa, secus generaliter, de quo tamen alibi; aliàs si Vicarius non haberet dictam potestatem, non esset valida deputatio, quod tamen limitatur, si Vicarius in causis, in quibus est Delegatus à Papa, Provicarium substituat, quia valida esset substitutio, cùm Delegatus à Principe Supremo possit subdelegare, quando non fuit electa industria personæ, *c. fin. de Offic. Jud. deleg.* Jo: Andr. *in cap. Venerabilis num.* 3. *vers. tu dic*, Abb. *ibidem num.* 2. *de Testibus*, & Rota *cit. decis.* 1153. *num.* 3. cor. Coccino.

Hujusmodi autem Episcopi consensus debet dari causa cognita, Can. *hoc jus porrectum* 10. *quæst.* 2. & quam- 84
vis dicatur requiri etiam consensus immediati Superioris, ut innuit Passerin. *citat. num.* 564. tamen confundit consensum, qui præstatur ad convalidandum, & ad auctorizandum actum, cum eo, qui datur ad contrahendum. Etenim pro auctorizando actu, requiritur consensus legitimi Superioris, qui debet interponere illum, causa cognita, & sufficit Ordinarii Judicialem habentis potestatem, Clem. 1. *de reb. Eccles. non alien.* ubi Glos. *ver. proprii*; pro validitate verò contractus, requiritur consensus Rectoris, seu alterius Ecclesiæ Beneficiati immediati; nam isti gerunt contractum uti bonorum Ecclesiæ immediati Administratores, prout in rebus pupilli, Tutor intervenit in contractu pro legitima persona, Judex verò præstat auctoritatem in illo; hinc in Ecclesia vacante ex defectu Beneficiati, qui in contractu debet uti con- 85
trahens intervenire, datur ab Episcopo defensor, Glos. *verb. Defensor in cap. Dudum de reb. Eccl. non alien. in* 6. ex quo elicitur, Episcopum non posse intervenire uti contrahentem, sed uti auctorizantem, & in bonis propriæ mensæ debet adire Superiorem, ne ipse auctorizet proprium factum, & requiritur mandatum speciale Rectoris, Rota *decis.* 517. *num.* 2. cor. Emerix Jun.

SECTIO III.

De Beneplacito Apostolico nunc requisito in alienatione Bonorum Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Paulus Secundus in Extravaganti Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis, requisivit Beneplacitum Apostolicum, prout nunc servatur in alienatione bonorum Ecclesiæ, & induxit novum jus.*

2 *Dispositio dicta Paulina comprehendit omnes (quidquid sit de Summo Pontifice) etiam Regulares.*

3 *Beneplacitum Apostolicum supplet omnes solemnitates Juris, præsertim si adsit Clausula* supplentes, *nisi tamen in impetratione Beneplaciti exprimatur eas fuisse servatas.*

4 *Dictum Beneplacitum an suppleat consensum Capituli? & distinguitur, & n. n. sequent.*

5 *Capitulum in quibus bonis dicitur habere interesse?*

6 *Consensus Capituli an requiratur in alienatione Jurisdictionalium Episcopi?*

7 *Et quid in bonis Mensæ Episcopalis?*

8 *Clausula* vocatis vocandis *quomodo intelligi debeat?*

9 *Consensus Capituli semper requiritur, si in Beneplacito ponatur conditio, Vocato Capitulo, prout in praxi ponitur in Beneplacitis pro alienatione bonorum Mensæ Episcopalis.*

10 *Actus alienationis evidenter utilis, est validus, etsi non adhibito consensu: & si supervenerit ratihabitio, an coalescat actus à die consensus.*

11 *Præ-*

11 Prædicta limitantur, si consensus requiratur pro interesse, quatenus non adsit ratificatio.
12 Papa per Beneplacitum non supplet causam, sed authoritate absoluta potest supplere, quod non præsumitur.
13 Rectoris consensus semper requiritur, & quid si fuerit ab ipso Beneplacitum obtentum?
14 Patroni consensus an requiratur pro solemnitate, vel interesse? latè disputatur, & n. n. seqq.
15 Patronus ad quæ teneatur in favorem Ecclesiæ?
16 Patrono incumbit, ut Bona Ecclesiæ non alienentur.
17 Distinctio in hoc inter Patronum Jurispatronatus laicalis, & Ecclesiastici.
18 Opinio in hac re cum distinctione, ut non requiratur consensus pro validitate actus, sed pro interesse, ita ut valeat actus, sed potest opponere, & n. seq.
19 Differunt consensus principalis contrahentis, & ejus qui habet interesse mediatum.
20 Si adsit in Beneplacito Clausula Vocatis Patronis, debent citari; secus si adsit Clausula, Vocatis vocandis.
21 Patroni nullum jus habent in Ecclesia, præter aliqua certa, & in praxi non observatur eorum vocatio in alienatione, sed possunt opponere, & debent audiri. Limitatur in re feudali Ecclesiæ quoad dominum feudi.
22 Declarantur Doctrina in contrarium adducta.
23 Subhastatio an sit necessaria in alienatione rerum Ecclesiæ? adducuntur opiniones, & quid in alienatione rerum minoris?
24 Quid servatur de consuetudine?
25 Non debet servari, si adsit Beneplacitum Apostolicum, & num. 32. 33. ubi limitatur.
26 Stylus in Curia Archiepiscopali Neapolitana antiquus in hoc non est in usu.
27 Quid dicendum in alienatione, quæ fit authoritate Episcopi tantùm?
28 Distinctio in hac materia subhastationis, & modi procedendi per executores, & Episcopos, ad consulendum utilitati Ecclesiæ.
29 Stylus SS. Congregationum præsertim Concilii circa modum venditionis Bonorum Ecclesiæ.
30 Declaratur Conclusio, quod in alienatione rerum minoris non sit necessaria subhastatio, quatenus scilicet constat de utilitate.
31 In actibus venditionis judicialis requiritur subhastatio.
32 Benè facit qui utitur semper subhastatione, qua facit præsumere quamcumque diligentiam oblationis.
33 Concurrente consuetudine, ut fiat subhastatio, debet servari, & quæ consuetudo sufficiat, & distinguitur inter Terras Ecclesiæ, & alibi.
34 In alienatione Bonorum Ecclesiæ an sit locus addictioni in diem, seu novæ oblationi? & n. n. seqq.
35 Quando detur restitutio in integrum ad differentiam dictæ addictionis.
36 Dictum privilegium conceditur minoribus, ita etiam Ecclesiæ, quæ habet eorum privilegium.
37 Major oblatio semper recipitur, & limitatur num. 41. & seq. & quando secus n. n. sequentibus usque ad 48.
38 Privilegium majoris oblationis habet locum in concursu creditorum.
39 Respondetur contrariis authoritatibus quo ad alienationem rerum Ecclesiæ.
40 Oblatio major non requiritur ut sit in sexta, sed sufficit quæcumque, ad differentiam læsionis post contractum.
41 Nova oblatio non admittitur post perfectionem actus, & quatenus hæc dicatur, & n. seq. ubi quid post beneplacitum? & n. 46.
42 Præfertur tamen semper primus oblator pro eadem quantitate.
43 Tenetur tamen secundus oblator reficere expensas primo oblatori pro Beneplacito obtento.
44 Obtento Beneplacito pro certo pretio ad favorem determinatæ personæ, est locus novæ oblationi ante stipulationem Instrumenti.
45 Declaratur Doctrina Cardinalis de Luca disc. 52. de alien. & contract. probib.
46 Actus probari potest per testes sine scriptura.
47 Nova oblatio ad æmulationem non admittitur, quæ tamen non supponitur, & quomodo probetur æmulatio?
48 Expresso certo pretio in Beneplacito obtento ad favorem unius, an possit fieri alienatio ad favorem alterius majoris oblatoris? & in praxi distinguitur.
49 Scriptura an requiratur in alienatione rerum Ecclesiæ? adducuntur opiniones.
50 In Contractu emphyteutico an requiratur semper scriptura etiam in re Ecclesiæ, & ad quos effectus, etiam devolutionis, & aliorum?
51 In aliis rebus indifferentibus, & precisè in alienatione rerum Ecclesiæ, an requiratur de Jure Civili, seu Canonico?
52 Subscriptio Clericorum à Jure requisita, quomodo sit intelligenda, & an consensus possit præstari per actum Notarii?
53 Scriptura requiritur tantùm ad faciliorem probationem in alienatione prædicta.
54 Respondetur rationibus, & Doctoribus contrariis.
55 Limitatur, quod requiratur scriptura, si fuerit conventa per viam conditionis, secus si pro cautela.
56 Ita si ex conjecturis constet partes noluisse actum perficere sine scriptura.
57 Quid in casu Apocæ cum reservatione Beneplaciti, & pacti conficiendi Instrumentum.
58 In dicto casu potest Ecclesia recedere, & non Laicus ante Beneplacitum, quatenus Instrumentum fuit conventum pro majori cautela; secus si pro conditione, quia posset etiam Laicus resilire, & num. seq.
59 Potest præfigi terminus Ecclesiæ ad impetrandum Beneplacitum, ut contractus non remaneat suspensus.
60 Post Extravagantem Paulinam, duo tantùm requiruntur ad alienationem Bonorum Ecclesiæ, nempè causa, & Beneplacitum, & quidem copulativè.
61 Per Extravagantem fuit avocata potestas Episcopis, reservatis Casibus ibi non contentis.
62 An quatenus serventur omnes solemnitates Juris antiqui, valeat actus alienationis sine Beneplacito? & resolvitur negativè, & n. n. seqq. & num. 83. & 84.
63 Papa quod jus habeat in Bonis Ecclesiasticis, & an poterit sibi reservare dictum Beneplacitum? & n. sequent. præsertim n. 67. & seqq.
64 Beneplacitum præfatum requiritur pro forma.
65 Idem nequit supplere causam.
66 Limitatur, si Papa se gesserit de plenitudine potestatis.
67 Papa non est simplex administrator, sed quidem dominicalis rerum Ecclesiæ.
68 Itaut si alienet sine causa, actus erit validus, quidquid sit si peccet, & præsumitur semper fecisse cum causa.
69 Beneplacitum Apostolicum non supplet substantialia contractus, & quæ sint?
70 Nec tollit conditiones fundationis, nisi expressa mentione facta.
71 Contractus tamen si erit utilis, an substineatur sine Beneplacito? & adducitur opinio affirmativa, & num. seqq.
72 In contractibus minorum & mulierum hoc idem procedit.
73 Contraria opinio in contractibus Ecclesiæ approbatur.

74 Ref-

74 *Reſpondetur contrariis rationibus cum differentia inter contractus Eccleſiæ, & minorum, & n.76.*

75 *Sacra Congregatio ſolet facilè convalidare dictos contractus utiles.*

76 *Declarantur Deciſiones Sacræ Rotæ in contrarium adducendæ.*

77 *Eccleſia ritè condemnata fuit ad reſtituendam ſortem cenſus, & fructus, etſi cenſus fuerit nullus, & in quo caſu id procedere poſſit?*

Quomodo intelligi poſſit, ut actus utilis ſubſtineatur ſine beneplacito? ibid.

78 *Declaratur, Doctrinam ſuperiùs adductam de validitate alienationis rei minoris ſine ſolemnitatibus eſſe controverſam.*

79 *Diſtinguuntur caſus, in quibus contractus utilis minoris ſubſtinetur ſine ſolemnitatibus.*

80 *Declarantur Doctrina.*

81 *Valet actus geſtus ad favorem minorum ſine ſolemnitatibus.*

82 *Quando actus ſubſtineatur ſine præſentia Pupillorum, etſi infantia majorum?*

83 *Sicuti non ſufficit in alienatione rerum Eccleſiæ ſolum Beneplacitum ſine cauſa, ita cauſa ſine Beneplacito, ubi etiam ex mente Sacræ Congregationis Concilii.*

84 *Convalidantur tamen dicti contractus utiles geſti ſine Beneplacito à Sacra Congregatione, & tunc Eccleſia poteſt cogere contrahentem ad obſervantiam.*

85 *Secùs dicta convalidatio non datur, ſi non concurrat utilitas, etſi fuerit contractus obſervatus, ubi declaratio Sacræ Congregationis circa elevationem permiſſam quibuſdam Religioſis Domus contigua Eccleſiæ.*

1 POſt famigeratam Extravagantem Pauli Secundi, quæ
incipit *Ambitioſæ de reb. Eccleſiæ non alienandis*, &
inter ejus Conſtitutiones, de qua infrà ſuo loco ite-
rum dicam, requiritur Beneplacitum Apoſtolicum in
alienatione cujuſcumque rei Eccleſiaſticæ certis caſi-
bus tantùm limitatis, & diſpoſitio dictæ Extravagan-
tis induxit novum jus commune, Rota *deciſ.* 135. *alias
4. de reb. Eccl. non alienand. in fin.* coram Cæſare de
Graſſis, & an comprehendant hujuſmodi jura tam an-
tiqua quàm recentiora quoad talem prohibitionem,
2 Summum Pontificem, & omnes alios, alibi dicam
diſtinctè. Et quidquid ſit de Summo Pontifice, de
quo erit ſermo ſpecialis, pro nunc videtur compre-
hendere omnes, Rota *deciſ.* 292. *num.* 2. coram Ro-
xas, & quoad Regulares, in vim decreti tempore
S. M. Urbani VIII. ut referunt per extenſum Tam-
bur. *de Jur. Abb. tom.* 3. *diſput.* 13. *quæſt.* 1. *&* 6. *num.*
8. Corrad. *in praxi diſpenſ. l.* 9. *cap.* 1. *num.* 11. No-
var. *in Bullar. comm.* 6. *num.* 2. & nos alibi latè dice-
mus Deo dante; prout ſi validè dicta Paulina in ali-
quibus locis non ſervetur, & tunc ſervari dictas ſo-
lemnitates juris; dictumque beneplacitum Apoſtoli-
3 cum in dicta Extravaganti requiſitum, ſupplet om-
nes, & quaſcumque juris antiqui ſolemnitates ſuprà
enunciatas, Redoan. *cit. tract. de alien. rer. Eccl.
quæſt.* 22. *num.* 16. *&* 17. Gabriel. *conſ.* 82. *num.* 2.
Gratian. *diſcept.* 473. *num.* 19. de Franch. *deciſ.* 162.
num. 13. Ciarlin. *contr.* 105. *per tot.* Menoch. *de ar-
bitr. caſ.* 171. *&* 172. Sperell. *deciſ.* 154. *per tot.* Paul.
Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 75. *num.* 28. Rota *deciſ.* 65. *num.*
1. *part.* 2. *div. deciſ.* 63. *num.* 1. *&* 2. coram Pamphi-
lio, ubi Adden. *num.* 23. Duran. *deciſ.* 397. *num.* 8. *&*
459. *num.* 4. Coccin. *deciſ.* 762. *num.* 9. *& deciſ.* 2269.
num. 37. *& inter recent. deciſ.* 260. *num.* 6. *part.* 4. *t.* 2.
deciſ. 222. *part.* 7. *& deciſ.* 62. *num.* 13. *part.* 13. & eo
magis ſupplet ſolemnitates, ſi adſit in Beneplacito
clauſula *Supplentes*, Pacion. *de locato cap.* 14. §. 10.
num. 32. *&* 39. De Luca ad Ventrigl. *adnot.* 1. §. 3.
num. 9. *verſ. Dicendum*. Sed ſi in Beneplaciti impe-
tratione exprimatur, interveniſſe ſolemnitates, tunc
requiruntur, *idem num.* 32. *&* 33. vel ſi Papa dederit
beneplacitum cum clauſula, *ſi ita eſt*.

Hic autem agitari ſolet, an dictum beneplacitum 4
ſuppleat quoque conſenſum Capituli antiquo jure, ut
dixi, requiſitum? Et juxta opinionem veriorem Ro-
tæ, ſupplet quoque dictum conſenſum, Card. de Lu-
ca *de alien. prohib. diſc.* 1. *num.* 4. Seraph. *deciſ.* 338.
num. 2. *&* 3. *& deciſ.* 443. *num.* 5. Duran. *deciſ.* 365.
num. 13. Quod tamen intelligendum eſt, ſi conſen-
ſus Capituli requiratur pro ſolemnitate; nam ſi ſit pro
intereſſe, erit requirendus, & obtinendus, ut proſe-
quitur cit. Card. de Luca, & facit Rota *deciſ.* 44. *n.* 5.
coram Seraphino.

Dubium tamen oritur, in quibus bonis dicatur Ca- 5
pitulum habere intereſſe? Et quo ad bona menſæ Ca-
pitularis, nulla cadit difficultas tamquam propria, &
ſic neceſſariò requiritur ejus conſenſus, quia habetur
uti contrahens, ut quilibet Beneficiatus in re ſui be-
neficii. Si verò agatur de Juriſdictionalibus Epiſcopi,
vel hujus Menſæ bonis, an etiam dici debeat neceſ-
ſarius conſenſus Capituli pro intereſſe, vel tantùm
pro ſolemnitate, ut omitti poſſit, juxta præfatam di-
ſtinctionem? Et eſſe requiſitum pro ſolemnitate tan-
tùm docent Barb. *de pot. Ep. alleg.* 95. *num.* 70. Paſ-
ſerin. *cit. art.* 7. *num.* 551. *& ſeq.* & conſonat Rota cit.
deciſ. 443. *num.* 5. coram Seraphino; & ideò dicit,
quod ſi conſtet de utilitate, non eſt neceſſarius, *num.*
4. & ſic ſupponit, eſſe pro ſolemnitate requiſitum,
& pro ſolemnitate videntur procedere, *deciſ.* 439. co-
ram Cavalerio, *& deciſ.* 118. *num.* 3. *part.* 1. *re-
cent.*

Tamen ego diſtinguendum puto, nam ſi agatur de 6
Juriſdictionalibus Epiſcopalis dignitatis, videtur re-
quiri conſenſus Capituli pro intereſſe; cùm enim iſtud
ſuccedat Epiſcopo, Sede vacante, & unum corpus
conſtituere videatur cum eo, habitualiter dici poteſt
habere Juriſdictionem, ut eſt caſus *cap. Cum nos* 3. *de
his quæ fiunt à Prælat.* Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.*
5. *& de Juriſdict. diſc.* 22. Rota *cit. deciſ.* 118. *num.* 3.
part. 1. *recent.*

Secus autem in bonis Menſæ Epiſcopalis, quate- 7
nus ſint ſeparata, prout paſſim ſunt, à bonis Capitu-
li; priùs enim erant indiviſa, & ſic mirum non eſt,
ſi antiquo jure, Capituli conſenſus requirebatur; poſt
diviſionem verò nulla adminiſtratio remanſit Capitu-
lo, quod neque ſuccedit in dictis bonis, Sede vacan-
te, cùm fructus eorum habeat vel Camera, vel ſuc-
ceſſor, ut ſuo loco dicam; & ſic non exiſtente inter-
eſſe Capituli, remanet ejus conſenſus pro ſolemnitate
ſuppleta per Beneplacitum Apoſtolicum, Card. de Lu-
ca *cit. num.* 5. *& de Juriſdict. diſc.* 22. Rota *deciſ.* 443.
num. 5. *&* 6. *deciſ.* 1070. *& deciſ.* 1080. *num.* 6. *&* 8.
coram Seraphino, ubi in fortioribus terminis Conſti-
tutionum ſpecialium D. Benedicti requirentium con-
ſenſum Capituli Generalis, *deciſ.* 207. *num.* 2. *part.* 4.
div. Imò clauſula *Vocatis vocandis* in Beneplacito Apo- 8
ſtolico, non intelligitur de iis, qui debent interveni-
re pro ſolemnitate, ſed tantum pro intereſſe, quia ſo-
lemnitates omnes tollit beneplacitum Papæ, Rota *deciſ.*
338. *num.* 3. coram Seraphino.

Prædicta tamen debent limitari, quatenus in Bene- 9
placito ponatur conditio conſenſus Capituli, quia de-
bet adhiberi, ut in ſimili Rota *deciſ.* 387. *num.* 1. co-
ram Merlino, & meliùs *deciſ.* 731. *num.* 1. *&* 10. co-
ram Dunoz. Jun. & ex ſolita praxi ponitur in benepla-
citis Apoſtolicis in alienatione etiam bonorum Men-
ſæ Epiſcopalis, clauſula, *Vocato Capitulo*, quia verè
habet aliquod jus, ne proprius Epiſcopus bonis ſpolie-
tur in dedecus, & damnum Epiſcopatus.

Dictus verò conſenſus quatenus eſt injunctus pro ſo- 10
lemnitate tantùm, tunc actus ſi ſit evidenter utilis
etiam ſubſtinetur, eo non adhibito etſi requiſito, Paſ-
ſerin. *num.* 552. *& in cit. deciſ.* 443. coram Seraphi-
no, *& deciſ.* 207. *part.* 4. *div.* imo poteſt conſenſus
ſupervenire, Turricell. *de reb. Eccl. non alien. cap.* 5.
num. 18. & plenè Rota *deciſ.* 318. *à num.* 41. *part.* 5.
recen. & prius deciſ. 133. *num.* 10. *par.* 2. *div.* Quod
intelligendum, ſi ante declaratam nullitatem, ſuper-
venerit ratihabitio, & convaleſcit actus à die conſenſus,
ut

ut prosequitur id. Turricell. *num.* 19. *in fin.* & sufficit
consensus tacitus in alienatione temporanea, secus in
perpetua, *num.* 21. *&* *decis.* 318. *num.* 25. *part.* 5. *recent.*
11 Si tamen agatur de consensu requisito pro interes-
se, requiritur necessariò tanquam pars, tunc contra-
ctus, qui nequit esse sine substantialibus, ut est con-
trahens, & sic tunc actus etsi utilis, non valet, nec
suppletur consensus à Beneplacito Apostolico, quod
non supplet substantialia, ut distinguunt citati DD.
nisi Papa utatur auctoritate absoluta, quam habet
12 disponendi de rebus Ecclesiæ, ut eodem modo dici-
tur non supplere causam sine usu talis auctoritas in
hujusmodi alienationibus per beneplacitum, Card. de
Luca *cit. disc.* 1. *num.* 7. Ludovis. *decis.* 113. *num.* 8. ubi
Add. & voluntas Papæ non præsumitur, nisi exprima-
tur, & quamvis causam expressè non desideret, ta-
men censetur voluisse, nisi sua auctoritate absoluta pro-
cedat, & regulariter etiam exprimere solet cum appo-
sitione clausulæ; *Si in evidentem*, *&c.* Hinc Recto-
13 ris citatio, & consensus requiritur, si fuerit ab alio
contrahente obtentum beneplacitum, vel etiam ab ip-
so Rectore, si tamen non fuerit ab eo præsentatum co-
ram executore, secus si ipse Rector præsentaverit illud
Pacion. *de locato cap.* 14. §. 4. *num.* 12. sed sufficit ratifi-
catio modo quo suprà dixi.
14 Sed nunquid consensus Patroni requiratur, & sup-
pletus dicatur à Beneplacito Apostolico, quo ad alie-
nationem bonorum beneficii Jurispatronatus? Et vi-
detur requiri consensus, nec suppleri; nam talis con-
sensus est pro interesse; incumbit enim Patrono, ut
bona Ecclesiæ minimè alienentur, aliàs ipse in subsi-
dium teneretur ad substentationem ipsius Ecclesiæ;
Patronus enim tenetur ad Ecclesiæ reparationem, &
15 ad reliqua necessaria, quoties ipsius Ecclesiæ bona
non sufficiant ad congruam Parochi, seu Rectoris,
& ita disponit S. C. T. *sess.* 21. *cap.* 7. Barb. *ibid. num.*
8. Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de Cler. debit.* §. 14.
numer. 11. Sperell. *decis.* 67. *num.* 10. *& seq.* Rota *decis.*
16 504. *num.* 3. *part.* 19. *t.* 2. *recent.* Unde bona Ecclesiæ
non sunt alienanda saltem de honestate sine consensu Pa-
troni, ut in præcisis terminis docuerunt Paris. *de resign.*
l. 2. *part.* 4. *num.* 12. & priùs Jo: Andr. in addit. ad Spe-
culat. *tit. de empt.* §. *nunc videndum vers. caterum*,
Card. *in Clem. pr. col.* 2. *de decimis*, Rebuff. *in Comm.*
ad cap. sine exceptione cit. Glos. ver. ad tractatum pag.
112. & alii relati per Barb. *de Jur. Eccl. l.* 3. *cap.* 30. *num.*
9. ubi saltem distinguendum docet inter Patronum Ju-
rispatronatus Ecclesiastici, & Laicalis, ut secundo ca-
su requiratur consensus, secus in primo, & plenè Pa-
cion. *de locato c.* 14. §. 9. *n.* 35. citans pro ista opinione
Rotam *dec.* 330. coram Dunoz. sen.
18 Igitur prædicta procedunt, ut requiratur tantùm
de honestate dictus consensus, ut explicat idem Pa-
risius, itaut non inducatur nullitas actus, eo non
adhibito; nam vel bona Ecclesiæ alienantur in eviden-
tem Ecclesiæ utilitatem, & tunc non vulneratur Pa-
troni interesse; imò relevatur, quia si non fieret alie-
natio, deberet ipse consulere necessitati Ecclesiæ, &
sic non debet requiri consensus pro validitate actus;
aut alienatio non est in evidentem utilitatem, & eo ca-
su beneplacitum, & alienatio non habent vires, ex
defectu causæ necessariæ, vel evidenter utilis, ut di-
cam; hæc enim est differentia inter consensum prin-
19 cipalis contrahentis, & ejus qui habet interesse me-
diatum, nam primus uti necessarius debet interveni-
re, secundus tantùm potest opponere, & debet audi-
ri, & vocari, ne deinde opponat; non tamen potest
revocare si adsit utilitas; & regulare est quod consen-
sus, qui non est pro forma, sed pro interesse, potest
sperni, si constet non adfuisse damnum consentire de-
bentis, ut in terminis consimilibus Rota *decis.* 443.
num. 5. coram Seraphin. & in terminis, quod Patronus
potest petere revocationem alienationis nulliter factæ
ratione sui præjudicii, benè Rocch. *de jurepat. ver. ho-*
norificum num. 10. & Rota *decis.* 1853. *num.* 1. *& seq.*
coram Coccino, ubi quod etsi solius Ecclesiæ sit impu-
gnare alienationem, ob defectum beneplaciti, tamen
Patronus ratione dicti mediati interesse potest nomine
Ecclesiæ agere, ut apud citatos.
Limitatur tamen, si in Beneplacito Apostolico 20
ponatur clausula *Vocatis patronis*, quia tunc debent
illi citari. Si verò adsit clausula *Vocatis vocandis*, non
debent citari, quia intelligitur tantùm de eis, qui
de jure sunt vocandi pro primario interesse, Seraphin.
decis. 338. *num.* 3. & suprà dixi. Unde concluden-
dum, Patroni consensum non requiri pro forma,
imò neque pro interesse principali, cùm nullum 21
jus habeat Patronus in Ecclesiam, præter aliqua certa
Can. *noverint.* 1. *quæst.* 1. Redoan. *cit. quæst.* 3. *num.* 1.
Corrad. *in praxi disp. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 14. Barb. *cit.*
loco num. 9. ubi ait, in praxi non observari hujusmodi
requisitum consensus Patroni, Rota *de execut. lit. Apo-*
stol. part. 1. *cap.* 5. *num.* 303. Pyring. *in Jus Can. l.* 3. *tit.*
13. *sect.* 3. §. 3. Pacion. *de locat. cit. cap.* 14. §. 4. *num.*
38. & ratione præjudicii mediati habet jus opponendi,
& in casu oppositionis debet audiri, Lotter. *de re benef.*
l. 1. *quæst.* 11. *num.* 66. Barb. *cit. num.* 9. & ipsa decisio
alleg. à Pacion. nempè 339. coram Dunoz. sen. Si verò
agatur de alienatione feudi, seu emphiteusis, tunc re-
quiritur consensus domini directi secundùm jus commu-
ne, Pyringh. *ut suprà*.
Nec obstant DD. contrarii, quia vel procedunt 22
pro securitate, & cautela, ne Patronus deinde se
opponat, vel non debent attendi; minùsque con-
trariatur Rota *decis.* 163. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 220.
num. 35. *& seq. part.* 18. *recent.* quia procedunt, quòd
nulla fit alienatio Ecclesiæ patronatus, sine consensu
Patroni, & nulla etiam unio ejusdem Ecclesiæ cum
alia libera, quia in his casibus extingueretur juspatro-
natus in præjudicium Patroni, & sic in hoc casu ip-
se Patronus habet interesse primarium, & debet esse
tanquam rei suæ pars substantialis in contractu, ut
benè se explicant citatæ decisiones; secùs verò in alie-
natione bonorum ipsius Capellæ, cujus Beneficiatus
adest, qui dicitur sponsus, & administrator talis Ec-
clesiæ, nec Patronus potest se ingerere in dd. bonis,
nam tunc contractus perficitur à dicto Beneficiato, &
Patronus tantùm ratione præjudicii possibilis posset op-
ponere, & alienationem impugnare, si non adsit justa
causa, non tamen requiritur ejus consensus pro con-
tractus substantia.
Disputant etiam DD. an subhastatio sit necessaria 23
in hujusmodi rerum Ecclesiæ alienationibus? Et ali-
qui ponunt eam pro solemnitate requisita, ex dispo-
sitione *auth. hoc jus porrectum C. de SS. Ecclesiis*,
auth. de non alienand. aut. permut. rib. immobilibus
Eccl. §. *nos igitur coll.* 2. ubi Bart. *num.* 2. & alii relati
per Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 15. *num.* 60. ubi
etiam de alienatione rerum minoris, Gratian. *discept.*
479. *num.* 1. *& seq.* Gannavet. *cons.* 6. *artic.* 3. *per tot.*
Muñoz. *de ratioc. cap.* 16. *num.* 3. & alii penes Posth.
de subhastat. inspect. 2. *num.* 3. Card. de Luca *de Rega-*
lib. disc. 81. *num.* 7.
Contrarium tamen est dicendum non solùm de ju-
re, quia forma inducta per Jus Civile fuit relata tan-
tùm, non autem approbata per Jus Canonicum, *in*
cap. ea enim 10. *quæst.* 2. & debet attendi Jus Canoni-
cum talem solemnitatem non demandans; ultra quod
Decretum Gratiani continet Jus Civile aliquod ad
denotandam pietatem Imperatoris, non autem ut
obliget; & ulteriùs Decretum Gratiani, ut est in se,
non habet auctoritatem legis, ut aliàs dixi in Proœmio 24
hujus operis. Sed neque de consuetudine talis solemni-
tas servatur, ut docent Gratian. *discept.* 479. *cit. num.* 14.
& 16. ubi de Luca *in addit. num.* 1. *& discept.* 861.
num. 19. de Luca Ventrigl. *ad not.* 1. §. 3. *num.* 1. *vers.*
contrarium, Posth. *cit. num.* 13. *&* 18. Ridolph. *cit. num.*
61. Card. de Luca *cit. num.* 9. *&* 13. *& de Judic. disc.* 30.
num. 63. Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 10. *num.* 29. Mangil.
de subhast. quæst. 29. *num.* 3. Hieronymus Calà *de restit.*
in integr. quæst. 20. Rota post Muñoz. *cit. decis.* 33. *num.*
14. prout de consuetudine generali non servati, nec
in venditione rerum minorum, Universitatis, ac alio-
rum, firmant de Franch. *decis.* 35. *num.* 1. Card. de Luca

cit. disc. 81. *de regal. num.* 17. Ridolph. *cit. part.* 1. *cap.*
15. *num.* 62. Urceol. *consult.* 25. *num.* 21. *& seq.* Rota
decis. 446. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1. *recent.* & quod in praxi
non servatur in alienatione rei Ecclesiæ, ultra adductos
suprà, deducitur etiam à practico Genuensi, à quo
non videtur posita, imò exclusa *in sua prax. Neap. cap.*
25 107. *n. finali*. Et in alienationibus, quæ fiunt in vim
beneplaciti Apostolici, nulla cadit difficultas, quia
tunc urget amplius, quod illud supplet omnes solem-
nitates, ut in terminis Paeion. *cit. num.* 28. *&* 31. *&*
decis. 461. *num.* 12. *part.* 1. *recent.* & in Curia Neapoli-
26 tana aderat Constitutio Gerardina, scilicet Gerardi
Episcopi Sabinen. ut servetur dicta solemnitas; sed
non est in usu, Quaranta *in summa Bullarii v. aliena-
tio num.* 14.

27 Posset dubitari, an saltem requiratur subhastatio
in alienatione rei Ecclesiæ, quæ fit auctoritate Epi-
scopi tantùm in casibus permissis, & quid per Exe-
cutorem Papæ? Et ex dictis rationibus, nec etiam
requiri videtur, quia est solemnitas Juris Civilis, &
tantùm opus est ut serventur solemnitates requisitæ à
Jure Canonico. Tamen placet distinctio, quod aut
agitur de actibus voluntariis alienationis rei Ecclesiæ,
prævio beneplacito, & tunc cùm suppleat Executor
28 in causæ cognitione, benè ista diligentia non vide-
tur necessaria, quia vel judicialiter, si Executor sit
mixtus, sive extrajudicialiter, si sit merus, cogno-
scit utilitatem venditionis pro tanta summa, prout
in iis alienationibus, quæ fiunt ab Episcopo, semper
Executor, seu Episcopus debet modo possibili, & ma-
gis tuto recognoscere utilitatem Ecclesiæ: & quam-
vis non sit necesse præciso modo subhastatio, tamen
debet uti aliis mediis, & sic in aliquo loco solent affi-
gi Edicta, & stylus debet servari, nam in hac materia
est cautè procedendum, & omni possibili via consu-
lendum utilitati Ecclesiæ, ut ad rem notant Grat. *cit.
discept.* 479. *num.* 22. & Cardin. de Luca *de Regalibus
disc.* 81. *num.* 16. *&* 17. Nam si cognoscatur fraus, &
dolus in pretio, non debet permitti: & aliquando
29 etiam S. C. Concilii, ante concessionem beneplaciti
solet demandare, ut banna emanentur, & transmittan-
tur oblationes etiam prævio publico incantu; & reper-
to oblatore, posteà S. C. concedit beneplacitum, ut
in Tarraconen. seu Barcinonen. Alienationis 6. Ju-
nii 1682.

In qua materia subhastationis, etsi fuerit dictum
suprà, quod in alienatione rerum minoris non sit ea
30 necessaria, tum quia in terris Ecclesiæ servatur Jus
Civile, tum fortiùs quia consuetudine est abrogata
generaliter, id intelligendum est posita utilitate ven-
ditionis probata per alios modos, itaut adsit bona fi-
des, ut benè distinxerunt cit. de Luca *num.* 25. Ur-
ceol. *cit. num.* 21. Constantin. *ad Statut. Urb. tom.* 1.
annot. 25. *art.* 2. *num.* 116. *ubi num.* 118. tradit subhasta-
tionem præsumi intervenisse ex decreto Judicis, Ludo-
vil. *decis.* 485. *num.* 13. Seraph. *decis.* 358. *numer.* 1. &
in casu doli, debet intelligi Rot. *decis.* 341. *num.* 17. *&*
18. *part.* 9. *recent.*

In actibus tamen necessariæ venditionis per Judi-
cem faciendæ judicialiter, prævio pignore judiciali,
31 tunc debet servari dicta subhastatio, etiam in rebus
Ecclesiæ, prout minoris, ut prosequitur cit. Ridolphin.
in prax. part. 1. *cap.* 15. *num.* 67. *&* 119. & bene in ter-
minis rei Ecclesiæ per Judicem distrahendæ, Quaranta
cit. num. 38. Ciarlin. *controv.* 183. *num.* 41. 44. *&* 45.
Ridolphin. *cit. part.* 1. *c.* 15. *num.* 118. *&* 119.

32 Si tamen subhastatione quis utatur in alienatio-
ne etiam voluntaria, optimè facit, cum illa fa-
ciat præsumere quamcumque majorem diligentiam
oblationis, in utilitatem Ecclesiæ; & quamvis non
sit de necessitate, non tamen excluditur usus il-
lius, ut benè dixit Gratian. *cit. cap.* 479. *num.* 22.
& sequ. & Rosa *in praxi executionis Brevis in evi-
dentem in lib. de Execut. litt. Apostolicarum cap.* 14.
num 26. *&* 27. & facit Rota *decis.* 343. *num.* 3. coram
Ludovisio.

Concurrente verò consuetudine, ut fiant subhasta-
stationes in quacumque alienatione etiam volunta-
ria rei Ecclesiæ, ea debet servari, itaut actus dica- 33
tur nullus sine illis, firmavit Card. de Luca *cit. disc.* 81.
de Regalibus num. 9. *&* 17. *§. Verùm, & sequ.* ea ductus
ratione, quod quilibet administrator debet talem solem-
nitatem servare, Muñoz. *citat. loco num.* 3. ubi de Hospi-
talibus &c.

Verùm hoc indistinctè non est dicendum; nam
vel agitur in aliis, quàm Ecclesiasticis locis, puta
Hospitalibus non Ecclesiasticis, & agitur in loco,
ubi servatur Jus Civile, certum est, quod cùm ta-
lis solemnitas requiratur, & tantùm uti dixi ex
consuetudine sit abrogata, sufficit quicumque actus
contrarius, ut non possit consuetudo hujusmodi in-
troduci, Caval. *decis.* 80. & ita intelligendus est Card.
de Luca mox allegatus; quod procedit etiam in mi-
noribus, qui secundum Jus Civile, uti debent dicta so-
lemnitate.

Si verò sermo sit in Terris, ubi servatur Jus Ca-
nonicum, prout in Terris Ecclesiæ, etiam quoad
temporalia, & tunc cùm ageretur de consuetudine
præter jus, deberet illa probari cum suis requisitis
nimirùm saltem per decennium fuisse ita serva-
tam, cum necessitate observandi; aliàs esset purus
actus facultativus. Si tandem agatur de re Eccle-
siæ, & ista velit uti tali consuetudine dictæ solem-
nitatis pro ejus utilitate, sufficeret decennalis; si
verò contra ipsam prætendatur ab alio actus annul-
lari, tunc requiritur quadragenaria, cum suis requi-
sitis, ut scilicet actus aliter factus non valeat. Illud
autem est certum, quod si devietur ab usu solito, vel
Edictorum, vel aliorum similium, tunc satis elicitur
collusionis præsumptio, & strictiùs videndum de actus
validitate.

Hinc autem antequam à materia subhastationis re-
cedam, videndum erit, an ista solemnitate servata in 34
casibus expressis sit locus addictioni in diem, scilicet
novæ oblationi post candelam extinctam, & ultimo
oblatori rem adjudicatam in hujusmodi rerum Eccle-
siæ alienationibus? Et negativè videtur primò dicen-
dum; nam tale privilegium est concessum tantùm fi-
sco, *l.* 1. *&* 2. *Cod. de vend. rer. Civitat. lib.* 11. *l. Lu-
cius, §. fin. ff. ad municip.* de Marinis *resol.* 46. *num.* 2.
lib. 1. quia Ecclesia magis quàm alia persona debet
servare pacta, Rota *decis.* 376. *num.* 7. *part.* 4. *recent.*
præsertim si non adsit læsio, quia posita ista, datur
remedium restitutionis in integrum, juxta plenè no- 35
tata per de Marinis *resol.* 147. *lib.* 1. Amat. *resolut. cap.*
38. *num.* 11. & plenè Rosa *de execut. litt. Apostolic. lib.*
1. *cap.* 5. *num.* 329. *& seqq.*

Sed est in contrarium resolvendum ex communi opi-
nione, ea ratione, quia sicuti dictum privilegium est 36
concessum minoribus, *l. etsi sine dolo §. Quæsitum, ff.
de minoribus*, de Marinis *cit. resol.* 46. *num.* 7. *& resol.*
147. *num.* 13. & Ecclesia uti potest omnibus privilegiis
minorum, ideò potest etiam illo, vel post extinctam
candelam per tantum temporis, vel post 40. dies, de
Luca ad Gratian. *discept.* 479. *num.* 3. Salgad. *in Laby-
rinth. cred. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 17.

Verùm semper potest, & debet nova oblatio ma-
jor recipi, dummodò actus non sit perfectus, etsi 37
non adsit læsio in sexta parte, nam ista concurrente,
datur remedium restitutionis in integrum, & ita pro
admissione hujus privilegii, docuerunt Ricc. *decis.*
1726. cum aliis pleno calamo relatis per Sabell. *in
Repertorio vers. subhastatio num.* 11. Diana *num.* 9. *tra-
ctat.* 8. *resol.* 67. Card. de Luca *de Regalib. disc.* 81.
num. 12. *§. Item Ecclesia, & num.* 24. Salgad. *citato cap.*
2. *num.* 17. del Bene *de Immunitate cap.* 17. *dub.* 9.
numer. 12. præsertim cum beneplacita dentur cum
Clausula *si in evidentem utilitatem Ecclesiæ*, & cùm
istud privilegium detur in re vendita in concursu credi- 38
torum ratione utilitatis deferendæ ipsis Creditoribus,
Salgad. *cit. in Labyrinth. cred. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 12.
Marul. ad Afflict. *decis.* 36. *num.* 6. Riccius *in collect.*
1726. *vers. limita* 3. Thor. *in compend. decis. Regn.
Neap. verb. obligatio*, ubi de Judicato S. Consilii, Amat.
reso-

resolut. cap. 38. *num.* 3. Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 15. *num.* 124. *& seq.* eò magis debet dari in favorem Ecclesiæ.

39 Hinc contrarium asserentes, vel sunt contra com-
munem, vel intelligendi sunt in casu actus jam per-
fecti, vel quando augmentum est minimum, vel
si actus fuerit factus cum legitimis solemnitatibus, ut
explicat cit Card. de Luca *n.* 12. *vers. & licet & num.*
40 24. Sed quoad augmentum, non est necessarium, ut
illud sit in sexta parte, prout in causa læsionis, sed suf-
ficit oblatio major exclusiva minimæ quantitatis, aliàs
non esset privilegium, si deberet esse ad terminos
læsionis; & circa actus perfectionem, certum est,
41 post perfectum actum; non esse locum pœnitentiæ,
nec novæ oblationi; sed ista perfectio nunquam datur
in hoc casu, nisi sit factum alienationis instrumen-
tum, cum beneplacito jam obtento; nam si benepla-
citum reservetur, tunc semper erit locus addictio-
ni, donec sequatur dictum beneplacitum, quod dat
formam, & robur actui. Si autem beneplacitum
fuerit concessum, & non executum ab executore,
erit etiam locus novæ oblationi; ita etiam quoad
actum factum cum legitimis solemnitatibus, intelli-
gi debet, quatenùs actus sit perfectus cum benepla-
cito Apostolico executo, prout non erat necessarium
in casu *d. decis.* 376. *part.* 4. *recent.* & in casu *cit. disc.* 81.
Card. de Luca *de regal.* scribentis in eodem casu decisio-
nis, sed in diverso articulo. Ibi enim Hospitale S. Sixti
Edicta ediderat, ut majori oblatori in schedulis sigil-
latis dandis, appaltus remaneret, & cùm fuerit reper-
ta schedula in aperitione cum oblatione scut. 125.
ultra majorem oblationem, quæ adesset, debebat
Hospitale servare pactum isti oblatori, etsi reperta
fuerit alia schedula cum oblatione scut. 100. ultra aliam
quamlibet oblationem, quia fuit à Rota considera-
tum, dictum modum offerendi non potuisse præjudi-
care oblationi claræ majori repertæ, quia illa scuto-
rum 125. superabat aliam scut. 100. nec ista potuerat in-
telligi etiam supra primam, quia intellectus sumi de-
bebat quoad schedulas tempore aperitionis, & sic re-
lativè ad certas summas oblatas à cæteris; unde sem-
per erat major oblatio ea scut. 125. super alias, & sic
casus erat diversus, quia ibi erant facta Edicta, ut
daretur majori oblatori, & major oblatio fuit ea
scut. 125. super alias facta. In casu Card. de Luca
non fuerant affixa edicta juxta solitum, nec erat actus
perfectus cum instrumento, quo posito admittit ad-
dictionem. In casu tandem non servatarum solemni-
tatum, non intrat privilegium, sed actus est nullus
in se: & sic non sufficit, ut servatæ sint solemnitates,
sed quod actus sit perfectus, vel per possessionem,
vel per instrumentum, cum beneplacito executo, ut
se explicat idem Card. de Luca *disc.* 46. *num.* 3. *&* 7.
de Locato; *& de Alien. disc.* 52. *num.* 11. Thomas
Pellicion. *cit. quæst.* 41. *cap.* 23. §. *licet autem*, *versus
finem*; ubi tamen benè dicit quod secuta possessione,
nova oblatio, & subhastatio non probat nullitatem
actus, sed probari debet læsio Ecclesiæ aliunde, Franch.
decis. 54. *num.* 10.

Hìc tamen venit advertendum semper debere dari
42 prælationem primo oblatori pro eodem pretio, ut
in simili privilegio in favorem Universitatis, idem
Card. de Luca *disc.* 44. *num. fin.* de Locato, & in
terminis, quod fuerat factum instrumentum venditio-
nis pro PP. Tertii Ordinis S. Francisci in Ecclesia
D. Antonii Pausilippi Neapolis pro certo pretio duc.
1500. cujusdam Domus, salvo beneplacito Apostoli-
co, & impetrato isto in forma Commissaria directo
D. Cardinali Archiepiscopo Neapolitano, iste admi-
sit novam oblationem in duc. 1602. & disputato arti-
culo in S. Congr. Concilii 17. *Augusti* 1697. fuit
dictum, *ad mentem Eminentissimi Præfecti pro concessio-
ne domus majori oblatori*, *data tamen prælatione pro
eodem pretio primo emptori*, & idem confirmavit *die*
28. *Septembris* 1697. *persistendo in decisis*: tam quo-
ad novam oblationem attendendam, uti majorem,
quàm quoad probationem. Imò cùm secundus obla-
tor in majori summa cesserit liti, eadem S.C. die 23.
mensis Novembris 1697. mandavit in forma Commis-
saria eidem D. Archiepiscopo, ut concederet, serva-
tis servandis, beneplacitum alienandi domum dicto pri-
mo emptori, pro pretio tamen oblato à secundo oblatore
in summa duc. 1062.

Hæc etenim resolutio ex prædictis videtur justa,
nam etsi fuerit factum instrumentum venditionis,
tamen cùm fuerit reservatum beneplacitum Aposto-
licum, quousque hoc subsequeretur, actus dicere-
tur nullus, & sine vigore, & interim erat locus
sine difficultate novæ oblationi. Et quamvis adve-
nisset rescriptum S. C. pro dicto beneplacito, cùm
illud expeditum fuerit in forma Commissaria, do-
nec sequeretur sententia executoris, res semper erat
integra, Card. de Luca *de alienat. disc.* 52. Ita quo-
que fuit justa sententia tribuens prælationem primo
emptori ex dictis, & quod stante renunciatione se-
cundi oblatoris majoris venderetur domus primo
emptori, pro pretio tamen oblato à secundo obla-
tore, quia iste post oblationem non potuerat re-
nunciare, revocando oblationem majorem in præju-
dicium Ecclesiæ, cùm potuerit cogi ad observan-
tiam contractus, & sic renunciando liti in gratiam
primi emptoris, iste tenebatur relevare Ecclesiam,
in statu secundæ oblationis majoris. Addendum ta-
men, quod teneretur secundus oblator reficere om-
nes expensas dicto primo emptori, si ipse voluisset 43
domum, quia illas is fecerat bona fide, stante in-
strumento celebrato, donec enim non advenisset no-
vus oblator, ille debebat facere expensas pro benepla-
cito impetrando, & illius executione, ut benè Card.
de Luca *cit. disc.* 52.

Ex dictis etiam resolvi potest, quod si fuerit 44
concessum beneplacitum, & executum, cum
facultate vendendi pro certo pretio certæ perso-
næ, nec minùs tollitur locus novæ oblationi ma-
jori, quia debet ad perfectionem actus subsequi
consensus partium in actu stipulationis instru-
menti.

Nec prædictis obstat Card. de Luca *cit. disc.* 52. *de* 45
alien. & contract. prohib. quia in dicto casu aderat
certa perfectio actus, & beneplacitum fuit obtentum
non in forma Commissaria, sed remissivè ad Thesau-
rarium, qui jam consensum præstiterat, & sic actus
erat perfectus, à quo neque Ecclesiæ licet resilire, &
quamvis non aderat instrumentum, tamen cùm con-
staret de præcisa voluntate contrahentium, ut ibi,
non erat necessaria scriptura; ulteriùs in dicto casu
concurrebat æquitas pro primo emptore, qui pecu-
niam à longinquo procuraverat. Cæterùm si agere-
tur in puncto juris, dubitarem de resolutione, quia
non de facili est admittenda perfectio actus sine stipu-
latione scripturæ, vel possessione; & quamvis posset 46
perfectio actus probari per testes, & instrumentum non
requiratur, neque subscriptio, præsertim stante bene-
placito supplente omnes solemnitates juris, del Bene
citat. dub. 9. *num.* 12. *&* 37. tamen non videbatur
credendum, ut in dicto casu, Procuratori Generali,
quia nullus administrator potest præjudicare Eccle-
siæ ex propria confessione, nisi illa adminiculata
fuerit, & potuerat consuli primo emptori per refe-
ctionem damnorum à secundo. & sic dura videtur
dicta resolutio contra utilitatem Ecclesiæ, & contra
novum oblatorem; quamvis cit. Card. de Luca *ibid. num.
fin.* præsupponat ex circumstantiis non adfuisse majo-
rem utilitatem in secunda oblatione, quo casu posset
substineri talis resolutio, *ibid. n. fin.*

Sed si secunda oblatio postea superventa sit ad æmu- 47
lationem, non debet admitti; si enim à legibus Civi-
libus tales æmulatoriæ oblationes rejiciuntur, tantò
magis sunt rejiciendæ per Ecclesiam, quæ est cul-
trix justitiæ, & quæ numquam patitur se locupletare
cum aliena jactura, Quarant. *v. alienat. vers. ad
pleniorem sub num.* 12. Bonacina *de reb. Eccl. non alien.
tom.* 1. *part.* 2. *disp.* 2. *qu. un. num.* 3. Rosa *de execut.
litt. Apostol. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 327. Corrad. *in praxi*

dispens. l. 9. cap. 5. num. 40. Ricc. *resol.* 57. *part.* 1. Non tamen facilè talis æmulatio debet supponi, nam aliqua emuntur majori pretio ab uno, quàm ab alio, Ricc. *resol.* 57. *t. nu. fin.* idque procedit vel majoris affectionis, vel commoditatis causa. Et sic non debet attendi ad hoc purum pretium intrinsecum, & æmulatio debet fortiter justificari ex probabili causa Judicis arbitrio, cùm in dubio potiùs attendi debeat major Ecclesiæ utilitas.

48 Ex prædictis colligitur quoque, quod etsi certus canon, seu pretium fuerit expressum in supplicatione facta Papæ, vel Sacr. C. si fuerit deinde facta nova major oblatio coram Executore, poterit gratia exequi ad favorem novi oblatoris, Squillant. *de privileg. & oblig. Ep. part. 2. cap. 1. num. 39.* Corrad. *cit. cap. 4. num. 57. & 58.* Rota *decis.* 1309. *num.* 9. coram Seraphino. In praxi verò servatur, ut si gratia fuerit concessa ad favorem incertæ personæ, & indefinitè, valebit pro majori oblatore, si verò sit pro certa persona, recurritur denuò ad S. Congreg. ut fuit actum in dicta Neapolitana.

49 Demum hìc erit videndum, an sit necessaria scriptura in hujusmodi alienationibus rerum Ecclesiæ? Et negativè erit dicendum, nam scriptura, & instrumentum ad actus substantiam non requiritur, Rota *decis. 43. l. 3. in correctis* coram Puteo, *decis. 10. num. 8. & decis. 29. num. 11. & 12.* coram Buratto, *& decis. 898. num. 6. vers. nec fuit necessaria coram eodem, decis. 37. num. 8. part. 4. t. 2. decis. 353. num. 1. & seq. part. 9.* & in Rom. Casalium 4. Februarii 1684. §. *Non relevante* cor. Card. Matthæio, & sic quilibet contractus potest probari per Testes, *& in cit. decis. 893. num. 6. & 9.* & priùs quo ad censum *decis. 10. & decis. 46. num. 2.* coram Buratto, cùm regulariter scriptura non sit de substantia *cit. decis. 10. num. 8.* & in terminis alienationis rerum Ecclesiæ Card. de Luca *disc. 52. de alienat. num. 6.* Rodoan. *rubr. de subscrip. n. 2. & 3.*

Contrarium videtur inferri ex Glossa *in cap. 1. §. Postquam autem ver. in scriptis vers. Nonus de Censibus in 6.* Fulgin. *de Emph. in prælud. quæst. 14. num. 9. vers. Nam si accuratè,* cit. Card. de Luca *eodem disc. 52. num. 3. & 5.* & in terminis alienationis, etiam quo ad tractatum, Rota *decis. 716. num. 3. part. 1. divers.* Passerin. *tom. 1. de stat. hom. q. 185. artic. 7. num. 550.* ubi tuetur omninò requiri Instrumentum tractatus specialiter factum, neque deferendum alienantium verbis, vel Notarii relationi.

50 Verùm in hac materia debent distingui casus; aut enim agitur de Contractu Emphytheutico, & regulariter in isto debet fieri scriptura per quoscumque contrahatur, ut est cautum *in l. 1. Cod. de Jure Emph. & in cit. Gloss. vers. 8.* & apud cit. Fulgin. & ratio est, quia cùm variæ sint leges Investituræ, debent illæ videri in scriptis, & in hoc non est differentia inter Ecclesiam, & privatos, Card. de Luca *de servit. disc. 37. num. 4.* & Rota in Mediolanen. Devolutionis Domus 4. Junii 1655. coram Meltio, & priùs *in decis. 252. num. 7. & 8.* ubi de sententia communiori, & de consuetudine universali *part. 7. recent.* quod tamen procedit ad effectum devolutionis, non tamen ad alios effectus, scilicet canonis solutionis, & laudemiorum, seu affixionis lapidum. Et an sufficiant aliæ probationes æquipollentes etiam ad effectum devolutionis, plenè Card. de Luca *disc. 37. de emph. & disc. 133. de feudis*, & in hoc, cùm Ecclesia non sit privilegiata, debet eodem jure uti, quo ex DD. sententia utuntur alii privati, ob rationem difficilis probationis pactorum per testes; & in terminis, quod in contractu emphyteutico requiratur instrumentum in alienatione rei Ecclesiæ, Gen. *in prax. cap. 107. num. 3.* Rosa *de execut. litt. Apostol. p. 1. cap. 5. num. 338.* Rota *decis. 627. num. 1.* coram Seraph.

51 Aut agitur de rebus indifferentibus? Et tunc si inspiciantur jura Imperialia *in §. Anastasius Auth. de non alien. reb. Eccles.* & alia jura citata per d. Fulgin. non sunt ea attendenda, ut pluries dixi. Si autem loquamur de jure Canonico juxta allegata per dictam Glossam, certum est, expressè non fuisse cautum neque in nostra Constitutione, ut habetur ex ejus lectura, nec etiam *in cap. hoc jus 10. quæst. 2.* in quo lex Imperialis refertur, nec minùs *in cap. 2. de his quæ fiunt à Prælatis;* nam ibi aliud non præscribitur, nisi tractatus, consensus, & subscriptio Clericorum, & hæc ultima quatenus requiratur, debet intelligi in actibus ponderosis, alienatione nempè rerum stabilium, ut in similibus quoad bona Universitatis, Bartol. *in l. 1. ff. de alb. scriben.* Decius *in cap. Cum omnes num. 10. de Constit.* Alex. *cons. 1. num. 3. l. 4.* Add. 52
ad decis. 690. litt. A. coram Buratto, quæ subscriptio intelligi potest pro actu præparativo ad alienationem faciendam, non autem pro ipso actu alienationis, & quod sufficiat in alienatione attestatio Notarii, per instrumentum consensus præstiti, Tambur. *de Jur. Abb. t. 3. disp. 13. quæst. 4. num. 10.* & benè, Rodoan. *cit. numer. 2. & 3.* Passerin. *t. 1. de statu hom. quæst. 145. num. 575.* & ita in praxi servatur etiam inter Regulares, ut non requiratur subscriptio.

Aut agitur ad faciliorem probationem, & absque 53
dubio requiritur scriptura, ut in iisdem terminis benè probat Passerinus *cit. num. 575.* ubi tradit posse ex contractu alienationis hujusmodi sine scriptis agi in judicio, cùm ille recipiat perfectionem à consensu contrahentium, Franch. *in c. 1. n. 14. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Cardin. de Luca *cit. disc. 52. de alien.*

Nec obstat quod cùm Jure Canonico requiratur subscriptio, *ut in cit. cap. sine exceptione 12. quæst.* 54
2. & consensus, ut in hac Constitutione Leonina, ergo etiam scriptura; quia hujusmodi dispositiones intelligi debent, ut causativè tantùm illa requiratur, quatenus dictæ solemnitates in scriptis redigi debeant ad faciliorem probationem, ut in similibus Burat. *decis. 120. num. 15.* nam si posset de illis constare aliunde, defectus scripturæ non officeret, quia suppletur æquivalenter per assertionem Notarii, ut benè notat cit. Passerinus *vers. hodie*. Idem dicendum est de alienatione cum Beneplacito Apostolico, quia istud solet dari in forma commissaria, & sic executor debet exequi prævio processu; imò, etsi concedatur per simplex gratiosum rescriptum, in utroque casu debet adesse scriptura; quia id non efficit, ut requiratur scriptura ratione substantiæ in alienatione rei Ecclesiæ, sed ratione probationis dicti beneplaciti, vel cum processu in primo casu, vel per rescriptum tantùm in secundo; quod si posset aliunde probari adesse beneplacitum, non requireretur scriptura, ut cit. Card. de Luca *disc. 52. cit.* ubi benè distinguit, ut in casu beneplaciti concessi in forma commissaria, cùm requiratur processus, & sententia, necessariò debet adesse scriptura; in alio verò, nisi injungatur, ut simul actus venditionis fiat, sufficit, ut constet de dicto beneplacito, & deinde contractus potest expleri sine scriptura; *ut num. 6.* & sic sufficit quod solemnitas fuerit observata, nil relevante si actus gestus non fuerit in scriptis, ut videmus si fiat mandatum Procuræ per minorem cum solemnitatibus, ad vendendum, possit deinde Procurator vendere, & inde probari venditio sine scriptura, ut prosequitur idem Card. de Luca, & sic scriptura est necessaria tantùm causativè ad probandas solemnitates, quarum facta probatione, remanet contractus probatus, cujusmodi esset inter privatos, unde posset probari etiam per testes, ut de venditione bonorum Roman. *cons. 91.* ibi Add. *per tot.* latè Magon. *decis. Flor. 135. num. 2.* Caldas Pereyr. *de empt. & vend. cap. 19. per tot.* & generaliter Card. de Luca *de benef. disc. 8. num. 9.* Afflict. *decis. 274. per tot.* ubi Ursill. ubi benè indicatur quomodo testes debeant probare, qui etiam beneplacitum amissum probare possent. Sed, ut benè ibi advertitur, testes tunc deberent probare amissionem scripturæ, & tenorem, quia scriptura requirebatur, Afflict. *cit. & decis. 302.* Rota *decis. 523. num. 4.* coram Cavalerio, & testes debent esse valdè periti, ut Ursill. *ad cit. decis. 274. num. 1.* & Caval. *in fin.* Hinc in casu relato à Rota in Romana Census 14. Februarii 1689. coram D. Hervault. ubi

in

in impositione Census facta ab insigni Capella San-
ctissimi Præsepii in Basilica Liberiana S. M. Majo-
ris pro construendo ornatu exteriori dictæ Basilicæ
de mandato fa. me. Clem. X. fuit dictum, Censum
substineri ex solo beneplacito Summi Pontificis, abs-
que scriptura, communicato Cardinali Nepoti de eo
attestanti.

55 Si verò fuisset conventum inter partes in alienatio-
ne rei Ecclesiæ cum pacto conficiendi instrumentum,
tunc certum est illud requiri, si conventio fuerit
condirionalis, secus si tantùm pro majori cautela,
56 vel si ex conjecturis videantur noluisse partes actum
perficere, sed habuisse respectum ad instrumentum fu-
turum pro actus perfectione, nam tunc liceret illis
resilire ante instrumentum, Balduc. ad Ramon. *observ.
cons.* 79. Pacion. *c.* 16. *de locato nu.* 71. Buratt. *decis.*
29. *num.* 12. Biehius *decis.* 638. *num.* 4. *& seq.* Nullius
seu Altamurana Immissionis 17. Januarii 1701. §.
nullatenus refragante vers. tunc solum, coram D. Mu-
to, vel si in beneplacito fuisset injunctum, fieri In-
strumentum, vel Scripturam, Caball. *cons.* 21. *n.* 8. *l.* 2.
Fulgin. *de Jur. Emphyt. prælud. qu.* 14. *num.* 26. *dec.* 627.
num. 6. coram Seraphino.

57 Sed quid dicendum, si fuisset facta apoca cum re-
servatione beneplaciti, & pacto conficiendi Instru-
mentum? In hoc casu dico non posse recedi, si ex
verbis constet, contractum fuisse perfectum, & In-
strumentum fuisse demandatum ad probationem tan-
tùm; Ecclesia tamen posset recedere, donec superve-
niat Beneplacitum Apostolicum; nec id est licitum
alteri contrahenti, quia cùm contractus quoad ipsum
58 sit perfectus, & non quoad Ecclesiam, quæ eget Be-
neplacito, cujus defectus ab ea tantùm est allegabilis,
nequit alter contrahens recedere, sed sola Ecclesia,
quæ nequit habere contra se contractum perfectum,
nisi subsecuto beneplacito, quod non est in Laico,
cùm perfectio actus resultet tantùm ex consensu quoad
59 se, nisi præfigatur terminus ad impetrandum bene-
placitum, Franch. *decis.* 35. *num.* 5. *&* 9. Quarant. *in
summ. Bull. v. alienatio n.* 44. *circa finem*, Sperell. *decis.*
155. *num.* 35. Rota *decis.* 27. *num. fin.* post Card. de Lu-
ca *de donation.* & alibi dicam; quod tamen limita-
tur, si in apoca poneretur pro conditione, ut obti-
neri deberet beneplacitum in tali tempore seu sub
pacto resolutivo; quia tunc consensus non esset per-
fectus, sed dependeret à futuro beneplacito, facit Ro-
ta *decis.* 144. *num.* 2. coram Seraphino.

Igitur post Extravagan. citatam Pauli II. quæ novum
jus in hac materia induxit, ut suprà dixi, duo tan-
60 tùm regulariter requiruntur ad validam alienationem
bonorum Ecclesiæ, & quidem copulativè, scilicet
causam, quæ etiam in hac Constitutione Leonina,
ac aliis juribus suprà adductis requirebatur, nec non
Beneplacitum Apostolicum, nec una sine altero actum
validum facere potest, quamvis alioquin concurre-
rent reliquæ solemnitates antiquiores, Abb. *in cap.
nulli col.* 2. *de reb. Eccl. non alien.* Gonzalez ibid. Co-
var. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. Decius *cons.* 142.
n. 2. *& sequent.* Fabius Anna *cons.* 38. *num.* 4. Redoan.
cit. tract. quæst. 22. *num.* 4. *&* 9. Corrad. *cit. lib.* 9. *c.* 1.
num. 17. Altograd. *cons.* 26. *num.* 3. *& cons.* 28. *lib.* 1.
n. 1. Pater Stephan. de Neap. *tract. de restit. lib.* 2. *cap.*
93. *& sequent.* ubi latè de materia hujusmodi alienatio-
nis, Ciarlin. *controv.* 105. Mascard. *de probat. con-
clus.* 75. Magon. *decis. Florent.* 69. *num.* 4. Merlin. *de-
cis.* 764. *num.* 2. *decis.* 775. *num.* 4. *& decis.* 887. *n.* 13.
Pamph. *decis.* 469. *la prima à nu.* 1. & Adden. *ad dec.*
63. *num.* 21. coram eodem, *dec.* 114. *n.* 35. *& seqq. p.* 9.
decis. 275. *per tot. p.* 10. *rec.* itaut per dictam Extrava-
61 gantem fuerit avocata potestas Episcopis concedendi
Beneplacitum hujusmodi, reservatis casibus ibidem non
contentis, Barb. *alleg.* 95. *de potest. Episc. num.* 2. Mer-
lin. *decis.* 775. *num.* 5. & alii supracitati D. D. & Nos
dictos casus alibi referemus.

62 Hìc tamen erit inspiciendum, an sicuti ex firma-
tis, omnes antiquæ juris solemnitates suppletæ di-
cuntur per Beneplacitum Apostolicum; è contra, si
omnes illæ adhibeantur, requiratur etiam Beneplaci-
tum Apostolicum? Et sine controversia semper re-
quiri, fatendum est, aliàs actus dicitur nullus, prout
annullat ipsa Bulla Paulina, Card. de Luca *cit. disc.* 1.
de alien. prohib. n. 3. *& disc.* 17. *num.* 4. Adden. ad Pam-
phil. *decis.* 63. *num.* 24. *decis.* 277. *p.* 4. *tom.* 2. *recent. &
decis.* 244. *n.* 22. *p.* 16. *recent.* Corrad. *cit. lib.* 9. *cap.* 1.
num. 17. *& seq.* Coccin. *decis.* 540. *nu.* 6. *& decis.* 1310.
num. 4. Ratio est, quia Papa uti Dominus Summus
omnium rerum Ecclesiæ, ejus suprema auctoritate 63
supplet solemnitates, quas Jus solùm adinvenit, ut
bona Ecclesiarum alienentur licitè; & sic supplet con-
sensum cujuscumque alterius Superioris; è contrà alie-
nans rem sine consensu ipsius Summi Domini, etsi
adsint aliæ solemnitates, invalidè distrahit, quia defi-
cit potestas, quæ non residet penes inferiorem, cùm
Jure Monarchico reservata sit apud Summum Pontifi-
cem, Ludovil. *dec.* 113. *n.* 8. ubi add. Caval. *dec.* 288. *n.* 6.
Durand. *decis.* 250. *n.* 11. & latè de Dominio Papæ erga
res Ecclesiæ, Merlin. *dec.* 775. *n.* 21. *& seq.* Et quate-
nus placebit dicere, quod Papa sit tantùm universa-
lis administrator bonorum, & beneficiorum Ecclesiæ,
de quo alibi erit sermo, semper erit verum, quod ipse
supplet solemnitates Juris, ut benè Decius *cons.* 341.
n. 12. & latè Thom. Pelliccionus Illustr. *qq. q.* 41. *c.* 27.

Undè dictum Beneplacitum est requisitum pro for- 64
ma essentiali, ac propter supremum dominium, seu
dispositionem universalem, optimo jure potuit Papa
illud sibi reservare; cùm Episcopi hujusmodi admini-
strationem habeant in suis Ecclesiis per jurisdictio-
nem eis concessam per Summum Pontificem, & ab eo
dependentem, Navar. *de spol.* §. 2. *nu.* 5. *&* §. 3. *num.* 1.
Card. Turrecremat. *in summ. de Eccles. l.* 2. *cap.* 52. *vers.*
11. Sot. *de Just. & Jure l.* 10. *q.* 1. *art.* 3. & latè apud cit.
Merlin. *decis.* 775. *num.* 21.

Beneplacitum tamen nequit supplere causam, cùm 65
ista etiam specificè requiratur, ut suprà firmavi, itaut
non existente causa, Beneplacitum reddatur nullum,
ut ex ipso contextu Extravag. nam causa, & nihil
aliud, movet Pontificem ad concedendum Benepla-
citum, Raud. *de analog. cap.* 38. *num.* 155. Corrad.
cit. l. 9. *cap.* 5. *num.* 39. Rosa *de execut. litt. Aposto-
licarum par.* 1. *cap.* 5. *num.* 346. *f. m.* 76. Merlin.
decis. 710. *num.* 8. *dec.* 178. *n.* 8. *p.* 2. *div.* Mant. *dec.* 101.
num. 5. Seraph. *dec.* 508. *dec.* 443. *n.* 2. *&* 1235. *pariter
n.* 2. nisi tamen Papa ageret de plenitudine potestatis, 66
Corrad. *cit. l.* 11. *c.* 1. *n.* 23. Nam eo casu esset validus
actus alienationis factus sine causa, Cardin. de Luca
disc. 1. *cit. num.* 7. nam Papa non est simplex admini-
strator rerum Ecclesiæ; sed habet in illis administra-
tionem dominicalem profluentem ex jure Monarchi- 67
co, uti citati DD. procedunt, & latè Bald. *cons.* 175.
num. 2. *ver. Dominus Papa lib.* 2. Card. *in Clem.* 1. *de
Summ. Trinit. & Fide Cath.* Barbat. *ibidem num.* 4. *&* 6.
Ancharan. *cons.* 310. *col.* 2. *vers. præsupposito*, *& col.* 6.
vers. non obstat, Soccin. *cons.* 349. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.*
90. *num.* 9. *lib.* 4. Decius *consil.* 341. *nu.* 9. Menoch.
cons. 287. *n.* 53. *cons.* 747. *nu.* 2. *& cons.* 817. *n.* 50. Surd.
cons. 245. *num.* 33. Mantica *de Tac. lib.* 4. *tit.* 8. *nu.* 52.
tom. 1. Lott. *de re benef. l.* 2. *quæst.* 22. *num.* 35. Rota
decis. 81. *num.* 9. 10. *& sequent. par.* 5. *recent.* Hinc si 68
Papa alienet sine causa justa, etsi peccet contra Re-
ligionem, de quo videbitur alio loco, nunquam ta-
men contra justitiam, & sic actus semper est vali-
dus, imò semper præsumitur actus gestus cum causa,
itaut ulteriùs non sit inquirendum, Lott. *de re Benef.
l.* 2. *quæst.* 22. *num.* 51. 54. *& seqq.* Redoan. *de reb. Ec-
cles. non alien. quæst.* 44. *num.* 1. *& seqq. & num.* 29. *&
quæst* 15. *num.* 29. Navar. *cit.* §. 3. *num.* 8. Card. de Lu-
ca *cit. disc.* 1. *n.* 3. & fusè Merlin. *cit. decis. n.* 24. *& seqq.*

Beneplacitum Apostolicum rursùs non supplet sub- 69
stantialia ad contractum, puta consensum, & man-
datum procuræ nullum, Tusc. *pract. concl. litt. A. concl.*
271. *nu.* 50. *& concl.* 273. *num.* 46. Altograd. *cons.* 26.
num. 12. *lib.* 1. ubi requiritur speciale mandatum cum
derogatione finium, Fulgin. *de Jur. Emphyt. tit. de con-
tr. Emphyt. qu.* 21. Ludovil. *decis.* 260. *num.* 13. *&* 16.

repetit. inter recent. decif. 52. *num.* 8, *part.* 2. & *decif.*
70 165. *num.* 22. *part.* 13. *recent.* nec tollit conditiones in
fundatione appoſitas, niſi de eis fiat in Beneplacito
mentio ſpecialis; Rota *decif.* 114. *num.* 18. *part.* 9. *re-
cent.* omnium etenim prædictorum ratio unica eſt, quia
beneplacitum nequit ſupplere actus eſſentiales ad con-
tractum, cùm adhibendum ſit pro ſolemnitate neceſſa-
ria, & forma contractus, non autem pro ſupplemento
voluntatis contrahentium.
Sed quid dicendum, ſi contractus alienationis fue-
rit utilis, an ſubſtineatur ſine beneplacito? Et vide-
71 tur poſſe ſubſtineri, quia ideò ſolemnitates juris in hu-
juſmodi alienatione fuerunt præſcriptæ, ut ſcilicet con-
ſuleretur Eccleſiæ indemnitati; ergo poſita tali utilita-
72 te, fruſtranea redditur ſolemnitas beneplaciti. Secun-
dò, in contractibus minorum, & mulierum, etſi requi-
rantur ſolemnitates, vel de jure communi, vel ſtatu-
tario decretæ, nihilominùs, illis deficientibus, adhuc
ſubſtinetur contractus, ſi cedat in utilitatem ipſius
mulieris, vel minoris contrahentis, Mantic. *de tacit.*
lib. 4. *tit.* 6. *num.* 63. & poſt Gloſs. & alios, Tiraquel,
de leg. Connubialibus Gloſs. 8. *num.* 62. de Ponte *conſ.*
1. *num.* 1. Rovit. *in pragm.* 1. *de minoribus num.* 113.
ubi ita junctis aulis judicatum refert Capycius Latr.
decif. 19. *num.* 9. ubi Gizz. Staiban. *cent.* 2. *reſol.* 159.
num. 36. igitur idem dicendum eſt in Eccleſia, quan-
do alienatio in ejus evidentem utilitatem cedit, pro-
ut ita in ſpecie docent Maſcard. *de probat. concluſ.*
57. Quaranta *verb. alienatio rerum Eccleſ. num.* 34.
Barb. *de Epiſc. allegat.* 95. *num.* 25. *in fin.* Gratian. *di-
ſcept.* 27. *num.* 2. & *ſeqq.* & plures alii, quos refert
Ciarl. *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. & Sanfelic. *decif.* 309. *num.*
7. & 8. Pellic. *illuſtr. qq. quæſt.* 41. *cap.* 25. ubi id intelli-
git, ſi utilitas ſit notoria, aliàs ſecus.
73 At his nihilominùs non obſtan. contrariam ſenten-
tiam tanquam veriorem amplectimur, cujus ſtabile
fundamentum ſternit ipſamet diſpoſitio *Extrav. Am-
bitioſa*, ex qua duo copulativè concurrere debent
ad validam rerum Eccleſiaſticarum alienationem, ni-
mirùm cauſa, & ſolemnitas; non ſufficit ergo adeſſe
juſtam utilitatis cauſam, niſi & ſolemnitas quoque
concurrat, quæ hodie tota in aſſenſu Summi Ponti-
ficis poſita eſt, & ita ex communiſſima DD. ſenten-
tia tenent Ricc. *in praxi reſol.* 7. *num.* 3. Capycius La-
tro *cit. decif.* 19. *tom.* 6. Surd. *de alimentis tit.* 7. *privil.*
46. *num.* 1. ubi expreſsè faciunt differentiam inter Eccle-
ſiam, & minorem, Garcias *de Benef. part.* 2. *cap.* 1.
num. 76. Ciarlin. *contr. forenſ. cap.* 8. *num.* 18. Magon.
decif. Lucen. 69. de Franch. *decif.* 35. ubi de Luca *num.* 2.
Sanfelic. *dicta decif.* 309. *num.* 6. ubi refert hanc opinio-
nem ſervari in Regno Neapolis, Rota *decif.* 261. *num.* 9.
cor. Roxas, & alibi paſſim.
Nec adducta in contrarium obſtant, nam benepla-
citum Apoſtolicum non requiritur tanquam ſimplex
74 quædam, & extrinſeca ſolemnitas, ſed tanquam forma
intrinſeca contractus, qua deficiente, neceſſe eſt, ut
ipſe contractus ruat. Et ſic manifeſtum diſcrimen dete-
gitur inter alienationes factas à minoribus, & factas ab
Eccleſia; in illis enim decretum Judicis eſt mera ſolem-
nitas, & extrinſeca providentia legis, ne minores,
pupilli, aliæve ſimiles perſonæ fraudibus circumve-
niantur, cùm alioquin, dicto decreto deficiente,
concurrat ſubſtantia contractus, nempè conſenſus ip-
ſius minoris rem ſuam vendentis. At in iſtis benepla-
citum Apoſtolicum eſt forma intrinſeca, & ſubſtantia-
lis, quatenus importat neceſſarium conſenſum veri
Domini, & Supremi Adminiſtratoris; nempè ipſius
Summi Pontificis, penes quem reſidet jure Monar-
chico plenaria diſpoſitio circa univerſum corpus
Eccleſiæ, & ſingula ejus membra, ita ut expreſsè *in
Extravaganti Ambitioſa* §. 3. irritetur quæcumque
alienatio aliter facta; & hanc ſententiam in ſpecie tra-
dunt Redoan. *quæſt.* 51. *cap.* 7. *num.* 21. ubi de com-
muni, Sarmiento *de redditibus bonorum Eccleſ. cap.* 2.
num. 2. Molin. *de Juſt. & Jure cap.* 468. *concluſ.* 6.
num. 4. Cardin. de Luca *de alienat. prohib. diſcurſ.*
17. *num.* 7. & *diſcurſ.* 18. *num.* 4. Rota *decif.* 764.
num. 10. & *decif.* 766. *num.* 12. coram Merlino, &
decif. 235. *num.* 5. *part.* 17. *recent.* Solet tamen S. Congr.
ſtante evidenti utilitate, ſanare, & convalidare dictos 75
contractus ſine ſolemnitate celebratos, ut præſertim
S. Congr. Concilii in Policaſtren. Alienationis 5. Julii
1681. & rursùs die 28. Novembris 1686.
Nec obſtat, quod fuit firmatum *in decif.* 575. & 76
582. & 626. coram Emerix Jun. ſubſtineri contra-
ctum cenſus etiam ſine beneplacito, ſi conſtaret de
utilitate Eccleſiæ circa pecuniam receptam, quia ve-
rè potius firmatur non ſubſtineri cenſum ex defectu
beneplaciti, ut præcisè *in prima*, & *ſecunda decif.*
num. 4. Sed quia fuit probata verſio ſortis conclu- 77
denter, & non ſolùm ex aſſertione Inſtrumenti in
utilitatem Eccleſiæ, fuit condemnata Eccleſia ad reſti-
tuendam dictam ſortem, ne locupletaretur cum alie-
na jactura; & in duabus primis deciſionibus fuit con-
demnata ad reſtitutionem fructuum, uſque ad diem mo-
tæ litis, quia contractus cenſus erat in implicito ſtatu
validitatis, non declarata nullitate Eccleſiæ; & in ſe-
cunda deciſione fuit condemnata ad fructus etiam poſt
motam litem, donec reſtitueret ſortem, quia Eccle-
ſia receperat fructus ex Palatio perfecto cum pecunia
recepta, & ſic æquum non erat, ut Eccleſia haberet
fructum ex aliena pecunia; nunquam tamen Rota fir-
mavit, quod poſſit ſubſtineri contractus ipſe cenſus
in ratione contractus, ſine beneplacito; & licèt effe-
ctus ſolutionis fructuum eſſet idem, tamen reſultabat
ex diverſo motivo, prout videmus non deberi fructus
ratione cenſus impoſiti in re aliena, & tamen deben-
tur fructus in dicto caſu loco damnorum, & intereſſe,
non quod Eccleſia teneatur ad fructus, ſi non perce-
perit, ſed eos perceptos ex aliena pecunia, correſpon-
dentes fructibus cenſus, vel ratam perceptam reſtituere
æquum eſt, cùm Eccleſia reſpuat locupletationem cum
alterius jactura.
Demum intelligi poteſt contrarium, ut actus ſub-
ſtineatur ad favorem Eccleſiæ, & iſta volente, ut di-
cam infrà etiam de minore, quia ſolemnitas fuit in-
ducta ad favorem ejuſdem Eccleſiæ, & ſic valet ad fa-
vorem cujus inducta eſt ſolemnitas actus ſine iſta
l. non ideò minus C. de Procurat. & *l. nec tutores, C. de
contrahen. & committ. ſtipulat.* nam poteſt ab eadem
Eccleſia renunciari, Imola *in l. cum lex ff. de fide-
juſſ.* Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 31. *Cod. de bonis ma-
ternis*, & infra dicam, prout an exiſtente cauſa evi-
denter utili, contractus ſit validus in foro fori, & non
incurratur pœna; poterit tamen contrahens laicus, ne
ſit in ſuſpenſo, & in actu reſciſſionis futuræ contractus
inſtare pro præfixione termini, ut Eccleſia impetret be-
neplacitum, ut etiam dicam.
Cæterùm, non omittam, ſupradictum aſſumptum 78
de validitate alienationis rei minoris, ſine decreto Ju-
dicis, non eſſe indiſtinctè amplexum *ex l. magis pu-
to §. ſi æs alienum, & l. ſi fundus, ff. de rebus eorum*,
docent poſt alios antiquiores, Surd. *de alimen. tit.* 8. *pri-
vil.* 45. *num.* 1. & 2. Capycius *decif.* 113. ubi teſtatur,
ita concluſum in S. Conſilio, ſequitur Gratian. *diſc. fo-
renſ. cap.* 27. *lib.* 1. Andreol. *contr.* 136. *num.* 10. *lib.* 2.
Mantica *loc. cit. verſ. ſed adverte*, & videtur innuere
cit. Capycius Latr. *decif.* 19. *num.* 8. ubi quod ſit in facul-
tate minoris nullitatem opponere, Rota *decif.* 110. *in fin.*
poſt Paciſ. de Salviano.
Verùm in hac re diſtinguendi ſunt caſus; aut con- 79
ſtat evidenter de neceſſitate, vel utilitate pupilli, &
tunc non ſunt neceſſariæ ſolemnitates extrinſecæ,
quia ideò iſtæ impoſitæ ſunt in cit. text. *l. magis puto*,
& in aliquibus ſpecialibus locorum ſtatutis, ut provi-
deatur indemnitati pupillorum; ſi igitur jam proviſum
ſit, ceſſat diſpoſitio legis. Si verò non appareat de
evidenti utilitate, vel neceſſitate, non ſuſtinetur actus,
ſolemnitas enim extrinſeca id agit, ut faciat præſumere
cauſam neceſſariam, ſeu utilem, & magis favendum
contractui ſolemnitatibus munito, ut ſufficiat minor
utilitas, & cauſa, quàm in ſubſtinendo contractu ſimpli-
ci, quo caſu evidentia utilitatis, vel neceſſitatis debet
eſſe ita clara, ut non requirat diſcuſſionem, quia
poſi-

posita discussione, deberet recurri ad solemnitates,
& ita concludunt ipse Gratian. *cit. discept.* 27. *num.*
6. & Rota *cit. decis.* 110. *num.* 27. post Pacif. & in
alienatione rerum minorum, cum debeat considerari
oon solùm pretium, sed aliæ circumstantiæ, nimirùm
an alienatio expediat pro utilitate minoris, an adsint
mobilia priusquam stabilia alienanda, vel quod
prius stabilia minùs præjudicialia, quàm alia magis
utilia distrahenda sint &c. ideò difficile est adesse ta-
lem evidentiam causæ probandam tempore contra-
ctus, & in hoc sensu debent intelligi DD. affirman-
tes substineri actum sine solemnitatibus ad favorem
80 minoris, prout in simili dicendum de sententia lata
in causa agitata cum Procuratore minoris non le-
gitimè constituti, ut valeat, si ea sit ad favorem
81 minoris; secus verò è contra, *l. non eo minus C. de*
Procuratorib. Et ratio est, quia valent gesta ad favorem
minorum etiam io actu non solemni, *l. pupilli, ff. de*
neg. gest. & *l. 5. §. pupillus, ff. de auct. & conf. tut. & cur.*
Pacif. de Salv. *inspect.* 3. *c.* 2. *num.* 129. Merlin. Pignatel.
cent. 2. *c.* 74. *num.* 40. & 41. Mastrill. *decis.* 13. *num.* 8.
Castil. *decis.* 26. *num.* 7. & 14. Ludovisius *decis.* 31. *num.*
9. Bich. *decis.* 588. *num.* 17. plenè Rota *decis.* 306. *num.*
23. *p.* 18. *recent.* & in Camerinen. Manutentionis, seu
Censuum 10. Martii 1698. §. *atque hinc* coram Reve-
rendiss. D. Molines, ubi in illa quæstione, an substinea-
82 tur contractus sine præsentia pupillorum, etsi adulto-
rum, adducta utraque opinione affirmativa, & negati-
va, de quo vide Actolin. *resol.* 69. *à num.* 24. Card. de
Luca *de alien. disc.* 35. *num.* 16. & *in Conflictu leg. &*
ration. observ. 6. Rota prædicta affirmavit prævalere
opinioοem affirmativam, ut scilicet validus sit actus
factus à tutore sine præsentia pupilli etsi puberis, si
concurrat evidentia utilitatis, vel necessitatis, &
suppleri quascumque solemnitates extrinsecas, concur-
rente dicta evidentia, ut in dicta *dec.* §. *certum.*

83 Conclusivè igitur asserendum est, quod sicut in alienatione rerum Ecclesiasticarum non sufficit solum Beneplacitum Apostolicum, oisi etiam oecessitas, vel utilitas Ecclesiæ, vel alia causa justa, quæ exprimitur, revera concurrat, ut post alios, Rota *decis.* 288. *num.* 6. coram Cavaler. & *decis.* 389. *num.* 3. coram Pamphil. Ita pariter viceversa, nec sufficit, solam necessitatem, aut utilitatem reliquasque solemnitates concurrere, nisi quoque accedat Beneplacitum Apostolicum, ut suprà firmavimus; & ita in occurrentia casus declaravit Sac. Congreg. Coocilii in una Signieo. alieoationis mobilium pretiosorum die 15. Martii 1692. Cum enim quidam P. Lazarus Provincialis Provinciæ Croatiæ, quædam pretiosa mobilia alienasset ex Thesauro Ecclesiæ B. Mariæ Thartacthensis, illorumque pretium ad Provincialium Conventuum egestates sublevandas subrogasset, quæ alienatio plausibiliter etiam approbata fuerat non solùm à Superiore Generali, sed à Capitulo etiam Generali, nihilominus præpositis in S. C. dubiis: *Primo an alienatio mobilium pretiosorum facta per P. Lazarum sine Indulto Apostolico fuerit, & sit valida? Secundò, an alienans sine Beneplacito Apostolico in aliquam pœnam inciderit? S. C. respondit, Ad primum negative; Ad secundum incidisse in pœnam Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, & supplicet Sanctissimo pro absolutione.*

84 Verùm nihilominus sciendum est, quod quando hujusmodi alienationes, sive contractus, in quibus Beneplacitum Apostolicum deficit, sunt ipsi Ecclesiæ utiles, si vult ipsa, potest ad S. C. Concilii recurrere, ac supplicare pro sanatione contractus, & concessione dicti Apostolici Beneplaciti, quod semper, coocurrente utilitate, indulgeri solet, ut dixi, & Ecclesia, mediante dicta revalidatione, potest talem contrahentem etiam invitum ad contractus observantiam compellere, ut tradunt de Franch. *decis.* 35. *per tot.* & ibi Carolus de Luca, Capyc. Latr. *decis.* 19. *Thesaur. quæst. forens.* 37. *num.* 2. *lib.* 3. Card. de Luca *de alien. disc.* 1. *num.* 110. Rota coram Puteo *decis.* 302. *lib.* 1. & *decis.* 350. *num.* 18. *part.* 5. *recent.* ubi quod sanatio non suffragatur, quando Papæ non fuerunt narratæ omnes, & singulæ nullitates, quæ in contractu obvenerunt.

Sed quando Sac. Congregatio ex concurrentibus 85
circumstantiis perspectum habet, dictam utilitatem non concurrere, semper respondere solet pro denegatione dicti Beneplaciti, sicuti respondit in Albanen Beoeplaciti die 2. Junii 1698. in qua, cum Fratres S. Mariæ Gratiarum facultatem concesserint cuidam habenti ædes vicinas, elevandi ejus oovam fabricam, & respectivè appodiandi super quibusdam muris Conventus, qua facultate jam pacificè prædictus cæperat uti; nihilominus escipientes deinde Fratres de nullitate contractus ob defectum Beneplaciti Apostolici, attento gravi præjudicio, quod ex dicta novæ fabricæ elevatione ipsis ioferebatur, propositis in Sacra Congeegatione Concilii dubiis: *Primò, an in contractu, de quo agitur, esset necessarium Beneplacitum Apostolicum? Secundò, an illud modo sit concedendum in casu &c. S. C. respondit, Ad primum affirmativè; Ad secundum negativè.*

SECTIO IV.

De Causis requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ ab hac Constitutione, & aliis Juribus Canonicis.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Leonis, de qua hìc, requirit causam in alienatione rerum Ecclesiæ, & n. seq.*

2 *Causæ quatuor assignantur pro alienatione rerum Ecclesiæ, necessitatis scilicet, pietatis, utilitatis, & incommoditatis.*

3 *Causa necessitatis in quo consistat?*

4 *Tempore Innocentii VIII. pro solvendo ære alieno contracto in direptione Urbis, fuerunt pretiosa ornamenta Basilicæ Vaticanæ oppignorata.*

5 *Papa an possit alienare Bona quæcumque Ecclesiæ etiam particularis, & an Vasa sacra etiam alienari possint ob necessitatem?*

6 *Alienatio rerum Ecclesiæ debet fieri cum debita moderatione, incipiendo à minoribus, itaut Vasa sacra sint ultimò alienanda.*

7 *Causa necessaria dicitur reparatio Bonorum, si non posset fieri aliunde, ita defectus supellectilium Ecclesiæ.*

8 *Necessitas debet esse absoluta, alio modo non reparabilis.*

9 *Pro qua probatio debet esse cum negativa coarctata fructuum, ut possit alienari Capitale.*

10 *Solutio salarii Procuratoris, Advocati, Medici, an sit necessaria?*

11 *Quid dicendum in constructione fortalitii?*

12 *Necessitas debet respicere eandem Ecclesiam, & non Beneficiatos, ubi plura in hoc, & de præcepto Judicis, ac renunciatione liti, & n. 51.*

13 *Non creditur soli assertioni, sed debet probari necessitas.*

14 *Confessio autem sufficeret, quatenus esset adminiculata.*

15 *Emens ex causa necessaria, debet probare versionem, secus ex causa voluntaria, & num. seq. usque ad 23.*

16 *Quid in emptore rei fideicommissariæ?*

17 *Receditur à dicta distinctione ex diversis Clausulis contentis in Beneplacito, de quibus latè, & num. seq.*

18 *Licentia vendendi bona raro conceditur pro reparatione bonorum.*

19 *Forma Beneplaciti debet observari, aliàs alienatio est nulla, & quando dicatur conditionalis, vel modalis, & n. 17. & sequ.*

20 *Ecclesia ob formam Beneplaciti non servatam potest avocare bona unà cum fructibus; sed limitatur quoad fructus in casu speciali.*

21 *Clausula, ut pretium deponatur ad effectum erogandi hoc modo, an importet modum, vel conditionem, & cujus erit onus adimplendi?*
22 *Assignatur regula cognoscendi, quando Beneplacitum importet conditionem, vel modum.*
23 *Aliquando, etsi adsint verba cum conditione, important modum, & de Clausulis, dummodo, pacto, & aliis.*
24 *Non ex pura materialitate verborum, sed ex mente, ac toto contextu Beneplaciti debet elici voluntas Papæ.*
25 *Et in dubio pro modo potiùs quàm pro conditione est interpretandum.*
26 *Ob diversitatem Clausularum, receditur à regula posita supra num. 11. ita ut in causa necessaria non detur onus emptori, & detur in causa voluntaria, & quando occurrit?*
27 *Si tamen Papa in hujusmodi Beneplacitis, seu quoad bona fideicommissi liberet emptorem, non tenetur, nisi constet de dolo.*
28 *Causa necessaria est extinctio æris alieni, dummodò creditores urgeant, ubi etiam in terminis rei fideicommissariæ.*
29 *Quid dicendum pro causa extinguendi Censum?*
30 *Limitantur prædicta, si debitum fuisset sub usuris, etiam sine urgentia.*
31 *Quod procedit etiam pro extinguendo Censu sub majoribus usuris.*
32 *Quod esset potius propriè causa voluntaria evidens, quàm necessaria, & deberet obtineri Beneplacitum.*
33 *Differentia causæ necessariæ, quam vult jus fieri, cum ea, quam facere expedit propter necessitatem Ecclesiæ.*
34 *Extinctio Census dicitur necessaria, volente debitore, & remissivè.*
35 *In casu alienationis ob causam necessariam, an requiratur Beneplacitum? & adducitur opinio negativa.*
36 *Sed resolvitur dubium cum distinctione inter necessariam causam necessitate juris & facti, & in prima non requiritur.*
37 *Necessitas juris alienandi est in Religionibus incapacibus possidendi, ubi de Domo Professa Societatis Jesu, ac aliis.*
38 *In legato relicto Religioni incapaci, ut non possit alienari, rejicitur talis prohibitio, & n. n. seq.*
39 *Prædicta non procedunt in iis rebus, quæ possunt Religiones retinere, ut Vestes sacræ, & hujusmodi.*
40 *Ita in legato facto Fratribus Minoribus pro usu fabricæ, Sacristiæ, non requiritur Beneplacitum.*
41 *Quid in PP. Theatinis, an possint vendere?*
42 *Qui possunt vendere sine beneplacito ob incapacitatem retinendi, non possunt imponere Census, & quare?*
43 *Ad causam Juris necessariam an reducatur, si bona per testatorem relinquantur Ecclesiæ cum præcepto ut vendantur, distinctio adducitur inter præceptum circa certam rem, & in genere, ibidem.*
44 *Quid dicendum, si Testator reliquerit bona, ut Ecclesia eroget in propriis necessitatibus, vel sine beneplacito? & affirmativa opinio, ut possit alienari, adducitur.*
45 *Contraria opinio firmatur contra Card. de Luca ibi cit. & n. seq.*
46 *Ista opinio intelligi debet in re incorporata Ecclesiæ, secus in non incorporata, in qua procedit prima, ubi declarationes S. C.*
47 *In bonis relictis Ecclesiæ cum lege, ut non valeant alienari etiam cum Beneplacito Apostolico, an licita sit alienatio cum dicto Beneplacito? & opinio affirmativa firmatur, & n. n. seq.*
48 *Limitatur tamen, ut fiat mentio in beneplacito, ut Papa deroget, quæ derogatio non præsumitur.*
49 *Papa redditur difficilior in concedendo beneplacito, & de forma derogationis prædictæ, & quando soleat dari, juncto nu. antecedenti.*
50 *Idem, & fortius est dicendum, si prohibitio Testatoris sit de certa re, & persona.*
51 *Necessitas Juris quando fluat à præcepto Judicis adimplendo, ut non requirat Beneplacitum, & adducitur distinctio.*
52 *An sit causa necessaria alienandi, ob extinguendum æs alienum testatoris? & n. n. seq.*
53 *Distinguuntur plures casus.*
54 *Minor etsi possit constituere dotem necessariam sine solemnitatibus, non potest tamen assignare certa bona, & majorem quantitatem.*
55 *Actus necessarius substinetur sine solemnitatibus, si fuerit gestus bona fide, & præsumitur, si adsit Decretum Episcopi.*
56 *Ecclesia hæres debitoris nequit assignare bona testatoris creditori istius, ubi adducitur declaratio S. C.*
57 *Tutor non potest alienare bona pupilli sine solemnitatibus pro extinguendo ære alieno Auctoris.*
58 *Non requiritur solemnitas, quando certa res distrahenda sit ex præcepto testatoris, secus si indeterminata sit facultas alienandi.*
59 *Declarantur doctrinæ in contrarium, præsertim respondetur Card. de Luca.*
60 *Non requiritur Decretum Judicis in alienatione certæ rei demandata à testatore, ut alienetur, & quid si id fuit in testamento, seu Codicillo minus solemni?*
61 *Respondetur aliis decisionibus S. Rotæ, ac declarantur, & n. seq.*
62 *Quomodo intelligantur Textus* in l. pr. C. quando Decreto opus non est, & Decisiones Rotæ citatæ?
63 *Vera distinctio in tota dicta materia alienationis demandatæ per Testatorem, quando possit fieri sine Beneplacito?*
64 *An data facultate vendendi rem, possit hypothecari, vel super ea census imponi?*
65 *In actu judiciali subhastationis pro debito authoris Ecclesiæ, non requiritur Beneplacitum.*
66 *Secus si agatur de debito contracto per Ecclesiam.*
67 *Sed declara, quod si agatur de debito contracto cum Beneplacito, non requiritur novum Beneplacitum, secus in casu contrario.*
68 *Subdeclaratur, quod possit Creditor Ecclesiæ habere Immissionem in Salviano, & petere subhastationem fructuum etiam sine Beneplacito, non autem Capitalis.*
69 *Respondetur contrariis authoritatibus.*
70 *Adducitur resolutio Sacræ Congregationis in hac materia.*
71 *Requiritur quoque Beneplacitum in alienatione tam voluntaria, quàm judiciali, pro solvendo ære alieno Ecclesiæ contracto ex causa necessaria.*
72 *Adducitur ratio disparitatis, quare possit fieri alienatio ex causa necessaria, sine Beneplacito, & non actus alienationis pro solvendo debito contracto ob necessitatem.*
73 *Adducitur resolutio Sacræ Congregationis, & plura considerantur pro facienda distractione, ob solutionem debiti Ecclesiæ.*
74 *Prædicta procedunt, volente Ecclesia, aliàs actus erit semper validus.*
75 *In casu nullitatis subhastationis ob non impetratum Beneplacitum, quando Ecclesia possit petere fructus, vel secus?*
76 *Error Juris quando excuset? & num. anteced.*
77 *Prædicta invaliditas alienationis per judicialem subhastationem, an procedat contra bona empta ab Ecclesia, pro quibus se constituit debitricem.*
78 *Opinio affirmativa substinetur, & respondetur contrariis, & n. seq.*
79 *Cautius esset impetrare Beneplacitum.*
80 *In alienatione voluntaria bonorum emptorum*

ab

ab Ecclesia requiritur Benepla itum, & assignatur differentia ab aliis casibus.

81 *Bona relicta Ecclesia pro certo tempore possunt restitui sine Beneplacito.*

Prædicta firmata, ut requiratur Beneplacitum in distractione judiciali, procedunt etiam in pignore date Creditori, ibid.

82 *Necessitas juris est in Ecclesia restituendi bona empta cum pacto redimendi.*

83 *Idem in pacto francandi convento.*

84 *Et in retrovenditione Census, ita ut in dictis casibus non requiratur Beneplacitum.*

85 *Hoc procedit in pura retrovenditione, non autem in extinctione, vel cessione.*

86 *Nec requiritur Beneplacitum in actu recognitionis bonæ fidei, & in confessione de recepto adminiculata; secus si non sit talis.*

87 *An requiratur Beneplacitum in retrovenditione census facta sine disdicta, & in diminutione fructuum.*

88 *Opinio Authoris cum distinctione inter censum extinctivum, & conservativum.*

89 *Alia necessitas dicitur facti, & subdividitur.*

90 *In alienatione ob necessitatem facti imminentem non requiritur Beneplacitum.*

91 *Secus si possit recurri ad Superiorem.*

92 *Dicta necessitas quomodo debeat probari, & debeat esse?*

93 *Post factam alienationem debet recurri ad Superiorem pro ejus revalidatione, & passim Sacra Congreg. eam convalidat.*

94 *An requiratur in casu alienationis necessaria consensus saltem Episcopi, & an iste debeat dari, causa cognita? latè discutitur.*

95 *Secunda causa pro alienatione rerum Ecclesiæ est pietas, & quæ sit?*

96 *Præsertim pro redemptione Captivorum à Barbarorum tyrannide.*

97 *Plura recensentur documenta Sacrorum Canonum, & exempla alienationis bonorum Ecclesiæ etiam sacrorum pro dicta redemptione?*

98 *Non procedit pro redemptione justi condemnati ad pœnam.*

99 *Commendatur pietas Summorum Pontificum præsertim sa. me. Innocenti XII. pro tali opere.*

100 *Ecclesia an teneatur redimere Captivos, etsi pauper ea sit?*

101 *Hæres gravatus potest alienare bona fideicommissi pro dicto opere pio.*

102 *Causa pietatis rursus est substentatio pauperum.*

103 *Ecclesia dicitur Mater illorum, & bona ejus sunt eorumdem.*

104 *Commendatur pietas Romanorum Pontificum erga Pauperes, & præsertim sa. me. Innocentii XII. & Regnantis Clementis XI.*

105 *Bona Ecclesiæ alienandi justa causa est subventio pauperum.*

106 *Etsi ex propria culpa sint tales.*

107 *Item pro excarcerandis Pauperibus.*

108 *Ecclesia omnes amplectitur, & alimenta subministrat ad eam confugientibus.*

109 *Tertia causa pro alienatione rerum Ecclesiæ est utilitas, ex verbis hujus Constitutionis.*

110 *Quæ utilitas debet esse evidens.*

111 *Et quando dicatur talis, nec sufficiat dubia, nec æqualis.*

112 *Sed an dicatur utilis venditio, habita fide de pretio? & negativè resolvitur.*

113 *Ab Ecclesia nunquam dicitur abdicatum dominium rei venditæ, seu distractæ, nisi soluto pretio.*

114 *Potest dari casus, ut validus sit contractus, habita fide de pretio, sed semper Ecclesia retineat dominium, donec illud solvatur.*

115 *Utilitas requisita debet esse considerabilis, tam respectu proprietatis, quàm fructus.*

116 *Remittitur arbitrio Judicis seu Exequutoris considerare circumstantias.*

117 *An sufficiat, ut Ecclesia non patiatur detrimentum? & videtur satis esse.*

118 *Contraria sententia recipitur, sed necessaria est utilitas certa.*

119 *Respondetur contrariis, ac declarantur D.D. id posse procedere in alienatione necessaria, secus in voluntaria.*

120 *Alienatio approbanda per Episcopum in causa voluntaria, etiam requirit utilitatem majorem.*

121 *An possit fieri alienatio stabilium non solùm pro causa necessaria, sed etiam voluntaria, tam in Ecclesia, quàm in minore?*

122 *Ad cognoscendam dictam utilitatem debet attendi tempus contractus, etsi posteà diminuantur bona.*

123 *Ita debet attendi sterilitas tempore contractus, etsi posteà augeantur bona.*

124 *Alii distinguunt, ut in alienatione necessaria debeat attendi tempus contractus, secus in voluntaria.*

125 *Recipitur prima opinio indistinctè, dummodò utilitas tempore contractus eliciatur debita ratione, & quomodo in stabilibus, & mobilibus id procedit? & n.n.seqq.*

126 *Differentia inter tempus calamitosum, & non tale.*

127 *Præsertim post Extravagantem, ex cujus verbis, est vera opinio prima.*

128 *Declarantur casus, in quibus posset procedere secunda opinio.*

129 *An facta transactione per Ecclesiam in emphyteusi, vel alio contractu habente tractum successivum, sit locus reductioni?*

130 *Et resolvitur cum distinctione.*

131 *Quid dicendum in locatione ad longum tempus rei Ecclesiæ, si augeatur?*

132 *Utilitas an debeat attendi tempore contractus, vel Beneplaciti? adducuntur opiniones.*

133 *Opinio cum distinctione inter Beneplacitum in forma communi, & approbativum contractus.*

134 *Opinio Authoris, & num. sequ. & præsertim, num. 137.*

135 *In casu novæ alienationis requiritur nova utilitatis cognitio.*

136 *Quomodo intelligenda opinio asserentium, debere attendi tempus contractus.*

137 *Quomodo à Papa soleant committi ista Beneplacita, & quod non soleant dari ad contractum confirmandum simpliciter, & in forma gratiosa.*

138 *An utilitas censeri debeat interfuisse?*

139 *Quid si Exequutor fuerit mixtus, an sint necessaria acta?*

140 *Fortiùs procedit, si non adfuerit solemnitates.*

141 *Limitatur dictum in num. 139. si sententia fuerit observata per 30. annos, nec requiritur centenaria.*

142 *Si verò Exequutores processerint, servatis servandis, præsumitur valida alienatio.*

143 *Sed non prohibetur Ecclesia probare contrarium de tempore contractus.*

144 *Post lapsum 100. annorum, præsumitur utilitas, etiam sine actibus.*

145 *Papa utilitatis cognitionem quomodo remittere soleat Executoribus, & quatenus hi dicantur mixti? remissivè.*

146 *Quomodo debeant Executores procedere? remissivè.*

147 *Utilitas debet esse erga ipsam Ecclesiam, aliàs non obligat successorem contractus.*

148 *Declaratio Sac. Congreg. Concilii denegantis licentiam alienationis bonorum Capitulo pro causa Indulti deferendi Cappam, & Rocchettum.*

149 *Praxis narrandi Papæ utilitatem Ecclesiæ, & Rectoris, ut obligetur successor.*

150 *Pro*

150 *Pro metienda utilitate, non debet attendi solùm major quantitas fructuum rei permutatæ, si Ecclesia dederit majorem in capitale.*
151 *An attendi debeat ultima locatio? & distinguitur.*
152 *Contractus qui potest esse ad damnum, & lucrum, nequit fieri ab Ecclesia, ubi de societate solutionis Advocato pro futuris patrociniis.*
153 *Utilitas in jurisdictionalibus elicitur ex diversis circumstantiis, prout necessitas alienandi.*
154 *An difficilis recuperatio bonorum à Barone, sit causa justa alienationis?*
155 *Pro utilitate metienda debet attendi tempus, & modus, ubi plures casus de alienatione, & creatione census.*
156 *Adducuntur casus contrarii, ut non sit utilis alienatio stabilium, etiam pro censu acquirendo.*
157 *Concesso Beneplacito pro alienatione, an possit constitui census?*
158 *Contraria opinio est quod Beneplacitum debeat ad unguem servari.*
159 *Concessa facultate vendendi res minorum, non censetur concessa hypothecatio.*
160 *Differentia inter prohibitionem juris simplicem, & assensum requisitum pro alienatione.*
161 *Contraria opinio, ut possint constitui census, & alii contractus, & quando?*
162 *Resolvitur questio cum distinctione casuum, & declarantur D. D. & decisiones, & num. sequent.*
163 *Census constitutio est jus percipiendi fructus.*
164 *Potest fieri pactum in censu, ut debitor possit extinguere intra tantum tempus ad sui libitum, non autem emptoris.*
165 *Quando nullum præjudicium irrogatur Ecclesiæ in constitutione census loco alienationis?*
166 *Onus extinguendi, cui incumbat, impositum in Beneplacito, etsi non sequatur extinctio tempore adjecto, non est nullus census.*
167 *Quando posset substineri ut possit fieri quicumque contractus, obtento Beneplacito alienationis?*
168 *Quid in feudalibus? juncto n. 159.*
169 *Extinctio census intra certum tempus solet demandari in Beneplacito, juncto n. 166.*
170 *Ad quem spectet extinctio in tali casu, an ad Rectorem successorem, vel heredem alienantem?*
171 *Dotes solvendæ ex fructibus fideicommissi debent solvi proportionabiliter ab heredibus gravatis.*
172 *Resolutiones Sac. Congregat. in casu, de quo num. 170.*
173 *Solet aliquando prorogari tempus à Sac. Congr. & quando?*
174 *Parochus alienans si fecerit melioramenta, an debeat successor extinguere censum pro tempore ad illum spectante, compensando dicta melioramenta?*
175 *Successor Rector quatenus non teneatur ad debita antecessoris?*
176 *Utilis alienatio rei Ecclesiæ an dicatur facta ob remunerationem?*
177 *Quæ merita sint necessaria pro dicta causa, ubi an pro honorario Advocati?*
178 *Merita debent esse erga Ecclesiam, & in quo gradu sint requisita?*
179 *Opinio magis vera in hac materia.*
180 *Prohibitus contrahere quando possit donationem facere ob remunerationem?*
181 *Quæ remuneratio in Ecclesia est nimis periculosa, ut valeat, nec fieri permittitur in bonis stabilibus.*
182 *Aliquando utilis dicitur contractus ex pactis favorabilibus.*
183 *Quarta causa justa alienationis est incommoditas.*
184 *Bona diruta, sterilia, & hujusmodi possunt alienari sine Beneplacito.*
185 *Pœna contenta in hac Constitutione.*

1 QUia suprà dictum fuit, in rei Ecclesiasticæ alienatione requiri justam causam, quod non solùm ex tot juribus suprà adductis statutum est, verùm etiam ex hac nostra præsenti Constitutione præscribitur *in §. Secundo*, ubi Pontifex vetat Episcopis aliquid Ecclesiæ commutare, donare, vel vendere, nisi id faciant, ut meliora prospiciant.

2 Propterea exigit occasio hujus Bullæ, ut causas breviter subnectamus, ex quibus ad talium rerum alienationem deveniri potest; nam etsi in hac Constitutione ponatur tantùm causa evidentis utilitatis, attamen quia hæc supponit necessitatem, quæ magis urget, proindè ad hunc effectum, quatuor causæ communiter à D.D. assignantur, puta necessitatis, utilitatis, pietatis, & incommoditatis, quæ duæ ultimæ duabus prioribus subalternantur, nempè pietas ad necessitatem, & incommoditas ad utilitatem, ad Text. *in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. & Clem. 1. eod. tit.* ibi, *necessitas, & utilitas Monasterii*, & alibi; ac tradunt Gonzalez *ad cap. nulli dicto tit. de rebus Eccles. alien. vel non*, Barbos. *de potest. Episc. alleg. 95. num. 23.* Azor. *2. p. Instit. moral. lib. 9. cap. 1.* Pyringh. *eodem tit. 13. decret. sect. 2. §. 1.* Covar. *2. var. cap. 17. num. 2.* Molin. *de Just. disp. 468. conclus. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 171. num. 8.* Ricc. *in prax. collect. 46.* Merlin. *decis. 887. per tot.* Rota *par. 12. recent. dec. 234. & par. 14. dec. 372. num. 1.* ac alibi passim, qui omnes justas causas alienationis, vel ad quatuor, vel ad duas reducunt.

3 Percurrendo igitur earum singulas, prima, & præcipua causa hujusmodi alienationum est necessitas, quæ legem non habet, nec illius fræno alligatur, *cap. 2. de observ. jejunii*, & illicitum facit licitum, *ca. 41. de regul. juris*. Hæc autem necessitas multipliciter considerari potest; veluti si Ecclesia ita sit aliquo damno imminenti prægravata, ut non possit ab illo declinare, sine alienatione Capitalis, seu rei, *can. sicut 12. quæst. 2. authentica Sancimus, & authentica hoc jus porrectum C. de S. S. Ecclesiis*, Glos. *in cap. 1. verb. defensor de reb. Eccles. alien. vel non*, & docent communiter D.D. Barb. *post alios de jur. Eccles. cap. 30. num. 12.* Tuschus *litt. A. conclus. 271.* Azor. *Instit. moral. tom. 2. lib. 9. cap. p. quæst. 3.*

4 Itaque pro ære alieno solvendo contracto in miserrima direptione Urbis ab Innocentio VIII. oppignorata fuerunt multa pretiosa ornamenta Basilicæ S.S. Apostolorum Petri, & Pauli, ad quæ posteà redimenda ipsemet Pontifex auxit numerum Secretariorum Apostolicorum, ut patet ex ejus Constitutione, quæ incipit *Non debet* lata de anno 1437.

5 Hinc posse Pontificem nedùm bona Ecclesiæ universalis, sed etiam Ecclesiarum particularium alienare, necessitate urgente, veluti supremum earum dominum, & administratorem, docent Castrensis *cons. 414. lib. 1.* Redoan. *quæst. 44. num. 18.* Corrad. *in prax. dispens. cit. cap. 1. lib. 9. num. 20.* ubi dicit, posse etiam urgente necessitate, vasa sacra distrahi, & alienari, imò etiam tabernariis, & negotiatoribus oppignorari, ut patet *ex cap. 1. de pignoribus* ibi, *Nullus presbyter præsumat Calicem, vel patenam, vel vestimentum Sacerdotale, aut librum Ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel fœminæ in vadium dare, nisi justissima necessitate urgente*, & tradit Gloss. *in ca. ea enim, §. hoc jus porrectum 10. quæst 2.*

6 Hoc tamen non ita indistinctè, & absolutè accipiendum est; sed solùm in subsidium, nimirum, non existentibus aliis mobilibus non sacris; si enim istarum copia foret, ab ipsis alienatio inchoanda esset, & hoc modo concedi solet licentia à Sacra Congregatione in privatis litteris directis Episcopis, ut exem-

exemplo refert Corrad. *in prax. dispensat. lib. 9. cap. 9. num.* 14. *& seqq.* & notant Covar. *lib. 2. var. cap.* 16. *num.* 8. Molin. *tract.* 2. *de Just. disp.* 468.
7 Consideratur quoque Ecclesiæ necessitas, si aliqua necessaria reparatione indigeret, nec aliunde expensæ reparationis fieri possent quàm ex rerum Ecclesiasticarum venditione. Item si Ecclesia, & ejus Altaria ornamentorum, suppellectilium, aut vasorum notabilem pateretur defectum, ut notat Redoan. *tit. de caus. utilit. num.* 101. *cum seqq.* Corrad. *dicto lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 18. *ver. causa*.
8 Duo tamen in hoc observanda sunt. Primum dictam necessitatem debere esse omninò absolutam, & aliunde irreparabilem; si enim ex fructibus, vel redditibus, aut alio modo reparari posset, non censeretur causa sufficiens alienationis, ut ultra suprà allegatos, notant Panormitan. *in cap. nulli de rebus Eccles. alien. vel non*, Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 6. Ven-
9 trigl. *in prax. par.* 1. *annot.* 1. §. 3. *num.* 23. Donat. *par.* 2. *tract.* 14. *quæst.* 9. Ricc. *par.* 1. *prax. in princ. num.* 2. Genuens. *in praxi Neapolitana cap.* 107. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 508. *num.* 8. quod debet probari per testes negativa coarctata, quod scilicet fructus non sufficiant, vel non adsint ad occurrendum necessitati, & propterea deveniendum ad distractionem Capitalis, Rota *decis.* 887. *num.* 10. *&* 11. coram Merlino, *& decis.* 261. coram Roxas, & cum supposito defectus fructuum Rota in Romana Census 14. Februarii 1689. coram Hervault, quod intelligi debet deductis alimentis, & necessariis pro sustentatione Ecclesiæ.
10 Nec dicitur causa necessaria solutio salarii Procuratoris, Advocati, & Medici, quia illa debet fieri ex fructibus, *decis.* 756. coram Merlino cum aliis confirmatoriis, unde fuit declarata nulla *in d. decis.* Merlini alienatio facta pro prætenso salario D. Fontanellæ Juris Consulti præclarissimi benemeriti de litteraria Republica, ob ejus opera typis tradita, tum quia supponebatur jam sequuta satisfactio, tum quia debebat sibi satisfieri ex fructibus; ita non fuit approbata pro legitima causa, alienatio facta pro con-
11 ficiendo Fortalitio, quia defensio spectat ad Principem, nec Ecclesia debet sustinere bellum, Dunoz. Jun. *decis.* 731. *num.* 40. quod intelligendum est de Ecclesia inferiori, non autem si haberet jura Principis, vel ageretur de necessaria defensione intra sphæram particularem, & privatam, ne ab incursione militum, vel hostium, & latronum res Ecclesiæ deprædentur; sicque concludendum, necessitatem debere esse talem, ut non possit consuli, nisi cum alienatione, & quod illa urgeat tempore contractus, Add. ad Pamphil. *decis.* 301. *num.* 10.
12 Ita non dicitur causa necessaria, si non respiciat ipsam Ecclesiam, nam si respiciat Rectorem, non est legitima pro alienatione Capitalis, quia debet ipse solvere propria onera, ut de pensione extincta pro Archidiaconatu, nulla fuit alienatio, Rota *decis.* 275. *num.* 3. *&* 4. *par.* 10. Nec obstat, quod si adesset pensio, deficeret congrua pro ministro Ecclesiæ, & sic hujus cultus diminueretur, quia in tali casu debet pensionarius petere reductionem, non autem Ecclesiæ bona distrahere, *ut d. decis.* & de debito Titularis *decis.* 94. *num.* 64. *p.* 7. & de Bullis, Collectis, ac pensionibus, ut non sint causæ legitimæ, quia sunt onera Prælatorum Titularium, *cit. decis.* 94. *ibidem*, & generaliter quando ista prohibitio dicatur inducta favore Ecclesiæ, & non Clericorum deservientium, *decis.* 318. *num.* 19. *& seqq. par.* 5. *recent.* & sic alienatio necessaria debet commensurari necessitati; unde nequit alienari res magni valoris pro necessitate modica, & debet alienatio incipere à rebus parvi momenti, minùsque utilibus, Gabriel. *cons.* 118. *num.* 5. *decis.* 275. *num.* 9. *par.* 10. *recent.*
13 Sed an præceptum Judicis sit causa necessaria? Et affirmativè dicendum, si sit Judicis competentis, Rota *decis.* 325. *num.* 18. coram Bichio, & benè in Cracovien. bonorum 13. Junii 1695. §. *nec allegabilis*, coram Emerix inter impressas *decis.* 1264. ubi de renunciatione facta liti; sed intelligendum est, si præceptum sit justum, & non sit locus appellationi, vel adsit res judicata; ita si concurrat Papæ præceptum, ut in Romana Census 14. Februarii 1689. coram D. Hervault, §. *necessitas*, ubi de præcepto Papæ, pro insigni Capella Sixtina, ut suprà dixi, facto pro ornatu Basilicæ Liberianæ.

Secundum requisitum causæ necessariæ pro aliena- 14
tione est, quod dicta necessitas debet aliunde probari, quàm ex assertione partium illam exprimentium, cùm enim huic alienationi resistat jus, ideò necesse est ad illam sustinendam, ipsius juris restrictiæ limitationem probari, ad tradita per Bart. *in l. si fortè ff. de Castrensi peculio*, Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst.* 23. *num.* 38. Surd. *decis.* 316. *num.* 14. Quarant. *in verb. alienatio nu.* 36. Ciarlin. *contr. forens. cap.* 105. *num.* 60. Verùm si confessio fuisset adminiculis fulcita, juvaret, prout in quacumque confessione ad alios effectus idem procedit, puta dotis, & hujusmodi, ut in terminis docet Tambur. *de Jur. Abb. to.* 3. *disp.* 13. *quæst.* 7. *num.* 4. Genuens. *in praxi cap.* 107. *num.* 8. ubi ex conjecturis, quod tamen procedit etiam in Executore mixto, cujus assertioni non statur, quia constare debet ex actis, secùs in Executore extrajudiciali, & mero, *decis.* 94. *num.* 44. *&* 45. *par.* 7.

Sed dubitari potest, an emptor debeat curare, & 15
probare, pecuniam esse conversam in expressam causam? Communiter DD. distinguere solent inter causam utilitatis, & necessitatis, nempe in causa utilitatis non teneri emptorem esse sollicitum de versione pretii in causam expressam; teneri verò in causa necessitatis, ita Ricc. *p.* 1. *resol.* 2. *n.* 3. *&* 4. Molin. *de Hispan. primog. c.* 4. *lib.* 4. *n.* 20. Gratian. *c.* 45. *n.* 35. Rota *decis.* 778. *nu.* 5. *&* 6. coram Penia, *& decis.* 366. coram Seraphin. *& decis.* 219. *num.* 13. coram Merlino, *& decis.* 463. post Cenc. de Censibus, ubi in terminis minoris; regulare est enim, quod emptor rei alienari prohibitæ, distractæ ex causa necessaria, & ad effectum solvendi debita, teneatur esse sollicitus de ver-
sione pretii in dictam causam; ut de emptore rei fi- 16
deicommisso subjectæ dixit Rota *decis.* 325. *num.* 5. *& decis.* 362. *num.* 11. *par.* 10. *recent.*

Nihilominus dicendum est, quod quamquam hæc 17
distinctio in abstracto vera sit, itaut si sit alienatio necessaria de jure, præsumatur obligatio versionis, secùs in alienatione voluntaria; attamen quæstionis resolutio in concreto tota petenda est ex clausulis, quæ de stylo Datariæ in hujusmodi licentiis vendendi, apponi solent; veluti si dicatur, *dummodo venditio, & pretii conversio unico contextu fiant, vel quod prius non procedatur ad venditionem, quàm inventa sint alia stabilia bona, in quorum emptionem idem pretium constituatur unico contextu*; vel si dicatur, *quod facta venditione, pecuniæ ex ea provenientes, deponantur penes Ædem Sacram, aut personam fide, & facultatibus idoneam, donec in reparationem, & refectionem ædificiorum hujusmodi quanto citius convertantur*; quæ clausulæ semper apponi solent, quando res Ecclesiæ non venditur pro reinvestienda pecunia in emptionem aliorum bonorum, sed pro reparandis Ecclesiæ domibus, vel colendis ejus agris, ut tradit Corrad. *in praxi dispens. d. lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 11.
ubi advertit, quod in hujusmodi casibus, quando agi- 18
tur de convertendo pretio in reædificationem, aut reparationem alicujus rei, non sine magna difficultate, imò rarò à Pontifice conceditur Beneplacitum, ne depauperentur Ecclesiæ.

Stantibus igitur dd. clausulis, totum negotium 19
ex earum varietate resolvendum est; si enim dictum fuit, *dummodo venditio, & pretii conversio fiat unico contextu*, vel, *quod prius non procedatur ad venditionem nisi &c.* in hoc casu emptor utique sollicitus esse debet de pretii conversione in causam expressam, non quidem ex aliqua juris dispositione; nam diximus, quod in causa voluntaria emptor ad hoc

hoc non tenetur; sed pro observantia formæ, sub qua Beneplacitum Apostolicum conceſſum fuit; forma enim Commiſſionis non observata, actus redditur nullus, ad Text. *in cap. cum dilecta de rescriptis*, & in specie, quod ex non observantia formæ præscriptæ in Beneplacito Apostolico, alienatio sit nulla, tradunt Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 68. nu. 5.* Rota *decis. 288. num. 2. & 3.* coram Cavaler. *& decis. 275. num. 21. par. 10. recent.* & consequenter ex nul-
20 litate alienationis, sive contractus, licitum esset Ecclesiæ, quandocumque vellet, res suas nulliter alienatas repetere, ut tradit Rota coram Duran. *decis. 256. num. 2.* ubi quod stante nullitate, fructus etiam veniant restituendi à die alienationis, quod tamen verum non est, si contractus reperiatur interim in implicito statu validitatis, ut nos alibi dicemus, & videri interim potest Spetell. *dicta decis. 155. num. 67.* Rota *decis. 29. post Cencium de Cens. num. 4. & 5.*

21 Sed si Beneplacitum conceptum sit cum clausula, *dummodo pretium subrogetur in aliud prædium*, *vel quod pecunia ex venditione provenientes, deponantur donec reinvestiantur*; in hoc casu non tenetur contrahens esse sollicitus de effectiva pretii conversione in causam expressam, cùm sufficiat, si solverit pretium, vel illud deposuerit, si fuerit demandatum depositum; ratio discriminis non aliundè consurgit, quàm ex diversitate formæ, sub qua conceptum est Beneplacitum; in primis enim casibus, investimentum, sive conversio pretii censetur apposita per viam conditionis, quæ proptereà ad unguem servanda est; in secundis verò censetur apposita per viam modi, cujus omiſſio substantiam contractus non vitiat, ut in proposito tradit Card. de Luca *de alienationibus disc. 1. num. 72.*

22 Ad dignoscendum verò generaliter quando clausulæ appositæ, sint modales, vel conditionales, prima, & principalis regula firmanda est, ex eo nimirùm, an adimplementum sit demandatum ex parte ante, vel ex parte post; si enim sit appositum ex parte ante, vel unico contextu ordinatum, tunc censetur appositum per modum conditionis, cujus effectus est, ut sine illius adimplemento omnia disposita ruant. Sed si ex parte post, tunc censetur appositum per viam modi, nempe non adimplendum, nisi postquam contractus jam perfectus fuit, & in esse deductus, juxta magistralem distinctionem, quam tradit Bald. *in l. cum eorum, Cod. de sententia, & re judicata*, Anan. *cons. 75. num. 1. lib. 1.* Paris. *cons. 19. num. 254.* Salicetus *cons. 119. num. 1.* Card. de Luca *de alien. disc. 1. num. 73.* Rota *decis. 39. n. 1. par. 1. divers.*

23 Imò hanc conclusionem procedere, etiam si dictum fuerit, *cum conditione*, voluit eadem Rota *dicta decis. 39. num. 2.* & de clausula *dummodo*, ut importet aliquando modum, aliquando formam, Rota *decis. 338. num. 5.* coram Seraphino: quando enim dispositio, vel præceptum non est de sui natura conditionale, non potest fieri tale vigore clausularum, & verborum, etiam quod ista videantur importare conditionem, ad *Text. in l. Mævia ff. de manumiſs. testam.* & docet Gratian. *discept. forens. c. 136. n. 13. & 14.* & post alios antiquiores, firmavit Rota coram Coccino *decis. 272. num. 2.* ubi quod verba *cum conditione, pacto, ac prohibitione expreſſa*, non faciunt conditionalem dispositionem, quæ de sui natura non est talis.

24 Constat igitur ex supradictis, ad cognoscendum, an adimplementum à Summo Pontifice demandatum, sit conditionale, nec ne, non esse faciendam vim in ipsa materialitate verborum, sed potiùs attendendum esse totius orationis contextum; aliquando enim verba, licèt ex natura sua denotent conditionem, attamen attento Orationis contextu, non faciunt dispositionem, vel præceptum conditionale, sed modale; & viceversa, verba, etsi modum importare videantur, attamen conditionem aliquando inducunt, ut discurrunt, Alex. *cons. 119. n. 1.* Menoch. *cons. 131. n. 2.* Meres. *de major. quæst. 2. par. 4. collat. 8. num. 290.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 2. cap. 12. num. 50.* Gratian. *discept. for. cap. 136. per tot.* Card. de Luca *de Fideicommiſs. disc. 154. num. 12.* Rota coram Dunozet. Jun. *decis. 882. num. 9.* coram Bichio *decis. 132. num. 12.*

Quod si perpensis singulis, res dubia sit & anceps, communiter DD. concludunt, quod verba potiùs ad modum, quàm ad conditionem referenda sint, ad tradita per Mantic. *de conjectur. lib. 10. tit. 5. num. 12.* ubi de veriori, & communiori opinione, testatur Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 11. num. 114.* Mascard. *de probat. in verb. conditio conclus. 343. num. 1.* Sanfelic. *decis. 175. num. 8.* Gratian. *discept. for. cap. 44. num. 17.* Magon. *decis. Flor. 144. num. 9.* Rota *decis. 39. num. 5. par. 1. divers. & decis. 283. num. 12. par. 11. recent.* 25

Attamen ex varietate dictarum clausularum, quæ à Summo Pontifice possunt, & solent apponi in licentia cujuscumque alienationis, juxta frequentiorem formulam, sive ex causa necessaria, sive voluntaria, faciendæ, constat confundi distinctionem illam, quod debitor teneatur esse solicitus versionis pretii in causa necessaria, non verò in causa voluntaria; nam dari potest totum oppositum casus; nempe, ut emptor non teneatur esse solicitus in causa necessaria, veluti, si in Beneplacito Apostolico apposita fuerit clausula, *quod pecuniæ ex venditione provenientes deponantur*; in hoc enim casu sufficit, si emptor pecuniam deponat, etiamsi deinde versio revera facta non fuerit; & viceversa, ut emptor ex causa voluntaria teneatur esse solicitus de versione, veluti, si in Beneplacito, versio per modum conditionis, & unico contextu demandata sit, ut ex hactenùs deductis clarè patet, & advertit Card. de Luca *dict. disc. 1. num. 76. de alien. & contract. prohib.* & sic dicta distinctio, quod versio debet procurari à dante pecuniam in alienatione ex causa necessaria, secus si fiat ex voluntaria, procedit tantùm de jure, quatenùs non adsint in Beneplacito clausulæ contrarium suadentes; semper tamen advertendo, quod si dubitetur de vigore clausularum, semper prævalere debet præfata juris assistentia, & juridica distinctio. 26

Verùm nihilominus est, quod aliquando hujusmodi alienationes, sicuti etiam illæ bonorum fideicommissariorum permitti solent à Summo Pontifice cum clausula, *quod emptor, sive ille, in quem fit alienatio, non teneatur esse solicitus de investimento pretii*; quo casu, certum est, non teneri, & solvendo pretium, contractus dicitur perfectus, dummodò tamen in reliquis servetur ad unguem forma Beneplaciti Apostolici, qua servata, emptor omnino liberatur, etiamsi deindè pecunia parùm tutò investiatur, ut in specie tradit Rota *decis. 201. num. 3. in fin. par. 1. rec.* & in terminis fideicommissarii eadem Rota *dec. 511.* coram Ludovis. *dec. 116. num. 19.* coram Cello, & coram Otthobon. *dec. 249. n. 7.* ubi concordantes, & benè *in dec. 741.* coram Card. Cerro, *& dec. 544.* coram Emerix Jun. quod tamen d. Card. de Luca limitat non procedere, quando fraus, vel collusio adsit cum ipsomet emptore, vel in quem fit alienatio, ut videtur sentire Rota *decis. 356. num. 21. & seqq. par. 16. recent.* 27

Sed quia diximus, pro causa necessaria alienationis, assignari inter alias, solutionem æris alieni, hinc advertendum est, quod hæc causa non dicitur necessaria, nisi quando creditores urgerent pro crediti consecutione, ut tradunt Redoan. *d. tract. de reb. Eccles. non alien. quæst. 19. num. 1. & 87.* Quarant. *in Summ. Bull. v. alienatio num. 36.* Gabriel. *cons. 118. num. 15.* Ciarlin. *contr. 185. num. 58.* Rota *decis. 275. num. 8. p. 10. rec.* & in terminis fideicommissarii alienantis bona fideicommiſſi docet Card. de Luca *de fideicommiſſi disc. 162. num. 5.* Add. ad Ludovis. *decis. 299. n. 6.* Dunoz. Jun. *dec. 846. num. 32.* revocando 28
decis. 556. ejusdem; hinc si ageretur de censu, in quo 29
juxta Bullam S. M. Pii V. sors est irrepetibilis, non

dice-

diceretur adesse urgentia, ut notat cit. Card. de Luca
num. 5. & Rota decis. cit. 846. num. 30. decis. 26. post
Cencium, de Censib. decis. 1109. coram Seraphino.
Verùm contrarium dico, si debitum fuisset subjectum
30 gravibus usuris excedentibus fructus bonorum alie-
natorum, ut in terminis minoris Merlin. Pignatel.
cit. Cent. 2. contr. 74. num. 30. parificatur enim, quod
creditor urgeat, & quod sit sub usuris debitor, Ciar-
lin. controv. 217. nu. 23. & 24. decis. 350. num. 9. coram
Dunoz. sen. plenè Rota decis. 58. num. 226. & 9. coram
Bichio decis. 253. num. 18. & 19. par. 18. recent. unde
31 possent alienari bona Ecclesiæ pro solvenda sorte
Census, si sit sub majoribus usuris, quàm essent fru-
ctus rei alienatæ, ita tamen, ut non sit verè, &
32 rigorosè causa necessaria, sed ea quæ coincidit cum
utilitate evidenti, quam haberet Ecclesia se eximen-
do à fructibus majoribus, servata tamen impetratione
Beneplaciti Apostolici, ut observat Pacion. de locat.
cap. 14. par. 10. num. 25. Spetell. decis. 154. num. 106.
107. & Rota decis. 287. num. 5. post Cencium de cen-
sib. ubi dicto casu versio non debet curari à dante
pecuniam pro extinguendo censu, quia verè non
est actus necessarius; nec dici potest necessarius actus,
vel necessitate juris, vel facti non admittentis mo-
ram, ut non sit impetrandum Beneplacitum, ut in
casibus infra dicendis, & benè Fagnan. in c. Pasto-
ralis num. 11. de his quæ fiunt à Prælatis; differt enim
33 alienatio, quam vult jus fieri, & ea quam jus non
præcipit fieri, sed propter necessitatem Ecclesiæ fieri
expedit. Prima dicitur alienatio necessaria, secùs se-
cunda. Sed dubitari potest, an extinctio census sit
34 causa necessaria? Et certè quod volente debitore,
actus retrovenditionis dicitur necessarius ad formam
Bullæ Pianæ, prævia disdicta, ut infrà dicam.

35 Numquid verò in causis alienationis rei ob neces-
sitatem, sit impetrandum Beneplacitum Apostoli-
cum, vel actus substineatur sine eo? Et videtur pri-
mò dicendum non valere actum sine Beneplacito,
quia ut suprà dixi, requiritur causa unà cum Bene-
placito, Barb. de potest. Episc. par. 3. alleg. 95. num. 2.
Fagnan. in cap. nisi essent num. 56. de prebendis, Card.
de Luca de alien. disc. 1. num. 2. decis. 764. num. 1. &
4. coram Merlino, & in terminis alienationis rei
Communitatis, decis. 365. num. 4. & 5. par. 15. re-
centior.

36 At nihilominus distinguendum est inter alienatio-
nem necessariam necessitate juris, & illam necessa-
riam necessitate facti; in primo casu si fiat aliena-
tio, recepta est in Curia theorica Antonii de Bu-
trio in cap. Pastoralis nu. 11. & Abb. ibid. num. 5. de his
quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit. non requiri
Beneplacitum Apostolicum, Gales. de alien. pag. 165.
vers. 6. exceptio, Fagnan. in cit. cap. nulli num. 27. de
reb. Eccles. non alien. & benè in cit. c. Pastoralis num. 11.
& 12. Card. de Luca cit. disc. 1. num. 120. & seq. Ista
verò necessitas juris verificatur nedum in illis Re-
37 ligionibus, quæ non possunt acquirere, sed etiam in
iis, quæ ex eorum instituto sunt capaces acquirendi,
sed debent vendere, cùm non valeant retinere, Gra-
tian. discept. 202. ubi in terminis etiam Religiosi in-
gredientis in Monasterium, & demandantis bona
vendi pro debitis satisfaciendis, quod illa possint
vendi sine Beneplacito, ea ratione, quia cùm dicta
bona dentur non ut perpetuò sint apud Ecclesiam,
idcircò non fiunt bona Ecclesiastica, & in terminis
Domus Professæ Societatis Jesu, quæ est capax acqui-
rendi, ad effectum tamen vendendi, cit. Gratian. &
Ventrigl. cit. adnot. 1. §. 4. num. 4. ubi de Luca in addit.
38 Quaranta cit. num. 32. Quodque locum habet etiam
in legato relicto incapaci, ut non possit alienari,
quia rejicitur dictum onus à jure; non tamen pro-
cedit dicta necessitas in dictis Religionibus, quoad
39 ea bona, quæ possunt retinere, utpote sunt res fa-
ctæ ad usum Sacristiæ, seu pro commoditate Fabri-
cæ, seu sint mobilia usualia, Ventrigl. cit. §. 4. num.
4. & de Luca ibidem num. 2. versic. quæ procedunt.

40 Unde si fiat legatum Fratribus Minoribus alicujus
rei pro usu Fabricæ, vel Sacristiæ, utique valet, ut
aliàs dicam, nec requiritur Beneplacitum pro illius
alienatione, quia fuit factum cum modo licito, ut
scilicet vendatur, & pretium convertatur in causam
à legante volitam, Pignatell. consult. 95. numer. 16.
tom. 6. ubi adducit resolutionem S. C. Fagnan. cit.
c. Pastoralis num. 12. Ita PP. Theatinis est concessum 41
alienare bona sine Beneplacito eademmet ratione,
quia non possunt retinere; non autem possunt cen-
sus imponere, S. C. C. 5. Novembris 1644. Pignatell. 42
tom. 1. consult. 28. Gratian. cit. Et ratio discriminis
est, quia alienatio bonorum procedit ex necessitate
juris prohibentis ex instituto illius Religionis reten-
tionem bonorum, sed creatio census procedit ex ne-
cessitate facti, & sic requiritur Beneplacitum, ut de-
clarat S. C. apud Pignatell. cit.

Ad hanc etiam juris necessitatem ille casus reduci 43
videtur; si nimirùm ex testatoris dispositione injun-
gatur, ut bona relicta statim vendantur, eorumque
pretium in aliarum rerum emptionem erogetur; hoc
sanè casu, testatoris præceptum tanquam lex obser-
vandum esset, ad Text. in §. disponat authentica de
nuptiis, & sic statim, non expectato Beneplacito A-
postolico, adimplendum; secùs verò si testatoris vo-
luntas non requirat instantaneam venditionem, sed
puram facultatem vendendi, & ita intelligendi sunt
Gratian. & alii disc. 202. num. 37. & ratio discriminis
est, quia primo casu, nulla propriè videtur fieri alie-
natio, nam finis testatoris exigentis relictorum in-
stantaneam venditionem, & aliorum subrogationem,
videtur fuisse relinquendi bona subrogata, non autem
vendenda; secùs verò in secundo casu, quo ad ar-
bitrium Ecclesiæ alienatio permittitur, & benè in
consimilibus terminis minoris, Rota decis. 172. n. 37.
par. 7. recent. & sic generaliter, causa necessaria est
ea, qua quis ab initio compelli potest ad alienan-
dum, puta si adsit lex testatoris præcisa, si ex insti-
tuto nequeat bona possidere, ut in similibus termi-
nis causæ necessariæ quoad statutum de non alienan-
do, Rota decis. 177. num. 8. par. 1. recent. & benè di-
stinxit, cum Abbate, Butrio, & aliis, Fagnan. cit. cap.
Pastoralis num. 11.

Sed quid dicendum, si testator aliquod reliquerit, 44
vel donaverit Ecclesiæ, cum facultate illud erogandi
in proprias necessitates, & sine Beneplacito, an sub-
stineatur alienatio sine eo? Et affirmant aliqui ex ea
ratione, quod quilibet potest apponere rei suæ mo-
dum, & legem, ad textum in cap. verum de condit.
app. & suprà diximus, del Bene de Immun. cap. 11.
dub. 10. Card. de Luca de contract. prohib. disc. 1. num.
128. qui adducit rationem, quia sicuti potuisset te-
stator relinquere bona tertio, ut pecuniam daret Ec-
clesiæ, ita posset directè Ecclesiæ permittere aliena-
tionem, & facit Rota decis. 212. num. 11. par. 18. re-
cent. quod minor se possit obligare sine solemnitati-
bus in vim præcepti paterni.

Contrarium tamen dixerunt Barb. de potest. Episc. 45
alleg. 95. num. 70. in fine, Quaranta v. alienatio anod.
16. num. 31. Cortad. in praxi disp. lib. 9. cap. 7. qui etsi
num. 14. referat contrariam opinionem, hanc nihil-
ominus sectatur, & juxta illam decisum refert co-
ram Datario, tempore S. M. Urbani VIII. illam ap-
probantis, Gales. fol. 165. vers. 7. limita; sed debet
intelligi hujusmodi opinio de re jam Ecclesiæ incor- 46
porata, itaut alienationis actus percutiat tempus post
incorporationem, quia tunc considerantur bona Ec-
clesiastica, & uti talia subjiciuntur Extravaganti, &
solemnitatibus ab ea præscriptis, & propterea condi-
tio contraria rejicitur, utpote contra jus, & præ-
bens ansam administratoribus defraudandi Ecclesiam.
In bonis autem non incorporatis, & statim ven-
dendis ex præcepto testatoris, tunc cùm non acqui-
sierint dictam qualitatem Ecclesiasticam, posset pro-
cedere prima opinio, juxta declarationem S. Congr.
Episc. in Imolen. 5. Februarii 1602. Bona Ecclesiæ
non incoporata possunt alienari sine solemnitate ad
solvendum æs alienum testatoris, apud del Bene in

addit.

addit. v. Alienatio vers. signanter; & quod in re relicta à testatore, ut vendatur, dummodo pretium erogetur in beneficium Ecclesiæ, juxta piam dispositionem testatoris, non requirantur solemnitates Extravagantis, interim verò penes Ædem sacram, vel personam fide dignam & facultatibus idoneam pretium deponatur, declaravit S. Congr. Episc. in Ferrarana 9. Decembris 1639. apud cit. del Bene *vers. in rebus*.

47 Si verò testator bona reliquerit cum lege, ut non valeant alienari, etiam cum Beneplacito Apostolico, controvertitur, an alienatio fieri valeat? Et negativam sententiam docent plures DD. relati per Dianam *par.* 10. *tract.* 16. *resol.* 8. & 85. Contrarium tamen est dicendum, ut ipse Diana docet *dicta resol.* 83. Barbos. *de Jur. Eccles. cap.* 30. *num.* 15. nequit enim testator tollere à bonis Ecclesiasticis naturam infixam subordinationi Summi Pontificis, & qualitas illa rejicitur tanquam contraria ipsi naturæ bonorum; si enim per voluntatem testatoris fiunt bona Ecclesiastica uti Ecclesiæ relicta, nequit eodem tempore illa non Ecclesiastica declarare, & non subordinare universali bonorum Ecclesiasticorum Dispositori. Verum tamen est, quod stante tali prohibitione, debet in impetra-
48 tione Beneplaciti fieri mentio dictæ prohibitionis, aliàs non censetur Pontifex derogasse voluntati testatoris, Pellic. Ill. qq. *quæst.* 41. *cap.* 13. Cavaler. *dec.* 29. ubi Rota post ipsum *decis.* 46. Ricc. *p.* 1. *resol.* 42. ubi ponit decisionem S. Rotæ, & sic ob causam necessariam, ut non possit adiri Papa, debent alienari in subsidium aliarum rerum, aliàs alienatio non valet, & ita intelligi debet Ventrigl. cit. *num.* 31. nec supponitur Papam denegasse, nisi exprimatur, apud cit. Riccium.

Præsertim procedit inalienabilitas, si agatur de aliquo prædio, vel re pretiosa, seu mobili præcisè à testatore relicta pro certo usu, quia tunc requiritur commutatio expressa voluntatis per Papam tantùm præstanda, Redoan. *cit. rubr.* 18. *num.* 74. & 82. Pelicc. cit. §. *Supradicta, ubi in §. seq.* dicit, quod urgente necessitate, posset alienari res, non obstante prohibitione; quod intellige, si sit præcisa, ut distrahatur talis res, & aliàs ut infra dicam de alienatione ob necessitatem facti, nam Pontifex redditur difficilior in concedendo Beneplacito pro hujusmodi alienationibus, Mantica *de Conjectur. lib.* 9. *tit.* 10. *num.* 12. Ricc. *in prax. decis.* 45. *tom.* 5. Rota *decis.* 114. *num.* 18. *& seq. par.* 9. itaut redderetur dictum Beneplacitum nullum, etiam quod haberet clausulam: *non obstantibus*, Redoan. *cit. qu.* 62. *num.* 2. Corrad. *ibid. num.* 6. & semper solet apponi Clausula, *dummodo non sit*
49 *per testatorem adjecta pœna caducitatis*, quia esset alteri jus quæsitum, quod Papa non solet tollere, nec etiam Judæo, aut infideli sine causa urgente. Solet etiam Papa in tali casu pœnam caducitatis imponere, ut subrogentur alia bona cum clausula non alienandi, & cum pœna, ac vocatis omnibus, quorum interest, & quo ad derogationem prædictam, facit Corrad. *cit. loco*, & Rota *decis.* 114. *num.* 18. *& seq. par.* 9. *recent.*

50 Idem, & fortiùs etiam esset dicendum, si prohibitio alienandi esset in rem, seu personam certam; imò diceretur fortior tanquam respiciens rem, & personam, ut latè apud Corrad. *loc. cit. num.* 13. qui in praxi in hac materia scripsit.

51 Necessitas etiam juris dici potest, si adsit præceptum Judicis, & quidem non evitabile, ut suprà dixi, Bich. *decis.* 525. & *cit. decis.* Cracovien. coram Emerix *decis.* 1264. *num.* 8. vel si adsit Papæ mandatum, ut in cit. Romana Census 14. Februarii 1689. coram D. Hervault; & in istis casibus, si præceptum sit præcisum pro certa re alienanda, non dubitatur, non esse necessarium Beneplacitum; si verò sit in genere de danda pecunia, tunc requiritur Beneplacitum præscribens quomodo, & quando debeat aliquid alienari; ita quoque si per tempus licebit obtinere Beneplacitum, etiam concurrente jussu Judicis, debet illud impetrari, & si adsit præceptum Papæ in danda pecunia, quia non ideò cogitasse dici valet de alienatione ob id facienda; nec obstat *cit. decis.* coram D. Hervault, quia ex circumstantiis argui poterat præcisa voluntas Papæ, ut imponeretur census pro contribuenda pecunia, stante tractatu Cardinalis Nepotis, & Protectoris Capellæ Sixtinæ, & *decis.* coram Emerix procedit in dimittenda re certa juxta jussum Judicis.

Sed quid dicendum, si alienentur bona pro sol- 52
vendo ære testatoris alieno, an sit causa necessaria, ut non requiratur beneplacitum? Et quod sit necessaria, certum est, nisi testator velit, ut solvantur ex fructibus. Sed si urgeat Creditores, & non adsint fructus, quid dicendum?

Dico quod existente præcepto testatoris, ut bona 53
certa vendantur, & solvantur debita, non requiritur beneplacitum, quia non fiunt Ecclesiastica, nisi deducto dicto ære alieno, & fuerunt acquisita dicta lege. At non existente dicto præcepto, seu etiam existente, sed generaliter ut bona vendantur, dico quod requiritur beneplacitum in alienatione certorum bonorum, ut infrà dicam in venditione bonorum emptorum pro solvendo pretio venditori; & ratio est, quia Ecclesia potest lædi in venditione horum, vel
aliorum bonorum, ut actus sit sine læsione, ut ha- 54
betur in minore, quia etsi possit constituere dotem necessariam sorori sine solemnitatibus, non autem voluntariam, Card. de Luca *de dote disc.* 65. *num.* 5. *decis.* 126. *nu.* 9. coram S. M. Alex. VIII. & *decis.* 262. *par.* 9. *recent.* tamen requiritur solemnitas, si agatur de actu, vel quo ad quantitatem, vel quo ad assignationem bonorum pro dote, quia posita necessitate in actu primo, potest læsio adesse in actu secundo assignatæ majoris quantitatis, vel in pretio specificè assignatæ pro quantitate, ut benè prosequitur cit. Card. de Luca; & quamvis actus necessarius alie-
nationis rei Ecclesiæ substineatur sine Beneplacito, 55
Rota *decis.* 39. *num.* 8. & *seq. p.* 11. *recent.* & *decis.* 20. post Roderic. *de annuis reddit.* & infrà citandi, & *decis.* 261. *num.* 12. coram Roxas; tamen videri saltem debet, si fuerit actus gestus bona fide, & cum debitis diligentiis, ut præsumere faceret Decretum saltem Episcopi, vel intelligendi sunt DD. in necessitate imminente, ut infrà dicam.

Hinc Ecclesia hæres debitoris in scutis tot, nequit 56
assignare pro credito certum fundum sine Benaplacito Apostol. non existente præcepto testatoris; & ratio est, quia potest Ecclesia lædi, vel in assignatione, vel circa pretium, unde in simili casu S. C. C. in una Policastren. 5. Julii 1681. ad dubium, *An Ecclesia, seu Capella possit sine Beneplacito Apostolico ad hujusmodi assignationem devenire?* respondit *negativè, sed Episcopus absolvat, & convalidet contractum*; quia aderat utilitas.

Pari ratione non potest tutor alienare bona pu- 57
pilli hæredis pro dissolvendo ære alieno auctoris, sine solemnitatibus, quia potest adesse læsio in venditione, ut benè Surd. *decis.* 77. *num.* 2. Gratian. *decis. Marchia* 131. *num.* 4. etsi testator mandaverit debitum tolli, quia intelligi debet, ut fiat, servatis servandis, ut ex verbis *textus in l.* 1. *ff. de rebus eorum*,
Gratian. cit. *num.* 5. & ut non requirantur solemnita- 58
tes, opus est, ut testator mandaverit distrahi rem certam pro debito dissolvendo, nam si facultas fuerit indeterminata, requiruntur solemnitates, quia potiùs in una quàm altera re vendenda potest dari læsio, ut benè cit. Gratian. *num.* 7. & 8. Surd. *cons.* 151. *num.* 18. *vers. ex his*, & *decis.* 77. *num.* 2. & *seq.* Hodierna *ad decis.* 278. ejusdem Surd. *num.* 19. de Luca ad Franchis *decis.* 302. *num.* 8. *vers. advertendum*, & benè Rota *decis.* 355. *p.* 12. *recent.* & *decis.* 579. *n.* 27. & 28. ubi firmatur hæc distinctio *p.* 19. *t.* 2.

Nec obstat quod contra primam decisionem scri- 59
psit Card. de Luca, *de alien. disc.* 35. *num.* 4. & 6. quia verè auctoritates citatæ suprà deveniunt ad dictam distinctionem, quæ non est idealis, ut supponit

dictus

dictus Card. ut ex lectura; nec obstat textus, ut ipse dixit, *in l. 1. C. quando decreto opus non est:* quia casus textus est, quando pater mandavit in testamento, ut restituto pretio à Titio, huic certum prædium restituatur, quod idem est, ac retrovendatur, unde procedit in casu alienationis permissæ rei certæ, & in his terminis loquuntur D. D. ut non re-
60 quiratur decretum Judicis, quia Patris voluntas stat pro eo, Afflict. *decis.* 285. *num.* 10. ubi de facultate alienandi certam rem, Franch. *decis.* 302. & alii plenè cit. per Barb. *in collect. ad cit. textum n. 3. & seq.* itaut etiam procedat, si voluntas sit in testamento, seu Codicillo minùs solemni.

61 Nec minùs obstant *decis.* 192. post Zacch. *de oblig. cam.* 172. *par.* 7. *& decis.* 39. *par.* 11. *recent.* relatæ à cit. Card. de Luca; quia prima procedit in casu longè diverso, nam agebatur de obligatione minoris in negotio, quod continuari Pater jussit, & tunc quia præceptum est certum, necesse est permittere actus consecutivos ad illud, & in his terminis est *decis.* 212. *num.* 11. *par.* 18. quod minor possit se obligare in vim præcepti paterni, & sic actus demandatus à patre est certus. Secunda procedit in alienatione rei certæ permissæ. Et tertia demum est in casu minoris dotantis sororem, quod utique, ut dixi, potest facere ad sensum suprà adductum.

62 Cæterùm non est admittendum indefinitè, quod dixit *cit. decis.* 355. *num.* 35. *par.* 12. quòd facultas concessa vendendi rem in *cit. textu l. 1. C. quando decreto opus non est*, intelligatur data, servatis servandis, quia expresè textus decidit non requiri decretum, & docent citatæ doctrinæ; nec *decis.* 31. post Merlin. *de pignor.* loquitur in terminis, sed dicit quod præceptum distrahendi bona fideicommissi pro dote, intelligi debeat, non existentibus bonis liberis.

Si verò sensus decisionis fuisset, quod, data facultate per testatorem vendendi certam rem pro dissolvendo ære alieno, intelligi debet, ut etsi non requiratur decretum Judicis, tamen debent adhiberi subhastationes, & aliæ formæ opportunæ, ut bona vendantur pro majori pretio, ad quod sunt inductæ solemnitates; & verus est sensus, quia præceptum testatoris tollit necessitatem decreti Judicis, ut vendantur tantùm, ut benè Staiban. *resol. for.* 52. *num.* 36. Surd. *decis.* 77. *num.* 4. de Luca ad cit. Franch. *num.* 8. ita requiritur causa legitima, cui se conformasse testator intelligi debet, ut apud cit. Staiban.

Si verò tandem sit præceptum positivum restituendi rem pro certo pretio, ut in casu præciso dicti textus, quia tunc non requiritur discussio circa pretium, & vitandam venditionem, benè procedit conclusio indistinctè, ut non requiratur, nec decretum Judicis, nec alia solemnitas.

63 Unde vera est conclusio, quod si testator expresserit corpus alienandum hoc modo, vel dederit onus alteri vendendi, valebit venditio ante incorporationem factam Ecclesiæ, & dixit S. C. in Imolensi 5. Februarii 1602. *suprà cit. num.* 46. secus verò post incorporationem, & facultas fuerit data indeterminatè, etsi fiat distractio ob æs alienum testatoris tollendum, quia requiritur beneplacitum scrutata causa utilitatis, quæ bona, & quomodo sint vendenda.

Nec obstat quod possit hæres fideicommissarius alienare ob dictam causam, *decis.* 459. *num.* 6. coram Merl. *decis.* 23. *num.* 3. coram Emerix sen. & alibi; quia hæres gravatus non est sub præcisa lege, ut non possit alienare sine certa forma, prout est Rector Ecclesiæ.

64 An si fuerit data facultas vendendi, possint bona hypothecari per Tutorem sine solemnitatibus? Negant Franch. *cit. decis.* 302. Reverter. *decis.* 377. Affirmant de Marinis ad eundem, *& resol.* 28. *lib.* 1. Salgad. *in labyrin. Credit. p. 2. c. 9. n.* 51. Secunda opinio est verior, si concurrat identitas rationis, ac major utilitas pupilli, secùs in casu contrario; hinc in casu fortiori, si fuerit concessa facultas vendendi, vel censuandi, ut nullus sit census, quia melior erit, uti utitur minori, venditio; nam quoties testator procedit per viam facultatis, intelligi debet arbitrio boni viri, & concurrente causa legitima utendi arbitrio, Staiban. *resol. cit.* 52. & facit Rota *cit. decis.* 31. post Merlin. *de Pignoribus*; & quoad alienationem rei Ecclesiæ, infrà dicam.

Agendo autem de actu Judiciali distractionis bo- 65
norum Ecclesiæ per Judicem faciendæ pro solvendis debitis testatoris, tunc videtur non requiri solemnitas Beneplaciti, cùm sufficiant illæ judiciales, ut docent Bordon. *resol.* 27. *num.* 63. Ciarlin. *contr.* 105. & 183. *per tot. decis.* 261. *numer.* 12. & 13. coram Roxas: & ratio est, quia res subjecta hypothecæ tempore quo non erat Ecclesiastica, transit semper cum eodem onere infixo ad Ecclesiam, & sic non debet prægravari Creditor onere obtinendi beneplacitum; & prout videmus in Ecclesiam transire omnia onera invariabilia, & realia, puta census, & hujusmodi; ita etiam contra eam transit jus in creditorem alienandi bona debitoris in actu hypothecæ acquisitum.

Si verò agatur de debito contracto per Ecclesiam 66
ipsam, an possit procedi ad subhastationem per Judicem, sine Beneplacito Apostolico? Affirmat Rota
decis. 161. *& decis.* 206. *& decis.* 230. coram Roxas;
sed deindè revisa causa de ordine Sanctissimi, recessit in dicto casu *in decis.* 261. firmando regulam quod
si agatur de debito contracto per Ecclesiam, median- 67
te beneplacito Apostolico, & tunc non requiritur
aliud beneplacitum in distractione judiciali pro tali
debito, quia solemnitas interposita in nativitate obligationis, porrigit vires in casu alienationis faciendæ pro observantia dictæ obligationis. Secus autem
in casu solutionis debiti contracti sine Beneplacito,
quia tunc, etsi obligatio fuerit facta validè sine speciali hypotheca, sed tantùm generali, cui possunt bona Ecclesiæ subjici sine assensu, ut in dd. decisionibus, & nos alibi dicemus; non potest tamen in vim
dictæ hypothecæ sine Beneplacito contractæ, deveniri per Judicem ad alienationem absque illo, quia etsi
actio sit nata cum dicta hypotheca, dicitur nata ad
effectum ut possit, servatis servandis, effectum habe- 68
re, & sic quoad Immissionem in Salviano pro fructibus, & ad fructuum subhastationem, pro quibus non
requiritur Beneplacitum, ut benè *in cit. decis.* 161. coram Roxas, in qua parte non fuit recessum; & ulteriùs Creditor in vim dictæ hypothecæ contractæ
vincit alios creditores chirographarios anteriores, &
posteriores etiam hypothecarios, non autem acquirit jus, ut bona possint distrahi sine solemnitatibus,
quoad alienationem Capitalis, & bonorum, nisi servatis solemnitatibus requisitis, aliàs deveniretur ad
id, quod nequit habere initium sine Beneplacito, ut
docent Capicius Latro *decis.* 56. *num.* 5. & 6. Berous
cap. nulli num. 14. *vers. animadvertendum tamen est*,
Redoan. *cit. quæst.* 2. *cap.* 6. *nu.* 13. & *decis.* 205. & priùs
decis. 161. coram Roxas, *& decis.* 97. post Merlin. *de
pignoribus*; & quidem maxima ratione, aliàs daretur locus fraudibus, quia possent imponi hypothecæ
generales pro alienandis bonis, & sic defraudaretur
lex volens providere hujusmodi alienationibus.

Nec obstant Ciarlin. & alii citati per ipsum *contr.* 69
105. & 183. *per tot.* tum quia de auctoritate S. Rotæ non est amplius disputandum, præsertim cùm
agatur de interpretatione Bullæ Papalis Paulinæ data à præclarissimo Tribunali in vim specialis mandati Papæ; tum fortiùs quia omnes rationes frigescunt ex prædictis, & subsequentibus, ac plenè deductis in dicta *decis.* 261. coram Roxas; vel saltem
posset procedere, si debitum fuisset factum ex causa
necessaria non requirente Beneplacitum, quia verè
dictæ decisionis casus erat in alienatione facienda
judiciali, ob debitum voluntariè contractum, ob emptionem certorum bonorum per Ecclesiam, & di-
ctam opinionem S. Rotæ amplexa fuit Sac. Congr. 70
Episc. in Urbevetana 24. Aprilis 1648. *Non possunt
alienari bona ob causam necessariam subhastationis ob
debitum*, apud cit. del Bene *in Addit. v. alienatio ver.
Non solum.*

Simi-

71 Similiter in casu debiti contracti ex causa necessaria, si debeat fieri distractio vel voluntaria, vel judicialis, pro eo solvendo, requiritur Beneplacitum, quia indistinctè loquitur dicta decisio, & concurrit eadem ratio, nam sicuti hypotheca generalis est casus permissus sine Beneplacito, & sic ab initio legitimè contracta, ita etiam in debito contracto in casu necessitatis, quia etsi orta fuerit actio legitimè, semper tamen debet parere effectus cum suis legitimis requisitis.

72 Nec obstat, quod sicuti pro causa necessaria potest fieri alienatio sine Beneplacito, ita contrahendo debitum, videtur posse fieri distractio sine Beneplacito, quia alienatio ideò permittitur in dicto casu, quatenus non possit adiri Superior, aliàs non est licita, Ciarlin. *cit. contr.* 105. *num.* 6. & infrà dicam, quod nequit verificari tractu temporis, quo debet fieri voluntaria, vel judicialis distractio pro solvendo tali debito; & Sac. Congreg. Conc. in una Romana 1. Martii 1692. noluit convalidare alie-
73 nationem secutam loci Montis Fidei Congregationis Ecclesiæ B. Ritæ in vim judicialis auctoritatis pro debito cum Fabro lignario, & remisit ad Judices suos, quia verè debent plura considerari, an scilicet possit debitum solvi ex fructibus, mobilibus, &c. Nam etsi creditor habet jus indefinitum ad omnia bona, tamen non est refrænatum arbitrium Judici in tali casu limitandi bona, ut in simili optimè Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 161. & 164.

74 Prædicta tamen firmata intelligi debent, volente Ecclesia, & è contrà si verè constet de versione in utilitatem Ecclesiæ, si velit rem recuperare alienatam judicialiter, non debet locupletari cum aliena jactura, etsi agatur de debito contracto cum justa causa, itaut Ecclesia teneatur subire onus, tunc dicerem quod declarata nulla subhastatione judiciali ob non impetratum beneplacitum, fructus debentur
75 Ecclesiæ à die motæ litis tantùm, quia creditor esset in bona fide, stante dubietate articuli, dixerat Ventrigha *cit. ad not.* 1. §. 4. *num.* 6. *in fine*, de Luca *ibi in fin.* Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 73. Ricc. *in praxi par.* 1. *resol.* 18. Sed difficile est hoc asserere post articulum firmatum à Sac. Rota, nisi utilitas etiam in fructibus esset in Ecclesia, quæ liberata extitisset fructibus passivis debitis, & citati DD. loquuntur, vel in terminis erroris facti, ut Ventrigl. declarat ibidem, & Ciarlin. ac de Luca relator non videntur
76 attendendi, tum quia error juris non excusat, ut apud cit. Riccium, tum quia etsi excusasset juris dubietas, quod etiam posset admitti, tamen hodie est jus clarum, stantibus dd. decisionibus.

77 Quid ulteriùs erit dicendum quoad bona empta ab Ecclesia, pro qua emptione se constituit debitricem eidem venditori? Et dicendum non posse dicta bona subhastari judicialiter, quia jam fuerunt effecta Ecclesiastica, & sic non valent distrahi neque ad effectum solvendi debitum contractum in ipsorum emptione; nam etsi subjiciantur hypothecæ ad favorem venditoris, pro pretio tamen, quatenus non adsit reservatio dominii, redduntur bona propria Ecclesiæ, & sic inalienabilia, prout fiunt subjecta hypothecis, aliorum Creditorum anteriorum venditione, ut in his terminis *cit. decis.* 261. coram Roxas.

78 Tamen contrarium posset sustineri, ex eo quia dicta bona vendita Ecclesiæ, in ipso transitu in Ecclesiam, fiunt obnoxia tali debito, quia acquiruntur cum dicto onere, & sic non videntur propriè Ecclesiæ, sed causativè, prout dixi quo ad bona distrahenda pro debitis testatoris, & auctoris, ut firmat *cit. decis.* 261. *num.* 12. Nec Rota firmavit contrarium; nam ut videre est *in* 1. *decis.* causæ ibi fuit demandata executio mandati à Sac. Rota in bonis emptis, & deinde, commissa causa per Signaturam arbitrio Rotæ etiam demandandi executionem in bonis propriis Ecclesiæ, resolvit *decis.* 206. & 230. esse exequendum etiam in bonis propriis, & locis Montium, tam super capitale, quam fructibus; tandem in dicta *decis.* 261. recessit tantùm quoad bona propria, firma remanente executione tam quoad bona empta, quàm quoad fructus bonorum propriorum; aliud enim est quod per factum voluntarium Rectoris subjiciantur Ecclesiæ bona alienationi, aliud est quod bona, quæ acquirit Ecclesia, acquirat cum tali onere, & aliàs non acquisivisset, & sic posset creditor instare pro distractione bonorum suorum venditorum, quia Ecclesia si non debet esse in damno, minùs etiam in lucro cum præjudicio alterius. Cautius tamen esset impetrare Beneplacitum, aliàs 79
facta sine eo subhastatione bonorum venditorum, difficilius esset pro residuo crediti agere contra bona propria Ecclesiæ.

Quoad alienationes verò voluntarias eorundem 80
bonorum emptorum ab Ecclesia pro satisfaciendo debito cum venditore, requiritur Beneplacitum, quia cessat necessitas præcisa, ut in actu judiciali, & potest Ecclesia aliunde sine alienatione forsan consulere, quod inquirendum est à concedente Beneplacitum; in primo enim casu consideratur jus Creditoris, quod nequit evitare Ecclesia, ut suam hypothecam exerceat in bona vendita, quæ non fiunt Ecclesiastica, nisi cum dicto onere, ut dixi, prout est in re relicta Ecclesiæ usque ad certum tempus, quo completo tempore, restitui potest sine Beneplacito, 81
cùm res sit Ecclesiastica, sed cum dicta lege certi temporis, del Bene *de Immunitate cap.* 17. *dub.* 10. *num.* 3. & 4. ut in bonis fideicommissi, Quar. *cit. lim.* 16. Lapus *alleg.* 26. Maiul. ad Capicium *decis.* 113. *num.* 4. Pellicion. *cit. quæst.* 15. §. *tertio*, & facit Rota *decis.* 261. *num.* 12. coram Roxas; secus autem in alienatione voluntaria, quia cùm jam per acquisitionem sint facta bona Ecclesiastica, sunt inalienabilia, & quamvis adsit debitum pro pretio, non est tamen præcisa necessitas, ut venditio fiat bonorum, & sic debet impetrari Beneplacitum, pro quo erit quidem causa justa debiti solutio; sed debet considerari, an possit aliunde satisfieri debito; sine alienatione bonorum; & ulteriùs ratio disparitatis est, quod in actu judiciali ligarentur manus creditoris, ne possit agere contra bona vendita, sed in voluntaria distractione ligatur tantùm arbitrium Rectoris, ne hoc modo vel illo solvat, ut consideravit Quaranta *cit. v. alien. num.* 36.

Demum prædicta firmata procedunt in re Ecclesiæ pignori data, an scilicet possit distrahi sine solemnitate Beneplaciti, & ex dictis rationibus patet, quod non potest judicialiter, imò neque extrajudicialiter fieri distractio, nisi in pignoris datione fuerit obtentum, itaut adsit, vel in contractu pignoris, vel in distractione, & in terminis cit. Pellic. *quæst.* 41. *cap.* 23. §. *Secundò in fine*.

Necessitas quoque juris videtur esse in Ecclesia re- 82
stituendi bona empta, cùm factus fuerit locus pacto redimendi convento, Bordon. *cit. resol.* 27. *quæst.* 4. *num.* 8. Donat. *cit. par.* 2. *tract.* 14. *quæst.* 61. *num.* 2. Pignatel. *t.* 6. *cons.* 95. *num.* 40. Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 95. *num.* 6. Card. de Luca *de alien. prohibitis disc.* 1. *num.* 126. *decis.* 184. *num.* 17. *par.* 9. *decis.* 261. *num.* 12. coram Roxas, & passim conceditur Beneplacitum, si petatur, ut Sac. Congr. Conc. in Neapolitana Beneplaciti 12. Novembris 1689. quod procedit etiam in
pacto francandi præcedenter convento, de Luca ad 83
Ventrigl. *cit. adnot.* 1. §. 2. *num.* 4. Rota *decis.* 1080.
num. 9. Seraphino, & in retrovenditione census ad 84
formam Bullæ Pianæ, quia semper potest illud redimere, Ricc. *in praxi par.* 1. *resol.* 49. *num. finali*, Rota *decis.* 84. *num.* 33. *par.* 18. *recent.* secus autem si ex-
tinctio, vel cessio fiat voluntariè, & in dubio re- 85
trovendidisse censetur, *cit. dec.* 84. Ita etiam in actu recognitionis bonæ fidei, dicitur actus necessarius, Buratt. *decis.* 239. *num.* 19. & etiam in confessione de
recepto necessaria, ob præexistentiam debiti recepti, 86
Gratia. *discept.* 365. *num.* 35. *decis.* 113. *nu.* 8. post Posth. *de manut. decis.* 24. *num.* 4. coram Merlino, *decis.* 310. *num.* 16. *par.* 11. *recent.* Sed benè advertendum, quod conje-

conjecturæ, & adminicula debent concurrere, aliàs non substineretur confessio, puta in damnum Ecclesiæ, Card. de Luca *de donat. disc. 28. num.* 12. Buratt. *decis. 229. num.* 5.

87 Sed quid dicendum in retrovenditione census facta sine disdicta, vel in diminutione fructuum? Dico quo ad primum, actum valere sine Beneplacito, quia sufficit potuisse compelli, & fieri disdictam, quæ etiam præsumitur ex tractatu, & conclusione retrovenditionis, ut in terminis turoris retrovendentis, optimè Rota *decis.* 526. coram Buratto, ubi firmatur quod quis potest renunciare beneficio bimestris, non tamen ille qui indiget solemnitatibus in contractibus, quia diceretur actus voluntarius; aliud enim est renunciare beneficio dicti bimestris, aliud præsumi disdictam, ex prædictis.

In secundo dubio videtur, quod non potest fieri sine Beneplacito, quia esset diminuere annuos redditus voluntariè, quod non est licitum, Ventrigl. *in praxi cit. adnot.* 1. §. 2. *num.* 6. & distinguendo, quod sit permissum, posita resolutione primi contractus legitimè, ad minorem fructum pecuniam dari; secus autem existente valido contractu, seu censu, de Marinis *resol. t.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. & 11. Ricc. *decis.* 134. *par.* 1. *Idem resol.* 57. *p.* 1. *num.* 4. ut primo casu non requiratur Beneplacitum, secus in secundo.

88 Tamen dico, quod si agatur de contractu non resolvibili, ut est casus emphiteusis, locationis perpetuæ, seu census reservativi, & hujusmodi; tunc quia jus Ecclesiæ est irrevocabile, non potest remitti, esset enim actus purè voluntarius; si autem agatur de sensu consignativo, in quo debitor potest quandocumque restituere pecuniam, sine necessitate resolvendi contractum, poterit fructus Rector diminuere, quia resolutio statim potest fieri, ut benè de Luca ad Ventrigl. *in add.* §. 2. *adnot.* 1. *num.* 4. *vers. Contrarium*, & Cardin. de Luca *de alien. prohib. disc.* 6. *n.* 3. *usque ad* 6. Ita distinguendo, quod procedit existente bona fide, ut scilicet sit debitor in statu faciendi solutionem sortis census, vel recipiendi ab aliis pecuniam ad minorem rationem fructuum cum subingressu, super qua ratione fundatur conclusio; sicuti enim debitor facilè posset habere pecuniam ab aliis sub usuris minoribus, & cum subingressu in locum Ecclesiæ creditricis; ita Ecclesia posset id cum seipsa facere, ne teneat pecuniam otiosam, quando scilicet non posset investire de facili eodem modo, ut benè de Luca ad cit. Ventrigl. *adnot.* 1. §. 2. *num.* 4. *vers. Contrarium*. Si verò cognoscatur fraus, cessat ratio DD. ut si fieret ista diminutio fructuum cum debitore involuto debitis, & decocto, quia tunc iste non posset habere pecuniam promptam ab alio, & melius est, esse creditricem Ecclesiam cum majoribus usuris, quàm minoribus contra hujusmodi debitores non solventes; ita si posset, recipiendo sortem, Ecclesia pecunia consulere majori suæ utilitati, & similiter. Cæterum optimè fit, si impetretur Beneplacitum ad tollendas hujusmodi ambages.

89 Tandem si alienatio fiat ex aliqua necessitate facti, & humanitus contingenti, adhuc subdistinguere oportet. Nam si necessitas ita immineat, ut non patiatur moram, veluti si Regulares victu indigeant, nec aliunde illam habere possint, ut apud Gratian. *discept.* 202. vel si Ecclesiæ pecora sint in eo vitæ discrimine, ut si statim non alienentur, ferè omnia pereant; in hoc casu alienatio licitè fieret, sine juris
90 solemnitatibus, & Beneplacito Apostolico, quia necessitas nescit habere legem, *can. sicut de consecr. dist.* 1. & tradunt Doctores *in Clem.* 2. *qu.* 11. *de relig. domib.* Abb. *in cap. Tua nos num.* 8. *de Eccles. ædific.* Quaranta *in summ. Bullar. ver. alienatio rer. Eccles. num.* 42. latè Pellicion. *cit. quæst.* 41. *cap.* 28. ubi advertit id procedere in Regularibus, qui habent Superiores in remotis partibus, ex Abbate *cit. cap. Tua nos num.* 8. *in fine de Eccles. ædif.* Ciarlin. *cap.* 105. *num.* 55. Barbos. *de offic. & potestat. Episc. allegat.* 95. *num.* 58. Gratian. *discept. forens. cap.* 931. *in princ.* Bonac. *de contr. disp.* 3. *quæst.* 8. *punct.* 4. Megol. *in promptuar. ver. alienatio num.* 15. de Marinis *resolut. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. *& sequent.* & alii plures apud prædictos.

Si autem necessitas non sit ita urgens, sed moram admittat, ut possit recurri ad Superiorem; tunc pro- 91
cedit conclusio aliàs firmata, quod in ea Beneplacitum Apostolicum omninò requiratur, ut ultra superiùs adductos, tradunt etiam plures, apud Barbos. *de offic. Episc. dicta alleg.* 95. *num.* 2. & 3. Redoan. *cit. quæst.* 19. *nu.* 34. & 35. *cum sequent.* Ciarlin. *plenè contr.* 183. *num.* 48. *& sequ.* Fagn. *cit. cap. Pastoralis num.* 11. *de his quæ fiunt à Prælatis*, & benè Surd. *de alimentis tit.* 7. *privileg.* 46. *num.* 3. & benè distinxit Rota *decis.* 365. *num.* 7. *par.* 15. *recent.* & sic debet cognosci, an potuerat recurri ad Superiorem sine præjudicio, quodque est remissum prudentis Judicis arbitrio secundùm facti circumstantias, & dicta necessitas debet probari aliàs quàm per assertionem partium, sed per 92
testes, & fieri juxta prudentis Patrisfamilias arbitrium, incipiendo alienationem à mobilibus, & minùs præjudicialibus, & quod fiat ad limites necessitatis tantùm, Ciarlin. *cit. num.* 47. *& seq.* Gratian. *discept.* 570. *num.* 13. Rota *decis.* 887. coram Merlino.

Imò post factam alienationem, solet recurri ad Su- 93
periorem pro ea reconvalidanda, Redoan. *cit. quæst.* 19. *num.* 228. Ugolin. *de off. Ep. cap.* 14. §. 17. *num.* 5. *vers. tertiò in fine*, cit. Ciarlin. *num.* 55. Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 3. *num.* 30. & ita in praxi passim Sac. Cong. Conc. reconvalidat istas alienationes. Ventrigl. *tamen cit. adnot.* 1. §. 3. *num.* 4. dicit quod debeat in casu dictæ necessitatis requiri consensus Episcopi, 94
causa cognita dandum; de Luca tamen distinguit ibidem *num.* 6. inter casum necessitatis, & utilitatis; sed distinctio non applicatur, quia casus utilitatis non importat exemptionem à recursu ad Papam, sed sola necessitas, qua vera existente, & urgente, videtur non requiri Beneplacitum Episcopi de rigore, imò nec minùs, si non fuerit obtentum posteà illud Papæ, quia sufficit, actum ab initio fuisse factum bona fide, & urgente necessitate, & cùm actus non subjiciatur Extravaganti, nequit esse suppositus ejusdem pœnis illum gerens. Verùm pro validitate actus, dico requiri consensum Episcopi, qui cùm sit necessarius à jure, & solùm suppleri potest per Beneplacitum, hoc non obtento, remanet solemnitas juris, nempe consensus Episcopi cum aliis recensitis, dummodò urgentia temporis id permittat; secus valebit actus sine alia solemnitate, & servatis illis non est necessarius recursus ad Papam ex post, nam ideò solet recurri, quia vel ob timiditatem Prælatorum non potest haberi dictus consensus, ut notat de Luca *cit. adnotat.* 1. Ventrigl. §. 3. *vers. Pacionus itaque*; vel ob difficultatem servandi alias solemnitates juris, & quod in dicto casu necessitatis requiratur consensus Episcopi, Ventrigl. *cit.* §. 3. *num.* 4. Nec contrariatur Pacion. *cit. cap.* 14. §. 3. *num.* ut putat de Luca *cit. vers. Pacionus*, quia tantùm dicit recurri debere ad Papam pro confirmatione actus gesti in necessitate sine solemnitatibus, sed supponit, non fuisse gestum solemnitatibus juris communis, & sic pro cautela benè recurritur ad illum, ut observat idem de Luca *cit. vers. in fine*, ubi quod si non recurritur ad Papam, etsi fuerit gestus sine solemnitate consensus Episcopi, non valeret contractus, sed non incurrit alienans in pœnas Extravagantis, nam verè actus ille necessitate facti instantanea, non est subjectus dictæ legi, ut dixi. Id totum comprobatur ex dispositione ipsius Paulinæ, ubi §. *primo* disponitur remanere facultates Episcopis in jure expressas, inter quas certum est adesse alienationes ob necessitatem; sed an consensus prædictus Episcopi requirat causæ cognitionem, & decretum; alii negant, quia dicta forma processus requiritur per Extravagantem; sed verè ex verbis id non resultat, ut ex lectura, sed ex forma concessionis, quæ præscribitur à Papa, ut plenè Corrad. *cit. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 50. *& seqq.* & nos alibi dicimus,

& sic Episcopi in casibus sibi permissis à jure, non tenentur formam illam servare, sed sufficit extrajudicialis informatio; quia jus tantùm præscribit consensum quocumque modo dandum, Redoao. *de alien. quæst.* 25. *num.* 48. prosequitur cit. Corad. *num.* 59. & Pacion. *cit. num.* 10. & contrarium dixerat Ventrigl. *cit. adnot.* 1. §. 2. *num.* 5. ubi de Luca *num.* 3. Verùm quidquid sit de jure, hodie contrarium servatur in praxi, ut Episcopi in casibus permissis etiam procedant causa cognita, & per decretum, ut notat idem Corrad. *ibid. vers. quamvis hodie*.

95 Secunda causa, quam in ordine ponimus, est pietas. Pietatis enim, & misericordiæ causa, licitum est res Ecclesiæ alienare: nempe pro captivis redimendis, pauperibus substentandis, & fidelium corporibus humandis, ut habetur *in cap. aurum* 12. *qu.* 2. Idem quoque colligitur *ex cap. Sanctor. & cap. sicut eadem caus. & qu.* Nec sanè mirum quod Ecclesia, quæ est cultrix pietatis, ad hanc pietatis causam sua bona, & res suas conferat, cùm etiam Imperatores ipsi Christianorum idem præstiterint, ut præclarè tradit Imperator *in l. Sancimus C. de Sacros. Eccles.*

96 Et quid si de redemptione Captivorum sermo sit, quid gratius Deo fieri potest, quàm à dira Barbarorum tyrannide Christianum hominem sacro baptismate consignatum eripere? Est enim captivorum miserrimus status, & morti ferè æquiparandus, imò, ut ajebat Cicero *Philipic.* 10. *Mors est servitute potior*; & servos personam non habere, scripsit Cassiodor. *lib.* 6. *Epist.* 8. Hinc benè S. Ambrosius
97 ait, quod *ornatus Sacramentorum, redemptio captivorum est*, ut habetur *in dicto cap. aurum* 12. *qu.* 2. & quod melius est, viventium vasa servare, quàm metallorum; nec desunt multa Sanctorum Episcoporum exempla, qui Vasa Sacra pro tam sancto & pio munere vendiderunt; ut videri potest Adam. Bremens. *Eccles. histor. cap.* 32. Nicephor. *lib.* 9. *rer. Eccles. cap.* 46. Hermosil. ad Gregor. *lib.* 15. *glos.* 1. *num.* 13. *tit.* 5. *par.* 5. & tradunt etiam ex nostris, Barbos. *de jur. Eccles. c.* 30. *num.* 18. *& de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 95. *num.* 58. Corrad. *in prax. dispensat. cit. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 20. Molin. *tract.* 2. *de Just. disp.* 468.
98 *num.* 2. qui tamen dicunt non posse hujusmodi bona alienari pro liberando Reo à justa pœna, ad quam condemnatus fuit; & de alienatione ob redemptionem captivorum, de Luca ad Ventrigl. *in prax. cap.* 14. §. 3. Cardin. de Luca *de decimis disc.* 20. & hinc commendatione digna est pietas Summorum Ponti-
99 ficum, qui plures pecuniarum summas pro hujusmodi redemptione captivorum à Turcarum manibus profuderunt, & præsertim postremis temporibus egit san. mem. Innoc. XII. cum erogatione summæ considerabilis, & de isto opere pietatis alibi occurret sermo.

100 An autem Ecclesia in gravi paupertate constituta teneatur redimere captivos? Distinguendum est, nempe teneri si captivi reperiantur in aliqua extrema necessitate, sive animæ, sive corporis; in tali enim casu eorum necessitas Ecclesiæ necessitati præferenda est, ut enim habetur Machab. *lib.* 2. *cap.* 5. *non propter locum, Gentem, sed propter Gentem, locum Deus elegit*, quem textum ad id probandum induxit Gregor. Lopez *in l.* 40. *Tauri tit.* 15. *par.* 1. *glos.* 10. Si verò in hac extrema necessitate non reperiantur captivi, Ecclesia sine dubio non teneretur, cùm priùs sibi succurrere, & propriam paupertatem levare deceat, ut tradit idem Gregor. *l. cit.* Gloss. 2. & Faya ad Covarr. *lib.* 2. *cap.* 16.

101 Imò tantus est favor redemptionis Pauperum Captivorum, ut hæres gravatus possit etiam bona fideicommissaria alienare pro redimendo se, & suos sub captivitate positos. Hæc enim tam pia causa numquam in generali prohibitione alienationis comprehensa censetur, ut contra Glos. *in authen. res quæ C. communia de legatis*, tradunt communiter Doctores, Tiraquell. *de Privil. pia caus. privil.* 103. Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 12. *num.* 11. Molina *de Primogenit. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 8. *&* 9. Cyriac. *tom.* 2. *controvers.* 364. *num.* 33. ubi refert reliquas causas, in quibus bona fideicommissaria alienari permittuntur ex Principis indultu.

Si verò loquamur de substentatione Pauperum, 102
idem quoque dicendum est. In jure enim causa alimentorum Pauperum, & redemptionis Captivorum æquiparantur, ut habetur *in d. l. Sancimus C. de Sacrosanct. Eccles. & in d. cap. aurum* 12. *quæst.* 2. ubi Ambros. ait: *Aurum Ecclesia habet, non ut teneat, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus.*

Est enim Ecclesia Mater miserabilium persona- 103
rum, ipsasque sub sua protectione retinet, *Can. super prudentia* 14. *quæst.* 2. *c. ex tenore de foro compet.* & ejus bona videntur esse in dominio miserabilium, & pauperum Personarum, ut innuitur *ex can. quod autem* 21. *quæst.* 7. ibi, *Non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerimus.* Consonat Text. *in can. Aurum cit.* 12. *quæst.* 2. & tradit Abb. *in cap. super num.* 12. *&* 20. *de caus. possess. & propriet.* Hujusmodi enim documenta præ oculis habent Romani Pontifices, quid-
quid assueta perfidia garriant heterodoxi: ad Urbem 104
accedant, & aspiciant opera tam insignia erga pauperes Summorum Antistitum, & hisce præsertim nostris temporibus san. mem. Innocent. XII. & præsentis regnantis Pontificis Clementis XI. Optimi Maximi.

Hinc ergo rectè consequitur, posse Ecclesiæ bo-
na alienari, & vendi pro subveniendis pauperibus, 105
ut ex d. can. aurum, & ex d. l. Sancimus, tradunt communiter Doctores, Glos. & alii *in §. Sacra Instit. de rer. div.* Guid. Pap. *q.* 594. Sicut enim tenetur mater in subsidium alere filium, *leg. si quis à liberis §. utrum ff. de liber. agnoscendis*, & tradit Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 14. *num.* 9. & tenetur etiam in subsidium dotare filiam inopem, ut idem tradit ibidem; ita quoque tenetur Ecclesia alere Pauperes, distrahendo propria bona, si aliunde extremæ paupertati subveniri non possit, cùm sit ipsa Mater, & Protectrix miserabilium Personarum, ut habetur *in d. Can. aurum q.* 2. & tradunt Butrius *in cap. excommunicationi de rapt.* Covarr. *pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 6.

Quod procedit etiamsi quis in paupertatem ex 106
culpa propria redactus fuerit, Covarr. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 9. Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 47. *privileg.* 46. *num.* 3.

Ita etiam tenetur Ecclesia pro excarcerandis pau- 107
peribus ex aliquo maleficio carceri mancipatis, sua bona distrahere, si aliunde illis subveniri non possit, ut tradunt Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. q.* 199. & post alios, quos adducit Novar. *de privil. miserabil. Personar. privil.* 90. *num.* 5. Ecclesia enim nemini
claudit gremium suum, sed omnes amplectitur tam- 108
quam filios, *l. liquet §. hoc igitur C. de Summ. Trinit. & fid. Catholic.* & ut diximus, ejus res dicuntur esse pauperum, & miserabilium, juxta Text. *in Can. convenior* 23. *quæst.* 8. *& in Can. sicut hi* 67. *distinct.* Ex quo etiam Canone manat, quod Ecclesia alimenta subministrat omnibus ad eam confugientibus, si sint egeni, ut tradit Gloss. *in cap. diffinivit* 17. *quæst.* 4. Felin. *in cap. ex rescript. in fin. de jur. jur.* Boer. *decis.* 303. *num.* 3. & alii, quos adducit, & sequitur Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 73. *num.* 1.

Tertia causa ex qua res Ecclesiæ alienari possunt 109
est utilitas ejusdem Ecclesiæ, ut initio dicebam, & patet ex verbis nostræ Constitutionis Leoninæ *relat.* §. 3. *ut meliora prospiciat quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum, in Can. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap. sua de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli cap.* 1. *de reb. Eccles. alienan. vel non Clem.* 1. *eodem tit. cum concordan. & tradunt communiter repetentes ad dicta loca.*

Hæc autem utilitas debet primò esse evidens, ut in- 110
nuitur *in hac Constitutione, & cit. Can. sine exceptione*, ibi. *Quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum, & in cap.*

primo

primo eodem tit. in 6. ibi.) Præsertim cum evidens necessitas quare fieri deberet, vel utilitas non subesset. Hinc invaluit in Curia praxis & stylus, ut Brevia super alienatione, transactione, permutatione, & similibus Ecclesiæ contractibus, concedantur semper cum clausula *si in evidentem*, ut tradunt communiter Doctores, & practici, Amayden. *de style Dataria lib. 1. cap. 15. §. 10.* Corrad. *in prax. dispensat. lib. 9. cap. 9. in princ.* Rosa *de execut. Litterarum Apostolicarum par. 1. cap. 5. num. 312. in fin.* Bois. *tom. 3. oper. moral. tract. 18. de alien. rer. Eccl. à n. 63. & seq.* Merlin. *decis. 702. num. 52.*

111 Dicitur verò talis utilitas evidens, quando non est dubia, sed clara, & indubitata, ita ut nullatenus de ea ambigi valeat, ut colligitur ex *dict. Can. sine exceptione*, ibi. *non dubium*, & tradunt Canonistæ *in cap. nulli de reb. Ecclesiæ non alienan.* Redoan. *in dict. tit. in rubr. in princip.* Barbos. *de jur. Ecclesia tom. 2. lib. 3. cap. 30. num. 15.* Ciarlin. *controvers. forens. cap. 105. num. 48.* Corrad. *in prax. dict. lib. 9. cap. 5. num. 40.* Cæsar de Grassis *decis. 4. numer. 7. de reb. Ecclesiæ non alienan.* Rota coram Merlin. *decis. 702. num. 52.* & coram Bichio *decis. 375. num. 16.* & coram Pamphilio *decis. 301. repet. in par. 2. recent. decis. 430. num. 4. & decis. 197. num. 13. par. 13. recent. decis. 480. num. 2. & 4.* coram Emerix Jun. *& decis. 336. num. 19. par. 10. recent.* ubi traditur non sufficere talem qualem utilitatem, & in terminis permutationis, ut bona recepta debeant esse melioris redditus, plenè Rota *decis. 430. par. 2. recent.* Ubald. Sen. *decis. 169. ubi in annotatione aliæ decis.* numerantur in eadem causa, & dicta utilitas evidens, & major nedum resultat ex dispositione Extravagantis *Paulin.* ut supponunt plures ex citatis, sed etiam ex verbis hujus nostræ Constitutionis *Paulin. supra relatis ibi §. 2. Alienatio permittitur ut meliora alienans prospiciat quod non sit dubium profuturum*, & læsio regulatur quando non adest utilitas, *decis. 235. & 336. part. 10. recent.*

112 Sed an dicatur utilis contractus venditionis habita fide de pretio? & negativè videtur dicendum, Rota *decis. 169.* coram Ubald. Sen. ubi in annotatione benè Rota *decis. 430. in eadem causa num. 4. par. 2. recent.* ubi quod non sit utilitas evidens ut requiritur, si vendantur bona Ecclesiæ, habita fide de cambio aliorum bonorum, quia melius est incumbere rei, quàm actioni, & *decis. 113. num. 8. 9.* coram Ludovis. & specialiter in Ecclesia, ut nunquam dicatur tran-
113 slatum dominium rei venditæ per ipsam, nisi recepto pretio, Bart. *in l. à D. Pio, §. sed si emptor num. 3. ff. de re jud.* Aretin. *ibid. num. 3.* Felin. *in cap. cum olim num. 5. vers. Item nisi sit Procurator Ecclesia de off. deleg.* & quando dicatur habere fidem de pretio, Mantica *de tacit. l. 4. tit. 21.* quod procedit etiam in permutatione, ut nunquam dicatur abdicatum dominium rei Ecclesiæ, nisi ista habeat possessionem rei permutatæ cum ipsa, Rota *decis. 113.* coram Ludovisio: & quod Procurator ad alienandum non possit habere fidem de pretio, Glos. *in l. si Procurator ver. soluto ff. de jure fisc.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 21. num. 4.*

114 Verùm dico quod si adsit causa legitima, ut habeatur fides de pretio, si interim fructus currerent in utilitatem evidentem Ecclesiæ, & cum tuto investimento, posset sperni beneplacitum, quia esset idem ac investire cum alio; sed tutus nunquam esset emptor acquisitionis dominii rei emptæ ab Ecclesia, nisi sequatur vera pretii solutio, quia semper Ecclesia dicitur retinere dominium rei venditæ, donec pretium solvatur, ut benè *cit. decis.* Ludovisii *num. 7.* Sed Bartolus & alii, ut tradit Mantic. cit. id dicunt, quia non adimpletur causa, ut Creditoribus satisfiat, pro qua tantummodo potest Ecclesia vendere; sed hoc non potest applicari omnibus casibus; sed si verè causa sit justa & rationabilis, ut alienatio fiat dicto modo, certè validus erit contractus, quia adesset causa legitima, & beneplacitum, solumque remanet ea privilegio Ecclesiæ dominium in ista, donec sequatur pretii vera solutio, & in caso *decis.* coram Ludovisio, & *decis. 430. rec. p. 2. repetita in decis. 301.* coram Pamphilio aderat ulteriùs defectus utilitatis, quia Ecclesia recepit tantum annuum, quantum dimisit, ut *num. 6.* Si verò non esset causa legitima, remaneret nullus contractus etiam cum beneplacito, quod eam non supplet, Add. *ad cit. decis. 113.* Ludovis. *in fine*, & admisit Rota *fides de pretio in decis. 684. num. 7. p. 2. recent.* quod procedit, nisi in beneplacito imponatur non haberi fidem de pretio.

Debet secundò hæc utilitas nedum esse certa, & 115
evidens, verùm etiam considerabilis; non enim sufficit qualis qualis utilitas, sed debet esse alicujus momenti circa proprietates, & redditus, ut ait Rosa *de execut. litter. Apost. par. 1. cap. 5. num. 314.* Corrad. *in praxi d. lib. 9. cap. 4. num. 52.* ubi testatur de praxi Datariæ, ut numquam admittatur supplicatio *si in evidentem*, nisi perpenso prius per officiales valore proprietatis redditus, & proventus, & Rota *cit. decis. 430. num. 6. par. 2.* & Ubald. Sen. *decis. 169.* ubi de permutatione.

Multum verò in hac re Judicis arbitrio tribuitur, 116
non quidem ut in dubia utilitate ipse arbitrari possit, sed benè suum arbitrium intrat in perpendendo singulorum casuum circumstantias, puta tempus, pacta, onera, favores, & alia, quæ in contractu hinc inde assumuntur, ut considerat Card. de Luca *dict. disc. 1. de alien. prohib.* nec potest in hoc regula aliqua generalis assignari, nisi pensatis circumstantiis.

An autem censeatur esse sufficiens utilitas, si Ec- 117
clesia in contrahendo, nullum detrimentum patiatur, licèt nullum positivum lucrum accipiat, nec suam conditionem meliorem reddat, itaut tantum recipiat, quantum dimittat; non videtur ita certum, ut aliquo modo dubitari non possit.

Sufficere enim duntaxat, quod Ecclesia non sit in damno, videtur manifestè colligi *ex can. si quis qualibet, & can. si Episcopus quæst. 2.* ubi licita, & firma pronunciatur rei Ecclesiæ alienatio, si illi tantum detur, quantum alienando ablatum fuit, ex quibus juribus ita docent Glos. *in dict. Can. sine exceptione verb. profuturum*, Abb. *consil. 41. nu. 13. lib. 1.* Felin. *consil. 42. num. 4.* Azor. *par. 2. lib. 9. cap. 2. quæst. 8.* Menoch. *consil. 114. num. 5.* nec desunt alii, quos refert Sperel. *decis. 154. num. 18.*

In oppositum tamen est communissima DD. sen- 118
tentia, nempè ad substinendam alienationem non sufficere Ecclesiam non esse damnificatam ex ea, nisi positivè ejus conditio sit reddita melior, ita ut eo ipso quod non adsit utilitas, & non sit effecta locupletior, censeatur fuisse læsa, ita Rebuffus *de alien. rerum Eccles.* Quaranta *in verb. alienatio num. 3.* Barbos. *de jur. Eccles. dict. cap. 30. nu. 15.* Corrad. *cit. l. 9. cap. 5. num. 30. & seq.* Pacion. *de Locat. cap. 14. §. 4. num. 24.* præsertim cum apponitur clausula *si in evidentem*, Sperell. *decis. 154. num. 19.* Rosa *de execut. litter. Apostol. p. 1. cap. 5. num. 316.* Ludovis. *decis. 113. num. final.* Duran. *decis. 250. num. 6.* Rota *decis. cit. 430. num. 6. par. 2. & 319. par. 4. recent. tom. 2. & decis. 243. num. 5. & 252. num. 22. & 23. part. 7. & decis. 272. num. 18. & decis. 336. num. 19. part. 10.* & coram Seraphino *433. nu. 2. decis. 480. num. 41. & seq.* coram Emerix Jun. & in terminis constitutionis Census pro extinguendo alio cum iisdem usuris non constare de utilitate sufficiente, Genuens. *in praxi cap. 107. nu. 3.* ubi affert decisionem S. Rotæ.

Ad hujus autem conclusionis probationem, faci- 119
lis via sternitur, summovendo contrarium objectum; totum enim nititur in dispositione *dict. Can. si quis qualibet, & Can. si Episcopus*; sed facilis est responsio, nam in hoc casu, licèt non adsit melior conditio Ecclesiæ quoad valorem rei temporalem, nihilominus adfuit quoad spiritualem, nempe ad fundandum Monasterium, ut habetur in dicto *Can. si Episcopus, & Can. si quis procedit*, in alio casu, quàm alienationis voluntariæ, ut observat Glos.

ibid. vel agit de actu consummato substinendo ob æquitatem, & in foro interno.

Ulteriùs respondent Doctores, opinionem Abbatis & aliorum procedere in causa necessaria, secùs verò in voluntaria; & ratio responsionis est, nam ad validitatem alienationis, ejus causa, finis, & objectum attendi debet; quotiescumque ergo necessitas est objectum, sufficit, quod hæc adsit, etiam si Ecclesia locupletior non sit effecta; sed quando objectum alienationis est utilitas, non sufficit non esse factam deteriorem, nisi positivè concurrat objectum, cujus intuitu facta fuit, scilicet ipsa utilitas, ut respondet Rebuff. *in compend. de alien. rer. Eccles.* & sequitur Sperell. *decis.* 154. *num.* 20. Rosa *de execut. litt. Apostol. num.* 317. Rota *d. decis.* 65. *num.* 23. *par. 2. divers.*

120 Nec videntur attendendi Rosa *num.* 34. & alii dicentes, quod in alienatione approbanda per Episcopum, non requiratur ista evidens utilitas, sed sufficiat non esse damnum; quia obstat expressè dispositioni SS. Canonum, & præcisè hujus Bullæ Leoninæ, ut suprà dixi ibi: *Ut meliora prospiciat, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ, & in* §. 3. ibi: *Plenum justitia est, ut non solùm Episcopi, sed etiam totius Cleri studio Ecclesiasticæ utilitatis incrementa serventur;* & sic non sufficit negativum damni, sed positivum debet esse boni melioris; nec ex eo quod Papa utatur clausula *si in evidentem* in Beneplacitis, debet fieri distinctio ista; nam Papa utitur clausula legitima, cui conformari semper solet, sed Episcopi tenentur jus Canonicum servare, juxta quod requiritur utilitas certa, & sic major, Gloss. *in cit. Can. sine exceptione v. Sed nonne*, & ita in praxi servatur, Corrad. *tit. l. 9. cap. 5. num.* 59. & declaravit S.C. Episc. in Faventina 22. Maji 1661. in Messanen. 29. Novembris 1613. *In re parvi momenti alienanda*, juxta *Can. terrulas* 12. *quæst.* 2. *cui per Extravagantem Ambitiosæ non est derogatum, dummodo concurrat necessitas, vel evidens utilitas Ecclesiæ*, apud del Benc *in addit. v. alien. vers. In re.* Imò cùm in ipsa Extravaganti Paulina relata in Bullario in ordine VI. inter illas Pauli II. §. 1. habeantur post prohibitionem alienationis infrascripta verba videlicet: *Præterquam in casibus à jure permissis, & tunc cùm Ecclesiarum evidenti utilitate;* hinc certum est, quod etiam in hujusmodi alienationibus approbandis per Episcopos, quibus vigore dictorum verborum videtur servata facultas contenta in dicto *Can. Terrulas* 12. *quæst.* 2. requiritur quoque ex vi dictæ Extravagantis Paulinæ evidens utilitas.

121 Sed nunquid alienatio stabilium possit permitti pro utilitate? Videtur enim requiri necessitas, pro qua tantùm alienari possunt stabilia minoris, cui Ecclesia comparatur, Surd. *cons.* 115. *num.* 39. Staiban. *resol. for.* 30. *num.* 13. Capycius *decis.* 113. ubi B. M. Prosper Petra Dominus Vastigirardi meus Proavus *in additione*, & plenè Constantinus *ad statuta Urbis annot.* 25. *art.* 2. *num.* 150. *& seq. t.* 1.

Verum, ut benè notat idem Constantin. *num.* 152. potest aliquando permitti alienatio rei minoris stabilis, si accedant circumstantiæ tales, ut eliciatur maxima utilitas, Rota *decis.* 547. *&* 623. *p.* 18. *recent.* & coram Seraph. *decis.* 1242. *num.* 3. Id posset urgere fortiùs in Ecclesia, quæ ex juris sanctionibus indistinctè permittitur facere alienationem quorumcumcumque bonorum cum evidenti utilitate, & ita etiam loquitur *Statutum Urbis cap.* 113. pro minore, ut sufficiat evidens utilitas; certum tamen est, quod debet esse utilitas evidens, aliàs non permittitur, ut in consimilibus terminis minoris plenè cit. Constantin. & S. C. C. non solet admittere alienationem stabilium, nisi per modum permutationis; & aliquando ex causa admodum utili permittitur alienatio ad effectum unico contextu erogandi pecuniam in emptionem stabilium, vel alio modo utito pro Ecclesia, & etiam in permutatione aliquando admittitur; & rejicitur assignatio creditorum, præsertim si adsit promissa evictio; & inspici debet quid potuerat Ecclesia recipere à re sua, Rota *decis.* 1336. coram Emerix Jun.

122 Ad effectum verò cognoscendi, an dicta utilitas sufficienter adfuerit, utrum attendi debeat tempus contractus, an verò necesse sit, ut sit in posterum duratura? Dicendum est, sufficere, si contractus fuerit ipso initio utiliter gestus, quamquam deinde non perseveret talis, ita enim communiter sentiunt Doctores ex text. *in cap. ad aures de reb. Eccl. non alienan.* Bald. *consil.* 334. *lib.* 1. Redoan. *in rubr. de utilitate* 137. *cum sequent.* Gratian. *discept. forens. capit.* 45. *num.* 8. *& cap.* 570. *num.* 21. Menoch. *de arbitr. cas.* 172. *num.* 71. Sperell. *decis.* 154. *num.* 96. Barbos. *ad cap.* 7. *num.* 3. *de reb. Eccles. non alienand.* Ricc. *par.* 1. *prax. resol.* 1. *num.* 1. Genuens. *in praxi cap.* 107. *num.* 3. ubi dicit quod in contractu Emphyteutico attendi debet tempus scripturæ, quia in eo ista requiritur, ut supradixi, nam tunc recipit contractus ultimum esse, Rosa *de execut. par.* 1. *c.* 5. *num.* 338. *decis.* 627. coram Seraphino, & in nova concessione in emphyteusim requiritur utilitas tempore dictæ novæ concessionis, Rosa *cit. num.* 338. Rota coram Seraphino *decis.* 366. *per tot.* & coram Cavaler. *decis.* 288. *num.* 5. *& per tot.* & coram Amat. Dunoz. *decis.* 713. *num.* 8. *decis.* 169. *n.* 6. coram Ubald. sen. ubi de permutatione, & coram Durano *decis.* 397. *nu.* 13. & coram Coccino *decis.* 445. *n.* 3. & coram Pamphil. *decis.* 63. ubi Adden. *num.* 25. ubi traditur justum præsumi contractum ex partium conventione, donec probetur contrarium.

123 Quemadmodum vice versa, ut res Ecclesiæ dicatur sterilis, seu infructuosa, inspici debet tempus, quo fit illius alienatio, nulla habita consideratione, quod deindè evadat pretiosior, ut *ex l. si voluntate, C. de rescind. vend.* post alios, quos adducit, & tradit Gratian. *discept. cap.* 45. *num.* 9.

124 Verùm cum distinctione procedunt alii apud Franciscum Antonium Costam *cons.* 70. *num.* 8. *& seq.* Add. ad Pamphil. *decis.* 301. *nu.* 10. quod in alienatione ob causam necessariam, sufficit necessitas tempore alienationis, secus in causa utili, quia debet durare etiam in futurum, *& in cit. gloss. cap. sine exceptione* idem dicitur, quod scilicet debeat durare.

125 Conclusio tamen firmata vera est, ac recipienda, quatenus dicta utilitas tempore contractus fuerit in se, & intrinsecè talis, & ex natura sua in futurum duratura, considerata non solùm qualitate, quam res habet tempore contractus, sed etiam præterito, vel futuro. Unde utilitas in mobilibus consideratur tempore venditionis, Add. ad Buratt. *decis.* 538. *num.* 22. & in valore prædiorum, considerato quinquennio ante, & post, & remittitur arbitrio Judicis, *ibid.* nec attendi debet ultima locatio pro summa minori, si adsint antecedentes in majori quantitate, Rota *decis.* 480. *num.* 2. 4. *&* 6. coram Emerix Jun. Si enim tantùm esset quædam utilitas respectiva relatè ad tempus aliquod calamitosum, puta quia alienatio fuerit facta tempore pestis, belli, aut publicæ inopiæ, ita ut non potuerit vendi, nisi modico pretio ex defectu emptorum; in hoc casu non sufficit illa

126 sola utilitas, quæ tunc temporis propter urgentem calamitatem considerata fuit; quia non habuit causam perpetuam, & certam, ad text. *in l. pretia rerum ff. ad l. falcid. &* & tradunt Castrensis *consil.* 109. *col.* 1. *lib.* 1. Quaranta *in verb. alienatio num.* 12. Gratian. *discept. d. cap.* 45. *num.* 14. Caval. *decis.* 45. *par.* 1. *num.* 15. Rosa *de execut. litter. Apostol. d. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 334. *&* 341. *decis.* 1073. *nu.* 4. coram Seraphino, nisi fieret secundùm æstimationem rei habitam ante tempus calamitosum, Amat. Dunoz. *decis.* 731. *nu.* 41. Merlin. *decis.* 710. *&* 887. Rota *divers. decis.* 65. *num.* 7. *&* 8. *p.* 2. *& in rec. decis.* 222. *n.* 5. *p.* 11.

Igitur extra dictum casum temporis calamitosi, ad regulandam, seu metiendam læsionem, solum tempus contractus attendi debet, nihil inde curato de successivo eventu, an res alienata longè melior, vel deterior effecta sit; non enim est attendendum id quod in eventu sequitur, *l. si voluntate* 8. *C. de rescind.*

rescind. vend. quoties contractus potest ex eventu temporis, sive lucrum, sive damnum afferre, si deinde aliud eveniat, quàm credebatur, non propterea rescinditur, aut læsio prætendi potest, *ut ex text. in l. si jactum retis ff. de actionibus empt.* & ex aliis tradunt, Cravetta *consil.* 886. *num.* 13. Menoch. *consil.* 1. *n.* 153. Pacion. *de locat. cap.* 49. Genuens. *in praxi cap.* 107. *num.* 3. Paris. *cons.* 24. *lib.* 4. *num.* 106. & in terminis
127 idem *cit. cap.* 14. §. 10. *num.* 12. quod eo fortius procedit post Extravagantem Paulinam ex verbis ipsius, *& tunc in Ecclesiæ evidentem utilitatem*, quæ particula *tunc* denotat tempus contractus, ut bene Rota *decis.* 135. aliàs 4. *de reb. Eccl. non alien.*

128. Contraria opinio igitur post Extravagantem nulla omnino remansit, sed solùm haberet locum, si alienatio fuisset facta sine Beneplacito, quia hoc casu si petatur revalidatio, deberet considerari utilitas tempore revalidationis, ut innuit cit. Pacion. *num.* 13. *in fine*, licèt non ponat casum revalidationis, sed alium, quando vellet substineri contractus in vim utilitatis tantùm, nam hoc non licet sine Beneplacito revalidatorio, quia sine Beneplacito, causa non sufficit; vel procedit opinio in reductione contractus ob læsionem deinde natam, quod non procedit in actibus instantaneis contractus, sed in iis qui habent tractum successivum, ut dicam, & tunc non perentitur validitas contractus, sed potius reducitur, veluti si
129 Ecclesia, mediante transactione justa inita tempore contractus, ad aliquam annuam solutionem se obligaverit, quæ responsio, seu solutio deinde tractu temporis ad magnam injustitiam reducatur; vel si sua prædia in emphyteusim dederit, sub annuo Canone, qui licèt justus fuerit tempore concessionis, deinde ex eventu rerum, reperiatur læsivus, utpotè nimis
130 exiguus; in quo casu etiam cum distinctione esse resolvendum censeo. Si enim Ecclesia gravamen, vel notabilem læsionem aliquam positivam singulis annis, vel alio determinato tempore patiatur; in hoc casu dicendum videtur, locum fieri Judicis officio, pro reducendo contractu ad æqualitatem; cujus rei ratio est, quia cùm obligatio Ecclesiæ non fuerit initio contractus unico actu terminata, sed tot sint obligationes, quot sunt anni, vel tempora, quibus Ecclesia ad aliquid solvendum obstringitur, vigore primi contractus, propterea quolibet anno censetur successivè illatum gravamen, ex deductis per Natam *consil.* 548. Altograd. *consil.* 26. *num.* 46. *l.* 1. Pacion *cit. n.* 11. *vers. an autem*, Rota *decis.* 730. *n.* 8. *&* 9. *par.* 3. *recent.* & in simili in Prænestina simulationis contractus *decis.* 139. *num.* 44. §. 16. *recent.* ubi reduxit contractum locationis ad minorem summam fructuum, stante læsione superventa.

Sed si hæc læsio Ecclesiæ non consideratur in ipsa positivè, sed solùm negativè, quatenus scilicet non percipit ex re sua alteri locata, vel in emphiteusim data, tantam correspondentiam, quantam dictæ rei suæ auctus valor dare deberet; in hoc casu dicendum videtur non intrare, nec considerari posse Ecclesiæ læsionem, nam non possunt considerari illæ successivæ ipsius Ecclesiæ obligationes, ex quibus ipsa dicatur læsa, ut in casu superiori, nam contractus jam fuit unico actu terminatus.

131 Procedendo nihilominùs cum terminis generalibus; dici posset, Ecclesiam relevandam esse in casu, quo res ejus ad longum tempus locata, notabiliter aucta fuerit, non ex industria conductoris, sed naturaliter ex aliquo casu insolito, puta per alluvionem, & similia; nam in hoc casu, cùm pensio debeat correspondere ad rationem fructuum, juxta Gloss. *in l. si merces* §. *vis major in verb. cui ff. locati*; propterea dicendum esset, quod auctis ex aliquo casu fructibus, Ecclesia censeretur læsa, nisi pensio quoque augeretur, ut tradit Bald. *in addit. ad Specular. in tit. de locat. col.* 4. Verùm hæc opinio nimis redditur dubitabilis per ea quæ tradunt, Redoan. *de reb. Ecclesiæ non alienand. quæst.* 13. Joseph Ludovic. *decis. Perusin.* 22. *num.* 4. Carocc. *de Locat. fol.* 191. *n.* 121.

Vivius *opin.* 67. *par.* 2. & alibi occurret denuò sermo.

Quando autem, & quo tempore hæc evidens Ec- 132
clesiæ utilitas extare, & apparere debeat ad substinendum contractum, an scilicet tempore ipsius contractus, an verò tempore consecutionis, & executionis Beneplaciti Apostolici, si istud impetretur post contractum? Doctores non conveniunt; alii enim dicunt, spectandum esse tempus contractus, ut restatur Genuensis *in praxi cap.* 90. juxta unam *num.* 3. & juxta aliam impress. *cap.* 107. *num.* 3. alii verò existimant, attendendum esse tempus executionis Beneplaciti Apostolici, non verò tempus contractus præcedentis, quia ex defectu dicti Beneplaciti fuerat nullus, Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 13. *quæst.* 4. *num.* 13. *vers. nihilominus*; alii denique
distinguunt, nimirum attendendum esse tempus con- 133
tractus, quando Beneplacitum Apostolicum fuit impetratum specificè ad ipsius contractus confirmationem, & Papa mandavit, ut confirmetur, *si cedat in evidentem, &c.* sed si Beneplacitum emanavit in forma communi, & nulla in illius impetratione facta fuit expressio contractus præcedentis, sed solùm fuit petitum Beneplacitum pro alienatione facienda, tunc utilitas debet constare Executoribus tempore interpositioni Decreti: ita Rosa *de execut. litter. Apostol. d. p.* 1. *cap.* 5. *à num.* 335. Bois. *num.* 103. Donat. *par.* 2. *tract.* 14. *quæst.* 9. *num.* 16. quorum ratio ea est, quia, quando Papa confirmat contractum jam factum, dicitur gratia facta, & respicit tempus initi contractus, cui efficaciam, & robur tribuit; sed quando non adest specifica confirmatio, contractus non censetur perfectus, nisi tempore assensus Pontificii præstiti, & executioni demandati.

Attamen his ego non acquiescerem, ac dicerem, 134
in utroque casu attendendam esse utilitatem Ecclesiæ, tempore executionis Beneplaciti Apostolici, etiam quod istud promanet ad confirmationem contractus anteà initi; non enim censendus est Summus Pontifex velle confirmare contractum, alioquin nullum, & illi robur tribuere, nisi tempore confirmationis utilitas actu concurrat; nam ut suprà diximus solùm ista est objectum adæquatum Beneplaciti, quæ propterea à Pontifice non attenditur, nisi ut effectus resultans ex perfectione contractus; ac ideò vanum mihi videtur dicere, voluisse confirmare illum contractum, qui licèt ab initio utilis fuerit, tempore tamen quo perficitur, & quo Ecclesia obligatur, reddatur inutilis; potiùs enim Pontifex, si id sciret, contractum infirmaret, quàm confirmaret, ne Beneplacitum, quod favore Ecclesiæ requisitum est, in ejus odium induceretur; & licèt admittamus, consensum Pontificis retrotrahi ad tempus contractus, ita ut contractus valeat, non à die præstiti Beneplaciti, sed à die celebrati contractus, id tamen debet intelligi, quando extrema sunt habilia, & potest fieri retrotractio, non resistente medio; secùs verò si medium resistat, puta si inter celebratum contractum, & obtentum Beneplacitum, interponatur defectus causæ; nam tunc censetur devenisse contractus ad eum statum, à quo incipere non potuit, & consequenter confirmari non potest; ut sentit Corrad. *cit. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 49. ut non habeant in dicto casu locum fictio, & retrotractio.

Hinc videmus, quod in casu novæ alienationis,
ejusdem rei, requiritur nova utilitatis cognitio, nec 135
sufficit illa, quæ in prima alienatione semel adfuit, non ex alia ratione, quia utilitas in Ecclesia semper adesse debet, quoties rem suam à se abdicat, Barbos. *de jur. Eccles. d. cap.* 30. *num.* 17. Gratian. *c.* 379. Rosa *cit. num.* 338. Rota *par.* 7. *recent. decis.* 252. *nu.* 16. *& par.* 10. *num.* 22. & coram Amat. Dunoz. *decis.* 731. *num.* 47. Imo ut docet cit. Gen. *cap.* 107. *num.* 3. *vers.*
adverte post medium, quod dicta distinctio procedit, 136
quando Ecclesia obtinuerit jam utilitatem in effectu, tempore contractus, scilicet si habuerit E. G. pretium tunc utile, spectato eo tempore; secus autem

si deberet recipere pretium, juxta statum contractus, quo res Ecclesiæ valebat minoris, & tempore confirmationis per Beneplacitum pluris; & tunc certum est, pretium solvendum juxta tempus contractus, & hoc idem per eadem verba transcripta dixit Tambur. cit.

137 Verùm remanet idealis distinctio, quia vel Executores sunt dati in forma Commissaria, ut permittant alienationem, si adsit utilitas, & tunc omnes conveniunt, ut Executores debeant metiri utilitatem tempore assensus, quem præstant, Amayden *de Stylo Datar.* & alii citati per Rosam *num.* 336. *&* 337. vel Commissarii dantur, ut confirment contractum, & semper ponitur clausula *si contractus cesserit in utilitatem*, & tunc contractus alienationis non potest dici perfectè completus, sine Beneplacito, quia esset actus nullus, & contra Extravagantem, sed in actu præparatorio; & sic intrat quod notat ipse Genuensis, quod non entis non sunt qualitates, & sic contractu non existente, nequit utilitas considerari tempore extremi non existentis, & semper partes possunt pœnitere, Si tamen Papa confirmet actum nullum simpliciter cum omnibus pactis, tunc iisdem etiam adimpletis ex gratia speciali, potest habere locum quod dicunt cit. Ros. & Tambur. ac Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 49. ubi hoc idem in puncto firmat, & benè Rota *decis.* 627. *num. fin.* coram Seraphino, ubi quod quando principium est illicitum, & finis licitus, magis est spectandus iste, & difficillimè Papa contractus confirmat simpliciter sine clausula, & ratione utilitatis, imo Brevia pro hujusmodi alienationibus in forma gratiosa expediri non solent, Rosa *cit. p.* 1. *c.* 2. *num.* 88. vel tantùm in confirmatione alicujus concordiæ, Card. de Luca *de alien. prohibit. disc.* 52. *num.* 5.

138 In dubio autem, an utilitas in hujusmodi alienationibus censeatur interfuisse, distinguendum est; si enim interfuerunt debitæ solemnitates, & negotium per merum Executorem gestum fuit per extrajudiciales informationes, tunc præsumitur utilitas interfuisse, & si Ecclesia pretendat oppositum, debet allegare læsionem, Paris *consil.* 24. *nu.* 5. *lib.* 1. Gabriel. *commun. concl. tit. de sentent. conclus.* 5. *n.* 2. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 17. *num.* 2. Ricc. *in p.* 1. *prax. resol.* 13. *n.* 2. Barb. *in c. ad nostram de reb. Eccl. non alien.* Card. de Luca *de alienat. disc.* 1. *n.* 80. Corrad. *cit. l.* 9. *c.* 5. *n.* 49.

139 Sed si Executor fuit mixtus, ac proindè formiter processit, medio processu, & actis; tunc utilitas justificanda esset ex eisdem actis, nec sufficeret in hoc sola assertio partium, sive sententia Executorum, sicuti nec sola scriptura publica Notarii id asserentis, ut tradunt Redoan. *rubr. de caus. utilit. num.* 130. Rebuff. *de alien. rer. Eccles. n.* 75. Card. de Luca *de alienat. d. disc.* 1. *num.* 80. Rosa cit. *c.* 5. *num.* 339. Rota *decis.* 319. *num.* 8. *&* 13. *& decis.* 261. *num.* 6. *par.* 4. *t.* 2. *recent. decis.* 94. *num.* 43. *& seq. par.* 7. *& decis.* 202. *num.* 11. *ibid. decis.* 367. *num.* 8. *p.* 5. Imo, etsi Papa dixerit *Conscientiam tuam oneramus*, id intelligi debet fieri debere actum juxta modum legalem, *decis.* 202. *num.* 13. *quæst.* 7.

140 Idem quoque dicendum esset, imò fortiùs, quando juris solemnitates non fuerunt servatæ, nam tunc Ecclesia in dubio præsumitur læsa, & emptor debet probare oppositum, latè Rosa *cit. cap.* 5. *nu.* 339. cum ibi adductis, Rota *cit. decis.* 319. *num.* 8. *&* 13. *par.* 4. *t.* 2.

141 Limitatur tamen prædicta distinctio, si sententia observata fuerit per 30. annos, nam tunc indistinctè, quomodocumque processum fuerit, semper pro ea præsumitur, donec probetur contrarium, cit. Card. de Luca, ubi suprà, Rota *decis.* 684. *p.* a. *n.* 1. *& seq. recen.* præsertim si possit esse justa causa amissionis actorum; lapsus enim 30 annorum facit præsumere omnia legitimè gesta, Gloss. *in cap. pervenit de empt. & vend.* Abb. *consil.* 41. *num.* 2. *lib.* 1. & alii apud Gabriel. *tit. de sent. concl.* 5. Card. de Luca *cit. nu.* 82. Rota coram Seraph. *decis.* 1073. *num.* 2. *& in recent. decis.* 684. *num.* 2. *p.* 3. *& decis.* 302. *num.* 11. Et quamvis pro præsumptione Beneplaciti requiratur centenaria post Bullam Urbani VIII. tamen posita sententia, ea præsumitur ritè lata ex cursu 30. annorum.

Quando igitur per Executores lata fuit sententia, 142
sive Decretum, ex quo dicta alienatio utilis pronunciata fuit, semper præsumitur valida, quando Executores per Pontificem Delegati processerunt, servatis servandis, ex latè deductis per Riccium *resol.* 29. 143
& utilitas præsumitur intervenisse per lapsum centum annorum, Rota *decis.* 83. *num.* 15. coram Emerix Jun. 144
Sed nihilominùs non propterea negatur, ut Ecclesia, si velit, possit probare contrarium, nempe non adfuisse dictam utilitatem, ut tradunt Ricc. *d. par.* 1. *praxis resol.* 8. Corrad. *dicto lib.* 9. *cap.* 11. *num.* 13. Rota *decis.* 21. *par.* 2. *diversor.* & coram Amat. Dunoz. *decis.* 731. *num.* 37. *& seq.* & coram Durano *decis.* 238. *num.* 8.

Hujus autem utilitatis cognitionem, nec non alio- 145
rum, quæ in supplicatione exponuntur, Papa remittere solet Executoribus uni, vel pluribus, qui solent se extrajudicialiter informare; sed stante clausula: *Vocatis vocandis*, quæ semper in litteris commissariis apponi solet, debent procedere judicialiter, uti mixti Executores, ut tradit Rosa *de execut. litt. Apost. par.* 1. *cap.* 13. *in add. num.* 1. Ricc. *d. par.* 1. *prax. resol.* 100. Rota coram Durano *decis.* 238. *num.* 5. *&* 6. Sed quando Executor sit merus, ita ut sufficiat extrajudicialis inquisitio, quando verò mixtus; in alio Commentario erit sermo, prout de aliis circa Executores.

Illud pro nunc dicendum, quod Executores pro- 146
cedere debent prævio appretio Peritorum, & per Testes informatos testantes valorem rei de tempore non calamitoso, ut de praxi docet Corrad. *lib.* 9. *c.* 4. 41. 42. *&* 51. *& cap.* 5. *num.* 42. Rosa *cap.* 13. *in addit. num.* 28. *fol.* 242.

Illud ulteriùs primò advertendum est, utilitatem 147
istam cedere debere in ipsam Ecclesiam, non verò in personam Rectoris, Redoan. *in rubr. de causis utilit. num.* 101. Si enim sola ipsius Rectoris utilitas esset, contractus non obligaret successorem, nec ipsam Ecclesiam, Corrad. *d. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 18. & suprà
dixi plura, & addo resolutionem S.C.C. in una Pra- 148
ten. benep. die 7. Julii 1696. quæ denegavit Capitulo facultatem alienandi Capit. scut. 25. annuorum relictorum eidem cum libera facultate erogandi pro Ecclesia ad effectum convertendi dictum Capitale pro expensis Bullæ Indulti deferendi Cappas, & Rocchetum, quia non considerabatur utilitas evidens Ecclesiæ, licèt majus decus Canonicorum.

Hinc est, quod in praxi semper asseritur utilitas 149
Rectoris, & Ecclesiæ simul, nempè ad finem obligandi successorem ad observantiam ejusdem contractus, ut ait Corrad. *loco cit.*

Secundò pro utilitate sufficit habere rationem ad 150
majores fructus dumtaxat, ac propterea non censetur adesse utilitas Ecclesiæ, si pro re minoris valoris, sed majorum fructuum, daret rem majoris valoris, sed minorum fructuum, ut tradunt Sylvester *verbo alienatio n.* 24. Gen. *cit. c.* 107. *n.* 6. Passerin. *de stat. hom. q.* 185. *n.* 528. *in fine*, ubi dicit, etsi locationem ulti-
mam non probare verum valorem, tamen in hoc 151
casu sufficit ad excludendam utilitatem; quod non videtur indistinctè recipiendum, quia ut suprà dixi, non debet pro metienda utilitate respici redditus unius anni; sed etiam valor Capitalis, & per decennium fructus, *add. ad* Buratt. *decis.* 528. *num.* 22. & supra cit. D.D. & Rota *decis.* 336. *num.* 20. *par.* 10. *recent.* quando debeat attendi valor in proprietate & fructu, & etiam jus jurisdictionis si adesset, nam potuisset locari ex aliquo accidenti plus in ul-
timo anno; hinc alienatio quæ potest esse ad dam- 152
num, & utile, non potest fieri, ut in societate, & ob incertitudinem utilitatis fuit rescissa alienatio facta pro solutione salarii futuri Advocati, *in decis.* 756. & confirmatoriis coram Merlino, quia non erat certum

certum adesse lites; nec quod potuerat Advocatus
153 mereri ob labores dictum salarium, & in juridictio-
nalibus etiam considerari debet hæc utilitas, sed
attenduntur aliæ circumstantiæ inducentes necessita-
tem, vel utilitatem, Card. de Luc. *cit. disc. 1. de alien.*
numer. 52. ubi si agatur de unione, & dismembra-
tione, & aliis, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 29.
num. 15. Add. ad Ludovis. *decis.* 419. *num.* 6. *decis.* 224.
par. 10. *recent.* & de bonis difficiliter recuperandis,
154 utpotè in posse Baronis, an sit causa utilis, *dec.* 336.
num. 23. *ead. par.*

155 Tertiò denique ad dignoscendam hanc utilitatem,
non solùm attendi debet ad id quod Ecclesia tradit,
& recipit, sed etiam ad causam, & modum, ex quo
contractus perficitur; nec certa regula præscribi po-
test, sed ex facti circumstantiis diversimodè statui
valet utilitas, vel contra; sic utilis est creatio Cen-
sus ad finem extinguendi alium majoris interesse,
vel alienatio alicujus rei pro emenda alia majoris
utilitatis, & fructuum, ut ex communi opinione
tradit Viv. *tom.* 1. *commun. opin. tit.* 1. *num.* 25. Bar-
bos. *de offic. & potestat. Episcop. alleg.* 93. *numer.* 36.
Mantica *decis.* 101. *num.* 5. Ricc. *tom.* 1. *resol.* 46. *num.*
2. Corrad. *in prax. d. lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 24. Rota *decis.*
1109. coram Seraphino post Cenc. *de Censib. decis.*
25. Ita etiam utilis censetur creatio Census pro sub-
stinendis impensis litis, Rota coram Seraphino *cit.*
decis. 1109. *num.* 2.

156 At vice versa non censetur utilis alienatio rerum
stabilium, ad effectum emendi annuos Census, ut
declaravit S.C. 13. Martii 1619. apud Barbos. *in summ.*
verb. alienatio num. 13. nec pro fabrica Monasterii
S. C. *ibidem num.* 12. sicuti nec pro solutione æris
alieni censetur utilis alienatio Canonum, S. C. *ibi-*
dem num. 11. & refert etiam Thomas del Bene *tom.* 2.
de immunit. in addit. ver. Alienatio in fine, & de aliis
causis, idem Seraphin. *decis.* 1490.

157 Sed loquendo de Census creatione, posset dubita-
ri, an concessa facultate alienandi in beneplacito,
possit ille imponi? Aliqui enim negant, quia assen-
sus Apostolicus non debet extendi de contractu ad
contractum, & debet amussim servari quod Papa
158 præcipit, nec admittit extensionem de casu ad ca-
sum, nec de re ad rem, & sic nec de contractu ad
contractum, Corrad. *in prax. dispens. lib.* 9. *c.* 4. *num.*
20. de Marinis *resol.* 28. *lib.* 1. *n.* 10. Ricc. *decis.* 230.
lib. 4. quod ulterius probatur ex eo, quod concessa
venditione rerum pupillarium, non censetur permis-
159 sa eorum hypothecario, ad Text. *in l. si Pupillo-*
rum §. *si Prætor, & l. magis puto* §. *item Prætor ff.*
de reb. eorum, de Franch. *decis.* 302. *num.* 2. Reverter.
decis. 374. de Luca ad Franch. *decis.* 71. *num.* 6. & 7.
& sic quo ad assensum impetratum à Rege alienandi
feudum, Reverter. *cit. decis.* 374. quia etsi in jure sub
verbo alienationis comprehendatur pignoratio, ad fa-
vorem tamen ejus, cui permittitur alienatio, & non
comprehenditur sub prohibitione, quia jus benignè
160 intelligi debet, secùs autem in assensu, qui strictè
interpretari debet, ut latè cit. de Luca *num.* 7. & in
terminis, ut Census impositus cum Beneplacito alie-
nandi de eo non faciente mentionem, fuerit nullus,
Rota *decis.* 356. *num.* 1. cum pluribus sequ. *par.* 16.
recent.

161 Alii tamen procedunt, quod permissa alienatione
in Beneplacito, licitus sit quicumque actus alienatio-
num, puta pignoratio, census extinctio, & similia,
ut in terminis plenè probat de Marinis *tom.* 1. *resol.*
28. *num.* 13. *usque ad finem*, quando adsit identitas ra-
tionis, quia non dicitur extensio Beneplaciti, sed
comprehensio, & idem *in observat. cit. decis.* 374. Ro-
verter. *num. final.* & prius *ad decis.* 200. *ejusdem num.* 4.
Si enim, ait, Papa præstitit consensum distractioni,
eo magis censetur præstitisse contractui, qui habet
spem reluitionis rei distractæ; & sensus Textus *in l. si*
Pupillor. cum concordan. procedit, quia tunc pignora-
tio erat nociva, & utilius erat vendere bona Pupil-
li, ut benè observat de Luca ad Franch. *decis.* 71. *n.* 6.

& quo ad bona feudalia alienari permissa ab assensu,
an strictè debeat interpretari, dubitant D. D. ut refert
idem de Marinis *loc. cit.* & alii adducti per de Lucam
ad cit. decis. 302. *num. finali.*

Tamen ego distinguendos puto casus: aut Papa 162
expressè in Beneplacito fecit mentionem de certo con-
tractu, & pactis, quæ non possunt ullo modo ad-
aptari alteri contractui, & tunc nec ex identitate,
neque ex majoritate rationis valebit alter contractus,
nisi expressus, quia debet ad unguem servari volun-
tas Papæ, *cap. cum dilecta*, ubi Abbas *num.* 5. *de re-*
scriptis, Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 68. *num.* 5. Spe-
rell. *decis.* 154. *num.* 37. *& seq.* benè Corrad. *cit. cap.* 4.
num. 20. Redoan. *de alienat. quæst.* 20. *num.* 112. & benè
Rota *in cit. decis.* 356. *num.* 4. *&* 7. *par.* 16. Aut agi-
tur de Beneplacito, in quo sit mentio contractus in
genere, qui possit etiam verificari in alio contractu,
vel saltem non adsit repugnantia omnimoda, & tunc
valebit alius contractus, si fuerit utilior Ecclesiæ,
ut benè hanc distinctionem approbavit Rota *decis.*
741. *num.* 1. *versic. quia*, coram Card. Cerro, in cujus
casu Papa dederat facultatem recipiendi sub usuris
certam summam cum assignatione pensionum Do-
mus Ecclesiæ, & nihilominus Rota substinuit censum,
ex eo quod non fuerat præscripta certa & determi-
nata forma contractus, & sic benè potuerat verifica-
ri in receptione pecuniæ ad censum super eadem Do-
mo cum assignatione fructuum, quia verè census
constitutio, est venditio fructuum rei stabilis, & jus 163
in creditorem translatum eos percipiendi ex certo
fundo, Cenc. *de censib. quæst.* 20. *num.* 14. *& post eum-*
dem decis. 47. *& decis.* 396. *nu.* 7. *par.* 18. *recent.* & li-
cèt fuerit revocata *d. decisio* coram Cerro *in cit. decis.*
346. *par.* 16. tamen cum revocatione sententiæ Rota-
lis, fuit iterùm confirmata *in decis.* 544. coram Eme-
rix Jun. *tom.* 2. cum iisdem rationibus.

Nec obstitit quod intra decennium fuerit injun- 164
ctum, extingui debitum, quia etiam in censu idem
est permissum debitori facere propria facultate, non
autem temporis præfixione, ut benè advertit *cit. dec.*
coram Card. Cerro *n.* 3. & generaliter Cenc. *de cens. qu.*
103. *in princip. decis.* 271. *num.* 2. *post eumdem*. Imò ci-
tata *dec.* 356. *par.* 16. revocatoria primæ se fundavit
præcisè, non in impugnando dictam distinctionem, sed
duplici ratione, quod erat majus præjudicium in cen-
su, & quod in constitutione census aderat majus
damnum Ecclesiæ, quàm in puro contractu receptio-
nis pecuniæ sub usuris, & ex eo quod emptor census
non curavit extinctionem illius per decennium ex fru-
ctibus, ut imponebat Beneplacitum, sibique onus fuisse
impositum, quo non adimpleto, sibi præjudicavit, &
primum motivum fuit visum non substineri, quia verè 165
nullum præjudicium fuit Ecclesiæ inductum per con-
stitutionem census extinguendi intra decennium ad
formam Beneplaciti, prout onus extinguendi erat Re- 166
ctoris, non autem Creditoris, ut firmatur *in cit. decis.*
coram Emerix, stante irrepetibilitate Census respectu
creditoris, & rursus verba erant directa in eumdem Re-
ctorem circa extinctionem faciendam per decennium,
ut solet imponi in Beneplacito juxta formam apud Cor-
rad. *cit. lib.* 9. *c.* 9. *n.* 5. & benè consideravit Rota *in dec.*
coram Cerro *n.* 4. *& seq.* & extinctio non facta intra
tempus, non producit nullitatem census, ut ibidem.

Nec par ratio est inter alias materias, in quibus 167
permittitur ex identitate rationis quicumque contra-
ctus, tum quia vel loquuntur DD. in terminis puræ
permissæ alienationis in genere, & non pro certo con-
tractu, cum pactis specialibus, vel quando non agitur
de Beneplacito, prout id quod conceditur à Papa ra-
tione universalis Dominii in bonis Ecclesiæ, ex cujus
defectu remanet actus nullus, ut suprà latè dixi, etsi
fuerit utilis, & quando mutatur contractus, debet re-
curri ad eumdem, qui juxta praxim vult expressum
contractum approbare, ut notat Corrad. *cit. cap.* 4. *nu.*
20. & in terminis assensus rei feudalis etiam ita sen- 168
serunt plerique apud cit. de Luca ad Franch. *decis.* 71.
num. 6. & alibi erit sermo.

Extinctio, ut suprà demandari solita intra certum
169 tempus per Rectorem, debet fieri proportionabiliter
ad tempus suæ possessionis, aliàs tenetur ipse, & hæ-
170 redes, & deinde successores pro rata annorum, &
fructuum, Rota *decis.* 350. *num.* 4. *par.* 1. *decis.* 356.
num. 21. & 22. *par.* 16. *& cit. decis.* 544. *num.* 4. coram
Emerix, ut in consimili casu dotium solvendarum
171 ex fructibus deberi proportionabiliter ab hæredibus
gravatis, Rota *decis.* 160. *num.* 8. *par.* 18. nec potest
tueri se Rector ex defectu congruæ, quia sibi præjudi-
172 cavit acceptando Beneplacitum ac ejus formam, &
resolvit S. Congreg. Visitationis in Romana 16. Maji
1685. & in alia Romana 12. Aprilis, & 12. Augusti
eodem anno, & in S. Congreg. Concilii in una Ti-
burtina extinctionis Censuum prima Decembris 1685.
censuit utrumque Parochum, nempè antecessorem
& successorem teneri pro rata temporis, & tempus
ad extinguendum Censum præfixum, prorogandum
173 esse arbitrio Eminentissimi Episcopi, quia verè Sa-
cra Congregatio solet indulgere prorogationi, si co-
gnoscat redditus non sufficere pro congrua Parochi,
præsertim si agatur cum successore, nam Parochus
non tenetur ad onus Ecclesiæ, si non præservetur
congrua, Sperell. *decis.* 67. §. *Quintus Casus*; & cùm
ipse non fecerit alienationem, & non consenserit dictæ
extinctioni faciendæ cum fructibus, non videtur ju-
stum, ut defraudetur propriis alimentis, sed deberent
concurrere illi, qui tenerentur ad solutionem pro ma-
nutentione Ecclesiæ, ad formam citatæ decisionis
Sperell. vel prorogatur tempus à Sacra Congreg.

Si verò Parochus antecessor alienans fecisset me-
174 lioramenta in rebus Ecclesiæ ex fructibus ad se spe-
ctantibus, videtur debere compensari cum fructibus
non erogatis in extinctionem, quia debent meliora-
menta compensari cum deterioramentis, Surd. *Cons.*
333. *num.* 34. Cyriac. *controv.* 38. *num.* 10. Ciarlin. *con-
trov.* 51. *num.* 54. *lib.* 1. Rota *decis.* 554. *num.* 19. *p.* 18.
quia successores non tenentur ad debita facta ab an-
175 tecessore in Ecclesia, quatenus antecessor fuerit locu-
pletatus, secùs autem si cesserit in utilitatem Eccle-
siæ, Rota *decis.* 778. *num.* 2. *in fine*, *p.* 2. *recent.*

176 Utilis etiam ex causa censetur alienatio, quæ fit
ab Ecclesia, ob justam gratitudinem, & remunera-
tionem laboris, & meriti, sive obsequii, quod erga
ipsam præstitum est, ad hoc ut alii ad benè faciendum
Ecclesiæ hoc modo alliciantur, ut habetur *in can. si
quos* 10. *quæst.* 2. *cap. consensus* 3. *de reb. Eccles. alienan.
vel non*, & tradunt Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 95.
num. 62. Borrell. *in Summ. decis. tit.* 15. *nu.* 12. Pyringh.
tit. 13. *sectim.* 2. §. 2. *num.* 41. Ricc. *collectan.* 2201. &
alii apud Bos. *tit.* 18. *num.* 141. Rota coram Seraphino
decis. 1490.

177 Ita tamen censentur dicta merita sufficientia ad fa-
ciendam alienationem utilem, quando ista correspon-
dent, & commensurantur cum valore rei, quæ alie-
natur, ita ut, pensatis singulis, Ecclesia remanear cum
evidenti utilitate, ut benè advertit Molin. *de justitia,
& jur. disp.* 145. *vers. de remuneratoriis*, Menoch.
consil. 112. *num.* 11. Sanch. de Matrim. *lib.* 6. *dispur.* 6.
num. 5. *cit. decis.* 1490. *nu.* 10. coram Seraphino, quod
debeant esse erga Ecclesiam, & debeant probari, Rota
coram Merlin. *decis.* 756. *num.* 6. ubi quod non possunt
alienari bona Ecclesiæ pro honorario Advocati, &
quod merita debent esse urgentia, & insignia, Borrel.
ut suprà *num.* 14. *decis.* 764. *&* 775. coram Melino; in
quibus decisionibus, ut suprà dixi, annullatur conces-
sio facta Joanni Petro Fontanellæ J. C. insigni pro
remuneratione laboris in ejus munere Advocati, ubi
quod semper debet præcedere beneplacitum, cùm dicta
remuneratio, casu quo esset necessaria, posset deservi-
re pro causa tantùm sufficiente cum beneplacito.

178 Et sic in hac re advertendum esset, quod hæc me-
rita & servitia debent erga Ecclesiam esse adeò gra-
via, ut inducant in illam, non solùm simplicem, &
qualem qualem antidoralem obligationem, verùm et-
iam ut de condigno remunerationem postulent, & sic
licèt in nomine donatio, sive quælibet alia contribu-
tio sit gratuita, revera tamen sit purus contractus
onerosus, & intret obligatio evictionis, ut ait Card.
de Luca *de alien. d. disc.* 1. *num.* 51.

An autem servitia, & benemerita, debeant esse ta-
lia ad constituendam hanc necessariam remunerato-
riam donationem, ut rigorosè, & justitiæ lege, mer-
cedem exposcant, & actionem pariant, vel non, seu
quomodo debeant commensurari? Et quod sufficiat, si
ex lege gratitudinis obligent, ut latè in consimilibus
Sanchez de Matrim. *lib.* 6. *disp.* 6. *per tot.* & ex multis,
quos adducit Capycius Latro *cons.* 38. *num.* 22. & in
alienatione rei Ecclesiæ, Menoch. *de arbitr. casu* 434.
ubi remittitur arbitrio Judicis.

Verùm quidquid sit in aliis materiis, in hac, de qua 179
agimus, quia agitur de re Ecclesiæ, pro cujus aliena-
tione requiritur causa necessaria vel utilis, ista meri-
ta debent esse urgentia, & æquipollentia, ut benè
Card. de Luca *de alien. prohibitis disc.* 1. *num.* 51. quod
debet esse non solùm causa antidoralis, sed natura-
lis, & ex debito justitiæ, itaut in simili donatio non
requireret insinuationem, & subjiceretur evictioni,
quod idem est, quàm solutio debiti, aliàs esset per-
dere, benè Rota *cit. decis.* 756. *num.* 6. coram Mer-
lino, ubi plenè, & in confirmatoriis *decis.* 764. *&*
775. & in similibus terminis prohibiti contrahere,
ut non possit donationem remuneratoriam facere 180
nisi merita id exigant ex justitia, Card. de Luca *de
Feudis disc.* 94. ubi plenè concordantes; dispar enim
ratio est inter prohibitos contrahere, & liberam ha-
bentes administrationem; imo etiam est differentia in-
ter prohibitos ratione alicujus juris, ut est inter
Virum & Uxorem donatio, & inter prohibitos
ratione defectus dominii, ut est in Tutore, & in
Rectore Ecclesiæ, qui sunt simplices administrato-
res, in his requiritur vel urgentia decreti Judicis,
vel saltem quod merita possior parere actionem in
judicio, ut benè in *cit. decis.* 756. *num.* 8. *& seq.* &
hæc remuneratio facienda ab Ecclesia est nimis in 181
puncto juris periculosa, ut ait Rosental. *de feud.
cap.* 4. *concl.* 39. *num.* 4. & Rota *d. decis.* 756. *num.* 9.
coram Merlin.

Hinc est, quod alienatio ad effectum remuneratio-
nis fieri non permittitur de bonis stabilibus, Ricc.
collect. 2201. Barbos. *de offic. Episcop. par.* 3. *alleg.* 95.
num. 61. Rota *decis.* 243. *num.* 3. *p.* 7. *recens.*

Ex modo etiam alienatio dicitur utilis, nempè ex 182
pacto, ut melioramenta in casu devolutionis spe-
ctent ad alienantem, & hujusmodi, nam hoc pa-
ctum tamquam pars pretii existimandum est, Cæ-
sar. de Grass. *decis.* 136. *num.* 3. *de reb. Eccles. non
alienand.*

Quarta denique legitima alienationis causa est in- 183
commoditas, quæ ad supradictam causam utilitatis
subalternatur. Quando igitur res plus damni, & in-
commodi, quàm utilitatis Ecclesiæ affert, puta si
longè distet, vel sit exigua, licitè alienari permittitur
Can. terrulas 12. *quæst.* 2. Corrad. *loc. cit.* Barbos. *de jur.
Eccl. cap.* 30. *num.* 19.

Hinc generaliter dicendum est, quod res omnes 184
infertiles, loca diruta Ecclesiæ, alienari valent etiam
sine assensu Apostolico, ut tradunt Redoan. *de alie-
nat. bon. Eccl. quæst.* 12. & alibi dicemus quoad *Can.
terrulas* 12. *quæst.* 2.

Circa tandem pœnas impositas in hac Constitu- 185
tione Leonina, videntur illæ esse suspensio, & excom-
municatio ferendæ tamen sententiæ, ut in §. 3. ha-
betur: Sed in Extravaganti Ambitiosæ Pauli II. im-
ponitur excommunicatio ipso facto cum aliis pœnis,
Scortia *ad hanc Constit. theorem.* 3. & hujusmodi pœ-
nas contra alienantes bona Ecclesiæ, non servatis so-
lemnitatibus, alibi referam, prout qui contractus ve-
niant sub illa, ex d. Extrav. Paulina.

CONSTITUTIO II.
D. LEONIS MAGNI
incipiens (*Omnem.*)

EPITOME BULLÆ.

LEO EPISCOPUS, SANCTÆ SYNODO apud Chalcedonem habitæ.

SAcrum Ocumenicum Concilium Chalcedonense in rebus Fidei tantùm approbat. Sectatores Nestorii & Eutychetis, & Dioscori dogma damnat, ac præcipit Concilii Nicæni observantiam.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur nonnulla Concilia celebrata sub D. Leone I. contra hæreticos, quorum nonnulli repressi sunt ab eodem Pontifice, & numeris sequentibus.*

2 *Manichæorum hæresis depressa, opera D. Leonis.*

3 *Causa convocationis Concilii Chalcedonensis, & de depositione Dioscori Patriarchæ Alexandrini, ac condemnatione hæresis Eutychetis.*

Leo Magnus confirmavit acta dicti Concilii quoad res Fidei tantum, & quare? Ac confirmavit damnationem hæresis Nestorii & Eutychetis, & impium dogma Dioscori damnavit, ac injunxit observantiam Concilii Nicæni, ibid.

4 *Concilium Nicænum est primum inter quatuor prima generalia.*

5 *Canones Concilii Nicæni, & si in eorum numero non conveniant Scriptores, maxima tamen semper fuerunt venerationis.*

6 *Symbolum editum in Concilio Niceno, & de ejus etymologia.*

7 *Symbolum, brevi sermone, Fidem nostram amplectitur.*

8 *Quatuor Symbola in Ecclesia Catholica numerantur, quorum primum est illud Apostolorum, quod indubitatum est apud Ecclesiam.*

9 *Secundum Symbolum editum fuit in Concilio Niceno contra hæresim Arianam negantem consubstantialitatem Filii Dei cum Patre.*

10 *Tertium Symbolum conditum fuit in Concilio Constantinopolitano contra Macedonii errorem, circa Spiritum Sanctum.*

11 *Hoc Symbolum, quod amplectitur Apostolicum, & Nicænum, clarius nostram fidem explicat, confutat Græcorum errorem, & Ecclesia eo utitur in Missarum celebratione.*

12 *Ritus recitandi Symbolum Nicænum, vel Constantinopolitanum, quomodo invaluit in omnibus Ecclesiis, cùm earum nonnulla aliis Symbolis uterentur?*

13 *In Ecclesiis Occidentalibus fideles in privata recitatione passim utuntur Symbolo Apostolorum.*

14 *Sancitum fuit in Concilio Ephesino, & Sardicense, ne liceret Symbolo Niceno aliquid addere.*

15 *Explicatur sensus dictæ prohibitionis.*

16 *Symbolum D. Athanasii ab Ecclesia receptum, quod est quartum.*

17 *Græci à prædicto Symbolo hanc vocem,* Filio, *obliterarunt.*

18 *Concilium Nicænum quo tempore celebratum fuerit?*

19 *Fuit celebratum Nicææ in Ædibus Imperialibus.*

20 *De Ario, & ejus hæresi, quæ fuit causa Concilii Nicæni.*

21 *Illius miserrimus interitus.*

22 *Concilium Nicænum 318. Episcopis coaluit, qui numerus mysticè interpretatur.*

23 *Osii lapsus in Sirmii Conciliabulo, ejusque deinde resipiscentia refertur.*

24 *Concilium Generale II. & III. fuerunt Constantinopolitanum I. & Ephesinum I.*

25 *Constantinopolitanum Concilium quo tempore celebratum fuerit?*

26 *In eo fuit damnata hæresis Macedonii negantis Spiritui Sancto divinitatem.*

27 *Quæ verba addita fuerint ex hoc Concilio, Symbolo Nyceno?*

28 *Concilium Ephesinum I. quo tempore celebratum fuerit contra Nestorium?*

29 *Nestorius asserens, Mariam non esse Theotocon, sed Christiacon, duas in Christo asserebat personas.*

30 *Concilium Chalcedonense quo tempore celebratum fuerit?*

31 *In eo 630. Episcopi interfuerunt, inter quos Patriarchæ quatuor.*

32 *In eo fuit recognitus Leo Pontifex, Pastor Ecclesiæ Universalis.*

33 *Damnata fuit in dicto Concilio hæresis Eutychetis asserentis in Christo unam tantùm fuisse naturam, scilicet Divinam.*

34 *Sedes Episcopalis Hierosolymitana in quartam Patriarchalem ex hoc Concilio erecta fuit, licèt Leo illam non approbaverit.*

POntifex iste in Constitutione hac inscribitur *Episcopus*, de quo nomine, infrà in Constitutione
Pelagii tractabo. Initio igitur Pontificatus D. Leonis 1
I. plura fuerunt Concilia celebrata ad aliquos errores, veritati nostræ Fidei Catholicæ noxios, eliminandos, ut recensetur Vasense anno 442. 13. Novembris in Gallia Provincia Narbonensi, nunc in districtu Status Avenionensis Sedi Apostolicæ subjecti; in quo Concilio decem Canones emanarunt pro reformatione, à decem & quinque secundùm aliquos, & viginti duobus secundùm alios Episcopis ibi congregatis, ex Surio, & Bino *tom. 1. Concil.* & Labbè *tom. 3. fol.* 1456. 57. 58. & 59. Sic quoque celebratum fuit Romanum contra Manichæos, in quo interfuit ipse Leo anno 444. juxta Baron. Nam cùm hæresis illa Mani-
chæorum ex Africa Italiam pervasisset, ex eo quia plu- 2
res ex illa regione devastata per Gensericum Regem Vvandalorum, ad Italiam confugiebant, etiam Romæ excreta ibidem hæc pestis cùm grassaretur, sicuti opera D. Leonis fuit nota in *Serm. 50. de Jejunio*, quia sectatores jejunabant die Dominico, ita etiam fuit opera illius depressa, damnata, ac aliis mediis opportunis in dicto Concilio adhibitis elisa. Aliud Concilium Romanum fuit sub eodem Leone anno 445. pro controversia Metropolis in Gallia Narbonensi inter Episcopos Arelaten. & Viennen. Baron. *ann.* 445. *fol.* 33. *lit. C. vers. habita.* Rursùs Concilium Toletanum in Hispania contra Priscillianistas anno 447. Concilium Arelatense III. in Civitate Arelate vulgò *Arles* in Gallia Narbonensi anno 453. sec. Baron. *num.* 41. *vel* 455. ex Labb. *tom. 4. Concilior.* in quo plura de Ecclesiastica servanda disciplina, de ordinandis Ecclesiæ ministris, & aliis statuta fuerunt. Concilium Andegavense, Andegavi, vulgò *Angiò*, celebratum anno 453. Baron. *ib. num.* 51. & Concilium Venericum, in Venetensi Civitate in Gallia Lugdunensi, & alia quæ refert Ciacon. *in Vita ejusdem Leonis.*

Præclarissima tamen fuit convocatio Concilii Oe- 3
cumenici Chalcedonensis, tempore ejusdem D. Leonis, quod quidem Concilium est quartum inter Generalia. In hoc sacro Consessu, causa prior fuit condemnatio hæresis Eutychianæ, & impii Dioscori Patriarchæ Alexandrini, qui à fide aberrans, Eutycheti favit, in Conciliabulo Ephesino ita insaniendo, ut Leonem Magnum excommunicare minimè erubuerit, & ab ipso Concilio citatus, in judicio sistere noluit, unde dignitate exauctoratus, in exilium missus, ac Gangram Paphla-

goniæ

goniæ relegatus fuit, ejusque Sedem Patriarchalem, Alexandrinorum, Proterius replevit etsi tumultuantibus ipsis, mortuo deinde Dioscoro in relegationis loco. Verùm quia in eodem Concilio fuit declarata Sedes Constantinopolitana Patriarchalis prima, & primus locus ei tributus post Romanum Pontificem, ut constat ex Can. 28. ejusdem Concilii, & scripta ab hoc Epistola D. Leoni, ut acta Concilii confirmaret; iste Sanctus Pontifex hanc decretalem ipsi Concilio rescribendo, illud confirmavit quoad res Fidei, & errorem Eutychetis, confutationem, ac condemnationem Dioscori comprobando; non autem in reliquis, quia putavit satis fuisse dissonum justitiæ regulis, ut præjudicaretur Patriarchis Alexandrino, & Antiocheno. Et licèt Anatolii tunc Urbis Constantinopolitanæ Antistitis opera, Imperator, & Pulcheria Augusta Leoni supplices dederint litteras, ut prærogativam illam Sedi Constantinopolitanæ per Concilium concessam confirmaret, noluit Papa id agere, retundens ambitionem, & ausum Anatolii *ep.* 61. & licèt confirmasset, ut dixi, idem Concilium, quoad materias Fidei, tamen Anatolius injustè retorquendo mentem Magni Leonis, ad captandam vulgi opinionem ausus fuit dicere, quod Leo Concilium nullo modo confirmare vellet, ut historiam tam Dioscori quàm supradictorum referunt Baron. *anno* 451. Cabassut. *in not. Concil. fol.* 187. & Labbè *t.* 4. *Concil. fol.* 240. *& seq. usque ad f.* 843. ubi refert approbationem dicti Pontificis modo quo suprà, & benè exprimitur in hac nostra Constitutione, in qua perspicuè suam declaravit intentionem confirmandi tantùm quoad res Fidei, & impiorum sinistram vocem retundendo, quod talem confirmationem renueret, ibi in proœmio: *Omnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo definitiones Sanctæ Synodi, quæ ob confirmationem Fidei in Chalcedonensi Civitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum, quia nulla sinebat ratio, ut qui unitatem Catholicæ Fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem* Et in §. 1. *sed etiam per approbationem gestorum Synodalium, propriam vobiscum iniisse sententiam in sola videlicet Fidei causa (quod sæpè dicendum est) &c.* Et §. 3. *Unde si quis unquam ausus fuerit vel Nestorii perfidiam, vel Eutychetis, ac Dioscori impium dogma defendere, à Catholicorum communione resecetur*; & tandem observantiam Concilii Nicæni demandavit; sed cùm priùs celebratum fuerit Concilium Nicænum illo Chalcedonensi, ideò de eo primo aliqua dicenda duxi in hoc Commentario.

4 Concilium namque Nicænum, cui referendum est peculiare lumen articulorum nostræ fidei, Sanctum, & Oecumenicum primum ex quatuor Conciliis Generalibus, nempè Constantinopolitano, Ephesino, & Chalcedonensi, fuit; quæ quatuor Concilia sunt fontes, ex quibus veritas Catholica scatet, D. Greg. *lib.* 1. *regest. Epist.* 14. *Can.* 2. *& seqq. distin.* 15. *&* 16. quæ Synodus Nicæna, Magna dicitur, P. Lupus *tom.* 1. *Schol. ad Synod. Nican. cap.* 4. *in fin. pag.* 100.

5 Canones hujus Concilii Nicæni variè assignantur à Scriptoribus Sacræ Historiæ, nam plerique viginti tantùm asserunt, Theodoretus *lib.* 1. *Histor. Eccles. cap.* 8. *in fine*; alii viginti duos, & viginti quatuor dicunt; Baron. *anno* 325. *in eod. Conc.* affirmat plures, & de numero ipsorum Canonum eruditè scripsit Diatriba cit. Cabassut. *fol.* 120. & latè disserit citatus P. Lupus *fol.* 110. *cum plurib. seqq. tom.* 1. *Conciliorum*. Cæterùm quotquot fuerint, semper habiti sunt in maxima reverentia, ut testatur Leo *Epist.* 34. ad Athanasium Thessalonicensem Episcopum, esse scilicet illos Spiritu Dei celebratos, & totius mundi reverentia consecratos.

6 Præcipuum opus hujusmet Sacri Concilii fuit Symbolum dictum Nicænum. Dicitur Symbolum, vel quia est compositum ex variis partibus, sententiisque, seu morsellis, ut dicit Gloss. *in rubr. de Summa Trinitate*, dictum à verbo græco, quod latinè significat, vel denotat collationem, ut Beda *in commentar. lib.* 2. *cap.* 23. *proverbiorum* dixit: *Symbolum, græcum nomen est, idemque est, ac collatio*; est enim collatio sermonum, sicut in Conciliis solet fieri; sic etiam collatio dicitur, in qua plures solent cibos conferre pro unaquaque parte, & explicat D. Hieronymus *in cap.* 23. *proverb.* & patet ex Can. *non oportet* 44. *dist.* seu etiam tesseram, seu signum dicunt symbolum, quasi notam Christianorum, ut docet Ruffinus Presbyter Aquilejen. *fol.* 169. *in Symboli Apostolici Commentariis* paulò post initium ibi: *Symbola distincta unusquisque Dux suis Militibus tradit, quæ latinè signa, vel indicia nuncupantur, ut si fortè occurrerit quis, de quo dubitetur; interrogatus, Symbolum prodat, si sit hostis, vel socius*. Unde tanquam nota veri Christiani sæpè est recitandum, juxta D. Augustinum *lib.* 1. *de Symbolo tom.* 9. *ad Catechumenos cap.* 1. *Ut commemores*, ait, *fidem tuam, sit tibi tanquam speculum Symbolum tuum &c. & gaude quotidie fide tua, sint divitiæ, sint quotidiana ista mentis vestimenta*. Proinde benè fuit sancitum *in Concilio Moguntino anno* 813. *Can.* 45. ibi: *Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere semper admoneant Sacerdotes Populum Christianum, volumusque, ut disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, sive in jejunio, sive in alia castigatione emendentur*.

7 Symbolum namque est regula fidei, brevis, ac perfecta confessio, breve prædicationis indicium, brevis credendorum collectio; & D. Augustinus *in lib. de Symbolo cap.* 1. ait: *Est autem fides Catholica in Symbolo nota fidelibus, memoriæque mandata, quantum res passa est brevitatis sermonis, atque incipientibus, & lactentibus, paucis verbis credenda constitueretur, quod proficientibus, & ad divinam doctrinam surgentibus, multis exponendo esset perficiendum*.

8 Symbola autem quatuor numerantur in Ecclesia Catholica, & primum fuit Apostolorum anno 44. post Christi mortem compositum in Conventu habito ab ipsis, quolibet gradatim addente propriam particulam D. Ambrosius *Sermone de jejunio*, Epiphanius *hæres.* 71. D. Augustinus *ser.* 21. *de passione, & Epist.* 13. ad Pulcheriam Augustam, Cabassut. *cit. pag.* 3. *num.* 9. & idem Ruffinus loco mox allegato; *Omnes igitur*, inquit *in uno positi, & Spiritu Sancto repleti, breve istud futura sibi, ut diximus, prædicationis indicium in unum conferendo, quod sentiebat unusquisque componunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt*, Gonzal. *lib.* 1. *Decretal. in Apparatu Jur. Can. num.* 38. & quam partem in ipso Symbolo quilibet Apostolorum apposuerit, vide Herreram *de origine Missæ lib.* 2. *cap.* 18. Duran. *de Rit. lib.* 2. *cap.* 24. Vicecomitem *de Missæ rit. l.* 3. *cap.* 13. quamvis non desint negantes compositionem per partes dicti Symboli. Sed quòd verè Symbolum adeò in Universali Ecclesia reverenter fuerit habitum, ut in omnibus ferè Conciliis fuerit recitatum in initio, refert cit. Gonzal. *num.* 38. *in fine*. Et manifestus agnoscitur error Erasmi, qui in præfatione ad suas Paraphrases in S. Matthæum dubitat, an Symbolum hoc fuerit ab Apostolis conditum, prout quoque Calvinus; & novissimè VVossius, scilicet Joannes Gerardus Calvinianus opus edidit de tribus Symbolis: quam veritatem indubitatam semper tenuit Ecclesia, & docent SS. PP. ut S. Hieronymus *Epist.* 61. S. Augustinus *in Dominic. Palm.* & latè comprobat P. Lupus *cit. tom.* 1. *Concil. cap.* 2. *fol.* 4. *cum seqq.* & de hoc Symbolo Apostolorum scripsit Natalis Alex. *Histor. Eccl. in dissert. peculiari part.* 1. *dissert.* 11. *fol.* 455.

9 Secundum est Symbolum Nicænum compositum in hoc Sac. Concilio ab illis PP. pro compescenda hæresi Ariana negante Filii Dei cum Patre consubstantialitatem; imò etiam Pauli Samosateni aberrantis à veriate Incarnationis, nam prius Ecclesia Catholica usque ad tempus dictarum Hæresum solo Apostolico Symbolo contenta fuit, ac usa. Cujus Symboli formam repetit Cabassut. *fol.* 106. & latè exponit cit. P. Lupus *fol.* 7. *cap.* 30. atque de ejus auctoritate differit *c.* 4. *per tot.*

Ter-

10 Tertium est Symbolum Constantinopolitanum post
Nicænum editum ad confutandum errorem Macedo-
nii circa Spiritum Sanctum; nam in Nicæno nil aliud
de Spiritu Sancto habetur nisi: *Et in Spiritum San-
ctum*. Et distinctè omnes articulos fidei nostræ ex
Symbolis Apostolorum, & Nicæno, latiùs colligit
hoc Symbolum Constantinopolitanum, quod refertur
à Cabassut. *fol.* 166. Deinde addita fuerunt in Conc.
Forojulien. *an.* 791. verba *Filioque*, ad confutandum
errorem Græcorum negantium processionem Spiritus
Sancti à Patre & Filio, idem Cabassut. in Diatriba
11 *fol.* 544. *num.* 5. quamvis alii ad aliud tempus id ad-
scribant: & posteà in Concilio Florentino confirma-
ta *anno* 1438. & idem Cabass. *fol.* 540. præsentibus
Græcis, qui conquerebantur de iis verbis longè ante
dictum Florentinum adhibitis. Hoc igitur Symbolum
Constantinopolitanum cum dicto addito, est illud,
quod decantatur in Missis, quod passim Nicænum di-
citur, quia loco illius fuit usurpatum in Missarum ce-
lebratione; qui ritus ab Ecclesiis citiùs, vel tardiùs
12 fuit receptus, & in Hispania statuit in Missis illud
decantari tertia Synodus Toletana *Can.* 2. sicuti sta-
tim fecerunt Græci, & paulatim Ecclesiæ Galliæ, &
D. Marcus Pontifex Primus, & unicus hoc nomine,
jam statuerat, in diebus solemnibus post Euangelium
solemniter recitari Symbolum Nicænum in Missis,
Ciac. *in Vit. Pontif. t.* 1. *fol.* 229. imò refert *fol.* 769.
Benedictum VII. dictum VIII. ad preces Henrici Im
peratoris jussisse recitari in Missis post Euangelium
per Presbyteros Romanos, qui tantùm utebantur
Symbolo Apostolorum, hoc contenti, quia nunquam
à fide Apostolica aberraverant, ut apud dict. Alex.
loco supra cit. & deinde receperunt illud Constanti-
nopolitanum, ut cit. P. Lupus *cap.* 4. *fol.* 13. & 14.
enunciat.
13 Quæ consuetudo recitandi in Missa Symbolum
priùs Apostolorum, deinde Nicænum, & demum
Constantinopolitanum, asseritur à Durand. *de ritib. Ec-
clesi. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 14. Anton. Possevin. *in appa-
rat. Sac. verbo Symbolum*, Barbosa ad Conc. Trident.
sess. 23. In Ecclesiis tamen Occidentalibus, nempè Afri-
cæ, Italiæ, Galliæ, cæterisque, in usu quotidiano,
& privato remansit Symbolum Apostolorum, quia
non habuerunt opus nova tessera Fidei, cum Arianæ
pestis hæresis Illyrici fines non excesserit, exceptis Ec-
clesiis Hispaniæ Regionis possessæ à Gotbis Arianis,
nec non VVandalis, & Svevis. In Missis verò non
semper recitatur, sed in majoribus solemnitatibus, cit.
Herrera *lib.* 2. *cap.* 22. nec in votivis, aliisque, statutum
fuit in Can. *Concil.* 4. *de celebrat. miss.*
Sed quare evenit ista Symbolum mutatio, cùm ei
obstare videatur *Can. Concilii Ephesini art.* 6. ubi
14 fuit dictum, non licere aliquid addere Nicæno Sym-
bolo? & Concilium Sardicense in decreto relato à D.
Athanasio in litteris Synodalibus ad Ecclesiam Antio-
chenam idem statuerat, subjungens hæc verba: *Ne il-
lis, quibus libido est semper nova statuere, occasio sup-
peditaretur, ut iterum, atque iterum de fide definiant*.
15 Sed intelligendæ sunt hujusmodi prohibitiones, vel de
authoritate privata, cui certè non licet additio hæc,
vel de mutatione contraria, non tamen de majori elu-
cidatione intra sphæram veritatis, ut benè probant in
peculiari Diatriba Cabassut. *fol.* 544. & priùs *fol.* 540.
n. 7. *ad session.* 3. Concil. Florentini, Lupus *cit. tom.* 1.
ad Synod. Constantinop. *cap.* 4. *fol.* 294.
Symbolum quoque Athanasii in Ecclesia colitur,
16 quod est quartum; ab eodem, dum Romam venit,
ut calumniis Adversariorum responderet, Occidenta-
libus relictum fuit, Baron. *anno* 340. Ciaccon. *in Vit.
Pontific. tom.* 1. *fol.* 233. *litt. A.* Sed duo Symbola græ-
ca reperiuntur ejusdem, in quorum primo, processio
Spiritus Sancti à Patre & Filio asseritur conformiter
cum latina editione; in altero vox *Filio*, Græcorum
17 fraude obliterata videtur; quod Symbolum Athanasii
semper fuit in maxima veneratione, & in Synodo
Augustodunensi anno 670. sic dicitur: *Si quis Pres-
byter, vel Diaconus, vel Clericus Symbolum, quod
inspirante S. Spiritu, Apostoli tradiderunt, & fidem
S. Athanasii Præsulis irreprehensibiliter non recensue-
rit, ab Episcopo condemnetur*. Sed, non fuisse D. Atha-
nasii opus, ex aliquibus recenset Cabassut. *fol.* 354. li-
cèt contrarium appareat ex testatis aliorum Scriptorum,
& ipsius Ecclesiæ intitulatione.
Symbolum itaque fuit præcipuum, ut dixi, opus 18
Concilii Nicæni primi Generalis sub D. Sylvestro cele-
brati Nicææ anno 325. post Christi mortem, licèt alii
aliter dicant, scilicet anno 331. *vel* 338. ut apud cit.
P. Lup. *ad Can. Nicæn. cap.* 4. *fol.* 97. & 98. Civitas
est in Bithinia, hujusque Metropolis Nicæa dicta,
quamvis etiam in Gallia, Thracia, & India sint Ci-
vitates ejusdem nominis, prius Antigonia appellata,
ab Antigono Conditore, Philippi filio, postmodum
à Lysimaco Nicæa nuncupata ex nomine Uxoris,
Constantino tunc Imperante petente, & favente. 19
Actiones Synodales in amplissima Imperialis Palatii
Aula factæ fuerunt, Euseb. *lib.* 3. *Vit. Constant. cap.* 10.
& refert Lupus *fol.* 99.
Causa concessus fuit hæresis Ariana asserens, Ver-
bum esse Creaturam, & non Deum, *dist.* 15. *can. Ca- 20
nones tom.* 1. *Concilior.* Azor. *instit. Moral. part.* 2. *lib.*
5. *cap.* 16. *quæst.* 1. *vers. primum*, Card. Baron. *anno*
325. Arius namque presbyter apud Alexandriam glo-
riæ & novitatis improbæ cupidus, studio perturban-
di Catholicam Ecclesiam, ut, ea in partes varias di-
scissa, locum illum honoris hoc in seculo posset con-
sequi, quem in Ecclesia rectè instituta Catholica &
unanimi minimè posset, propter fictam, & simula-
tamque Religionem, obtinere, prava quædam de Christi
fide, & quæ prius numquam in controversiam vene-
rant, proferre, ac defendere molitur, ab illa æterna,
ineffabilique Dei Patris substantia, vel natura Filium
abscindere, & separare conatus; habuit tamen hic vir
impiorum omnium Caput, & Doctor tanti sceleris 21
ex ultione Divina pœnas meritissimas, dignasque tam
nefando flagitio; si quidem cum in publicum Constanti-
nopoli ex aula Imperatoris Constantini Magni, quem de-
cipere satagebat, satellitibus munitus insolenter prodi-
ret, urgenteque ventris laxitate, in secessum publi-
cum, qui in propinquo erat, venisset, ibi animo ei
defecto, ceu sponte excrementa effluunt, multus san-
guis effunditur, constitutioque interna corporis om-
nis unà cum intestinis, hepate, & splene diffluit, sic-
que ille hæresiarca periit, Covar. *var. tom.* 2. *lib.* 4.
num. 2. *vers. in qua Arius ex Socr. lib.* 1. *cap.* 38. Theo-
doreto *lib.* 1. *cap.* 14. Sozomeno *lib.* 2. *c.* 29. & 30. ac
Niceph. *lib.* 8. *c.* 51. Baron. *anno* 336.
In dicto Concilio Nicæno interfuerunt 318. Epi-
scopi, ut testatur Leo noster *in hac Constitutione* §. 3. 22
qui numerus mysticè putatur esse figuratus à 318. Mi-
litibus, cum quibus Abraham victor extitit de quin-
que Regibus, D. Ambrosius *in præfat. lib. de fide*. In-
tervenerunt pariter Legati Summi Pontificis Sylvestri,
nempè Osius Cordubensis Episcopus eximiæ virtutis,
qui primus subscripsit; Victor, & Vincentius Romanæ 23
Ecclesiæ Presbyteri. Nec omittendus miserandus lap-
sus dicti Osii, qui post merita, & perfuncta munera
pro Sede Apostolica, præsertim Legati in duobus Oe-
cumenicis Conciliis, scilicet hoc, & Sardicensi in Oc-
cidente, in quibus maximè promovit Catholicam ve-
ritatem, & post præsentiam habitam in Conciliis Ili-
beritano, Arelaten. Neocæsarien. Alexandrino, &
Gangrensi, & post constantiam contra Arianos osten-
sam, infœliciter cum iisdem convenit in Conciliabu-
lo Sirmiensi, negando consubstantialitatem Filii cum
Patre. Socrat. *lib.* 2. & 26. Cabassut. *fol.* 89. *num.* 21.
147. & 148. Idque magis mirandum est, quod tunc
ætatem agebat quasi centenariam. Tamen deinde er-
rorem condemnavit, ac in Catholicam veritatem re-
diit in Ecclesia propria Corbudensi propè mortem jam
constitutus, ut refert Isidor Hispalen. *de Vir. Illustr.*
Cabassut. *fol.* 148. *num.* 3. *in fine*. Imò in ipso errore,
innocentiam Athanasii nunquam negavit, nec illum
condemnare ausus fuit, imò expressè renuit.
Antequam autem ad Concilium Chalcedonense ser- 24
mo

mo dirigatur, de quo in hac Constitutione D. Leonis
incidenter innuere fas sit, pauca de Concilio Con-
stantinopolitano primo, & Ephesino dicam, quia
præsertim in isto fuit condemnata hæresis Nestoriana,
cujus sectatores iterùm damnavit Leo noster *in hac
Constitutione*, §. 2. Igitur secundum Concilium Ge-
nerale fuit Constantinopolitanum primum, quod ce-
lebratum fuit in Civitate Constantinopolis anno Do-
25 mini 383. sub Damaso Summo Pontifice; in quo fuit
damnata hæresis Macedonii Episcopi Constantinopoli-
26 tani negantis divinitatem Spiritus Sancti, eumque esse
Creaturam temerè affirmantis, & sic ad talem erro-
rem confutandum, & alios, Symbolo fidei in Nicæno
Concilio composito, hæc verba addita fuerunt: *Et Spi-
27 ritum Sanctum, & vivificantem, ex Patre procedentem
cum Patre, & Filio simul adorandum, conglorifican-
dum.*

28 Concilium verò Ephesinum primum, celebratum
reperitur anno Domini 431. sub Cœlestino Primo,
& favente Imperatore Theodosio Juniore, & fuit com-
positum contra Nestorium Episcopum Constantino-
29 politanum asserentem, Mariam non esse Theotocon,
scilicet Deiparam, sed Christiacon, hoc est Matrem
Christi, & proinde in Christo duas asserebat Personas,
de quibus Conciliis aliàs occurret sermo.

30 Quartum Concilium fuit Chalcedonense anno Do-
mini 451. celebratum Chalcedone, sub Leone nostro
Magno Pontifice, favente Martiano Imperatore, in-
teressentibus Episcopis 630. *cit. cap. Canones dist.* 15.
31 *tom.* 1. *Concilior.* Inter quos interfuerunt quatuor Pa-
triarchæ, qui dictum Leonem Pastorem Ecclesiæ Uni-
32 versalis cognoverunt. In dicto Concilio fuit condem-
nata hæresis Eutychetis Archimandritæ, seu Abbatis
33 Constantinopolitani in exilium ejecti, cujus error
erat, Christum Dominum post Incarnationem, unam
tantùm naturam, scilicet divinam retinuisse, & Car-
nem statim conversam fuisse in Divinitatem, Covar.
lib. 4. *cap.* 15. *num.* 4. *vers. in hac*, Alphons. de Castro
in lib. de hæresib. vers. Christus hæres. 4. Et in eodem
34 Concilio fuit erecta Sedes Episcopalis Hierosolymita-
na anteà Cæsariensi Ecclesiæ Syriæ Metropolitanæ sub-
jecta, in Patriarchalem, quæ est quarta post Constan-
tinopolitanam, Alexandrinam, & Antiochenam, cu-
jus erectionem Leo Papa in hac Constitutione appro-
bare noluit, ut dixi, & referam alibi.

SECTIO UNICA.

De hæresibus in hac Constitutione enunciatis, & reprobatis earum sectatoribus.

SUMMARIUM.

1 *Nestorius Præsul Constantinopolitanus primò clam, deinde palam suum errorem professus est.*
2 *Dat litteras Cœlestino Pontifici, impudenter suum errorem probare nitens.*
3 *Exagitatus fuit à D. Cyrillo Patriarcha Alexandrino, qui decretum contra illum in Synodo Romana editum, eidem intimari curavit.*
4 *Nestorius ad Theodosii Imperatoris protectionem recurrit, & variis calumniis impetit S. Cyrillum.*
5 *Superbè in Concilium Nicænum contra eum congregatum se obduravit, ejusdemque Concilii Legatos malè habuit.*
6 *Ejus condemnatio in dicto Concilio, etiam ardenter promota ab Imperatore, à quo in exilium actus, miserè abiit.*
7 *In Christo una est Persona terminans naturam humanam, & divinam, & n.* 30.
8 *Virginem esse Christi Matrem, Fides nostra docet.*
9 *Christus, licèt duas habeat naturas, unus est Filius Dei verus, & non adoptatus.*
10 *Verbum in Christo non stat loco animæ, cùm veram habeat animam rationalem.*
11 *In Deo una est substantia, sed tres Personæ: in Christo tres substantiæ, sed una Persona.*
12 *De hæresi Eutychetis, iterùm ut suprà n.* 34.
13 *Eutyches a Concilio Chalcedonensi excommunicatus, depositus, & hæreticus declaratus.*
14 *Dioscorus Patriarcha Alexandrinus, qui Eutycheti favebat, etiam in dicto Concilio condemnatus fuit.*
15 *Sanctus Flavianus Episcopus Constantinopolitanus injustè depositus à Conciliabulo Ephesi habito, deinde martyr evasit, impietate Dioscori.*
16 *Dioscorus eò stultitiæ devenit, ut Leonem Summum Pontificem excommunicaverit.*
17 *In Christo Domino duæ fuerunt naturæ, divina scilicet, & humana, sine permixtione, & confusione: ex prima fuit impassibilis, ex secunda, passibilis.*
18 *Probatur id luculenter, & nn. seqq.*
19 *Christus ut homo est minor seipso, uti Deo.*
20 *Ad Christum uti hominem referenda sunt, quæ de eo, ejus divinitati pugnantia dicuntur. Christus Dominus fuit unus ex duabus naturis differentibus Divina scilicet & humana, ibid.*
21 *Ubiquistarum hæresis rejicitur, & quæ illa fuerit?*
22 *Ubiquistæ asserebant, Christum secundùm humanitatem esse infinitum, & ubique præsentem.*
23 *De aliis contentis in hac Constitutione, remissivè.*

QUod attinet ad hæresim Nestorianam in hac
Bulla Leonis enunciatam, §. 2. ubi Sectatores 1
illius damnat, liquet illam excitatam fuisse à Nestorio
Præsule Constantinopolitano, qui Natales habuit in
Germanicia intra districtum Comitatus Antiochiæ, li-
cèt ortam ex Anastasio Antiocheno Presbytero suo Fa-
miliari, opera ipsius Nestorii, qui primò clam, ne
ab initio sui Pontificatus, novus in doctrina videre-
tur, deinde palam errorem tueri conatus fuit, Socrat.
lib. 7. *cap.* 29. *&* 32. imò ausus fuit Epistolas scribere 2
Summo Pontifici Cœlestino, suam pravam opinio-
nem variis rationibus comprobans, ut ex Labbè *tom.*
3. *Concilior. cap.* 16. *&* 17. *fol.* 349. *&* 351. Unde
S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus hanc pestem ex
suo Patriarchatu evellere cupiens, variis modis Nesto- 3
rium monere satagit, etiam uti Delegatus dicti Cœle-
stini; sed exitus non evenit, imò Concilium Alexan-
driæ celebravit, anno 430. in quo PP. congregati
convenerunt, ut per quatuor Legatos solemniter, ac
personaliter intimaretur Nestorio decretum jam con-
tra ipsum latum per Synodum Romanam sub dicto Cœ-
lestino habitam, ex Baron. *anno* 430. *num.* 50. Labbè
cit. tom. 3. *fol.* 345. *usque ad* 395. Fuit igitur monitus
Nestorius per Legatos in propria Ecclesia, dum die
Dominico Sacra solemniter celebrabat; sed nullum
dedit responsum; imò, ut solent protervi hæretici, ad
auctoritatem laicalem recursum habuit, nempe Theo- 4
dosii Imperatoris; qui arguit Cyrillum potius tot no-
vitatum Authorem, ita ut Epistolam dicti Imperato-
ris hic receperit pro pace cum Nestorio. Unde variis
calumniis ab hoc hæresiarca prædictus S. Pastor fuit
affectus, ut ex Baron. *anno* 430. *num.* 62. Tandem ad
eliminandam tam nefariam & execrabilem hæresim,
convocatum fuit Concilium Ephesinum, de cujus ge-
stis apud cit. Labbè *tom.* 3. *Concilior.* & alibi agitur,
in quo Concilio, Nestorius personaliter non compa-
ruit, sed fuit in Urbe contra Concilium agens, nec
resipiscere curavit, sed superbè se induravit, juxta So- 5
crat. *lib.* 3. *cap.* 33. imò missos à Concilio cum litte-
ris citatorialibus malè egit. Quapropter Concilium
devenit ad condemnationem ejusdem, ac ejus doctri-
næ, ut ex verbis relatis per cit. Labbè *tom.* 3. *fol.* 543.
& 549. Vigore cujus condemnationis, postea etiam
Imperator maximo ardore eum persequutus est, ita ut 6
ipse Nestorius priùs carceribus mancipatus, deinde in
exilium missus, miserè vitam suam finierit, lingua ex
vermibus corrosa, qua tentavit blasphemias tam exe-
crandas adversus totum Orbem evomere, negando

Ma-

Mariam Virginem esse Matrem Dei, sed tantùm Chri-
sti, uti hominis, & sic negando in Christo unitatem
Personæ, dicebat illum continere duas personalitates,
unam divinam, & alteram humanam, ita ut Verbum
Divinum solùm accidentaliter fuerit unitum cum Chri-
sto, in quantum scilicet isti nomen, & dignitatem com-
municaverit, ut Deus ab omnibus diceretur, ac habe-
retur, Evagr. *in histor. lib. 2. & seqq.* Catholica igitur ve-
7 ritas est, unam esse in Christo Personam terminantem
naturam divinam, & humanam, & sic Christum esse
8 verum Deum, & verum Hominem; ac Sanctissimam
Virginem Mariam Dei Matrem esse, & dici debere,
contrariumque asserere esse hæreticum, ut statuit Con-
cilium Ephesinum, & posteà Concilium Lateranense
quartum *relat. in cap. 1. de Summa Trinitate*, & con-
stat *ex cap. 1. de celebratione Miss. c. in quodam 62. distin.*
Felix I. *Epist. 4. Cujus in Epist. decret. Concil. Lateran.*
sub Martino I. & V. & Leo *in hac Constitutione secunda*,
nec non in Const. Unic. Gelasius I. *Constit. 23. incip. Can-*
tate Domino Eugenii IV. §. 10. *& in Constitutione incip.*
cum quorumdam Pauli IV. & in aliis Conciliis. Unde
9 Christus unus Filius est, licèt duas habeat naturas, *ut in*
Epist. Cyrilli *ad Regin. in Concil. Ephesin.* nec potest di-
ci duo Filii, Damasus Papa *Epist. 1. Concilii Chalcedo-*
nensis art. 5. & contrarium asserens est Anathema, si-
cuti asserens, adoptatum Christum post Baptismum in
Filium Dei, *Conc. Rom. 3.* sub Damaso, & est Dei Fi-
lius; & ut Deus, & ut Homo, in cit. Epist. Cyrilli, &
in Concilio Franchfordiensi; nec Verbum stat loco Ani-
10 mæ, cùm veram habeat animam rationalem, Conc. Ephe-
sin. in Epistola D. Cyrilli ad Nestorium. Quod clarè
constat ex locis Sacræ Scripturæ, ut Lucæ I. *Quod nasce-*
tur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei, Matth. 16. *Tu*
es Christus Filius Dei vivi, & omnes SS. PP. exclamant,
ac præcipuè Leo Papa *Epist. 97.* ad Leonem Augustum
sic: *Anathematizetur ergo Nestorius, qui B. Virginem*
Mariam non Dei, sed Hominis tantummodò credit Ge-
nitricem, ut aliam Personam Carnis, aliam faceret Di-
vinitatis. Et ut Vincentius Cyrenensis *lib. adversus hære-*
11 *ses cap. 19.* pulchrè dixit: *In Deo una est substantia, sed*
tres personæ; In Christo tres substantiæ scilicet Divinitas,
Corpus, & Anima, sed una Persona; In Trinitate alius,
atque alius, non aliud, atque aliud; In Salvatore aliud,
atque aliud, non alius, atque alius. Et in Concilio Con-
stantinopolitano Secundo *Can. 1. & seq.* fuit dictum:
Si quis introducere conetur in Mysterio Christi duas subsi-
stentias, seu duas Personas, anathema sit; Et Can. 6. Si
quis abusivè Dei Genitricem esse dicit gloriosam semper
Virginem Mariam, Anathema sit.
12 Altera hæresis, de qua fit mentio in hac Constitutio-
ne Leonis *cit.* §. 2. fuit Eutychetis asserentis, fuisse in
Christo unam naturam tantùm continentem Divinita-
tem, & Carnem, vel per conversionem ipsius Divini-
tatis in Carnem, vel per commixtionem, ut ex Eva-
grio *lib. 2. Histor. cap. 18. & Epist. 9. 10. 52. 97.* Divi
Leonis Papæ. Eutyches ortum habuit in Civitate Con-
stantinopolis, vel in ejus districtu, & Monasticam vi-
tam peregit; Archimandrita Monachorum factus acri-
ter propugnavit contra Nestorianam hæresim, tamen
in senectute in errorem incidit; negando in Christo duas
naturas, Evag. *lib. 1. Histor. cap. 9.* Malvas. *in cat. hæ-*
retic. Labbè *tom. 3. Concil.* 1470. Quare ad eliminan-
dum talem errorem, convocatum fuit Concilium præ-
dictum Chalcedonense, in quo, juxta stylum hæreti-
corum, Eutyches Imperialem potentiam accersivit,
qua non obstante, PP. eum excommunicarunt, depo-
13 suerunt à Presbyteratu, ac declararunt hæreticum, cit.
Labbè *tom. 4. Concil. fol. 13.* Nec tamen erubuit ipse
post condemnationem, Epistolam mittere Leoni Pon-
tifici Auctori hujus Constitutionis; & de aliis spectan-
tibus ad dictum Concilium Chalcedonense, plenè ha-
betur apud cit. Labbè *tom. 4. in principio cum pluribus*
seqq. paginis, & Bin. *tom. 2. Concil.* in quo Concilio
fuit declarata hæretica sententia dicti Eutychetis negan-
tis in Christo Domino duas naturas post Incarnatio-
nem; nec non fuit quoque condemnatus uti reus Dio-
14 scorus Patriarcha Alexandrinus ejus benevolus, & Pro-
motor, & inimicus S. Flaviani Episcopi Constantino-
politani, qui condemnaverat Eutychetem, opera cu-
jus fuit injustè depositus ab Episcopatu in Concilia-
bulo Ephesi, Baron. *tom. 6. annal. Ecclesiast. ann. 449.* 15
& demum Martyrii palmam reportavit, tyrannide ip-
sius Dioscori, qui eò stultitiæ devenit, ut plures cru- 16
delitates commiserit contra Catholicos, imò ausus fuit
apertè obedientiam negare Summo Pontifici Leoni,
& in Conciliabulo Alexandrino istum excommuni-
cavit; de quibus cit. Labbè *tom. 4. fol. 240. & seqq.*
ubi de ejus depositione, ac condemnatione in exi-
lium in Civitatem Gangræ in Paphlagonia, & apud
cit. Baron.
Vera igitur sententia Catholica à dicto Concilio 17
Chalcedonensi firmata contra dd. Hæreticos est, fuisse
in Christo duas veras, & integras naturas post Incar-
nationem, divinam scilicet, & humanam, quæ sine
ulla confusione nec permixtione subsistunt in Persona
Christi, & proinde Christum secundùm naturam hu-
manam fuisse passibilem, secundùm Divinam, impas-
sibilem, ut in cit. Concil. Chalcedonen. approbato à
Pontifice Leone in præsenti Constitutione & patet ex
Sacra Scriptura, ut Apostolus *ad Philip. cap. 2.* dixit,
Christum Jesum cùm in forma Dei esset, formam servi
accepisse, & S. Leo Papa *Sermone 18. de Passione Do-*
mini cap. 1. ibi: *Manente enim in sua proprietate utra-*
que substantia, nec Deus reliquit sui Corporis Passio-
nem, nec Deum fecit caro passibilem, quia divinitas,
quæ erat in Dolente, non erat in dolore; & sæpè ex
Scripturis habentur utriusque Naturæ proprietates di-
stinctæ in Christo, ut 2. Cor. 13. *Et si crucifixus est*
ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei; Unde *in Con-*
cil. Senonen. cap. 12. dictum fuit, *Christum non esse*
ubique corporaliter, & quo ad humanitatem, & sic ut
homo est minor se ipso uti Deo, ut Homo recepit 19
Spiritum Sanctum, & est Sacerdos, ac Minister, non
ut Verbum; atque omnia, quæ dicuntur de Christo
repugnantia Divinitati, de eo uti Homine sunt intel-
ligenda, ut Agatho Papa scripsit in Epistola lecta in 20
Synodo sexta generali *art. 4.* ibi: *Unamquamque natu-*
ram Christi proprietatem naturalem retinere, & habe-
re Divina omnia, quæ Divina sunt; & benè S. Greg.
Nazianzen. *in orat. 35.* quæ est 1. *de Filio*, monet,
altiores voces Divinitati, humiliores autem naturæ
humanæ attribuendas; & benè explicavit idem Conci-
lium Chalcedonense art. 5. his verbis; *Unum eundem-*
que Christum filium Dominum Unigenitum in duabus
naturis inconfuse, immutabiliter, indivisè, insepara-
biliter agnoscendum esse, nunquam sublata differentia
naturarum propter unionem, magisque salva proprieta-
te utriusque naturæ in unam personam, atque subsisten-
tiam concurrente, Lupus *cit. tom. 1. fol. 519. & in Con-*
cil. Generali 5. can. 8. apud eumdem fol. 679. hæc ha-
bet: *Si quis ex duabus naturis Deitatis, & humanita-*
tis, confitens, unitatem factam esse, vel unam naturam
Dei Verbi incarnatam dicens, non sic ea excipit; sicut
Patres docuerunt, quod ex Divina natura, & humana,
unitione secundùm substantiam facta, unus Christus effe-
ctus est, sed ex talibus vocibus unam naturam, sive sub-
stantiam Deitatis, & Carnis Christi introducere cona-
tur, talis anathema sit: Secundùm subsistentiam enim
dicentes, Unigenitum Deum Verbum Carni unitum esse,
non confusionem aliquam naturarum in se invicem fa-
ctam esse dicimus, sed magis permanente utroque, hoc
quod est unitum esse carni, Deum Verbum intelligimus,
propter quod unus est Christus Deus, & homo; ac in
aliis passim Conciliis. Ex quibus etiam rejiciuntur Hæ-
retici Ubiquistæ asserentes per unionem hypostaticam 21
Verbi Divini cum natura humana, communicatam huic
fuisse omnem plenitudinem Divinitatis Verbi, & in eam
ita transfusam, ut verè dictæ perfectiones Divinæ, Na-
turæ humanæ similiter attribui possint, ita ut Chri-
stus secundùm humanitatem sit infinitus, & ubique 22
præsens, ex quo Ubiquistæ fuerunt hujus sententiæ
Authores dicti; Cùm non in hoc sensu dicendum sit,
Divinas omnes perfectiones fuisse Naturæ humanæ
Christo communicatas, sed eo sensu, quod Natura
huma-

humana in ipsa Verbi persona subsistat per ipsius Verbi subsistentiam, cum qua ipsius Verbi Divinitas, ac perfectiones identificantur. Quæ summatim sint satis dicta pro explanatione dictarum Hæresum, de quibus fit mentio in hac Constitutione, cùm latiùs adeundi sint Auctores ex professo de hoc tractantes.

23 Quo verò ad reliqua, quæ ex hac Bulla colligi possunt, præsertim circa Pontificiam auctoritatem confirmandi Concilia, in aliis Commentariis erit sermo.

CONSTITUTIO UNICA

D. GELASII PRIMI
incipiens (*Valdè.*)

EPITOME BULLÆ.

GELASIUS EPISCOPUS URBIS ROMÆ ad Dardanos.

DAmnato Hæresiarca, ejus Sectatores damnati quoque censentur. Recenset improbitatem Acacii, & verè damnatum fuisse sancivit. Sola Sedes Apostolica jus habet approbandi Concilia; omnes judicat, & à nemine judicatur, nec ab ea appellatur. Imperatoris præsentia non potuit Ecclesiæ Constantinopolitanæ prærogativam supra cæteras contribuere.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Gelasii Patria, & ad Pontificatum assumptio, atque ejus festivitas.*

2 *Gelasius I. secernit Scripturas Canonicas ab apocryphis.*

3 *Romanus Pontifex verè appellatur Episcopus.*

4 *Varia hujus nominis significationes, & Etymologia.*

5 *Apostoli dicti fuerunt Episcopi.*

6 *Summi Pontifices, aliquando Urbis Romæ, aliquando Universalis Ecclesiæ se Episcopos appellabant.*

7 *Summi Pontifices ad præsens Episcopi titulo utuntur indefinito, & nullo alio addito coarctato, & quare?*

8 *Papa est Episcopus Universalis Ecclesiæ quoad plenitudinem potestatis privativè quoad alios.*

9 *Papa dicitur verè Episcopus etiam ante coronationem.*

Usus est non expediri Bullas per Papam ante coronationem, sed tantùm Brevia; sed aliquando fuit dispensatum, ibid.

10 *Episcopus non consecratus dicitur adhuc verè Episcopus.*

11 *Hæc Constitutio directa fuit Populis Dardaniæ in Oriente, & quare?*

Acacius Constantinopolitanus Antistes, simulator virtutis, sed hæresim fovens, ibid.

12 *Joannis Talaida electionem ad Ecclesiam Alexandrinam Ægypti à Suffraganeis factam, Cæsar irritam declaravit, ejusque loco Petrum Mogum substituit.*

13 *Acacius Sedis Apostolicæ Legatus, mandata Pontificis parvipendit, & manifestum se prodit hæreticum.*

14 *Zeno Imperator, Acacii, & Mogi opera, Dogmata Concilii Chalcedonensis oppugnavit.*

15 *Exoticum à Zenone Imperatore editum, fuit à Sede Apostolica reprobatum, & ab eodem quoque Zenone revocatum.*

16 *Legati Romæ ad Imperatorem missi, ut perperam facta corriperent, malè ab eodem habiti, ac territi, à veritate aberrarunt, Petrum Mogum catholicum declarantes.*

17 *Synodus Romana dictos Legatos condemnavit, deposuitque, & Acacium per Epistolam damnavit.*

18 *Acacius in prædicta Synodo damnatus fuit, & decessit impœnitens.*

19 *Primum schisma inter Ecclesiam Latinam & Græcam inductum.*

20 *Sententia Pontificis, qua condemnatus fuit Acacius non indiguit approbatione Concilii.*

21 *Sectatores hæresis aliàs condemnatæ, censentur implicitè condemnati, sufficitque deinde sola declaratio.*

22 *Sedes Apostolica sine Synodo potestatem condemnandi & absolvendi habet, fortiùs tamen Synodus.*

23 *Acacius non fuit novæ hæresis Inventor, sed veteris dumtaxat imitator.*

24 *Hæreses omnes, & hæretici sunt hodie ipso jure damnati, & excommunicati.*

25 *Adhærentes externis signis, hæreticorum erroribus, puniuntur tanquam proprii & veri hæretici.*

HIc Pontifex Quinquagesimus, Gelasius Primus di- 1
ctus, successit Felici Secundo, electus anno 492. Fuit Africanus ex Valerio natus, homo quidem præclarissimis moribus instructus, ita ut meruerit inter Sanctos connumerari, & ejus festivitas colitur ab Ecclesia, die 1. Mensis Novembris. De cujus gestis legi potest Ciaccon. *in Vita* ipsius, præcipuumque opus ejus fuit, ac egregium, secernere Scripturas Canonicas ab Apocryphis in Concilio Romano anno 494. 2
tertio sui Pontificatus, convocatis 70. Episcopis Italiæ, Sur. *tom.* 2. *Concilior.* Bin. *tom.* 2. *eorumdem*, & penes Lab. *tom.* 4. *fol.* 1260.

Episcopi Urbis nomen in hujus Constitutionis ini- 3
tio dictus Pontifex sibi adscripsit, cùm verè Papa sit
Episcopus, ut in *Can. Mos*, hoc enim nomen Episco- 4
pi, sollicitudinem sonat, ac curam, Anastasius Germon. *in tract. de Indult. Cardin.* §. *Episcopus num.* 13. & idem significat, ac superintendens. Unde etiam apud Ethnicos id nomen usurpatum repetitur, Cic. *lib.* 7. *Epistol. ad Atticum: Vult Pompejus me esse, quem tota hæc Campanea, & maritima ora habeant Episcopum, ad quem delectus, & negotii summa deferatur.* Imò in lege Civili, Episcopus dicitur ille, qui præest rebus, Populo quotidianum victum suggerentibus, *l. munerum* 2. §. *Irenarchæ ff. de muner.* Proinde dixit Jesus Joan.
cap. ult. Pasce oves meas, cùm Petro loqueretur. Imò 5
& Apostoli hoc nomine tantùm fuerunt decorati, Jacob. Symao. *de dignit. Episc. cap.* 5. & 6. & verè Sum-
mus Pontifex, Episcopus Urbis Romæ est, Sixtus I. 6
Epist. 2. Tamen aliquando Urbis Romæ Episcopus dicitur designando propriam Patriarchalem, aliquando Universalis Ecclesiæ, seu Catholicæ Episcopus vocatur, & præsertim in Bullis ardui negotii sic subscribitur: *Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus*, Corrad. *in prax. dispen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. *in fin.* De quo nomine Episcopi ad Papam spectante, vide Duard. *lib.* 1. *cap.* 5. *quæst.* 2. *num.* 2. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 3. Menoch. *cons.* 52. *num.* 56. Lavorr. *de elect. Can. cap.* 12. *num.* 5. Pax Jordan. *tom.* 1. *Prælud.* 1. *num.* 33.

Tamen hoc tempore, Summi Pontifices in Bullis 7
non utuntur amplius titulo *Episcopi Urbis*, sed tantùm *Episcopi* sine aliquo addito, scilicet, *Clemens Episcopus*, ne designando specialis Urbis Episcopatum, reliquarum sedium Episcopatus denegetur, cùm verè Papa sit Episcopus totius Ecclesiæ: Ita Vitalin. *in Prœmio Clemen. ver. Joann. num.* 26. ibi: *Ne detur occasio curiosis & pertinacibus per expressionem certæ Sedis asserendi, eum non esse aliarum Sedium Episcopum, quod
est falsum:* Nam verè Papa est Episcopus in plenitudine 8
potestatis, reliqui verò Episcopi ad partem sollicitudinis vocati fuere, Can. *Cuncta per Mundum*, & Can.

final.

final. 9. q. 3. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18.
Et quod verè Papa sit Episcopus Universalis Ecclesiæ,
ac Patriarcha, & talis dici possit privativè quo ad alios
Patriarchas, ut dicam infrà in Constitutione sequenti.
9 Dictus autem Episcopi titulus simpliciter, quo utun-
tur Summi Pontifices, convenit ipsis etiam ante Corona-
tionem, ut contra nonnullos asserentes, tunc posse uti
tantum *Electi Episcopi* nomine, fuit expresse sancitum
*in Extravaganti quia nonnulli de Sentent. excom. ult. in-
ter communes*; ex qua patet, Papam debere dici Episco-
pum, non verò electum Episcopum, etiam ante co-
ronationem, contrafacientes pœna excommunicatio-
nis puniendo. Verùm in praxi non expediuntur Bullæ,
in quibus ponitur titulus Episcopi, ante coronationem
Summi Pontificis, sed tantum Brevia, in quibus poni-
tur titulus Papæ tantùm, Fagn. *in cap. licet devitanda
num.* 5. *& 9. de elect.* & ex praxi tantùm id practicatur,
cùm Papa statim electus, sit in omnibus talis, ut do-
cet practicus Corrad. *in praxi disp. l.* 2. *c.* 8. *num.* 10.
& dixi supra in Procemio latiùs. Iste tamen usus vide-
tur quoque dispensatus nedum in antiquis Bullis, in
quibus non ponitur data anni Pontificatus; sed tantùm
E. G. Papæ Leonis anno I. vel nullo modo ponitur an-
nus Papæ, ut est videre in plerisque Bullis in Bullario,
& dicam infrà in alio Commentario: sed etiam novissi-
mis temporibus, postquam usus inoluit apponendi an-
num Pontificatus; nam quando protracta fuit Corona-
tio, Papa expedivit etiam Bullas sub plumbo cum inti-
tulatione Episcopi, & cum data Pontificatus, etsi an-
te Coronationem, ut tempore S. M. Urbani VIII. qui
cùm fuerit die 6. Mensis Aug. 1623. electus, & coro-
natus die 29. Septembris, reperiuntur tres Bullæ expe-
ditæ cum titulo Episcopi, & data Pontificatus ante di-
ctam diem 29. Septembris, ut videtur in Bullario. Sed
10 numquid Episcopo non consecrato etsi electo & con-
firmato nomen Episcopi competat? Affirmat Gonzal.
in decretal. tom. 1. *cap.* 7. *de rescript. num.* 3. & maxima
ratione, quia tunc plenam potestatem quoad jurisdi-
ctionem habet, quamvis quo ad ordinem consecratio
requiratur, Barbos. *de potest. Episcopi part.* 2. *tom.* 1.
cap. 4. *num.* 7. Garcias *de Benef. part.* 5. *cap.* 4. §. 2.
num. 242.
11 Deveniendo igitur ad causam, & materiam hujus
Constitutionis, quæ directa fuit Populis Dardaniæ in
Oriente, & sub Patriarchatu Constantinopolitano;
sciendum est, quod Acacius tunc temporis erat Con-
stantinopolitanus Antistes, Vir quidem valdè Hæreti-
corum erroribus addictus, cujus tamen pravi animi su-
perficiem simulatio ita occupabat, ut apud plerosque
probus videretur, amorem Zenonis Imperatoris adep-
tus, maximo in honore ab omnibus haberetur. Vacan-
te itaque Ecclesia Alexandrina, licèt ab Ægypti Suffra-
12 ganeis canonicè fuerit electus Joannes Talaida insi-
gnis virtutis Vir, qui post miserrimum Schisma Orien-
tis per Acacium inductum, fuit à Felice II. creatus
Episcopus Nolanus, tamen præfati Joannis electio-
nem Cæsar nullam declaravit; Petrumque Mogum
aliàs electum gubernio Alexandrinæ Ecclesiæ, & uti
hæreticum exclusum, iterùm destinavit.
His igitur delatis ad Simplicium Papam, conque-
stus hic acriter fuit cum eodem Acacio uti Legato Se-
dis Apostolicæ in Oriente, huicque præcepit, ut Joan-
13 nis electioni faveret, ac Mogo resisteret. At Acacius
parvipendens repetita Pontificis jussa, hæresim, quam
clam tenebat, foris ostendit, ac palam hæreticus habi-
tus fuit, ut ex *epist.* 14. 17. & 18. ejusdem Simplicii
14 *Nicephorus in Chronic.* ac opera Mogi, & Acacii, di-
ctus Imperator oppugnare ausus fuit sacra Dogmata
Concilii Chalcedonensis, nec non sub prætextu conci-
liandi opiniones varias sub unica doctrina Catholica,
15 emanavit illud Enoticum dictum Zenonis toties à Sede
Apostolica reprobatum, imò ab ipso Zenone revoca-
tum, causa tumultus sedandi; perstitit tamen Impera-
tor in persecutione dicti Joannis legitimi electi Pasto-
ris in Alexandrina Ecclesia, Mogum promovendo;
Unde per obitum Simplicii, coacta Synodo Romana
per Felicem successorem, anno 483. Patrum consilium
fuit, Imperatorem adire, præviis Legatis, ut nedum 16
facta removeret, sed ipsum quoque Acacium jam in
Schismaticum proditum, ad obedientiam cogeret Sedis
Apostolicæ, juxta Labbè *tom.* 4. *Concilior. fol.* 1095. At
perterriti Nuntii Apostolici destinati, minis Imperiali-
bus, ac rudibus gestis in eos adhibitis, à veritate aberra-
runt, Mogum Catholicum proferendo, & cum eo com-
municando. Quapropter Synodus alia Romana eodem 17
anno 484. per eumdem Felicem coadunata, Legatos
prædictos condemnavit, & eos à dignitate deposuit,
nec non ulteriùs per Epistolam admonuit Acacium in
eodem Concilio accusatum ad resipiscendum, ut ex
Epistola relata apud Labbè *tom.* 4. *fol.* 1224.
In pejora tamen crimina descendens Acacius, dam- 18
natus fuit à dicto Concilio intimato, ex Decreto per
affixionem in fimbriis Pallii Pontificalis, dum sacra fa-
ctutus, Templum adibat, qui posteà impœnitens de-
cessit. Hoc fuit primum Schisma inter Ecclesiam Lati- 19
nam, & Græcam, & cùm ex hac separatione aberrave-
rint plurimi à veritate, ac fautores Acacii sententiam
contra ipsum, aliosque prolatam per Summum Ponti-
ficem, tamquam à Concilio Universali non approba-
tam, nullius fuisse roboris asseruerint; Gelasius Ponti-
fex Successor Felicis agnoscens hujusmodi errorem apud 20
Orientales esse disseminatum, ne magis augeretur,
Constitutionem hanc direxit anno 495. Dardanis Popu-
lis, qui sunt in Dardania in Asia, ubi fuit Troja, in
qua Epistola Decretali, facinora Acacii recenset, justi-
tiamque sententiæ Pontificis tuetur; & præcipuè docet
non fuisse opus Concilio, sed tantùm Summum Ponti-
ficem sententiam illam proferre potuisse, uti protulit;
adhibuisse tamen ad condemnationem, Synodum plu-
rimorum Episcoporum Romæ congregatorum, alia-
que ad eamdem sententiam canonizandam, quæ refe-
runtur in hac Constitutione, ut latè apud ipsam videri
potest in Bullario.
Plura in compendio ex eadem Constitutione colli- 21
guntur, & inter alia, quod damnato Eutychere, &
ejus hæresi, Sectatores damnati censeantur, idemque
de aliis Hæreticis dicendum est ibi enunciatis, de quo-
rum Hæreticorum variis erroribus diximus suprà; ne-
que hic immorandum, nam alia infrà alibi dicemus quo
ad alias Sectas; solam enim rationem adductam à Sum-
mo Pontifice in hac Constitutione pro canonizanda
condemnatione Acacii absque Concilio Universali ex-
plicabo, nempè, cùm ille inciderit in errorem jam per
Concilia Universalia, & præcipuè Chalcedonense re-
futatos, opus non erat aliqua condemnatione, sed tan-
tùm declaratione per Summum Pontificem facta, ex
fundamentali ratione, quia, condemnata hæresi,
etiam ejus sectatores damnati habentur implicitè, ob
condemnationem ejus doctrinæ, & cùm S. Sedes sine
Synodo potestatem condemnandi, & absolvendi ha- 22
beat, ut idem Gelasius in eadem Decretali Epistola §. 12.
dixit, & alibi referam, eò fortiùs quando condem-
natio est facta in Generali Synodo.
Unde contra Acacium, licèt novi erroris inventor ip- 23
se non fuerit, sed tantummodò veteris imitator, non
erat necessaria nova condemnationis sententia, sed so-
lùm renovanda fuit antiqua, in qua talis error jam dam-
natus reperiebatur, ut habetur in *Can. Acacius* 1. *&* 2.
& in Can. Majores nostri 24. *q.* 1. Hinc est, quod cùm 24
hodie tot hæreses sint damnatæ, & omnis hæreticus sit
excommunicatus ipso jure, ex Can. *Cum Christus in princ.
& cap. excommunic.* 1. *&* 2. *de haeretic. cap. noverit de
Sent. excom.* & ex Bulla Cœnæ, sequitur, quod omnis,
qui hæreticorum erroribus sive in particulari, sive in 25
communi, sive expresse, sive confusè, externis signis
adhæserit, tanquam proprius, & verus hæreticus, præ-
dictas excommunicationes, cæterasque pœnas tam spi-
rituales, quàm temporales incurrat, Farinac. *de haeresi
q.* 118. *num.* 104. Decian. *lib.* 5. *in tract. Crimin. c.* 18. Pe-
gna 2. *p. direttor. q.* 59. Sanchez *lib.* 2. *in decalogo cap.* 10.
num. 2. Suarez *de Censur. disp.* 21. *sect.* 2. Bonac. *de Cen-
sur. in tom.* 1. *disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 3. *num.* 2.

SE-

SECTIO UNICA.

An condemnato aliquo uti hæretico, etiam ejus libri censeantur condemnati, & è contra, ac de libris hæreticorum non legendis.

SUMMARIUM.

1 *Damnato heretico, an ejus scripta, & libri damnati quoque censeantur?*
2 *Resolvitur affirmativè, & ideò non esse recipienda eorum scripta; & confirmatur num.30.*
3 *Zacharias Pontifex scripta Adalberti heretici conservari mandavit, & quare? num. 36.*
4 *Libri hereticorum nonnulli propter bona, que continent, ab antiquis Patribus probati.*
5 *Libri hereticorum proscripti à Pontificibus, & Conciliis.*
6 *Referuntur varia Pontificum Constitutiones, quibus dictorum librorum lectio vetita fuit.*
7 *Libri predicti interdicti etiam à Principibus secularibus.*
8 *Ratio hujus prohibitionis adducitur.*
Carolus Quintus Imperator hanc eandem rationem, fusè, & eleganter in suo Edicto adduxit, ibid.
9 *Libri hereticorum prohibentur ad obliterandam eorum memoriam.*
10 *Libri hereticorum etiam heresim non continentes, prohibentur ex regula secunda Indicis.*
11 *Caramuel, contrarium sentiens, rejicitur.*
12 *Adalberti heretici scripta servata fuerunt speciali ratione, ad perpetuam sue memorie damnationem.*
13 *Bonum, quod hereticorum libris videtur inesse, malo commixtum, evadit malum.*
14 *Origenis, & Tertulliani librorum lectio, quare permittatur ab Ecclesia?*
15 *Libri hereticorum legi non possunt, tametsi periculum prevaricationis non adsit.*
16 *Prohibitionis dictorum librorum ratio quanam sit?*
17 *Hereticorum conversatio periculosa, & multos etiam pios & doctos infecit.*
18 *Prohibitio lectionis librorum vetitorum, doctissimos, & piissimos viros, etiamsi sint Authores, comprehendit, & respondetur contrariis.*
19 *Lectio dictorum librorum nec etiam est licita ad finem hauriendi illinc aliquid boni.*
20 *Libri Gentilium legi possunt, & quare? ad elucidationem textus* in Can. Si quid veri distinct. 27.
21 *Fides nostra non impugnatur ex professo in libris Gentilium, sed in illis hereticorum.*
22 *Author libri non censetur damnatus, damnato libro, quando illud Judicio Ecclesie supponit, prout fecit* Abb. Joachim.
23 *Heresis non conflatur nisi ex errore intellectus & pertinacia voluntatis copulativè concurrentibus.*
24 *Pertinax non dicitur, qui ad correctionem sui erroris paratum se protestatur.*
25 *Protestatio excusat ipsum circa rem dubiam, & difficilem, secus verò circa rem manifestam heresim preferentem.*
26 *Protestatio, quam dolosè aliquando intrudunt heretici in suis libris, eos non excusat.*
27 *Protestatio excusat etiam eos, qui manifestam heresim proferunt, si ad suam sententiam retractandam paratos se offerunt.*
28 *Eadem protestatione juvatur, si quis animo recipiendi veritatem, suam sententiam voce tuetur.*

1 NUmquid, damnato aliquo hæretico, scripta etiam, ac ejus Libri damnati censeantur? Dubitatum priscis sæculis fuit, quod tamen dubium abstulit Gregotius Papa *in cap. Fraternitati de hereticis*; hic enim Pontifex consultus ab Anastasio Patriarcha Antiocheno, an post condemnationem Cœlestini, & Pelagii in Synodo Ephesina, eorum scripta recipienda essent, negativè respondit his verbis: *Cùm Cœlestinus,* 2
atque Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati, quomodo poterunt illa Capitula recipi, quorum damnati sunt authores? Consonant quoque verba Stephani Papæ *Ep. 2. in Can. Nullus 3. quæst. 4.* quod nullus scilicet Anathematizatorum suscipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur. Hanc etiam textualem Conclusionem plurimi Theologorum, & Canonistarum illustrant, & ultra ordinarios repetentes in dicto *cap. fraternitati*, videri possunt Bellarmin. *tom. 1. controv. lib. 3. de Cleric. cap.* 20. Alphonsus de Castr. *de Just. heret. punit. lib. 2. cap.* 13. *col.* 3. Santarell. *de heresi cap.* 13. *dub. unic. num.* 11. Thomas del Bene *de offic. inquisit. part.* 1. *dub.* 36. Anton. Ricciul. *de Jur. Personar. lib.* 5. *cap.* 23. Decian. *lib.* 5. *tract. Crim. cap.* 18. Farinac. *in tract. de heres. quæst.* 180. *num.* 30. Pegna *in director. inquisit. p.* 2. Schol. 1. *commentar.* 3. Cened. *ad Decretal. collect.* 8. *num.* 1. Tagn. *c. damnamus num.* 16. *de Summa Trinitate.*

Plura tamen urgere videntur objecta, quibus Anastasii Patriarchæ dubium, non usquequaque rationabiliter resolutum videatur: & primo loco se offert exem- 3
plum Zachariæ Papæ, qui scripta Adalberti perditissimi hæretici non solùm igni tradi prohibuit, sed cautè conservari mandavit, ut refertur in ejus Epistola, quæ est 138. inter Epistolas S. Bonifacii. Cui accedit dispositio Concilii Carthaginensis *Can.* 16. ubi præcipitur Episcopis, ut libros hæreticorum legant pro necessitate, & tempore.

Secundò, quia multi sunt libri hæreticorum, qui- 4
bus magna bona ex eorum lectione colliguntur, & sub hac ratione, plures hæreticorum libri Sanctorum Patrum, & Theologorum in manibus continuò versati fuerunt, ac versari videntur. Ita Tertulliani, & Origenis opera, etsi aliquas hæreses contineant, tamen quia egregia continent bona, eorum lectio passim permittitur. Ita etiam Eusebii Cæsariensis, Novatiani, & aliorum opera, propter aliquod boni ab antiquis Patribus terenta fuerunt, & pluries perlecta.

His nihilominùs non obstantibus, verissima est nostra Conclusio desumpta ex rationabili resolutione tradita à Gregorio in dicto *cap. Fraternitati*, & corroborata ex innumeris, tam Conciliorum, quàm Summorum Pontificum determinationibus, quibus hæreticorum librorum lectio tamquam pestifera lues extermina- 5
ta fuit. Sic in Concilio Romano interdictam fuisse lectionem librorum VViclephi, refertur, & confirmatur in Concilio Lateranensi sub Leone X. Libros Petri Abailardi incendio damnatos fuisse accipimus in Concilio Rhemensi. Et denique post aliorum Conciliorum varias in hac re determinationes, Concilium Tridentinum universaliter libros quorumcumquè hæreticorum proscripsit, & in Bulla Cœnæ adest excommuni- 6
catio contra legentes, & retinentes libros hæreticorum, continentes tamen hæresim, vel de religione tractantes; & Summi alii Pontifices illorum librorum universalem prohibitionem variis temporibus induxerunt, ut patet ex Constitutione Julii III. Pauli IV. & Pii IV. ex quibus contra legentes libros hæreticorum imposita fuit pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut ex Indice librorum prohibitorum *regul.* 10. *ad finem*, & nos alibi suo loco dicemus.

Imò non solùm Pontifices, & Concilia, verùm 7
etiam Principes Sæculares Canonicis Sanctionibus obsequentes hos hæreticorum libros, tamquam turpes pestiferi odoris cloacas, prorsus exterminari curarunt, ut legimus *in l.* 34. *Codicis Theodos. de heretic. & in l.* 3. *C. de Summ. Trinit. & in l.* 6. *&* 8. *Cod. Justin. de heretic. & alibi*; & ita etiam Luteri scripta aboleri mandavit gloriosæ memoriæ Carolus V. Imperator in suo Edicto VVormatiæ edito.

Ratio verò, cui tot Summorum Pontificum & 8
Conciliorum determinationes innixæ fuerunt, evidentissima

cissima est, ne scilicet eorum impiæ, & nefariæ doctrinæ contagium, alios ex librorum communicatione inficiat. Si enim solus sermo, qui statim avolat, serpit ut cancer, & ad mortem usque vulnerat: quid non faciet liber, qui non per modum transeuntis, sed firmus, & stabilis semper loquitur, semper ferit? Præclarissimè hanc decidendi rationem attulit Religiosissimus Imperator Carolus V. in suo allegato Edicto, cujus sunt verba: *Non obstante, quod in illis aliqua bona ad fallendas simplicium mentes immixta essent; inquo præter istam Sedis Apostolicæ sententiam, etiam laudatissimam veterum P. P. institutionem, & consuetudinem omnino exequendam ducimus, qui Arianorum, Priscillianistarum, Nestorianorum, Eutychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tam bona quàm mala promiscuè exusserunt, & annihilarunt; nam si optimi quique cibi, unius tantum guttæ veneni, qua humanum corpus læderetur infusione, suspecti sunt omnino abjiciendi: quanto magis ea scripta, quæ tantis, & tam noxiis, animabus, venenis passim infecta sunt, non solùm nobis cavenda sunt, sed etiam, ne aliis noceant, ab omnium hominum memoria veniunt obliteranda?*

9 Alia etiam ratio hujus prohibitionis communiter adducitur à Doctoribus, nempè, ne hæreticorum memoriæ vestigium apud posteros, ne parvum quidem remaneat. Hæretici enim ex suorum librorum editione nil aliud aucupantur, nisi plausum imperiti Vulgi, inanemque gloriolam, cui etiam veritatem, & honorem Dei postponunt. Hinc condigna pœna eorum est, ut per quæ peccant, puniantur, & per librorum suppressionem, expetita gloria priventur; prout, hanc etiam esse librorum prohibitionis rationem, testantur Santarellus *in tract. de hæresi cap. 14. dub. unic.* Sousa *in Bulla Cœnæ cap. 2. disp. 13. num. 11.* Toletus *lib. 1. Summ.*
10 *cap. 49.* quod etiam patet ex regula secunda Indicis, ex qua habetur, omnes hæreticorum libros, etiam quod hæresim non contineant, nec de Religione tractent, sub pœna excommunicationis vetitos esse, ut prosequitur Bonac. *tom. 1. de Censur. disp. 2. q. 5. punct. 4. prop. 1. n. 3.* Fagn. *cit. c. damnamus n. 16. & 17.*

11 Hinc cavendum est à Caramuele, dum in sua Theologia fundamentali, *fundam. quæst. 2. num. 434.* asserit majori ignominia affici hæreticos, dum eorum libri infames palam fiunt, & publicè leguntur, quàm si supprimantur, & exterminentur, sicuti majori dedecore afficitur latro, qui publicè per Civitatem ducitur, quàm qui clam in exilium mittitur. Cavendum est, inquam, nam cùm finis, qui ex quacumque pœna à Republica intenditur, non sit, nisi reparatio delictorum, & castigatio, sive coërctio delinquentium, ex sententia Caramuelis totum oppositum sequeretur, quia hæretici non ad alios fines, suos libros evulgant, quàm ut publicè legantur, & manibus Catholicorum evolvantur, & sic vanum est dicere, quod hæretici puniantur, dum eorum libri leguntur, cùm ex hoc ipsi gratias referant, & ad alios evulgandos potiùs excitentur.

Ex his ruunt objecta, quæ pro ratione dubii adducebantur; factum enim Zachariæ Papæ, tantum abest, ut contrario dubio faveat, ut potius rationes à no-
12 bis adductas manifestè confirmet; nam Pontifex
non ideò Adalberti scripta servari jussit, quasi quòd eorum incolumitati consuleret, sed ut ipsius insani & impiissimi Novatoris confusio & ignominia perpetuò apud posteros remaneret; finis igitur Summi Pontificis fuit ad reddendum ignominiosum hæreticum; hæc autem ignominia, licèt in aliis hæreticis inducatur per eorum librorum abolitionem, in Adalberto tamen, quadam peculiari ratione necesse fuit illam inducere per suorum operum conservationem, à quibus ejus turpitudo convinceretur in posterum, nam apud Vulgum colebatur uti Sanctus. Ruit etiam
13 secundum objectum, nam quid boni in hæreticorum
libris inveniri potest, ut non præponderet malum? bonum enim malo commixtum, non est amplius bonum. Imò licèt superficialiter videatur esse aliquod bonum, plerumque tamen accidit, quod benè ponderatum, vel reperitur deficiens, vel ex malitia appositum, ad hoc ut magis incautos homines ad eorum errores inducat, ut hæreticorum nostræ ætatis exempla nos docuerunt, unde benè ad hanc rem conferre videtur monitum *Virgilianum:*

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus (ò Pueri fugite hinc) latet anguis in herba.

Et licèt lectio librorum Origenis, ac Tertulliani ab 14
Ecclesia toleretur, hoc tamen speciali ratione fit, & ad majorem confusionem ipsorum; nam ex suis prioribus scriptis, & salutaribus documentis, posteriores eorum errores, & lapsus insigniter deteguntur, & sic propriis eorum armis configuntur, ut benè Gloss. *in cit. cap. fraternitati*, & Gonzalez *ibid. num. 9.*

Hinc verò retunditur nonnullorum opinio asse- 15
rentium, posse hæreticorum libros legi, non obstante prohibitione, ab illis, quibus propter suam excellentem doctrinam, periculum prævaricationis non adsit; nam (dicunt isti) cessante in hoc casu adæquatissimo fine legis hos libros prohibentis, cessat in consequentiam, ejusdem legis rigor, & prohibitio. Retunditur, inquam; nam, ut proximè visum est, finis
prohibitionis, non est solum imminens periculum sub- 16
versionis, sed etiam despectio, & ignominia hæreticorum; ab Ecclesia enim interdicuntur omnes, & quotquot hæreticorum libri sunt, etiam quod materiam indifferentem contineant, ut Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, & similia, ut patet ex regula secunda Indicis *versicul. qui vero.*

Imò esto etiam adæquatus finis prohibitionis non
sit, nisi solum periculum subversionis, rogo, quis- 17
nam ille est, nisi superbus, & stultissimus homo, qui de hac re tantum præsumere potest, & sibi confidere, & tam periculosè oblandiri, ac Judicem se in causa propria constituere? Nonne videmus multos etiam doctissimos viros, & pietate insignes, exiguo hæreticorum contactu contaminatos? Tertullianus tam doctus fuerat, ut D. Cyprianus petendo ejus librum hac verborum forma uteretur, *Affer Magistrum*, & tamen ab hæresi unius Montani seductus fuit. Utinam verò nostris quoque temporibus, docti etiam & pii viri in hos hæreticorum laqueos ex eorum librorum lectione non incidissent; meritò itaque Ecclesia generaliter, & absolutè horum librorum retentio-
nem, & lectionem prohibuit, & ideò sub ea genera- 18
litate quicumque viri etiam doctissimi, & piissimi comprehenduntur, etiam quod ad optimum finem legerent, ut hæreticorum errores refutarent. Sic Pegna *in add. ad Eymer. direct. inquis. 2. part. 3. ad d. cap. Fratern.* Farinac. *de hæres. quæst. 180. num. 39.* Azor. *tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 6.* Toletus *lib. 1. Summa cap. 19. num. 9.* Carena *in tract. de offic. inquisition. part. 2. tit. 10. §. 5. num. 32. cum seq.* Tamburin. *in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 1. §. 7. num. 41.* Diana *part. 6. tract. 6. resol. 49.* Castropalaus *part. 1. tract. 4. disp. 2. punct. 10. §. 2. num. 9.* Propterea nullatenùs audiendi sunt Felin. *in cap. Si quis Episcopo, in fine de hæreticis, & alii Canonistæ* apud Castropal. *tom. 1. tract. 4. disp. 2. punct. 10. num. 8.* sicuti nec Caramuel *in Theologia fundam. fundam. 17. q. 2. num. 434.* contrarium asserentes, nempè dictam prohibitionem non comprehendere doctos, & pios viros, à quibus periculum subversionis abest; nam, ut suprà probavimus, Ecclesia prohibet absolutè retentionem, & lectionem dictorum librorum, nec curat qua intentione, & periculo retineantur, & legantur, cùm solùm respiciat hæreticorum pœnam, & ignominiam.

Quod etiam magis patet ex eo, quod etiam auctori alicujus libri prohibiti vetitum est dictum suum librum prohibitum legere, ut docet Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 37.* Trullench. *in Decalog. t. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 9. §. 5. num. 20.* & tamen in auctore nullum considerari potest speciale periculum ex dicta lectione, cùm suos errores, quos in dicto libro apposuit, mente retinere præsumatur; ergo tota vis prohibi-

hibitionis non in periculo ſubverſionis, ſed in præcepto
indefinito Eccleſiæ reponenda eſt, prout illam reponunt
DD. citati, & præcisè contra Caramuelem diſertè tue-
tur Diana *part. 11. tract. 1. reſol. 1. per tot.* imò ipſe Cara-
muel ſe retractaſſe videtur.
19 Nec rurſus contra prædicta dici valet, licitum ſaltem
eſſe retinere libros hæreticorum, ut ex illis poſſit ſumi
aliquod dictum benè prolatum, illudque approbari,
non quidem uti authorizabile, ſed ſaltem uti verum ad
confundendum eorum errores, juxta ſententiam Hoſtien-
ſis *in cap. damnamus de Sum. Trinit. & argum. textus in
Can. Si quid veri diſtinct.* 37.
Contrarium enim proximè probavimus, quia fie-
ret contra abſolutum præceptum Eccleſiæ, quæ ſibi
facultatem reſervavit ſuper hac prohibitione, ex ra-
tionabili cauſa, diſpenſanda; & ideò ſi bonum aliquod
ex vetitorum librorum lectione ſpéretur, judicio, &
authoritate Eccleſiæ, non proprio Marte unuſquiſque
hoc facere debet, aliàs temeritas, & præſumptio,
non zelus, & boni amor eſſet. Nec textus in dicto
Can. Si quid veri eſt ad rem noſtram applicabilis,
20 nam ibi ſermo eſt de libris Gentilium, nempè de eo-
rum oraculis prædicentibus Chriſti Domini adven-
tum, quibus etſi nulla authoritas debeatur, ex dicto
Can. Si quid veri, & D. Auguſtino contra Manichæos,
tamen nil mirum, ſi eorum dicta adhiberi poſſunt,
nam illa ex una parte egregiè confirmant potiora my-
ſteria noſtræ Fidei, ac proditionem, & pervicaciam
Hebræorum convincunt, ut ait D. Auguſtinus *loco
cit.* & ex alia parte, nullum inducunt periculum ſub-
verſionis à Fide; Gentiles enim, cùm Fidem Catholi-
21 cam non agnoverint, illam non impugnarunt; quomo-
do enim impugnatur quod non cognoſcitur? At hæreti-
ci ſubdolæ Vulpes devaſtantes vineam Dei ſub ementito
pallio ſimplicitatis, & ſanctitatis, ruinam animarum
inducunt, & ad ſua falſa dogmata cum Catholicis ali-
quo modo ſymbolizantia, & fictum zelum præſeferen-
tia, facilè homines trahere poſſunt.
Aſſertio autem prædicta, quod damnato Authore,
damnati dicantur etiam libri, non convertitur, quia
22 damnato libro, non exinde damnatus dicitur au-
thor, ſi librum ſupponat Judicio S. Sedis, ut fuit re-
ſolutum *in cap. damnamus de Summ. Trinit.* quoad
perſonam Abbatis Joachim, cujus liber circa eſſen-
tiam Trinitatis editus contra Magiſtrum ſententiarum,
damnatus fuit in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio
III. anno 1215. non autem ipſe Author, cujus tex-
23 tus concordantias vide apud Ximen. *in concordantiis
part.* 1. & 2. & ultra antiquiores, vide Fagn. *cit. cap.
damnamus de Sum. Trin. num. 2. & ſeq.* ubi ponit for-
mulam proteſtationis dicti Abb. Joachim, & tradit ita
conſueviſſe facere Doctores Catholicos, & ſic evitaſſe
omnem ſuſpicionem hæreſis, etſi in eorum ſcriptis ali-
quid erroneum adfuerit, & Barb. ibid. & ratio hujus
eſt, quia ad rationem hæreſis, duo copulativè concur-
24 rere debent, nempè error intellectus, & pertinacia vo-
luntatis; pertinax autem dici non poteſt, qui erro-
rem ſuum corrigere paratus eſt, & judicio S. Eccleſiæ
ſe ſubmittit; faciunt textus *in Can. dixit Apoſtolus 24.
quaſt. 3. Clemen. Unic. de Summa Trinitate*, Turre-
cremat. *lib. de Eccleſ. part. 2. cap. 1. & 11.* Symanch.
de Catholic. Inſtit. tit. 31. num. 7. Menoch. *conſ.* 82.
25 *num.* 171. Hoc tamen intelligendum eſt, vel cum ver-
ba ſunt dubia, vel quando materia, circa quam erratur,
obſcura, & difficilis eſt, præſertim ſi non fuerit con-
demnata opinio contraria, vel cujus condemnationis
non præſumitur notitia; ſecùs verò in caſu contrario,
quia tunc proteſtatio non excuſaret, nam eſſet contra-
ria facto; aliàs enim omnes hæretici ſubvertentes ferè
omnia dogmata, Eccleſiæ deciſione firmata, facil-
limo negotio excuſari poſſent, hanc proteſtationem
26 adhibendo, prout aliquando adhibent, ut ſic faciliùs,
& ſecuriùs eorum doloſus ſermo animos, & mentes le-
gentium alliciat, ut latè Farin. *de hæreſi quaſt. 178. num.*
150. Pegna *in director. p. 1. quaſt.* 12. *Comment.* 26. Sy-
manch. *de Catholic. Inſt. tit. 55. rubr. de poteſt.* Dicta ta-
27 men proteſtatio excuſaret eos, ſi prompti eſſent ad ſe re-
tractandos, & juxta hunc ſenſum intelligenda eſt ſupra-
dicta propoſitio, quod per proteſtationem ſibi quis con-
ſulat, *Can. dixit Apoſtolus 24. qu. 3.* ibi: *Qui ſenten-
tiam ſuam quamvis falſam, atque perverſam nulla per-
tinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſolli-
citudine veritatem, corrigi parati, cùm invenerint,
nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.* Quod etiam
evitatur, ſi quis quoque tueatur ſuam opinionem mo- 28
deſtè, ac reverenti, pacatoque animo recipiendi ve-
ritatem, ut fecit Joannes de Poliaco Doctor Pariſien-
ſis, qui in Conciſtorio articulos, quos docuerat, de-
fendit, aſſeruit tamen ſe paratum credere, quod Sedes
Apoſtolica credendum diffiniret, *ut in Extravagan.
vas electionis de hæreticis.*

De aliis autem pertinentibus ad pœnas legentium li-
bros prohibitos, necnon de relatis in Epitome hujus
Bullæ, alibi dicam.

CONSTITUTIO UNICA
D. PELAGII SECUNDI
incipiens (*Manifeſto.*)

EPITOME BULLÆ.

PELAGIUS EPISCOPIS QUI FUERUNT IN Conciliabulo Conſtantinopolitano.

Concilium Conſtantinopolitanum ſine aſſenſu Papæ irritatur. Ad ſolum Pontificem jus congregandi univerſalia Concilia pertinere aſſeritur. Joannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ejuſque Prædeceſſores nomen Univerſalis Patriarchæ uſurpantes, in excommunicationem incidiſſe declarat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Vita Pelagii Secundi.*
2 *Concilium, ſeu Conciliabulum Conſtantinopolitanum dictum tertium declaratur irritum à Pelagio, & quare?*
3 *Epiſcopi Eccleſiæ univerſalis nomen perperam uſurpatum à Patriarcha Conſtantinopolitano.*
4 *Solus Papa appellari poteſt Epiſcopus Eccleſiæ univerſalis.*
5 *Conſtantinopolitanæ Civitatis origo, dignitas, magnitudo, & ſitus deſcribuntur.*
6 *Patriarchæ Conſtantinopolitani aliquot, quibus titulus Patriarchæ univerſalis à Græcis tributus fuit, & num. 9.*
7 *Titulum hunc anteà privatim dumtaxat ab aliquibus uſurpatum, publicè uſurpare auſus fuit Joannes dictus Jejunator.*
8 *Patriarchæ Conſtantinopolitani, Romano Pontifici Superiores, aliquando jactare ſe auſi ſunt ambitiosè.*
9 *Hadriani Primi Epiſtola ad Imperatorem Conſtantinum, in qua iſta vana Patriarcharum ambitio pulchrè demonſtratur.*
10 *Eccleſiæ Romanæ Primatus ab Hadriano in dicta Epiſtola adſtruitur.*
11 *Joannes Jejunator, obſtinatus in retinendo titulo Patriarchæ Univerſalis, etiam poſt editam à Pelagio hanc prohibitoriam Conſtitutionem.*
12 *Eulogius Patriarcha Alexandrinus, dictæ prohibitioni pariturum ſe dicit, & dictum titulum uti proprium S. Pontifici Gregorio tribuit.*
13 *Cyriacus, & reliqui Patriarchæ Conſtantinopolitani, diu hunc titulum Patriarchæ Univerſalis uſurpare non erubuerunt.*

14 *Leo-*

14 *Leonis Noni Epistola, in qua Michael Patriarcha Constantinopolitanus hunc titulum usurpans corrigitur.*

15 *Joannis Jejunatoris vesanam & ambitiosam pertinaciam, damnatamque memoriam Pontifex detestatur.*

16 *Eustatius Patriarcha Constantinopolitanus pro concessione prædicti tituli, suis Legatis cum Joanne XIX. incassum egit.*

17 *Joannes Jejunator eximia memoria apud Græcos, magna erga pauperes beneficentia, & non minoris superbia.*

18 *Patriarcha Universalis titulus, quid significet, & qua ratione soli Summo Pontifici competat?*

19 *Papa dicitur Ordinarius Ordinariorum, & habet pro Diœcesi totum mundum, & quomodo id intelligatur?*

20 *Patriarcha Universalis titulus Summo Pontifici datus à Patriarchis Orientalibus, & à Concilio Chalcedonensi.*

21 *Idem titulus Summo Pontifici tributus fuit à Concilio Tridentino, omnibus Patrum acclamationibus.*

22 *Hunc titulum Summo Pontifici à dicto Concilio datum, præjudicialem fuisse Regiæ auctoritati, quidam Orator perperam suo Regi scripsit.*

23 *Papa jure merito potest titulum Pastoris Universalis assumere, & quare? remissive.*

24 *D. Gregorius titulum Pastoris Universalis sibi oblatum respuit, & quare? & num. seqq.*

25 *Humilitate D. Gregorii in suis Epistolis profundissima perperam abutuntur Novatores ad inducendam subjectionem Papæ erga Imperatorem,*

26 *Summi Pontifices juste dictum titulum assumere possunt, sed de congruentia omittunt.*

27 *Primæ Sedis Episcopus non appellatur Princeps Sacerdotum & Summus Sacerdos, sed quomodo id intelligatur, num. seqq.*

28 *Ecclesia appellari potest Universalis duplici sensu.*

29 *Ecclesia Romana est caput, & pars præcipua Universalis Ecclesiæ, & in quo sensu?*

30 *Ecclesia Romana dicitur Universalis Ecclesia, ratione suæ dignitatis, auctoritatis, & præeminentiæ, quas obtinet supra cæteras.*

31 *Pontifex Romanus non dicitur Universalis Episcopus, ut alios despiciat, aut excludat; sed quia continet omnes, & num. 49.*

32 *D. Gregorii sensus, & Canonum distinctio circa prædictum titulum, explicatur.*

33 *Constantinopolitana Sedes dum facta fuit æqualis Romanæ, intelligitur prima post Romanam, & num. 33.*

34 *D. Paulus dum appellatur Princeps Apostolorum, non exinde censetur esse æqualis Petro, aut supra Petrum.*

35 Can. Renovantes dist. 22. & can. mos antiquus dist. 65. *explicantur, & num. seqq.*

36 *Ecclesia Alexandrina datur æqualitas cum Romana, idest primus locus post Romanam.*

37 *Constantinopolitani Concilii Canon faciens æqualem Sedem Constantinopolitanam cum Romana, non fuit à Sede Apostolica approbatus.*

38 *Chalcedonensis Concilii Constitutio quædam circa Patriarcham Constantinopolitanum, non approbata à S. Leone Papa.*

39 *Patriarchæ Universalis titulus in Constantinopolitano, in congruo & tolerabili sensu à quibusdam explicatus, sed frigide, & num. 44.*

40 *Phoca Imperator hunc titulum Cyriaco vetuit, sed Heraclius Imperator restituit, & successive alii Patriarchæ usi fuere.*

41 *Romani Pontifices cur prædicti tituli usurpationi primis temporibus non restiterint, & cur postea illum reprehenderint?*

42 *Græci, schismate facto, usurparunt dictum titulum, ad denotandam superioritatem, vel saltem æqualitatem Ecclesiæ Romanæ.*

43 *Constantinopolitana Ecclesia dicta omnium Ecclesiarum Mater, quoad jurisdictionem in Oriente tantum.*

44 *Romana Ecclesia sola totius Orbis Mater, & Magistra.*

45 *Episcopi non sunt Vicarii, aut Ministri Summi Pontificis; nec isto mortuo, eorum jurisdictio expirat, ut erroneè non nemo dixit, & num. 52.*

46 *Episcopi dicuntur vocati in partem sollicitudinis, quatenus jurisdictionem limitatam habent in propria Diœcesi.*

47 *Episcopi unà simul cum Summo Pontifice Ordinem Episcopalem constituunt.*

48 *Papa dicitur Universalis Episcopus, non quod alios excludat, sed quod eis præcellat, & num. 31.*

49 *Baculus Pastoralis significat in Episcopis eorum limitatam jurisdictionem in propriis Ecclesiis.*

50 *Plenitudo potestatis est in solo Papa.*

51 *Papa ubique locorum defert Crucem, & utitur pallio ad differentiam aliorum Episcoporum.*

PElagius Secundus, Pontifex Maximus sexagesimus
quartus, Romanus, filius VVinigildi, anno 579. 1
creatus fuit, & ut alii volunt, ex genere Gothorum,
ut indicat nomen paternum in illa natione usitatum:
Obiit Romæ ex pestilentiali morbo ibi tunc grassante,
anno 590. & nunc inter Sanctos colitur. Hic autem Pa-
pa dum agnovit, Concilium Constantinopolitanum abs- 2
que auctoritate, & consensu Sedis Apostolicæ, & sic
nullo jure convocatum fuisse à Joanne Patriarcha dictæ
Civitatis, se rursus asserente Pastorem, & Patriar-
cham Universalem, sicque subscribendo, promulga- 3
vit hanc Constitutionem, anno Domini 589. directam
Episcopis qui illicita vocatione Joannis Constantinopo-
litani Episcopi ad Synodum Constantinopoli habitam
convenerunt, condemnando id tanquam Conciliabu-
lum, & injungendo Episcopis, qui in eo intervene-
rant, ut eidem Concilio minimè parerent, nec præ-
fatum Joannem Patriarcham appellarent universa-
lem; nec non eundem excommunicatum declara-
vit, solique Papæ, universalis Ecclesiæ Episcopi no- 4
men competere dixit, & argumentis contrariis res-
pondit. Quare duo principaliter erunt differenda: Al-
terum, ad solum Summum Pontificem pertinere convo-
cationes Conciliorum Generalium: Et alterum, nulli
competere nomen Patriarchæ, & Episcopi universalis,
præterquam soli Summo Pontifici Romano: sed cùm
de primo alibi in sequentibus Constitutionibus debeat
esse sermo, ideò hic aliqua tantùm dicam de se-
cundo.

Civitas Constantinopolis Regina totius Græciæ jux- 5
ta Sydonium, qui eam sic salutat: *Salve sceptrorum
columen, Regina Orientis Orbis*, fuit nominata priùs
Bizantium ante Constantinum à Pausania Lacedæ-
moniorum Rege, mediocremque fortunam tunc ha-
buit, ut differit Angel. Petrica *de appell. dist.* 3. &
varios casus, tum ex cladibus, tum ex naufragiis passa
fuit usque ad devastationem, tempore Galieni Im-
peratoris; tamen sub Constantino, & nomen, &
fortunam mutavit; quia ab illo magnificentiam ædi-
ficiorum, nomenque ipsum agnovit, Constantini
nova polis dicta; sicque super Bizantii ruina, hæc
Civitas fundamenta erexit, ut esset caput Imperii, ac
nova Roma dicta fuit. Sita reperitur in peninsula, quæ
se dilatat ad Thraciæ extremitatem, ubi incipit Bos-
phorus, dividens Europam ab Asia; itaut super utra-
que Orbis parte minùs una satisfacta hæc Urbs do-
minatrix pedes figere voluerit: trianguli formam
recepit, perfectum scilicet numerum, portumque sa-
tis tutum, & commodum habet. In quatuordecim Re-
giones Urbs dicta divisa ad instar antiquæ Romæ super
septem Collibus sita est, & ne aliqua in re antiquæ
Romæ invideret, Constantinus ibi plures constru-
xit Basilicas, Palatia, Thermas, Aquæductus,
Ecclesias, Domus, ac foros, & præcipuè Sedes pro
Senatoribus Roma secum ductis, erexit Obeliscos,

Columnas, Statuas, totamque Græciam expoliavit, ut unam Urbem conſtrueret, ac veluti Orbem in Urbe, nec minùs quàm Græciæ divitiæ, & Conſtantini animus ſatis erat ad alteram Romam ædificandam. Unde caput Civitatum dicitur *in* §. *ultimo Inſtit. de ſatiſdat.* ac Privilegia ejuſdem Urbis Romæ illi attributa fuere, *leg.* 1. *Cod. de privilegiis Urbis Conſtantinop. lib.* 11. *l.* 1. *C. Theodoſ. de Jur. Italic. Urb. Conſtant.* & plura de ejuſdem Civitatis ſitu, magnitudine, & aliis, vide apud Chriſtoph. Bondel. *deſcript. Conſtant. Codin. de Orig. Conſtant. notitia utriuſque Imperii, cum not.* Guidon. Buenger. Diatrib. 3. ad Cauſabon. Raby Moyſen. Almoſinum *de Magn. Conſtant.*

Hæc autem Urbs in Caput Imperii redacta, antiquam Romam, nedum Imperii faſtu, ſed dignitate ſpirituali conata fuit æquare; unde tempore Hormiſdæ Papæ, qui ſedit anno 514. longè ante hanc Conſtitutionem, Joannes Conſtantinopolitanus Patriarcha ſic illi ſcripſit, ut æqualem in hoc titulo cum eodem Romano Pontifice ſe jactaret, *ut in Epiſtola* 34. ejuſdem Papæ; & Græci ambientes, ſuum Patriarcham autumant prærogativis in Oriente frui eiſdem, quibus Papa in Occidente; & poſtquam huic in
6 Concilio Chalcedonenſi dictum nomen Patriarchæ univerſalis fuit attributum, hoc idem ſuo Patriarchæ dederunt; unde Imperator Juſtinianus ſic nominavit Epiphanium Patriarcham Conſtantinopolitanum, *ut in Cod. Juſt. tit.* 1, *lib.* 7.

7 Tamen nullum documentum extat dictos Patriarchas, neque alios, hujuſmodi titulo in publicis actibus fuiſſe uſos, donec ſub Imperatore Mauritio, Joannes cognominatus Jejunator homo auſterus, ſed ſuperbus, in Epiſtola convocationis Concilii Conſtantinopolitani contra Gregorium Antiochenum, tali titulo ſe inſcripſit, & quando alii Prædeceſſores hunc titulum tantùm ut pro quadam prærogativa adhibuerunt, etſi injuſtè, ille pro independenti authoritate à Sede Apoſtolica aſſumpſit; unde Pelagius Secundus, ut dixi, in hac Conſtitutione, acta ejuſdem Concilii irritavit, ac tale univerſalis Patriarchæ nomen eidem inhibuit, ut etiam innuit D. Gregorius
8 Papa *in Epiſt.* 38. *lib.* 4. *Moral. Indict.* 13. Hanc ambitionem, ut dixi, ultrà excedentes Patriarchæ illius Imperialis Civitatis, non ſolùm æqualitatem, ſed ſupereminentiam Pontifici Romano jactare cœperunt, & tempore Hadriani Primi conſtat, hunc Pontificem ſcripſiſſe Epiſtolam Conſtantino Quinto Impe-
9 ratori, & Irenæ Auguſtæ, quod abſtinerent in eorum Edictis dictum nomen Patriarchæ præfato tribuere, quæ Epiſtola eſt *in act.* 2. *VII. Synod.* ibi: *Valdè mirati ſumus, quod in veſtris Imperialibus juſſis pro Patriarcha Regia Urbis, ſcilicet Taraſio directis, univerſalem ibidem eum comperimus exaratum: ſed utrùm per imperitiam, aut ſchiſma, vel hæreſim iniquorum ſcriptum ſit, ignoramus; ſed deinceps ſuademus veſtræ Clementiſſimæ, Imperialique potentiæ, ut minimè in ſuarum exarationum ſerie, Univerſalis deſcribatur, quia contra Sacrorum Canonum inſtituta, ſeu Sanctorum Patrum traditionem decreta eſſe videtur. In ſecundo enim ordine, non niſi per ſancta noſtra Catholica, & Apoſtolica Eccleſia auctoritatem valuit nomen habe-*
10 *re, quod nimirum ſuper prælatam ſibi Sanctam Romanam Eccleſiam, quæ eſt Caput omnium Dei Eccleſiarum, deſcribatur, tanquam Sacrarum Synodorum rebellem, atque hæreticum manifeſtare ſe certum eſt. Quod ſi univerſalis eſt, etiam Eccleſia noſtræ Sedis Primatum habere dignoſcitur, quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis apparet, quia in toto Orbe terrarum ab ipſo Redemptore Mundi, Beato Petro Apoſtolo Principatus, & poteſtas data eſt, & per eundem Apoſtolum, cujus vel immeriti vices gerimus, Sancta Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia uſque hactenus, & in ævum tenet Principatum, ac poteſtatis authoritatem; quatenus quod non credimus, ſi quiſpiam eum univerſalem nuncupaverit, vel aſſenſum tribuerit, ſciat, ſe orthodoxæ fidei eſſe alienum, & noſtræ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ rebellem.*

Denuò ad Joannem Jejunatorem mihi ſermo eſt. 11
Iſte ad inſtar hypocritæ repreſſi ſub jugo propriæ voluntatis, non obſtante præfata Pelagii Decretali, ſtatim poſt hujus obitum, idem nomen reſumere auſus fuit, Mauritii Imperatoris authoritate ſuffultus, itaut temerè ſcripſerit Epiſtolam D. Gregorio Papæ Succeſſori Pelagii, in qualibet linea ſe univerſalem Patriarcham denominando, ut habetur in ejus *Epiſt.* 39. *lib.* 4. *ind.* 13. ubi legitur illum reprehenſum, & præceptum, ut à tali inſcriptione nominis ſe abſtineret.
Non ſic Eulogius Patriarcha Alexandrinus unus ex qua- 12
tuor Orientis, quibus omnibus talis inhibitio fuerat directa, qui pariturum ſe reſpondit, eidemque Sancto Pontifici duntaxat uti proprium dictum nomen detulit in Epiſtola; quem titulum D. Gregorius ad humilitatis exemplum reſpuit, ut infrà dicam.

Verùm poſt obitum Joannis, Cyriacus Patriarcha 13
eumdem titulum aſſumpſit, itaut ipſum quoque D. Gregorius denuò corripuerit, ſtultitiæ talem ambitionem adſcribens, ut in ejus *Epiſt.* ibi, *Ut à ſtulti vocabuli ſe appellatione compeſceret.* Non ceſſarunt tamen Antiſtites illi Imperatorum gratia, & favore ſeducti, talem titulum uſurpare; quare tempore Hadriani Primi, ſcripta fuit ab iſto Epiſtola ſuprà enunciata Imperatoribus Græcis; & Leo Nonus, qui ſedit an-
no 1049. ſic ſcripſit Michaeli Patriarchæ dictæ Urbis 14
ex Epiſtola relata à Baron. tom. 11. *anno* 1054. *num.* 12. *pag.* 204. *Qualis verò, & quàm deteſtabilis, atque lamentabilis eſt illa ſacrilega uſurpatio, qua te univerſalem Patriarcham jactas ubique, & ſcripto, & verbo? cùm omnis Dei amicus hujuſmodi hactenus horruerit honorari vocabulo, & quis poſt Chriſtum convenientius poſſet inſigniri hoc vocabulo, quàm cui dicitur divina voce, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et deinde: *Ecce ille Joannes*
veſter, cujus veſanæ adinventionis adhuc heredes per- 15
manetis (loquitur de Joanne præfato Jejunatore) *qui ſecundùm Pſalmiſtam, per vos adhuc vocat nomina ſua in terris ſuis, cùm interiit non ſumpſit omnia, neque deſcendit cum eo gloria ejus ad infernum, quia cùm in honore eſſet, non intellexit, ipſe à Beatiſſimis Pontificibus Pelagio, & Gregorio, ſucceſſoribuſque eorum pro hac inſolentia anathematizatus in ſua pertinacia irrevocabilis periit, jamque per quadraginta, & quadringentos annos ſua contumacia ſequaces præcipitare non ceſſavit.* Imò
apud Joannem XIX. dictum XX. tempore Baſilii Im- 16
peratoris anno 1024. Euſtatius Patriarcha talem titulum ſibi concedi inſtitit, licèt non obtinuerit, præviis Legatis miſſis ad hunc finem, *Baron. ad dict. ann.* 1024. *num.* 4. & 5.

Nec me latet, apud Græcos eximia memoria cul- 17
tum fuiſſe dictum Patriarcham Joannem, præcipuè ob ejus abdicationem à terrenis; nam omnia pauperibus diſtribuebat, imò tempore ſui obitus, ejus paupertas refertur à Theoph. Symoc. his verbis: *Nihil aliud inveniſſe præter ligneum lectum, & laneum ſtragulum nullius pretii, ac deformem pegulum.* Hinc Mauritius Imperator tempore Quadrageſimæ in dicto lectulo cubabat, cùm ſe divinam quandam gratiam inde percepturum arbitraretur, ut proſequitur idem Auctor. Imò ipſe librum edidit de Baptiſmo, ac Sancto Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi dicavit, valdè quidem pietate refertum. Sed contraria ejus ſanctimoniæ fuerunt geſta ſuperbiæ in hoc actu toti Orbi patentia, quæ redarguit Paſtorali zelo ductus D. Gregorius *l.* 4. *Epiſt.* 32. *uſque ad* 38. *l.* 6. *Epiſt.* 4. 22. 28. 30. & 31. *l.* 7. *Epiſt.* 30. *Indict.* 15. *l.* 11. *Epiſt.* 47. & *alibi.*

Meritò namque hic titulus Univerſalis Patriar- 18
chæ fuit interdictus, cùm ſignificet plenitudinem poteſtatis, à Deo ſoli Petro, ejuſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus conceſſam, unde ipſe ſolus Romanus Pontifex appellari rectè poteſt, & debet Univerſalis Patriarcha, quatenus Primatum Eccleſiæ Romanæ, & plenitudinem poteſtatis ſupra cæteras
Orbis Eccleſias præſeferat; ſicque dicitur Ordinarius 19
Ordinariorum, habetque pro Diœceſi totum Orbem.

Gon-

Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. in proœm. §. 1. num. 8. &
etiam est Pastor, & Episcopus universalis Ecclesiæ,
ut latè apud August. in Epist. decr. lib. 1. tit. 2. & idem
20 titulus Patriarchæ universalis videtur attributus Papæ
ab ipsis Patriarchis Orientalibus, ut suprà dixi, &
à Concilio Chalcedonensi Leoni Magno, ut in ter-
tia part. Conc. num. 2. & testatur Leo IX. in cit. Epist.
relata à Baronio: ibi, Licet Magno Leoni Prædecesso-
ri nostro, & successoribus ipsius hoc sancta decreverit
Chalcedonensis Synodus; licèt titulus Epistolæ aliquo-
rum dolo non adsit, Baron. tom. 6. ann. 451. num. 150.
& D. Gregorius l. 7. Epist. 3. Indict. 1. ad prædictum
Eulogium Patriarcham Alexandrinum, de hoc memi-
nit, ibi: Et quidem in Sancta Chalcedonensi Synodo,
atque post à subsequentibus Patribus hoc decessoribus meis
oblatum (scilicet titulus Papa universalis) Vestra San-
ctitas novit: sed tamen nullus eorum uti hoc umquam vo-
cabulo voluit. Et latè vide Gratian. in can. Ecce dist.
99. ubi refert, D. Leonem fuisse sic acclamatum in
Concilio Chalcedonensi, Sanctissimum, Apostolicum,
& Oecumenicum, & universalem Patriarcham, & à
Galliæ quodam Episcopo, sic ad Hormisdam scriptum
refertur: Ut gregem per tota vobis universalis Ecclesiæ
membra commissum.

21 Jure igitur uti potest hujusmodi titulo Papa, &
talem demùm dedit ei Concilium Tridentinum in fi-
ne in acclamationibus PP. & à Cardinali à Lotha-
ringia sic intonante: Beatissimo Pio Papa, & Do-
mino Nostro Sancta, & universalis Ecclesiæ Pontifici
22 multi anni, & æterna memoria. Unde Orator cujusdam
Regis, qui à Concilio jam prius discesserat, & Vene-
tiis degebat, scripsit Regi post suum discessum, à Con-
cilio plura fuisse gesta contra Regiam auctoritatem ad
favorem Papæ, & præcipuè cùm nomen universalis
Ecclesiæ Episcopi, eidem fuerit attributum. Sed quæ
pars Regni cùm Ecclesia? & quam rationem Rex
potest habere in hoc, quod tota Ecclesia Summo Pon-
23 tifici dedit, cooperante dicto Cardinali sanguine Re-
gio nato? Licitè enim, & jure potest Papa dictum
nomen habere, cùm verè sit universalis Ecclesiæ Pa-
stor, & habeat primatum Ecclesiæ universalis, ac
plenitudinem potestatis in toto Orbe, attributa ab eo
cuilibet Episcopo vocato in partem sollicitudinis, ju-
risdictione in propriis Ecclesiis, ut infrà suo loco di-
cam, prout Petrus habuit super cæteros Apostolos,
quem titulum posse à Papa retineri docuerunt Ray-
mund. Ruff. de Pontific. Maxim. num. 6. vers. Prima-
tum part. 19. Card. Bellarm. t. 1. cont. 3. de Roman.
Pontific. l. 2. cap. 31. vers. 15. Dart. de Benef. sect. 1.
cap. 2. & de Ecclesiis suburbicariis cap. 31. cum sequen.
Fr. Angel. Pretric. de appell. ad Rom. S. Petri Cathe-
dram l. 1. disp. 2. Baron. ann. cit. & præcipuè anno 797.
t. 9. annal. Gonzal. ad lib. 5. decretal. cap. 23. de pri-
vilegiis num. 2. & seqq. & in c. ex multis 1. quæst. 3. in
medio, ibi: Ego Alexander S. Romanæ Ecclesiæ, &
Apostolicæ Sedis Episcopus. Et passim Papa ita intitu-
latur, ut infrà in sequenti Commentario dicam. Et
benè Leo IX. qui sedit anno 1049. in Constitutione
ejus prima, ibi ait: Quia Auctore Deo sic nobis unius
Ecclesiæ cura specialiter est commissa, ut per dignitatem
Apostolicæ Sedis etiam cæterarum Ecclesiarum generalis
sit provisio delegata.

24 Sed objici potest, Divum Gregorium talem titu-
lum ei oblatum ab Eulogio Patriarcha Alexandrino
respuisse, ut ex Epist. 30. lib. 7. relat. in can. Ecce
99. dist. & consonant verba Leonis IX. in cit. Epist.
ubi postquam probavit, hunc titulum competere
soli Papæ, subjunxit: Veruntamen, quia ille non in-
venitur universalis Apostolus dictus (scilicet Petrus)
quamvis Princeps Apostolorum sit constitutus, nullus
successorum ejus tam prodigioso prænominatu consensit
appellari. Tamen tunc Pontifices noluerunt uti di-
cto titulo, non quia eis erat incongruum, quia con-
gruitatem jam probarunt, & præsuppoluerunt; sed ne
ansam darent laicis objurgandi eos, tanquam super-
bos titulos expetentes, qui tunc communes erant cum
Principibus sæcularibus, ut explicat Fischer. Roffen-
sis Episcopus in confutatione assertionis Lutheranæ
art. 25. vers. impudentiam suam. Divus enim Gre-
gorius inter cæteras virtutes, insigni humilitate eni-
tuit; adeò ut feratur, ipse ad occursum cujusdam Ab-
batis primus se prostrasse, ipseque primò usus fuit ti-
tolo Servi Servorum Dei, ut dicam in sequenti Con-
stitutione; necnon illum constat omnes Sacerdotes,
fratres appellasse, Clericos filios, & laicos dominos
suos, ut in vita ejus apud Joannem Diacon. l. 4. cap.
58. Unde non mirum, si Imperatorem, Serenissi- 25
mum Dominum appellaverit, seque sui humilem
servum in pluribus Epistolis subscripserit, ex quibus
Novatores subjectionem Papæ non minùs temerè,
quàm ineptè fundare non pudet. Etenim si veritatis
amantes esse velimus, cogimur asserere Sanctum Pon-
tificem id fecisse, vel ut se præberet humilitatis exem-
plar, vel etiam urbanitatis gratia ad captandum sæcu-
larium Principum animum, eo tempore, quo Eccle-
sia Dei adhuc illorum persecutionibus quandoque pre-
mebatur, ut optimè Bellarm. de Rom. Pontific. cap. 28.
juxta illud Textus in can. jam nunc 28. quæst. 1. Cum
sim liber ex omnibus, omnium me servum feci, ut plu-
res lucrifacerem, quæ sunt verba Apostoli. Et quod
verè Divus Gregorius abstinuerit à præfato nomine uti
fastum forsan indicante, satis exprimunt verba ipsius
Epistolæ ibi: Sed nullus unquam decessorum meorum
hoc vocabulo uti voluit, ut dum in hoc mundo honorem
Sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem
Deum custodirent suum. Consonat Epistola citati Leo-
nis IX. ad Michaelem Patriarcham ibi: Et quis pòst
Christum convenientius insigniri possit hoc vocabulo,
quàm cui dicitur divina voce: Tu es Petrus, & super
hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam? & benè conso-
nant verba ejusdem Divi Gregorii l. 4. Epist. 36. indict.
13. ibi: Exemplum nobis ostendit, ut & humilitatem te-
neamus in mente, & tamen Ordinis nostri dignitatem ser-
vemus in honore, quatenus nec in nobis humilitas timida,
nec erectio sit superba.

Igitur ob istam tantùm congruentiam tale nomen 26
à Pontificibus Summis non usurpatur, non autem
de justitia id eis est incongruum; de qua re, vide
Theophil. Renaud. in Corona aurea Romani Pontificis
verb. Patriarcha universalis, Roussel. l. 8. Pontif. juris-
dict. cap. 2. Gonzal. ad lib. 5. Decretal. in cap. antiqua
23. num. 2. & 3. de privileg. ubi exponitur Can. 6. Con-
cilii Africani relatus in Can. primæ Sedis 99. dist. ibi:
Primæ Sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacer- 27
dotum, vel Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi,
sed tantùm primæ sedis Episcopus. Nam ad hunc Ca-
nonem, & ad alias similes auctoritates, unica, &
valida est responsio, seu distinctio adducta ab Innocen-
tio III. l. 2. ep. 198. scribente Patriarchæ Constantino-
politano ibi: Dicitur universalis Ecclesia, quæ de univer- 28
sis constat Ecclesiis, & quæ Græco sermone, Catholica
nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli,
Ecclesia Romana non est universalis Ecclesia, sed pars 29
universalis Ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua, velu-
ti Caput in Corpore, quoniam in ea plenitudo potestatis
existit, ad cæteras autem partes aliquod plenitudinis deri-
vatur. Et dicitur universalis Ecclesia illa, quæ sub se con-
tinet Ecclesias universas, & secundum hanc nominis ra- 30
tionem, Romana tantùm Ecclesia universalis nuncu-
patur, quoniam ipsa sola, singularis privilegio digni-
tatis cæteris est prælata, sicut & Deus universalis Do-
minus appellatur (non quasi jam divisus in species, aut
specialissimas, aut etiam subalternas) sed quoniam
sub ejus dominio omnia continentur; est enim una gene-
ralis Ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum: Tu es
Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.
Et ad rem rectè dixit D. Gregorius l. 4. ep. 38. ibi: Pon-
tifex Romanus non ita sibi accipit titulum universalis, 31
& Oecumenici Patriarchæ, ut despectis Fratribus,
Episcopus appetat solus vocari: sed universalis dicitur,
quia per universum Orbem propagata Ecclesia Pastor
est. Quare Papa non dicitur universalis Episcopus,
ut alios Episcopos excludat à dignitate Episcopali,
sed quia continet omnes. Unde D. Gregorius 32

ita se explicavit contra Patriarcham Constantinopolita-
num, dictum titulum sibi arrogantem: *Absit Cordibus
Christianis nomen istud Blesphemia, in quo omnium
Sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi demente ar-
rogatur. Et lib. 6. ep. 60. ad Eusebium ait: Si unus uni-
versalis est, restat, ut vos Episcopi non sitis.* Et dictam
distinctionem docent Gratian. *cit. Can. Ecce dist.* 99.
Gonzal. *cit. cap.* 23. *de privileg. & alii.*
33 Tandem rejici debent, quæ ad comprobandum
titulum universalis in Patriarcha Constantinopolita-
oo objecta fuerunt, *in Can.* 36. Sextæ Synodi, ubi
videtur à PP. illis renovatus honor Ecclesiæ prædi-
ctæ priùs à Conciliis II. & IV. Constantinopolita-
nis addictus, quod Sedes illa æqualis fuisset Ro-
manæ; nam talis præeminentia illi concessa fuit sem-
34 per post Romanam. Sicuti quando dicitur Paulus
Princeps Apostolorum, oon sequitur exinde, illum
35 esse supra Petrum, aut huic æqualem. Hic enim est
sensus Canonis prædicti relati *in Can. renovantes dist.*
22. sicuti Canonis VI. Concilii Nicæni relati *in Can.*
36 *mos antiquus dist.* 65. ibi enim tribuitur æqualis honor
Ecclesiæ Alexandrinæ cum Romana; quia intelligitur
ei perhibitum fuisse primum locum post istam, ut ex-
plicatur *in cit. Can. Mos.* Et sic nulla videtur restricta
prærogativa Pontificis Romani super omnibus Eccle-
siis, ut explicando hos Canones doctè firmant contra
Calvinum, ac alios Hæreticos, Gonzal. *cap.* 23. *num.* 3.
de privileg. Bellarm. *de Roman. Pontif. cap.* 13. *&* 17.
P. Lup. *ad Can. VI. Concilii Niceni*, Cabass. *in notit.
Concil. Can.* 7. *Concilii Niceni*, Barbos. *ad cit. cap.* 23.
de privileg. Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 1. *num.* 64.
& alii passim Doctores.
Unde ex dictis Canonibus Concilii Constantino-
politani comprobaris *in cit. Can. renovantes*, non nisi
post Romanum Pontificem conceditur honor Pa-
triarchæ Coostantinopolitano, ut benè explicat Au-
ctor *de Æcumenica Cathedra Apostelica potestate art.*
37 4. *disq.* 1. *pag. mihi* 709. Rursus, dictum Canonem
Coostantinopolitani Concilii non fuisse approbatum à
Sede Romana liquet, quia hæc illius Concilii ea so-
lùm approbavit, quæ contra Macedonium definive-
rat, ut constat ex *epist.* 31. *Divi Gregorii lib.* 6. Quem-
38 admodum neque alia similis Constitutio circa dictum
Patriarcharum Constantinopolitanum edita in Conci-
lio Chalcedonensi approbata fuit à S. Leone Papa, ut
dixi in Commentario ad secundam Constitutionem di-
cti Pontificis, & patet ex ejusdem litteris 53. & 54. da-
tis ad Imperatorem, & ad Anatolium Constantinopolita-
num Antistitem; & sic vel dicti Canones uti non appro-
bati nullius momenti existimari debent, vel intelligen-
da est prælatio illa concessa supra cæteras Ecclesias, non
autem supra primam Sedem Romanam.
39 Nonnulli tamen in hac re existimarunt, posse sal-
vari, secundùm aliquem sensum, nomen illud univer-
salis Patriarchæ etiam in Constantinopolitano. Un-
de Anastasius Bibliothecarius sic dixit *in præfat. VII.
Synod. ad Joannem VIII. Papam: In eo sanè, quo
frequenter universalem in hac Synodo Græci Patriar-
cham suum inconvenienter appellant, Apostolatus ve-
ster adulationi veniam det; verum cùm apud Constan-
tinopolim positus, frequenter Græcos super hoc vocabulo
reprehenderem, & fastus, vel arrogantiæ redarguerem,
asserebant, quod non ideo Oecumenicum, quem multi uni-
versalem interpretati sunt, dicerent Patriarcham,
quod universi Orbis teneat Præsulatum, sed quod cui-
dam parti præsit Orbis, quæ à Christianis inhabita-
tur:* Nam quòd Græci *Oecumenin* vocant, à Latinis
non solùm Orbis, à cujus universalitate, universalis
appellatur, verùm etiam habitatio, vel locus habitabi-
lis nuncupatur. Hanc tamen explicationem, frigidam
excusationem dixit Baron. *tom.* 9. *ann.* 797. *num.* 7. ibi-
que Epistolarum verba Divi Gregorii *referens in ep.* 32.
lib. 4. *& op.* 38. Satis colligi, ait, sensum Joannis I.
hunc titulum usurpantis universalis Patriarchæ, alienum
fuisse à prædicto sensu per Anastasium explicato, ut
quoque dixit Card. Pallavicin. *in histor. Concil. Trident.*
lingua Italica *conscripta lib.* 1. *cap.* 16.

Sed tamen fortasse ob hunc sensum datum dictæ no- 40
minationi, licèt Phocas Imperator Constantinopolis
in odium Cyriaci Patriarchæ, & ad instantiam Ro- 41
mani Pontificis vetuetit hujusmodi nuncupationem,
tamen Heraclius rem in integrum restituit, & suc-
cessivè Patriarchæ usi fuere dicto titulo, nec tunc 41
Græci Ecclesiæ Romanæ Primatum negare audebant.
Verùm post Schisma, æqualitatem appetivere Pa- 42
triarchæ illi cum Romano Pontifice, freti jurisdi-
ctionis amplitudine, ut alio loco dicam, ubi de Pri-
matu Ecclesiæ Romanæ, & sic dictum nomen uni-
versalis Patriarchæ alia significatione usurparunt, quàm
fuit forsan introductum, quatenus scilicet superiori-
tatem vel æqualitatem saltem quoad Ecclesiam Ro-
manam saperet, quodque ab omnibus Summis Ponti-
ficibus fuit viriliter semper oppugnatum, ut ex plu-
ribus Authoribus præsertim Græcis comprobat cit.
Auctor *de Æcum. Cathedr. Apost. auctor. art.* 4. *disq.*
1. *fol.* 410. Sicuti eodem sensu dicta fuit Ecclesia Con-
stantinopolitana omnium Ecclesiarum Mater, *in l. de- 43
cernimus* 16. *C. de sacrosanct. Eccles.* scilicet quoad am-
plitudinem jurisdictionis in Oriente, sed secunda post
Romanam Sedem, ut explicat Gloss. *ibi verb. Ma-
trem*, & juxta eundem intellectum, recipiendi sunt
capit. antiqua de privil. & Can. renovantes 65. *dist.
aliique Textus*, ut latè Barbos. *in cit. l. decernimus num.*
5. *& de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *&* 6.
Sola enim Ecclesia Romana totius Orbis Mater est, & 44
Magistra, *cap.* 2. *de Summa Trinit.* Et alibi occurret ite-
rum sermo de subordinatione Patriarchæ Constantino-
politani ad Romanam Sedem, prout aliarum Ecclesia-
rum Patriarchalium, necnon de prærogativa earum,
quoad alias inferiores, & inter ipsas.
His autem firmatis, resultat, quod sicuti falsa est
sententia illorum, qui Patriarchæ universalis titulum
tribuere volunt inferiori Summo Pontifice, ita er- 45
ronea est sententia opposita, quod Ordo Episcopalis
sit ad instar Vicarii Summi Pontificis, à quo to-
tam jurisdictionem recipiat, ita Episcopi illorum ge-
rentes vices Ministrorum ejus tantùm, ut per obitum
illius expiret jurisdictio, ut dixerat Marcus Antonius
de Dominis Spalatensis Episcopus satis indignus digni-
tate, cujus ignoravit præstantiam; & comprobare id
conatus fuit ex Can. *decreta, & seq.* 2. *quæst.* 6. *cap. ad
honorem de auctoritate, & usu Pallii*, Gloss. *in cap.
si Fratrum vers. Coepiscoporum: Ne Sede vacante
aliquid innovetur in Extravag. Joannis XXII.* ubi in
partem sollicitudinis suæ vocatos eos nominat Pa-
pa, nam Episcopi verè Fratres dicuntur assumpti in 46
partem sollicitudinis, quatenus habeant jurisdictio-
nem limitatam in certa Diœcesi, exclusis causis ma-
joribus Papæ reservatis uti supereminenti in toto Or-
be. Cæterùm ipsi constituunt ordinem Episcopalem 47
cum Summo Pontifice, Gloss. & DD. *in proœm.* 6. *De-
cretal.* Felin. *in cap. cum nobis vers. & non differt num.*
5. *de præscript.* unde sicut ipse Papa dicitur Episcopus,
ita alios Episcopos nominat, & nominare facit; est enim
ut dixi, ille Episcopus universalis Ecclesiæ non in sen-
su quod excludat alios, sed quod omnibus Episcopis 48
præcellat in jurisdictione, à qua profluit illa Episco-
porum quoad certum locum, & Diœcesim designa-
tam per Summum Pontificem. Quare D. Thomas
in 4. *dist.* 14. *ad fin.* dixerat idcircò Summos Pontifi- 49
ces non uti baculo, cujusmodi utuntur Episcopi, quia
curvatio istius denotat potestatem limitatam, quam ha-
bent Episcopi in propriis Ecclesiis, cujus fines egredi
non valent, Can. *Nullus* 9. *quæst.* 2. *& cap.* 2. *de const.
in* 6. Quamvis Baron. & Duran. apud Barbos. *de po-
test. Episc. cit. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. dixerint,
quod D. Petrus baculum tradiderit Frontonio Colle-
gæ S. Martialis, vel Eucherio Treverensium Episco- 50
po. Sed quidquid sit de hoc, certum est, plenitudinem
potestatis consistere in universalitate, quæ sola est in
Papa, Augustin. Fivizan. *in Comment. de ritu San-
ctiss. Crucis Rom. Pontif. præferen. lib.* 3. *cap.* 15. Hinc
mos est, ut ubique locorum Papa deferat Crucem, & 51
utatur Pallio, Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 76.
Quod

Quod denegatur aliis Episcopis, qui nihilominùs sunt verè tales, & non puri Ministri, ac Papæ Vicarii, ut refellendo Spalatensem, docuerunt P. Martin. Becanus *in Manual. contr. lib. 1. cap. 4. num. 76.* Georg. Polacc. *in Commen. Bull. anni Sancti sect. 3. num. 4.* & de materia agunt Canonistæ apud Fagnan. *in cap. quanto de translat. Episc.* Barbos. *de pot. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 6. & Can. Nullus in fin. 99. dist.* & iterum erit sermo de Ordinis Episcopalis institutione.

CONSTITUTIO UNICA
J O A N N I S X V.
incipiens (*Cum Conventus.*)

E P I T O M E B U L L Æ.

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus in Gallia, & Germania commorantibus.

POst lectam vitam D. Udalrici Episcopi Augustani, fuit à Papa Catalogo Sanctorum idem Udalricus adscriptus sub Dat. III. Kal. aliàs Non. Februarii, Anno Pontificatus VIII. Mense eodem, Indictione sexta: quam Constitutionem Papa subscripsit sic: Ego Joannes S. Romanæ, Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus; & posteà subscripserunt Episcopi, & Cardinales.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Vita, & gesta Joannis XV. breviter recensentur.*
2 *Titulus* Servus Servorum Dei *per Summos Pontifices assumptus in omnibus eorum Constitutionibus, & quare, & à quo inventus?*
3 *Papa gerit munus SS. Apostolorum Petri, & Pauli, num. 4.*
4 *Bulla sine dicta inscriptione* Servus Servorum Dei, *utpotè contra stylum, censetur suspecta de falso.*
5 *Tituli superbi tumentes, quibus antiqui Reges, & Duces usi fuerunt, & adhuc hodie Reges Turcarum, & Persarum utuntur.*
6 *D. Gregorius I. propter suam profundissimam humilitatem fuit summoperè Deo gratus, & Spiritum Sanctum in Columba specie supra caput habere meruit.*
7 *Humilitatis signa à Christo Domino accepta in ejus Vicariis, & à Principibus sæcularibus etiam in jure ostensa.*
8 *Imperatores, & Reges propter curam suorum Populorum, ad quam tenentur, non immeritò servi communes dici possunt.*
9 *Reges Christiani, hodie, remotis superbis titulis, modesta inscriptione utuntur* Dei gratia.
10 *De veneratione Reliquiarum, & Canonizatione Sanctorum, remissivè.*
11 *Sancti Udalrici Canonizatio in præsenti Constitutione, & ejus vita à pluribus authoribus descripta.*
12 *Subscriptio, qua Summus Pontifex Joannes in hac Constitutione usus fuit.*
13 *Bullæ ardui negotii subscribuntur à Summo Pontifice, reliquæ verò ab Officialibus.*
14 *Canonizationis materia est maxima præ cæteris, quæ à Papa expeditur.*
15 *Data hujus Constitutionis recensetur, & remissivè de data Bullarum, ac de Indictione.*
16 *Subscriptiones Episcoporum in hac Bulla præcesserunt illas Cardinalium.*

JOannes XV. ex Leone Presbytero, legitimo thoro
natus, Romanus CXLI. Pontifex; creatus fuit anno
985. successor Joannis XIV. intermedio tamen Benedi- 1
cto VII. Pseudo Pontifice per quatuor Menses, quo de
medio sublato, fuit ipse legitimè electus, Ciacc. *in Vit.
Pont. tom. 1. fol. 739.* Hic post Pontificatum adeptum,
miro odio in Clericos exarsit, unde & ab ipsis pari
odio habitus est. Fuit primus inter Pontifices, qui Ec-
clesiæ bona affinibus sit elargitus, Ciaccon. *in Vita ejus-
dem in addit.* Aug. Oldoini. Anno 993. sui Pontificatus
VIII. ad instantiam Luitholphi Augustæ Episcopi inter
Sanctorum numerum adscripsit Udalricum Episcopum
Augustanum in Ecclesia Lateranensi eum præsentia Epi-
scoporum, & Cardinalium, priùs lecto libro Vitæ di-
cti Sancti, & compendio Miraculorum, ac direxit hanc
Bullam omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & Abbati-
tibus in Gallia & Germania commorantibus.

Inscribitur in titulo ejusdem Constitutionis Papa 2
Servus Servorum Dei, titulus quidem usitatus us-
que modò in omnibus Bullis per Summos Pontifices;
Papa enim cùm subeat munus Apostolorum Petri, &
Pauli, qui verè Dei servi fuere, jure servum ipsorum
se profitetur, Gloss. *& alii in proœm. 6. Decret. ver. ser-
vus*, Bonac. *de Cens. in Bulla Cœnæ Domini disp. 1. quæst.
1. punct. 2. prop. 1. num. 3.* Duard. *lib. 1. cap. 5. quæst. 3.*
& hic mos inolevit in omnibus Constitutionibus Papæ,
& in Canone ex multis, & aliis 1. quæst. 3. ac passim
alibi, *& in citat. Can.* in medio habetur ibi: *Ego Ale-
xander S. Romana Ecclesia Episcopus imò Minister
indignus*, & de dicto stylo *Servus Servorum Dei*, in
Bullis docet Abbas *in cap. 1. de Cler. ven. 1. notabili*,
ita ut si appareret Bulla sine tali inscriptione, esset 3
suspecta de falso, nam esset contra stylum, ut refert
Barb. *in proœm. Decret. num. 15.* Auctor hujus titu-
li fuit Gregorius I. qui inter Sanctos colitur, & hoc
reliquit posteris Summis Pontificibus humilitatis exem-
plum, qui potiùs hoc gloriantur titulo, quàm præcla-
ris aliis nominibus, quibus utebantur antiqui Reges, 4
ut Nabuchdonosor, qui dicebatur Rex Regum; Ale-
xander Magnus, Rex Mundi; Rex Demetrius, Ex-
pugnator Urbium; Annibal Carthaginensis, Domi-
nator Regum; Julius Cæsar, Dux Orbis; Rex Mitri- 5
dates, Instaurator Orbis; Rex Attila, Flagellum Dei;
Rex Cyrus, Ultor Deorum; Rex Dionysius, Ho-
stis hominum; Rex dictus Grantamberlanus, Ira
Dei; quibus etiam superbis titulis utuntur Impera-
tores Turcarum, & Persarum ad hæc tempora. 6
Tantæ autem humilitatis nota, Dominus Noster Je-
sus voluit pergrati animi signo prosequi dictum Gre-
gorium etiam in hac Vita, ut meruerit habere visibi-
lem Spiritus Sancti Columbam supra caput ejus, &
in hora ejus mortis Jesum præcurrere servum suum,
prout vidisse D. Joannem Damascenum, testatur
Fr. Gregorius Polydor. in Gregoriano *in Vita ejus,
fol. 22.* Quàm igitur sint Christo Domino chara hu-
militatis signa, præcipuè in ejus Vicariis, ex dictis 7
colligendum est, cùm ipse Dominus dederit exem-
plum, seipsum humiliando, formam servi accipiens,
& pluries verbis ad id hortatus fuit Lucæ 22. *Qui major
est in vobis, fiat sicut minor.* Quod humilitatis speci-
men etiam sæculares ipsæ Potestates adhibuere, ut in
l. 1. C. de off. Præfect. Prætor. Afric. circa princ. & re-
fert Gloss. *in proœmio decretalium ver. Sensus*, & vera ra-
tione, ut subjungit eadem Gloss. *ex authent. ut Divinæ
jussiones coll. 8.* ibi: *Labores appetimus, ut quietem
aliis præparemus; & in auth. ut Judices in princ. coll. 2.*
ibi: *Imperator, ut subjecti quieti vivant, noctes ducit 8
insomnes:* quibus coincidit *cap. bona mem. 1. de postu-
lat.* ubi Gloss. *ver. Generali*, & sic verè Regnantes,
servi communes dicuntur, & remotis superbis titulis,
nunc modesta inscriptione, *Dei gratia*, utuntur Re- 9
ges, ut de Rege Hispaniarum dixit Borell. *de præstan.
Regis Cath. cap. 2.* & de Rege Galliæ Rebuff. *in concord.
Gall. in proœm. v. Dei gratia.*

10 Ex hujus Constitutionis tenore, plura explananda essent, & præcipuè ritus Canonizationis, venerationis, ac adorationis Sanctorum, harumque reliquiarum, ut adorari mandat Joannes illas S. Udalrici. Sed quia plures in hoc opere de hujusmodi Canonizationibus extant Constitutiones Summorum Pontificum, præcipuè stante varietate dicti ritus usque ad moderna tempora, ideò de prædictis singillatim in Commentariis aliarum similium Constitutionum aliqua plura dicam, interimque sermonem limitabo quo ad personam S. Udalrici hic canonizati. Et quia in hac Bulla post subscriptionem Summi Pontificis, reperiuntur illæ Episcoporum ante Cardinales, ideò de præcedentia Cardinalium supra Episcopos differam.

11 Udalricus enim fuit in Sanctorum albo relatus à Jnanne XV. in præsenti Bulla, cujus originale extat Romæ in Bibliotheca PP. Congregationis Orattii., de qua Canonizatione testantur omnes Scriptores, qui Cathalogum Sanctnrum ante Alexandrum III. recensent, nec non Ciacc. *cit. fol. 739. in Vita dicti Joannis Papæ*. Udalrici vitam primò scripsit quidam discipulus, cujus nomen ignoratur, deinde Geberardus Episcopus Augustanus, & Berno Anguiensis Abbas, ac latè Marcus Delserus nobilis Augustanus, Baron. *tom. 10. Annal. pag. 889. & seq.* Surius *in Vitis Sanctor. tom. 4. die 4. Julii*, Molan. *in append. ad Martyrol. Usuardi*, Democares *in tabulis Episcoporum Aurelianensium num. 5. lib. de omnibus Episcopatibus Germania cap. 9. & seqq.* & Trithemius *de Viris Illustr. S. Benedicti*, cujus Ordinis ipse fuit, apud quos lectorem remitto. Solùm mirabile factum recenseo, ex Baron. *ibid. pag. 891.* quo Deus ostendit, sibi fuisse acceptam Canonizationem dicti Sancti. Quidam enim homo propè Danubium, celebrante Populo diem Natalitium Sancti Udalrici, congregavit fœnum in cumulum, parvipendens festivitatis diem: rediens tamen altera die, ut illud in fœnarium asportaret, formosum exterius repertum fœnum, intus in cinerem immutatum vidit. Fuit autem dictus Sanctus prius Monachus S. Benedicti, & posteà Episcopus Augustanus in Germania, & ferè octogenarius obdormivit in Domino
12 clarus miraculis. Summus Pontifex Joannes in hac
Constitutione usus fuit subscriptione in hanc formam: *Ego Joannes Sanctæ Romanæ, Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus*, & etiam habetur in Can. *ex multis 1. quæst. 3.* uti supra dixi. Ubi enim
13 jam consueverat, prout hodie fit, Papam in Bullis ar-
dui negotii sic se subscribere, nomine scilicet Pontificatus, ut aliàs dicemus; quamvis in aliis Bullis non subscribuntur, nisi officiales. Unde cùm verè mate-
14 ria Canonizationis sit maxima inter eas, quas Papa pe-
ragit, ideò sicuti in præparatoriis, & in actu Canonizationis, perspicui Ritus adhibentur, ut suo loco dicemus; ita etiam debet procedere in actu isto probatorio, qui expletur per Bullam, in qua subscribuntur etiam Cardinales, prout solet fieri in rebus arduis, ubi Papa se subscribit modo quo supra.

15 In hac Constitutione extat Data 3. Kalendas Februarii, Pontificatus dicti Joannis Papæ Anno VIII. Mense eodem, Indictione sexta. Sed de hujusmodi datis antiquis, Indictione, ac moderno ritu in Bullis, dicam in Commentario ad Constitutionem III. Paschalis II.

16 Subsequuntur Papæ subscriptionem illæ Episcoporum ante eas Cardinalium, & sic dubium emergit, quomodo hoc procedere potuit, cùm à Cardinalibus videamus Episcopos præcelli nedum honore, sed etiam quolibet actu præeminentiali? idcircò sequentem sectionem apposui.

SECTIO UNICA.

De præcedentia Cardinalium super Episcopis, & aliis.

S U M M A R I U M.

1 *Ordo Episcopalis est primus omnium in Ecclesiastica Hierarchia.*

2 *Episcopi semper maximo honore habiti, & pluribus titulis decorati à Patribus, Conciliis, & Canonibus.*

3 *Dicuntur de jure Civili Personæ egregiæ, & non possunt cogi ad accedendum in locum judicii ad se submittendum examini.*

Episcopi non sunt cogendi accedere in locum judicii, ibid.

4 *Æquiparantur, imò præcellunt Reges, & de eorum ordine, dignitate, & præcellentia, remissivè.*

5 *Episcopi præcedunt omnes in Hierarchia Ecclesiasticâ constitutos, & sunt majores Presbyteris Cardinalibus, præcipuè verò Patriarchæ, num. seq.*

6 *Episcopatus est ordo, non officium: Cardinalatus verò officium.*

7 *Episcopatus est prima dignitas post Papatum, omnibus aliis anteponenda.*

8 *Cardinales nedum tempore quo lata fuit præsens constitutio, sed longè antea præcedebantur ab Episcopis in sessionibus, & aliis actibus Conciliaribus.*

9 *Præcedentia prædicta Episcoporum supra Cardinales, observata fuit etiam post præsentem constitutionem in pluribus aliis actibus, & Conciliis, & n. seq.*

10 *Præcedentia dabatur inter Episcopos simplices, & Episcopos Cardinales, juxta eorum antianitatem, nulla habita ratione qualitatis Cardinalitiæ.*

11 *Episcopi usque ad tempora Clementis V. & Joannis XXII. recusabant Candinalatum.*

12 *Cardinales, etsi Presbyteri, quando mittebantur à Papa ad Concilia, præcedebant Episcopos in subscriptionibus, & omnibus aliis actibus.*

13 *Ratio hujus præcedentiæ, quæ adducitur à Baronio non aptatur observantiæ illorum temporum.*

14 *Cardinales præcedebant Episcopos, non uti Cardinales, sed uti Legati Pontificii.*

15 *Præcedentia prædicta, posita dicta qualitate Legati, dabatur etiam Cardinali Diacono supra Episcopis.*

16 *Observantia dictæ præcedentiæ paulatim immutari cœpit, & cedere qualitati Cardinalitiæ.*

Cardinales Episcopi incœperunt præeminere Episcopis non Cardinalibus, nulla amplius habita ratione antianitatis Episcopatus.

17 *Cardinales Diaconi continuarunt ulterius in cessione loci & præeminentiæ Episcopis non Cardinalibus.*

18 *Præeminentia prædicta cœpta prius in Episcopis Cardinalibus, remansit deinde sensim consolidata quoad reliquos Presbyteros, & Diaconos Cardinales.*

19 *Episcopi ultro locum & præeminentiam cesserunt dignitati Cardinalitiæ, propter varias causas, quæ subnectuntur.*

20 *Electio Romani Pontificis, quæ prius à Clero, & Populo peragebatur, deinde pro speciali cura commissa fuit Cardinalibus, & quando, & quare?*

21 *Legationes pro re gravi, quæ prius à Papa dabantur Episcopis, dari deinde cœperunt frequentissimè Cardinalibus.*

22 *Galerus ruber datus fuit ab Innocentio IV. Cardinalibus in Concilio Lugdunensi I.*

23 *Cardinales in dicto Concilio Lugdunensi I. sederunt supra Episcopos, & Archiepiscopos.*

24 *In Concilio Lugdunensi II. sederunt supra Metropolitanos, Primates, & Patriarchas.*

25 *Præeminentia prædicta Cardinalium anno 1438.*

rcvo-

revocata fuit in controverſiam ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, contra Epiſcopum Eboracenſem ſuum Suffraganeum promotum ad Cardinalatum.

26 *Controverſia prædicta remiſſa Summo Pontifici Eugenio IV. ab iſtu terminata fuit ad favorem Suffraganei Cardinalis, plurimis exemplis, & rationibus.*

27 *Præminentia Cardinalium, prius non uniformiter obſervata, firmiter deinde ſtabilita fuit in Concilio Lugdunenſi I.*

28 *Cardinales quamvis Diaconi, imò etiam ſi ſint ex diſpenſatione Apoſtolica ſine tali Ordine, præcellunt hodie Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas.*

29 *Præminentia prædicta comprobata, & ſtabilita fuit ex Bulla Eugenii IV. & aliorum ſubſequentium Pontificum, & docetur communiter à Doctoribus.*

30 *Poteſtas ſpiritualis duplex eſt, una ordinis, altera juriſdictionis.*

31 *Ordinis poteſtas datur, mediante Charactere in anima impreſſe, & requirit factum.*

32 *Juriſdictionis poteſtas datur ſolu verbo, & non requirit ordinem, neque factum.*

33 *Cardinales licèt ſint Epiſcopis inferiores ordine, ſunt tamen dignitate majores.*

34 *In materia præcedentiæ eſt obſervanda majoritas dignitatis, & juriſdictionis, non autem majoritas ordinis, & num. 53.*

35 *Epiſcopus non conſecratus, etſi non ſit major Presbyteru quoad ordinem, tamen illi præcedit ratione poteſtatis juriſdictionis habita per Electionem, & Confirmationem.*

36 *Archidiaconus, & Vicarius Generalis, licèt ſimplices Clerici, præcellunt omnes alios de Clero, etiam Parochos.*

37 *Præminentia non eſt in ordine, ſed in efficio, & juriſdictione, & num. 50.*

38 *Cardinales faciunt unà cum Papa Magiſtratum, qui toti Eccleſiæ præeſt.*

39 *Cardinalis præeſt toti Eccleſiæ, & propterea utilior eſt Epiſcopo, qui præeſt cura certa Diœceſis tantùm.*

40 *Dicuntur pars corporis ipſius Pontificis, & identificantur cum ipſu.*

41 *Cardinales ſedent in Capella Papali in ſedibus coopertis cum appodio, Epiſcopi verò ſine appodio.*

42 *Modus, quo recipiuntur, & tractantur Epiſcopi in audientia Papæ.*

Modus longè dignior, quo recipiuntur, & tractantur Cardinales, ibid.

43 *Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, & appellati etiam fuerunt Apoſtoli.*

44 *Cardinales etiam dicuntur tales, & quare?*

45 *Apoſtoli priùs egerunt munus Cardinalium aſſiſtentium Petro, deinde Epiſcoporum prædicantium per Orbem.*

46 *Nulla major dignitas Cardinalatu eſt in Eccleſia Dei.*

47 *Superiores Epiſcoporum dum dominantur in jure, intelliguntur Cardinales.*

48 *Altaris portatilis uſus dum in jure permittitur Epiſcopis, & eorum Superioribus, intelligitur permiſſus Cardinalibus.*

49 *Facultas eligendi Confeſſarium conceſſa Epiſcopis & Superioribus, intelligitur conceſſa nedum Metropolitanis, & Patriarchis, ſed etiam Cardinalibus.*

50 *Epiſcupi conſecrati ante diſceſſum ab Urbe, tenentur viſitare Cardinales.*

51 *Coram Cardinali deferunt Rocchettum coopertum, etiamſi ſint in propria Diœceſi.*

52 *Cardinales debent perhumaniter excipere Epiſcopos, & honorificè eos tractare.*

53 *Præcedentia Epiſcoporum ſupra alios quoſcumque Prælatos Romanæ Curiæ, & quomodo agant cum Gubernatore Urbis, Auditore Cameræ, & Theſaurario Generali, & de iſtorum prærogativis.*

54 *Dignitas Cardinalatus cum Regio fulgore coaleſcit.*

55 *Honores, & præcedentia, quæ tam in ſcribendo, quàm in ſedendu à variis Regibus tributa fuerunt Cardinalibus.*

56 *Præcedentia debetur Cardinalium Collegio in Capella etiam ſupra Reges,*

57 *Rex habet locum in Capella poſt primum Epiſcopum Cardinalem, vel antiquiorem Presbyterum.*

Ita etiam Imperator ante Coronationem.

58 *Reges præcedunt ſingulis Cardinalibus tam in proprio Regno, quàm extra.*

59 *Cardinales ſunt Senatores Urbis, & Regibus ſimiles.*

60 *Principes omnes abſoluti inferiores Regibus præponuntur Cardinalibus.*

61 *Dignitas Cardinalitia, magna cura & zelotypia ſervari debet.*

De Cardinalibus Diaconis, remiſſivè, ibid.

VIdetur congruè præcedentia Epiſcoporum deduci 1
ex formula ſubſcriptionis in hac Bulla dante
prærogativam Epiſcopis; Ordo enim Epiſcopalis eſt
primus omnium in Eccleſiaſtica Hierarchia; dicitur
enim Epiſcopus, Princeps Sacerdotum, *Can. Cleros
diſt.* 21. ubi Gloſſ. *ver. diſponit*; Epiſcopis namque
ſubduntur Imperatores, *cap. ſi Imperator diſt.* 96. Un-
de plures rituli denotantes decus, ac præeminentiam 2
à priſcis P. P. in Conciliis, & Canonibus fuerunt
Epiſcopis tributi, Gloſſ. *in cap. licet ver. dignitatum
de prebendis in* 6. ubi Culmen dignitatis, Epiſcopa-
tus vocatur; ipſi enim ſunt veri Prælati, ac Reges
in parvo Regno, præſuntque hominibus cujuſcum-
que Ordinis, D. Thomas *in* 4. *diſtin.* 20. *queſt.* 3. *art.*
4. *quæſtiunc.* 1. Card. Bellarm. *contr. to.* 1. *tit. de Indulg.
lib.* 1. *cap.* 2. *verſ. Præterea*, latè Pax Jordan. *de re ſa-
cra prælud.* 11. *num.* 1. *& ſeq.* ubi dignitatem Epiſco-
porum exornat, & etiam in jure Civili eorum di- 3
gnitas maximo in honore fuit habita; hinc perſonæ
egregiæ dicuntur, ut ſcilicet ad eos mittendum ſit
pro examine recipiendo, non autem poſſint cogi ad
accedendum in locum judicii, *l. ad Perſonas ff. de* 4
jur. jur. Æquiparantur, imò præcellunt Reges, *cap.
ſolitæ de major. & obed. Can. duo ſunt* 12. *quæſt.* 1. De
quo Epiſcopali Ordine tam latè diſſerunt Authores,
ut hic repetere ſuperfluum eſſet, & videndi ſunt apud
Barboſ. *de Epiſc. part.* 2. *allegat.* 1. *per tot.* Maurit. de
Alzed *de præcellentia Epiſcoporum prima part. cap.* 10.
& ſeqq. Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *qu.* 1.
Pax Jordan. *de re Sacra tom.* 1. *prælud.* 2. *per tot.* & nos
alibi aliqua dicemus.

Proinde videntur Epiſcopi præcedere omnes in 5
Hierarchia Eccleſiaſtica conſtitutos, & ut arguit
Bald. *in cap. bonæ mem. il primo num.* 2. *de poſtulat.
Prælat.* Epiſcopus eſt major Presbytero Cardinali;
quia non poteſt hic Epiſcopum conſecrare, ſed E-
piſcopus ſic; Cardinalatus eſt officium, non Ordo; 6
Epiſcopatus, Ordo. Quæ major nobilitas eò magis
videtur procedere quoad Patriarchas circa Cardina-
les, Abb. *in cap. antiqua de Privil.* Pacian. *de probat.
lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 141. Tholoſan. *Syntagm. jur. univer.
tom.* 1. *par.* 2. *art.* 15. *cap.* 4. *num.* 14. Mauritius Salzedo
in prax. Epiſcuporum, ſive de excellentia Epiſcopatus 7
par. 1. *cap.* 8. *num.* 33. ubi dicitur, Epiſcopatus eſſe
prima dignitas poſt Papatum, omnibus aliis antepo-
nenda, & de uſu antiquo præcedentiæ etiam in ſub-
ſcriptionibus, latè Baron. *tom.* 7. *ad ann.* 583. Pax Jor-
dan. *cit. prælud.* 11. *num.* 26. *&* 27.

Præterea noſſe oportet, nedum tempore Joannis 8
Papæ Authoris hujus Conſtitutionis, ſed etiam an-
tea Cardinales locum dediſſe Epiſcopis in ſeſſioni-
bus, ac aliis actibus, ut in Concilio Romano anno 993.

a quo

à quo desumpta fuit hæc Bulla Joannis, servatum
fuit, ut ex Baron. anno 604. *tom.* 8. *Annal. num.* 65.
pag. 189. habetur, vetustum fuisse hunc morem;
nam refellendo uti apocrypham quamdam additio-
nem ad librum Dialogi D. Gregorii, pro ratione
adducit, quod Cardinales ante Episcopos nominati
reperiuntur, sicque subjungit: *Non enim consueve-*
rat, ut Cardinales ante Episcopos ponerentur; imò
9 etiam post tempus hujus Constitutionis fuit idem
observatum; ita ut clarè eliciatur, non attenta qua-
10 litate Cardinalitia, præcedentiam fuisse datam juxta
antianitatem Episcopatus. Anno itidem 1086. tem-
pore Victoris Tertii Papæ, idem testatur Leo Ho-
stiensis scribens de illius creatione, his verbis: *Epis-*
copos, & Cardinales Romanæ Ecclesiæ ex diversis par-
tibus Romam confluentes &c. Et rursùs dicit: *Con-*
gregati Episcopi, & Cardinales, ac Romani omnes;
ubi vide priùs nominatos fuisse Episcopos. Anno
1092. quinto Pontificatus Urbani Secundi fuit pu-
blicata Salerni Constitutio, in qua priùs subscripse-
runt Episcopi, nempe Asculanus, Trojanus, & alii, ac
posteà Cardinales, ut refert Gomes. *in proœm. Regul.*
Cancell. num. 17. & in Bulla unica Calixti Secundi
tom. 1. *Bullar. anno* 1122. scripta Henrico V. Impe-
ratori sic habetur: *Fratres enim Episcopi, Cardina-*
les, & totus Romanus Clerus unà nobis te salutant;
en priùs Episcopos nominavit. Hoc idem eruitur ex
actis Concilii Lateranensis tempore dicti Calixti,
ubi subscripti videntur priùs Episcopi quàm Cardi-
nales, ut apud Marcam *in Concord. Sacerd. & Imper.*
lib. 8. *cap.* 20. *in fin.*
11 Hinc etiam Episcopi Cardinalatum recusabant us-
que ad tempora Clementis V. necnon Joannis XXII.
Borell. *in summ. decis.* 1. *par. art.* 6. *num.* 6. Bobadilla
lib. 2. *politic. cap.* 17. *num.* 15. Solorz. *de jur. Ind. tom.* 2.
lib. 3. *cap.* 7. *num.* 3. Gomez. *in proœm. reg. Cancell.*
quæst. 1. *Rubr. de Episcopali dignitate num.* 17. Frater
Ludovicus à Cruce *in expositione Bullæ Cruciatæ disp.*
1. *cap.* 2. *dub.* 22. *num.* 14. & Card. Baron. *tom.* 7. *An-*
nal. anno 583. *num.* 15. qui recenset Epitaphium cujus-
dam Andreæ Presbyteri Cardinalis, Cajetæ Episcopi
positum in dicta Civitate ibi:

Romanamque priùs decoravit Presbyter Urbem,
Culminis auctus honor hic dedit esse Patrem.

Quare honore auctus, dictus fuit Cardinalis Episco-
patum assumens.
12 Verùm plures, atque diversas tam ante, quàm post
præsentem Constitutionem videmus in hoc observan-
tias viguisse, ad quas declarandas advertendum, ali-
quoties, cùm Cardinales fuerint missi à SS. Ponti-
ficibus ad Concilia, vel alias actiones Apostolicas
obeundas, idcircò ratione muneris congruum erat,
illos fuisse præferendos, ut constat tempore etiam
Concilii Ephesini, quod fuit longè ante hanc Con-
stitutionem Joannis XV. Ibi enim reperiuntur sub-
scripta acta Concilii à Philippo S. R. E. Cardinali
Presbytero, qui erat unus ex tribus Legatis Cœlesti-
ni Primi Papæ, & quidem ante Episcopos, *ut ex*
act. 4. *&* 5. liquet, & testatur Baron. *tom.* 5. *Annal.*
anno 431. *fol.* 576. *litt. E. Philippus* inquit *Presbyter*
S. R. E. Legatus subscripsit ante reliquos Episcopos.
Subjungens: *Quod etsi dignitate præstare certum sit*
Episcopos Presbyteris, eos tamen, qui proxima con-
nexione capitis, Cardinales Presbyteri nominantur,
aliquid habuisse, quo interdum præferrentur Epis-
copis.
13 Tametsi hæc assertio Baronii quoad rationem debi-
tæ præcellentiæ Cardinalibus satis urgere videtur,
ut dicemus intrà; sed ex observantia illius temporis
14 contrarium elicitur, quia casus subscriptionis fuit pro
qualitate Legati Papæ, qua Philippus aliis præsta-
bat. Cæterùm in eodem Concilio inter octo Patres
missos Theodosio Juniori Imperatori Constantinopo-
litano, fuit idem Philippus, sed quia non uti Lega-
tus Papæ, ideò non primus, sed ultimus processit in-
ter alios Episcopos, ut refert Pax Jordan. *de re sa-*
cra tom. 1. *prælud.* 11. *num.* 8.
Sicque posita qualitate Legati, semper ista præce-
dentia Cardinalibus tali munere præditis, supra Epi- 15
scopos fuit tributa, imò etiam Cardinali Diacono, ut
anno 865. in VIII. Synodo Generali sub Hadriano
Secundo, Maximus Diaconus Cardinalis positus fuit
post alios Legatos Papæ.
Præcisa itaque hac præeminentia Legati, antiqui- 16
tùs semper Episcoporum erat præcedentia, ut fuit
suprà probatum; sed paulatim, procedente tempore,
fuit illa attributa Episcopis Cardinalibus, non serva-
ta amplius antianitate promotionis, ita ut, etsi re-
cens Episcopus promotus, tamen uti Cardinalis
præemineret aliis non Cardinalibus, ut consonant
verba D. Petri Damiani *lib.* 1. *Epist.* 20. ibi: *Quid sibi*
de Cardinalibus videtur Episcopis, qui videlicet Ro-
manum Pontificem principaliter eligunt, & quibusdam
aliis prerogativis non modò quemlibet Episcoporum, sed
Primatum, & Patriarcharum jura transcendunt? Ni-
hilominùs Diaconi Cardinales continuarunt usum ce- 17
dendi locum Episcopis, ut etiam anno 1196. *num.*
ultimò, comprobat Baronius evenisse ibi: *In Ecclesia*
dedicatione facta Romæ, fit mentio de Episcopis Car-
dinalibus, deinde Episcopis, & postea Curia Cardina-
lium, idest non Episcoporum, & tempore Alexandri
Tertii *in Concilio Lateranen. anno* 1180. cujus Cano-
nis fit mentio *in cap. cum Apostolus* 6. *de Censibus*,
permittitur vectionum triginta numerus Episcopis in
Visitatione, Cardinalibus verò viginti quinque
tantùm.
Quare ista præeminentia initium habuit solùm in 18
Episcopis Cardinalibus, quamvis non semper strictè
fuerit observata, sed deinde firma remansit, nedum
in Episcopis, verùm etiam in reliquis Cardinalibus;
cùm etenim istorum unum esset corpus ex tribus
ordinibus, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaco-
norum conflatum, facilis fuit paris honoris ius omni-
bus communicatio, quod quidem sensim evenit, ut
refert Thomassin. *de Benef. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 113. *n.* 2.
vers. quæ mihi.
Plura motiva ad id conspirarunt, quæ dignitatem
Cardinalitiam auxerunt, ex quo Episcopi ultrò locum
cesserunt omnibus indiscriminatim. Primum fuit au- 19
ctoritas Cardinalibus tributa eligendi Summum Pon-
tificem, qui licèt priscis temporibus promoveretur
etiam à Clero, & Populo, tamen tempore Nicolai
Secundi anno 1059. in Concilio Romano fuit illa 20
specialiter reservata Cardinalibus, ut ii soli curam
electionis, & superintendentiam haberent; idque jure
introductum, ad retundendam superbiam Imperato-
rum inhiantium authoritatem absolutam in tali ele-
ctione, & suffragia Cleri & Populi surripientium, ut
notavit Baron. *dicto anno num.* 25. & alibi dicam. Se-
cundum fuit usus frequentissimus Legationum ad Con-
cilia, & Principes pro aliqua re gravi, in quibus Car- 21
dinales nedùm Episcopi, sed etiam reliqui pro eorum
habilitate adhibebantur, ad quæ munera priùs Episco-
pi consueverant promoveri. Tertium demùm, quod 22
Cardinalium prælationem firmissimè solidavit supra om-
nes Episcopos, & Patriarchas, fuerunt insignia ho-
norificentiora præbita Cardinalibus galeri rubri, tem-
pore Innocentii IV. anno 1244. in Concilio Lugdu-
nensi I. vel alio forsan tempore, ut alibi referam;
hinc in eodem Concilio habentur sequentia verba: 23
Ad dexteram, & eminentioribus locis sederunt Epis-
copi Cardinales; ex altera verò Presbyteri Cardina-
les, Archiepiscopi, & Episcopi post eos, Concil. *tom.*
11. *part.* 1. *pag.* 638. & 656. Et in Concilio Lugdunen. 24
II. anno 1274. sederunt Cardinales supra Episcopos,
Metropolitanos, Primates, & Patriarchas Constanti-
nopolitanum, & Antiochenum, Raynald. *cit. anno*
num. 3. Hinc etiam tempore Clementis Quinti anno
1312. cùm fuerit in Angliam missus Cardinalis qui-
dam Presbyter, ut unà cum Episcopo Pictaviensi
reconciliaret Regem cum Proceribus Regni, priùs
Pontifex nominavit Cardinalem, quàm Episcopum,
& ita

& ita ex consuetudine recentiori esse agendum pro-
fitetur Raynaud. *cit. num.* 28.

Non tamen exinde dissentiones defuere, ut cre-
brò evenire solet in hujusmodi prætensionibus hono-
rificis; nam anno 1438. cùm Eugenius IV. inter
S. R. E. Cardinales promovisset Episcopum Eboracen-
25 sem in Anglia, prærogativam loci huic negavit Ar-
chiepiscopus Cantuariensis ejus Metropolitanus, re-
26 mittens tamen causam judicio Papæ. Summus ille
Pontifex rescripsit Cantuariensi, satis mirum & ab
usu alienum hoc sibi fuisse visum, tum quia idem
Cantuariensis Vintoniensi Episcopo locum aliàs jam
cesserat uti Cardinali, non tui ex sanguine Regio,
etiam aliàs eidem etsi Regia stirpe genito, existenti
tamen in ordine Episcopali semper ipse præcelluerit,
tum etiam quia dignitas Cardinalitia continuò uti
major fuit habita, idque pluribus exemplis, & ra-
tionibus, ac antiquis Ecclesiæ ritibus comprobavit
dictus Pontifex in ejus Bulla, quæ est la 15. in or-
dine inter suas *tom.* 1. Bullarii edita in Concilio Flo-
rentino anno 1439. quam nos infrà suo loco refe-
remus, ac per extensum ponunt Diana *res. mor. p.* 5.
tract. 2. *resol.* 1. *in fin.* Pax Jordan. *de re sacr. prælud.*
11. *num.* 54. Hinc quamvis in dicta Bulla Eugenius
vetustiora documenta innuat circa hunc usum, ta-
men non recenset traditionem antiquiorem enun-
ciato Concilio Lugdunensi I. sub Innocentio IV.
27 quia tunc verè iste stylus, legis instar, fuit firma-
tus, cùm priori tempore varius hinc inde fuisset.
Eamdem præeminentiam quoque negavit Archiepis-
copus Gnesnensis Episcopo Cracoviensi in Polonia,
etsi Cardinali creato per Eugenium IV. quam litem
composuit posteà Nicolaus V. eo temperamento, ut
in Conciliis Generalibus Regni suo tantùm loco
Cardinalis votum proferret, ac aliæ prerogativæ de-
bitæ Gnesnensi uti Regni Primati, illæsæ remanerent,
Spondan. anno 1449.

Sicque modò inconcussus factus est ritus, ut
Cardinales quamvis simplices Presbyteri vel Diaconi,
28 imò etiam sine tali ordine, ob dispositionem Apo-
stolicam, antecellant Episcopos omnes, imò etiam
Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas; hocque eli-
citur ex suprà recensitis actis tot Conciliorum, &
29 Summorum Pontificum oraculis, signanter ex præ-
laudata Bulla Eugenii IV. quæ satis luculenter, ac
piè hanc veritatem pro lege promulgavit; nec non
ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranensi edita an-
no 1514. *in Bull. la* 7. *superna* ibi: §. 16. *Et cum
S. R. E. Cardinales cæteros omnes in ipsa Ecclesia
post Summum Pontificem honore, ac dignitate præce-
dant*. Et ex Bulla Sixti V. la 50. *tom.* 2. *Bullarii*.
Et demùm ex Sacro Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.*
11. *de reform.* Nec non faciunt Textus *in can. quam-
quam* 2. *quæst.* 7. *Can. Constantinus* 96. *dist.* Idque
apertè docent innumeri D. D. quos latè vide apud
Barbosam *de jur. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 24. & 25.
Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 1. *de Cleric. cap.* 16. §. *quantum ad
tertium*, Sigonius *in Histor. Italiæ anno* 1059. Villa-
dieg. *de orig. Card. quæst.* 5. *num.* 14. Andr. Barbat. *de
præstantia Card.* 2 *num.* 42. Fagnan. *in cap. requisivit
num.* 65. & 67. *de ordin. ab Episcop.* Gonzal. *ad cap.
cum Apostolus num.* 4. *de Censibus*, Azorius *tom.* 2.
lib. 4. *cap.* 1. *quæst.* 9. Diana *cit. par.* 5. *tract.* 2. *resol.* 1.
Gerunda *de Episc. lib.* 1. *disp.* 2. *cap.* 5. & communiter
alii; imò etiam ipsos Hæreticos id asseruisse, liquet
ex VVeisio apud Dominicum Arumæum *in disc. Aca-
dem. de jur. public. vol.* 2. *disc.* 30. *thesi* 5. *litt. C.*

Ratio ejusmodi observantiæ, seu legis est, non mi-
nùs congrua, quàm justa, nam duplex est potestas,
30 spiritualis una procedens ab ordine, & altera à ju-
risdictione, *cap. aqua*, ubi Gloss. *ver. jurisdiction. de
consecr. Ecclesiæ can. ante omnia* 40. *dist. can. de his
de consecrat. dist.* 5. & *Gloss. fin. in cit. c. quamquam*,
31 *Clem. si quis suadente* §. *nec super hac de pœnit. &
remission.* Ordinis potestas confertur, mediante cha-
ractere in anima impresso, & requiritur sactum;
32 dignitas verò, & potestas jurisdictionis solo verbo
datur, D. Thom. 2. 2. *qu.* 184. *art.* 6. Sicque ad digni-
tatem acquirendam non requiritur pernecesse ordo,
unde cùm Cardinales sint dignitate majores Episco- 33
pis, nihil refert, quòd ratione ordinis sint minores,
quia promanant hæc à diversis fontibus; quare licèt
verum sit, quo ad ordinem, Episcopos habere majorita-
tem, quia habent characterem, qui non est in Car-
dinalibus, tamen quo ad dignitatem, quæ procedit à 34
jurisdictione, habet majorem Cardinalis; in hac enim
materia præcedentiæ, dignitas jurisdictionis est servan-
da, Bart. *in l.* 1. *num.* 46. *C. de dignit. lib.* 12. Cassan. *in
Catal. glor. mundi par.* 6. *consid.* 19. & videmus Episco- 35
pum non consecratum, etsi æqualem simplici Presby-
tero, cùm non habuerit ordinem Episcopalem, tamen
præcellere eum, quia per electionem, & confirma-
tionem fuit ei communicata potestas jurisdictionis.
Archidiaconus item quamvis simplex Clericus, præ- 36
cellit omnes de Capitulo & Clero, etiam Parochos;
ita quoque Vicarius Generalis, ac Vicarius Metropo- 37
litani; adeò ut præeminentia non sit commensuran-
da ab ordine, sed ab officio, & jurisdictione, quæ
dat dignitatem, ut sonant verba textus *in can. quam-
quam* 2. *quæst.* 7. ibi: *Quamquam secundum honorem,
vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopus
major Presbytero sit, tamen Augustinus in multis
Hieronymo minor est*. Quodque officium, & jurisdi-
ctio illa Cardinalium sit major ordine Episcopali,
constat ex *can. Constantinus* 96. *dist.* Ii enim repræ-
sentant Magistratum unà cum Papa, præsunt toti Ec- 38
clesiæ, eminentioremque locum unà cum Capite ha-
bere debent, ne detur difformitas; idem videmus
servari in Canonicis Cathedralium, quibus debetur
præeminentia unitim cum Episcopo.

Rursus Episcopus præest curæ certæ Diœcesis, 39
Cardinalis verò totius Ecclesiæ, ut benè dixit Inno-
centius III. *in cap. bonæ memoriæ* 3. ibi: *Quod Cardi-
nalis persona utilior sit non solùm Romanæ, sed etiam
Ecclesiæ universali, de postulat. Prælat.* & D. Bernard.
ad Eugen. *lib.* 4. inquit: *Veniamus autem ad Collate-
rales, & adjutores tuos, hi seduli tui, hi intimi tui,
eligendi de toto Orbe, Orbem judicaturi*: sunt enim
pars Corporis Pontificis, Joan. Monach. *in c. ad suc- 40
cidendos num.* 4. *de Schismaticis*, & invisceratì eidem
dicuntur, Præpositus *in cit. cap. quamquam num.* 13.
& identificantur cum ipso, Jacobatius *de Concil. num.*
122. Sicque nequit dari ista disjunctio in re tam uni-
ta, & identificata; unde Cardinales in Capella sedent 41
ad instar Canonicorum in Cathedrali in sedibus coo-
pertis cum appodio; Episcopi sine appodio; illi
osculantur manus Papæ, isti genua; illi non genu- 42
flectunt, sed tantùm se profundè inclinant, prout
etiam in Camera; isti genuflectunt, & in Camera
osculantur etiam pedes; illi in Camera loquuntur
sedentes in scabello cum appodio, cooperti cum bi-
reto; isti priùs genuflectentes, deinde à tempore Cle-
mentis Noni adstantes, & detecto capite loquuntur.

Sed objici potest rursus Apostolorum Successores 43
esse Episcopos, qui fuerunt vocati etiam Apostoli,
Pax Jordan. *tom.* 1. *prælud.* 2. *num.* 10. & alibi passim;
sed etiam Cardinales tales sunt, & tales meritò nun- 44
cupantur ab Eugenio IV. *in cit. Bulla*: ut quemad-
modum Christo conversanti in terris assistebant Apo-
stoli, ita etiam Cardinalium Cœtus Apostolicum re-
præsentans, coram Papa assistit; reliqui verò Episco-
pi ubique diffusi, Apostolos repræsentant ad prædi-
candum per Orbem missos; certè enim Apostoli priùs
partes Cardinalium egerunt assistentes Petro, dein- 45
de per Orbem dispersi, munus Episcoporum assum-
pserunt, ut benè probat Thomassin. *cit. lib.* 2. *cap.*
14. *num.* 2.

Nulla igitur major est dignitas in Ecclesia Dei post 46
Vicarium Christi Cardinalatu, Jacobus Syman. *de dign.
Episcopal. cap.* 5. & 6. Cohel. *in not. Card. cap.* 8. Gon-
zal. *ad cap. bonæ mem. num.* 7. *de præbend.* d. Cohel.
in Bull. boni regim. cap. 34. *art.* 7. *num.* 4. & priùs
par. 2. *num.* 9. Fagnan. *in cap. ne pro dilat. num.* 40.
de pœnit. & remiss. & *cap. quod nonnulli num.* 12. & 16.
de

de privil. Imò si fiat mentio in aliquo Canone de
47 privilegio Episcopis concesso eorumque Superiori-
bus, concessum intelligi debet etiam Cardinalibus,
pura *in cap. final. de privilegiis lib. 6. & cap. ne pro*
48 *dilat. citat.* in quorum primo permittitur usus Al-
taris portatilis Episcopis, & eorum Superioribus,
& tamen intelligitur permissus etiam Cardinalibus,
ex declaratione Sac. Congregationis Concilii, ut cit.
Fagnan. *cap. ne pro dilat. num. 46. de pœnit. & remiss.*
49 In secundo verò cùm facultas data fuerit Episcopis,
& Superioribus eligendi Confessarium, illam intelli-
gendam esse datam nedum Legatis, aliisque Supe-
rioribus Episcopis, puta Metropolitanis, Patriarchis,
sed etiam Cardinalibus, tradit cit. Fagn. *num.* 40.

Firmata igitur hac præeminentia pro Cardinali-
bus, tenentur Episcopi postquam fuerint electi,
50 & consecrati, illos visitare ante discessum ab Urbe,
ut ex *Constitut. cit. Leonis X. la* 7. §. 6. in qua, no-
tandum, non esse pœnam ullam transgressoribus in-
flictam, sed tantùm præcipitur esse observandam lau-
dabilem consuetudinem; hinc Episcopi coram iisdem
51 Cardinalibus Rocchettum coopertum deferunt, etiamsi
sint in propria Diœcesi.

52 Ita tamen hæc prælatio Cardinalibus jure debetur,
ut ipsi etiam perhumaniter Episcopos excipere te-
neantur, eosdemque honorificè tractare, memores
horum dignitatis ex Ordine præstantiori, quo modo
in Concilio Lateranensi ultimo sub Leone X. relato
in Const. cit. 7. §. 17. fuit injunctum his verbis: *Præ-
tereà ministerium indecorum Episcoporum Prælatorum-
que in domibus non habeant, ne cæteris præesse in-
stituti, & sacro charactere insigniti, in vilia descen-
dant ministeria, passimque pastoralis officii contem-
ptum inducant; eos itaque, quos nunc habent, vel in
posterum sunt habituri, honorificè uti Fratres, ac juxta
eorum status condecentiam tractent.* Et Episcopatus
dignitas hodie post Cardinalatum omnes alias Præla-
torum Curiæ dignitates antecellit, atque Episcopi,
omnes alios præcedunt, præter Gubernatorem Ur-
53 bis, Auditorem Cameræ Apostolicæ, & Thesaurarium
Generalem, dummodò in Capella, Episcopi utan-
tur habitu Episcopali ministratorio in divinis, puta
Planeta, vel Pluviali; tunc enim assistunt prædicti
tres Romanæ Curiæ Prælati in tertio loco, nempe
cum Protonotariis Apostolicis; & mirum non est,
si iidem præcedant in aliis actibus, in quibus Episco-
pi non utuntur dicto habitu sacro, quia primus re-
præsentat Vice-Camerarium, ac Principem ipsum,
itaut etiam præcedat Principes Solii Pontificii. Se-
cundus est Judex competens omnium Episcoporum,
& causarum ab illis judicatarum. Tertius verò re-
præsentat Fiscum Pontificium, & temporalem Papæ
præfecturam, maximamque habet jurisdictionem:
unde isti tres Prælati majores Romanæ Curiæ ex-
empti sunt à quacumque servitute obsequii apud
Cardinales, vulgò *corteggio*, specialique ritu cære-
moniarum tractant cum Cardinalibus, & Oratoribus
Principum, deferunt insignia nigra, vulgò *fiocchi*,
in equis proprii currus; imò tempore S. M. Inno-
centii XII. obtinuerunt indultum deferendi ante cur-
rum, Servum cum umbella violacei coloris, prout
deferunt Cardinales rubei, vel violacei, statutis tem-
poribus; & de istorum Prælatorum præcedentia, vi-
de Cardin. de Luca *in relat. Romana Curia disc.* 35.
num. 7.

54 Dignitas Cardinalatus cum Regio fulgore coalescit;
unde fertur Angliæ Rex anno 1235. ad Cardinalem
Presbyterum scribens, nomen suum illi Cardinalis
postposuisse, Conc. *t.* 11. *pag.* 483. Cùm convenissent
Perusiæ Rex Siciliæ Carolus, & Rex Hungariæ filius
55 Carolus Martellus dictus unà cum Papa, & Cardi-
nalibus, sedit in Concistorio Rex Pater inter Presby-
teros Cardinales, filius inter Diaconos, deinde post
ministratum cibum Pontifici, accubuerunt mensæ cum
Cardinalibus, Raynal. cit. anno *num.* 2. *&* 6. Cardi-
nalis Vice-Cancellarius Rege Romanorum Romæ prior
sedit, Rex Hungariæ inter Diaconos, & Electores
Imperii post Cardinales, Dux Venetiarum inter Car-
dinales Diaconos, *ibid. num.* 30.

Anno 1474. Cùm Rex Daniæ Romam venisset, inter
duos priores Cardinales exceptus fuit, nec unquam
operire caput voluit, nisi post eos; imò in die Para-
sceves ultimus post Cardinales adoraturus Crucem adi-
vit, Card. Papien. *ep.* 156. inquiens; *ut habeatur ju-
stus honor Summo Senatui.* Sed præcipuè ista præemi-
nentia debetur Cardinalibus Collegium repræsentan- 56
tibus; itaut assignetur locus in Capella, vel Conci-
storio, Regi post primum Episcopum, vel antiquio- 57
rem Cardinalem Presbyterum, ita eidem Imperatori
ante Coronationem, ut ex Cæremoniali *rubr. de re-
cept. Regis, & de ingressu Imperatoris*; quamvis in
proprio Regno, & extra præcedant Reges singulis 58
Cardinalibus, ut distinguit Gratian. *discept.* 3. *num.* 7.
Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 75. Hinc Pius
Secundus *in Comm. l.* 3. *pag.* 66. ait, Cardinales pares
Regibus haberi, Duaren. *de Sacr. Eccl. ministris lib.* 1. 59
cap. 13. Paris. *de resign. lib.* 7. *quæst.* 12. *num.* 18. Barb.
de jur. Eccles. tom. 1. *cap.* 4. *num.* 9. ubi alii citantur, &
dum eos creabat, dicebat: *Vos Senatores Urbis, &
Regum similes estis*. Paulus Secundus itidem hoc di-
xit, ut refert cit. Card. Papiens. *epist.* 180. *&* 181.

Cæteri autem Principes Regibus inferiores etsi alio-
quin supremi, & magnæ potentiæ, postponendi sunt 60
Cardinalibus, eò quia careant qualitate sacra; quam
habent Reges, & quo ad Principes Regiæ stirpis
Galliæ, testatur fuisse propugnatum ab iisdem Car-
dinalibus ejusdem Nationis, Thomassin. *de Benef.
tom.* 1. *cit. cap.* 114. *num.* 7. & servatur cum aliis, qui
assimilantur Principibus magnæ potentiæ, ut est Vi-
cerex Neapolis.

Cæterum hic honor debet strictè conservari, & 61
maxima zelotypia haberi, ut ipsemet D. Carolus Bor-
romæus egit, qui licèt tam humiliter de se sentiret,
satis tamen pronus, & velox erat pro dignitate, ac
prærogativis conservandis, ut in ejus Vita *lib.* 1. *cap.*
3. *& lib.* 3. *cap.* 5.

Alia de Cardinalibus alibi dicemus; ita etiam quan-
do incœperit ordo Diaconorum inter ipsos, cùm in
hac Constitutione Joannis XV. nulla fiat mentio de
Cardinali Diacono.

CONSTITUTIO PRIMA
LEONIS IX.
incipiens (*Quia Auctore.*)

EPITOME BULLÆ.

LEO DILECTIS IN CHRISTO FILIIS omnibus Auximanis, Clero, & Populo.

CUm irrepsisset abusus in Civitate Auximi, ut plebs invaderet post obitum Episcopi domum illius, ac diriperet ejus bona, iste Pontifex tale impium, & sacrilegum facinus damnavit, decrevitque illud committentem anathematizandum, & ut putridum membrum excommunicationis ferro à S. Ecclesiæ corpore detruncavit, & nisi resipiscat, sit Anathema Maranatha, omnesque maledictiones Hebal supra eum indixit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Leonis nomen, Patria, Pater, & ad Pontificatum assumptio.*
2 *Leonis nobilitas, & virtus.*
3 *Leonis accessus ad varia loca pro rebus Ecclesiæ, atque plurium Conciliorum celebratio.*

4 *Leonis gesta in edificationem, & commutatio facta cum Ducatu Beneventano.*

5 *Normanni expulsi a Ducatu Beneventano, Leonem Pontificem in Apulia capiunt, & illius mors recensetur.*

6 *Hac Constitutio quibus fuit directa?*
Papa in suis litteris appellat Cardinales, dilectos filios; sed si eorum Collegio scribat, appellat Fratres, quo nomine etiam appellat Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ibid.

7 *Littera Pontificia censentur falsitatis suspecta, si alio modo sint nominati Cardinales in illis, vel Episcopi, quàm cum dicto stylo.*

8 *Mulieres quo titulo Summus Pontifex in suis litterris appellet?*

9 *Reges à Summo Pontifice appellantur Illustres, ita Imperatores.*

10 *Majori parti respectus habendus est circa titulum, dum Papa alicui Communitati scribit:*
Civitas Auximi ubi est sita, ibid.

11 *Hac Constitutio directa fuit à Pontifice, Clero, & Popolo Auximano, ad comprimendum eorum facinus, & abusum.*

12 *Abusus diripiendi bona Episcopi defuncti, ejusque domum invadendi, unde duxerit ortum Auximi?*

13 *Hic abusus diu viguit apud plerasque Nationes.*

14 *Propinqui Episcoporum sub pratextu accipiendi bona privata, qua ad se pertinebant Episcoporum defunctorum, diripiebant etiam Ecclesiastica.*

15 *Propinqui, & Parentes defuncti Episcopi, quomodo bona privata, & hereditaria accipere possint, statutum fuit à Concilio Valentino.*

16 *Direptio bonorum Episcopi ab aliis etiam non propinquis antiquitus fiebat etiam in obitu Summi Pontificis.*

17 *Contra tales raptores est indicta pœna excommunicationis, & si Episcopus successor eos sine pravia satisfactione absolvat, dignitate Episcopali privatur.*

18 *Cardinalium domus tempore Conclavis devastabantur, & prasertim illius qui ad Summum Pontificatum assumptus fuerat.*

19 *Inventaris conficiendi bonorum Episcopi defuncti mos introductus, quo tempore, & quare?*

20 *Excommunicationis pœna contra invasores bonorum Episcopatuum indicta in hac Constitutione, extendi videtur etiam contra rapientes bona Presbyterorum morientium.*

21 *Excommunicationis pœna, de qua in presenti Constitutione, intelligitur contra quoscumque rapientes bona illa, qua post obitum Episcopi ad Ecclesiam deveniebant.*

22 *Contra alios raptores Ecclesia, & Christi Patrimonii alia excommunicatio, aliaque pœna longè antea indicta.*

29 *Excommunicatio predicta contra raptores bonorum Ecclesiasticorum, est ferenda dumtaxat sententia.*

24 *Excommunicatio in presenti Bulla contenta contra rapientes bona Episcoporum decedentium, est lata sententia.*

25 *Excommunicatio lata sententia universaliter inducta fuit à Concilio Tridentino contra quoscumque occupantes quomodocumque directè, vel indirectè, cujusvis generis bona ad Ecclesiam pertinentia.*

26 *Excommunicationi predicta accessit etiam alia ex Bulla Cœna, quarum utriusque absolutio est reservata Summo Pontifici.*

1 LEo Nonus Centesimus quartus Pontifex, anteà Bruno dictus, Comes Dasprug, aliàs Egghisein, ortus in Gallia, filius fuit Hugonis, & Episcopus Tullensis ex Ordine S. Benedicti in quo degebat in Leucis electus, missus deinde Romam pro sedanda
dissensione, ob usurpationem denuò factam à Benedicto
IX. qui licèt resignaverit Pontificatum in manibus
Clementis in concordia inita cum aliis duobus Pon-
tificibus Joanne, & Sylvestro, tamen post obitum
Clementis II. ut aliqui volunt, expulso dicto Bene-
dicto, successit *Leo IX.* hoc nomine, sic vocatus
in Pontificatu; electus fuit Romæ die 3. vel 12. Fe-
bruarii 1049. imò cùm fuerit ab Henrico missus, ut
Pontificatum sumeret, nutu Hildprandi Monachi po-
steà Gregorii VII. noluit onus suscipere, nisi facta
legitima electione. De cujus gestis latè apud Baron.
dicto anno, & Ciaccon. in ejus Vita *tom. 1. fol. 789.*
Vir fuit nobilissimis parentibus ortus, Imperatoris 2
Conradi Consobrinus, & maxima constantia prædi-
tus, ac in laboribus indefessus; plura Concilia con-
vocavit, & præsertim contra Simoniacos decreta
promulgavit in Concilio Romæ habito, Baron. anno
1049. *num.* 17. & personaliter Galliam petiit ibi allo- 3
quuturus Imperatorem, & revisendi causam suam Ec-
clesiam Tullensem, ac Concilium celebravit Rhe-
mense pro reformanda disciplina, & moribus Eccle-
siasticis, Labbè *tom. 9. fol.* 1028. nec non Romanum
pro extirpanda hæresi Berengarii tunc exorta, imò
Germaniam adivit hac de causa acturus cum Impe-
ratore, & etiam Apuliam causa invisendi Cœno-
bium D. Michaelis in Monte Gargano, & pluries 4
Casinum, ubi cum P.P. in triclinio familiariter ci-
bum sumebat, lotis pedibus Monachorum; sæpè no-
cturno tempore cum paucis Clericis à Laterano ad
Vaticanum pedibus pergebat, orationibus, ac preci-
bus vacans; plures opimas Ecclesias, quas Papa pos-
sidebat in Germania Regum beneficio D. Petro do-
natas, è quibus equum album phaleratum cum cen-
tum marchis auri exigebat, commutavit precibus
Henrici Imperatoris III. cum Civitate, & Ducatu
Beneventano, Baron. anno 1053. *num.* 1. Ciaccon. *cit.*
loco; hinc causa expellendi Normannos à dicto Du- 5
catu, personaliter cum exercitu Lombardorum, &
Germanorum, Apuliam petiit, ubi captus à Norman-
nis, infirmus Capuam restitutus fuit, ac post tot im-
pensos labores, Romam translatus, ibi in sua Sede
meruit tam laudabiliter vitam gestam morte verè pia
finire anno 1054. 16. Kal. Maji.

Hæc Constitutio Leonis IX. anno 1051. directa 6
fuit Clero, & Populo Auximano; & antequam ad
causam, & materiam illius descendam, notabo S.
Pontificem Leonem direxisse hanc Epistolam Clero,
& Populo Auximano cum titulo, *Dilectis filiis*; cer-
tum est enim Papam sic scribere consuevisse omni-
bus etiam Cardinalibus, præterquam Patriarchis,
Archiepiscopis, & Episcopis, quos Fratres appellat,
Gloss. *in proœm. Decret. ver. filiis cap. quam gravi de*
crimine falsi; Collegio autem Cardinalium scribens
dicit hos fratres, *in cap. fundamenta de elect. in 6.* ubi
Gloss. *v. fratres citans c. 1. de off. legati*, quia verè in
Collegio Cardinalium sunt Episcopi, sed etiam quia,
ut in *Comment. ad Constitut. unicam* Joannis XV. dixi,
Cardinales constituunt unum Concistorium cum Pa-
pa, Pax Jordan. *tom. 1. prælud. 1.* Maja *ad Constit.* 7
Clem. VIII. super concursu Parochialium Panormi
observat. 5. & si aliter eos nominaret, litteræ dice-
rentur suspectæ de falso, *cit. cap. quam gravi 6. de Cri-*
mine falsi.

Mulieres verò appellat *Dilectas in Christo filias*, 8
quæ appellatio à Monialibus exordium duxit, ut in
cap. dilecta in Christo filia Abbatissa de Bubricen. de
major. & obedientia, & in cap. dilecta in Christo fi-
lia Abbatissa Istren. de excess. Prælatorum, quem sty-
lum extensum fuisse ad omnes mulieres, testatur pra-
cticus Corradus *in praxi dispens. Apostol. lib. 2.*
cap. 5. num. 7.

Regibus autem solet Papa tribuere etiam nomen 9
Illustris, ut Regi Aragonum tribuit Innoc. III. *in*
cap. quanto 18. de jur. jur. Regi Franciæ *in cap. no-*
vit. 7. de off. legati, & Honorius III. *in cap. tuam 3.*
de ordin. cognit. & Clemens V. *in extravag. meruit*
de privil. inter communes, ubi vocat Philippum Regem
Fran-

Francorum Illustrem, & charissimum filium; & quo
ad Regem Castellæ, *in cap. 1. de restitut. spol. in 5.*
compil. extrav. unic. de Judais; quo ad Regem Cypri
in cap. penult. de confirm. util. quo ad Regem An-
gliæ, *in cap. quanto 3. de Judiciis*; quo ad Regem
Lusitaniæ, *in cap. ex speciali de Judais*; quo ad illum
Hungariæ, *in cap. intellecto 33. de jur. jur.* prout no-
tat Cænedus *ad De retal. collect.* 109. *num.* 1. Valdes
de dignit. Regum Hispan. cap. 13. Pariter & Imperato-
ri Constantinopolitano, *in cap. solitæ 6. de major. &*
obed. idem titulus tribuitur.
10 Cùm igitur in Civitate Auximi potuerint adesse
Episcopi, quomodò non discretivè, sed confusè sub
nomine filiorum scripsit? Quo pari modo egit Gre-
10 gorius IX. in libris Decretalium in proœmio dirigens
dictum opus Dilectis filiis Doctoribus, & Scholari-
bus universis Bononiæ commorantibus, & tamen in
Civitate Bononiæ tam ampla Episcopi adesse pote-
rant? Respondet Felin. *in citato proœm. decretal. verb.*
Gregorius, plures assignans rationes, & illam verio-
rem, quod consuli debeat majori parti, juxta verosi-
milem permanentiam, non autem minori in Uni-
versitate; & sic cùm vel non adessent Episcopi, vel
saltem rari, benè inscripsit Leo Populo, & Clero,
quibus constat Civitas. Civitas Auximi est in Pro-
vincia Marchiæ sub ditione Pontificis Romani, &
propriè sub Gubernio Maceratæ, Card. de Luca *de*
Statut. success. pag. 36. Cùm enim tempore Leonis IX.
Clerus, & Populus Auximanus irruere consuevissent
in Domum Episcopi defuncti, & inde bona diripe-
11 rent, Pontifex ad obviandum in futurum ejusmodi
facinori, Constitutionem hanc promulgavit anno
1051. scribens Clero, & Populo Auximano, ut ab
hujusmodi excessibus se abstinerent, damnavitque
abusum cum pœna excommunicationis, ut ibidem.
12 Licèt Baron. *tom.* 11. *Annal. anno* 1051. *pag.* 178.
ex D. Petro Damiano asseruerit, hunc abusum diri-
piendi bona Episcopi defuncti, ejusque domum inva-
dendi, quem increpat, & prohibet Leo in hac Bul-
la, inductum fuisse à Clero, & Populo Auximano
causa odii contracti in præmortuum Episcopum,
13 qui præsumebatur facinorosus, nihilominùs similem
abusum contra bona Antistitum præmortuorum diu
viguisse comperi apud plerasque Nationes, quæ in
bona Episcopi defuncti irruere solebant; hoc tamen
frequentiùs à propinquis ipsis Episcoporum, & ab
aliis de Clero, & Populo fieri contingebat. Propin-
14 qui etenim cùm ad eos bona Episcopi defuncti pa-
trimonialia spectare crederent, juxta SS. Canonum
dispositionem, ut in *can.* 40. *Apostolorum* relato à
Gratian. *in c. sint manifesta* 12. *q.* 1. ibi: *Sint manifesta*
res propriæ Episcopi, (si tamen habet proprias) & manife-
sta Dominica, ut potestatem habeat de propriis moriens
Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinque-
re, nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum ea, quæ
Episcopi esse probantur, interdicantur: & in aliis ibi-
dem; quodque comprobat D. Gregorius *in ejus Epist.*
relat. in cap. 1. *de testamentis*; idcircò sub velamine
proprias res recipiendi, bona etiam Ecclesiastica E-
15 piscopi defuncti diripiebant; unde in Concilio Valen-
tino in Hispania habito tempore Jo. I. an. 524. *can.* 3.
statutum reperitur hoc modo: *Parentibus, & pro-*
pinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, de-
nuntietur, ut sine Metropolitani, vel Comprovincia-
lium Sacerdotum conscientia nihil de rebus defuncti oc-
cupare pertentent, ne forte in hæreditariis rebus, etiam
aliqua ad Ecclesiam pertinentia, vel permixta usur-
pent, sed aut usque ad ordinationem futuri expectent
Antistitis; aut certe, si longum fuerit, ad ordinationem
Metropolitani recurrant. Si quis autem immemor di-
vini timoris, contra hæc sancita Synodica Clericus
quisquam, vel Laicus venire improba mente tentave-
rit, & communione, & consortio privetur Ecclesiæ.
16 Hæc autem direptio, seu rapina bonorum Episco-
pi defuncti, nedum à propinquis, sed ab aliis etiam
exercebatur. Sic in Concilio Ilerdensi anno 524.
cap. 16. relat. à Gratian. *can. hac hujus* 12. *quæst.* 2.
strictè vetatur Clericis sub pœna sacrilegii, & ana-
thematis, ut nihil furto, vel dolo supprimant, au-
ferant aut abscondant de bonis Episcopi defuncti. Et
in Concilio Ravennæ habito longè ante tempus Leo-
nis IX. sedente Joanne IX. Summo Pontifice, *tom.* 9.
Concil. penes Labbè *anno* 904. *fol.* 905. *cap.* 11. fit men-
tio de simili facinore etiam in obitu Summi Ponti-
ficis ibi: *Quia scelestissima etiam consuetudo inolevit,*
ut obeunte S. R. E. Sedis Pontifice, ipsum Patriar-
chium deprædari soleat, & non solum in ipso Sancto
Patriarchio, sed etiam per totam Civitatem, & Sub-
urbana ejus talis bacchatur præsumptio; nec non quia
id inultum hactenus neglectum est, adeo ut omnia E-
piscopia eadem patiantur uniuscujusque Ecclesiæ obeun-
te Pontifice, quod ne ulterius præsumatur, omnimodis
interdicimus. Quod qui facere præsumpserit, non so-
lum Ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indi-
gnatione feriatur. Rursus post præsentem Leonis Bul-
lam in Concilio Claramontano sub Urbano II. col-
lecto anno 1095. *tom.* 10. *Concil. fol.* 509. *in can.* 31.
inflicta fuit pœna excommunicationis contra tales 17
raptores ibi: *Ne aliquis Clericus res Episcoporum, vel*
Clericorum, vel in vita, vel post mortem eorum di-
ripiat, vel in usus proprios conferat. Quod si quis fe-
cerit, anathema sit. Et in Concilio Nemausensi ha-
bito tempore Urbani II. anno 1096. *Canone* 5. penes
Labbè *tom.* 10. *Concil. fol.* 607. hæc habentur: *Quo-*
tiens aliquis Ecclesiæ Antistes ex hac vita migrave-
rit, duæ de melioribus ejusdem Ecclesiæ personæ eligan-
tur, quæ res Episcopi defuncti, sicut ipse disposuerat
fideliter tractent, & quæ ad Episcopatum pertinent
successori Pastori conservent. Quod si aliquis Tiran-
nus res Episcopii interim invaserit, aut violaverit,
excommunicationi subjaceat; & Ecclesia illa à divi-
no cesset officio, & minores Ecclesiæ tanquam Ma-
tri compatiantur, quousque digna satisfactio subsequa-
tur. Unde Ivo Carnotensis penes du Chesne *Hist.*
Franc. t. 4. *Epist.* 228. quam scribit Paschali II. signi-
ficat tanto labore, & sumptu Ecclesiæ, Comitem
Carnotensem dimisisse pravas consuetudines, quas
ipse, suique antecessores in Domibus, & rebus Car-
notensis Episcopi defuncti induxerant: quare preca-
tur Sanctitatem suam, mitti litteras Clero Carno-
tensi, ut si fortè aliqui Carnotensium Comitum,
vel Ministrorum eorumdem aliquando libertatem à
Comite concessam infregerint, tanquam Ecclesiastici
juris sacrilegi pervasores ab ipso Clero Apostolica au-
ctoritate excommunicentur, & Ecclesiæ tam Civi-
les quam suburbanæ usque ad satisfactionem clau-
dantur. Et si successor Episcopus absolveret noxios,
sine prævia satisfactione Ecclesiæ, dignitate Episco-
pali privetur. *Et in Constitutione 16. Leonis X.* inci-
pit *Temerariorum*, edita anno 1516. fit mentio de si-
milì rapina bonorum usurpatorum in domibus Car- 18
dinalium S. R. E. tempore Conclavis, & præsertim
illius, qui creatus S. Pontifex fuisset; talesque rapto-
res pœnis subjiciuntur, de quibus & aliis suo loco
copiosè Deo dante dicemus.
Ad evitandas itaque has fraudes, ac noxas, quæ
post obitum Episcoporum fiebant, introductus fuit
mos, ut describerentur eorum bona in Inventario 19
custodienda, & tradenda successori Episcopo, ut à
tempore D. Gregorii colligitur *Epist.* 11. *lib.* 1. Episco-
pum declarando custodem bonorum Ecclesiæ vacan-
tis, ibi: *Vice Dominum eum constituimus, cui arbi-*
trium Episcopatus commisimus disponendum.
Ex hac igitur Constitutione Leonina, patet con- 20
tra istos invasores bonorum Episcoporum decedentium
fuisse promulgatam sententiam excommunicationis
per Papam; idemque factum fuisse multum post tem-
pus ab Innocentio II. in Concilio Lateranensi Ca-
none V. constat his verbis: *Illud autem quod in Sa-*
cro Chalcedonensi Concilio statutum est, irrefragabili-
ter conservari præcipimus, ut decedentium Episcopo-
rum bona à nullo omnino hominum diripiantur, sed
ad opus Ecclesiæ, & successoris sui in libera Oecono-
mi, & Clericorum permaneant potestate. Cesset igitur
de

de cætero illa detestabilis, & sæva rapacitas: Si quis autem amodò hæc attentare præsumpserit, excommunicationi subjaceat: imò dictum Concilium hoc extendit contra rapientes etiam bona Presbyterorum morientium, ibi: *Qui verò bona morientium Presbyterorum rapuerint, simili sententiæ subjiciantur.*

21 Hæc autem pœna excommunicationis contra hujusmodi raptores est præcisa pro conservandis bonis Ecclesiarum post obitum Episcoporum decedentium: & maxima quidem ratione, ne Dei Sacerdotium, quod licèt in hominibus sit caducum, in Christo tamen sempiternè, & in perpetuum vivit, plusquam inhumanè spolietur, & sævitia, quæ in Genitores humanos est tam execrabilis, in Ecclesiam spiritualem Parentem impunè permittatur; & ut constat ex lectura Constitutionis, intellexit Papa de bonis Ecclesiasticis, quæ post obitum Episcopi ad Ecclesiam deveniebant, ibi §. 2. *Qui Ecclesiasticas facultates barbarica feritate diripiunt*, eos assimilando Judæis, quia iterum Christum crucifigunt, lacerando Corpus, seu bona Ecclesiæ.

22 Nam quoad cæteros raptores Ecclesiæ, & Christi patrimonii, fuit longè ante indicta excommunicatio, & sacrilegium reputatum usque à tempore Pii Primi anno 158. qui Pontifex *in Epist.* relata *in Can. prædia* 12. *qu.* 2. raptores bonorum Ecclesiæ, uti sacrilegos insequitur, & habetur *in Can. nulli, can. quicumque, can. qui abstulerit*, ubi quod rapiens bona Ecclesiæ damnatur ut homicida, quia subtrahit Matri, scilicet Ecclesiæ, vitæ necessaria, 12. *q.* 2. *Can. sunt qui, can. sacrilegium, can. sicut, can. attendendum, can. si forte*, ubi comparatur rapiens rem Ecclesiæ Judæ proditori 17. *quæst.* 4. Hoc idem statuit Concilium Parisiense anno 539. contra raptores bonorum Ecclesiæ sub Pelagio Secundo juxta Bin. *tom.* 2. *Concilior.* ita in Synodo Parisiensi *can.* 1. & 2. ubi etiam fit mentio de usurpantibus bona Ecclesiæ. Idemque in Concilio Turonen. ann. 567. sub Jo: III. Papa, Labbè *tom.* 5. *Concil. fol.* 866. Et Gregorius IX. *in cap. Conquestus de foro compet.* ait ibi: *Cùm autem valdè sit iniquum, ut ea quæ collata sunt pro remedio peccatorum Venerabilibus Ecclesiis, vel relicta, aut eis justis modis aliàs acquisita, aliis usibus applicari, propter quod meritò invasores ipsarum rerum tanquam sacrilegi sunt anathemati usque ad satisfactionem congruam supponendi.*

23 Quæ quidem pœna in dictis Canonibus contenta, est tantùm ferendæ sententiæ, ut constat ex eorum lectura, & docet Turrecremat. *in Can. non liceat* 12. *quæst.* 2. *num.* 4. Suarez *de Censur. disput.* 22. *num.* 4. Pyringh. *lib.* 5. *decretal. tit.* 39. *de Sent. Excomm. sect.* 3. §. 6. *num.* 99. *vers. porrò*, Gonzal. *ad cit. cap. Conquestus num.* 2. *de for. compet.* ubi in textu ita habetur: *Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissa, per Censuras Ecclesiasticas cessare ipsos ab hujusmodi, & satisfacere de præteritis damnis, & injuriis, appellatione remota compellas.* Ex quibus verbis elicitur forma procedendi juxta dictum Textum contra hujusmodi sacrile-
24 gos raptores. In hac tamen Bulla præcisè contra raptores bonorum Ecclesiasticorum Episcoporum decedentium, fuit indicta excommunicatio latæ sententiæ, ut docet Scortia *ad hanc Constitutionem Epithom.* 2. *Theorem.* 5. quæ tamen non est reservata Papæ, ut infrà dicam.

25 Sed cùm tanta sit cupiditas rerum alienarum præsertim Ecclesiarum, quæ nequeunt vim vi repellere, prout agere valent privati, qui magis incumbunt bonorum propriorum conservationi, Sancta Synodus Tridentina *sess.* 25. *de reform. cap.* 11. legem universaliorem promulgavit contra omnes cujusvis Dignitatis etiam Regalis, & Imperialis, qui bona Ecclesiarum, census, aut jura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolomenta, ac quascumque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios usus convertere, illasque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur: contra quos sententia ipso jure excommunicationis infligitur, reservata Summo Pontifici absolutione, ita ut absolvi non debeant, nisi bona, & fructus sublati, Ecclesiæ ad quam spectant, reddantur.

Novissimè accessit Bulla consueta legi in die Cœnæ Domini, *can.* 17. infligens excommunicationem
latæ sententiæ contra usurpatores bonorum Ecclesia- 26
sticorum, reservata etiam Summo Pontifici absolutione. Unde cùm dispositio hujus Bullæ coincidat in pluribus cum illa S. C. T. & Bullæ Cœnæ Domini contra hujusmodi facinus perpetrantes direptionis bonorum Ecclesiasticorum, ideò juxta propositum, simul de dispositionibus prædictis sermonem instruam, ac coincidentiam, & differentiam inter illas leges indicabo, ut aperta magis sit dispositio hujus Constitutionis contra sacrilegos Ecclesiæ bonorum raptores editæ.

SECTIO I.

De personis, & bonis, quæ comprehenduntur sub dictis pœnis, atque de requisitis ad illas incurrendas.

SUMMARIUM.

1 *Quæ personæ, & actiones comprehendantur sub pœnis ab hac Constitutione, & aliis Canonibus, indictis contra surripientes bona Ecclesiastica?*

2 *Discrimen inter rapinam, furtum, & usurpationem, ubi de Censuris inflictis à SS. Canonibus, & ab hac Constitutione.*

3 *Alienantes sine solemnitatibus bona Ecclesiastica, non includuntur sub excommunicatione ferenda sententia à jure communi imposita contra raptores.*

4 *Furtum intus Ecclesiam committentes, sunt ipso jure excommunicati, dummodò simul concurrat januæ, aut murorum effractio, aliàs non.*

5 *Sola effractio sine furto, non inducit excommunicationem, nec vice versa furtum, sive rapina, sine effractione.*

6 *Idem quoque intelligitur de furto commisso in Sacristia, si sit Ecclesiæ conjuncta.*

7 *Excommunicatio prædicta erit reservata Summo Pontifici, si fuerit denunciata.*

8 *Constitutio hac, Concilium Tridentinum, & Bulla Cœnæ in plerisque conveniunt quo ad pœnas impositas contra surripientes bona Ecclesiæ, in plerisque verò differunt, num. seqq.*

9 *An pœna Concilii, & Bullæ in Cœna Domini habeant locum contra surripientes bona Ecclesiæ vacantis, & Papatus Sede vacante?*

10 *Excommunicatio indicta in præfatis juribus, an sit Summo Pontifici reservata? sed ab illa Concilii, si fuerit occulta, absolvere potest Episcopus, secus verò ab illa Bullæ Cœnæ.*

11 *Bulla Cœnæ cum solùm contra usurpantes disponat, tamen minus latè patet, quàm Concilium Tridentinum, quod se extendit contra surripientes bona uti aliena; prout hæc Constitutio Leonis.*

12 *Bulla Cœnæ solùm versatur circa bona, & fructus debitos Ecclesiæ; Concilium verò plura complectitur, & Constitutio hæc, bona Episcopi decedentis.*

13 *Mandantes includuntur in Concilio Tridentino; secùs verò in Bulla Cœnæ, & in hac Constitutione.*

14 *Fures bona Ecclesiæ rapientes, non incurrunt excommunicationem Concilii, neque Bullæ Cœnæ, & hujus Constitutionis.*

15 *Ex-*

15 *Excommunicatio Concilii, & Bulla non incurritur, nisi ab iis, qui præsumptivè, & auctoritativè usurpant prædicta bona.*

16 *Excommunicatio hujus Constitutionis, Concilii, & Bulla in Cœna Domini, an etiam Ecclesiasticos afficiat? & n.n. seqq.*

17 *Clericus usurpans bona Ecclesiastica, ultra excommunicationem, privatur beneficiis obtentis, & fit inhabilis ad alia consequenda, & est suspendendus à suorum ordinum executione.*

18 *Universalis dictio non includit illos, in quibus diversa ratio militat.*

19 *Clerici, tam vigore Concilii Tridentini, quàm Bulla Cœna, subjiciuntur pœnis impositis contra usurpantes bona Ecclesia.*

20 *Pœna Bulla, & Concilii non vindicant sibi locum contra usurpantes bona unius Ecclesia in favorem alterius Ecclesia.*

21 *Usurpans bona Ecclesia subjicitur supradictis pœnis, etiam quod authoritate publica non utatur.*

A.C. est Judex in causis Bulla Cœna Domini, nisi agatur de Immunitate Ecclesiastica læsa, quo casu judicat S.C. Immunitatis, ibid. & num. seq.

22 *Immunitas ut lædatur, requiritur authoritas publica.*

23 *S.C. Immunitatis non se immiscet quoad Censuras incursas ab eo, qui privata authoritate bona Ecclesia usurpavit.*

24 *Cognoscit dicta S.C. in gradu tantùm appellationis privativè quoad omnes, quando usurpatio prædicta lædit jurisdictionem.*

25 *Cardinalis de Luca existimans Bullam non habere locum contra utentes authoritate privata, rejicitur.*

26 *Fures, milites, & hujusmodi rapientes bona Ecclesia, non incurrunt excommunicationem Bulla Cœna, neque Concilii.*

27 *Discrimen ponitur inter furantes bona Ecclesia, & ea usurpantes authoritate privata.*

28 *Publica authoritate usurpans bona Ecclesia, duplicem excommunicationem incurrit.*

29 *Ecclesiastici consentientes occupationi, vel usurpationi bonorum Ecclesiasticorum, incidunt in Canonem Bulla Cœna.*

30 *Probabiliter credens bona Ecclesia ad se pertinere, si illa usurpet, non incidit in pœnas Bulla, & Concilii, juxta multorum sententiam.*

31 *Declaratur quomodo prædicta Doctorum sententia procedere possit? ubi quod attendenda sint circumstantia.*

32 *Laicus non potest occupare dicta bona prætextu sui juris, si Ecclesia illa legitimè possideat; potest vero, si Ecclesia facto privato dictam possessionem nacta fuerit.*

33 *Sacrilegium quot modis committi possit in furto? & de differentia inter jus Canonicum, & Civile, & num. 40. & 41.*

34 *Locus sacer qui dicatur? & n.n. seqq.*

35 *Ecclesia solùm benedicta dicitur locus sacer, si in ea celebratum fuerit sacrificium.*

36 *Oratorium publicum dicitur locus sacer; secus vero privatum.*

37 *Sacrilegium committit non solùm auferens de loco sacro res consecratas, sed omnia ad usum sacrum addicta.*

38 *Delinquens in Ecclesia, punitur pœna mortis, vel etiam triremium juxta bannimentum, remissivè.*

39 *Sacrilegium an committat auferens rem non sacram de loco sacro?*

40 *Affirmant plerique, si dicta res sit in loco sacro causa custodia; negant vero, si casu ibi reperiatur.*

41 *Sacrilegium in utroque casu indistinctè committi, statuitur de jure Canonico, secus de jure Civili.*

42 *Declaratur prædicta Conclusio procedere solùm quoad peccatum, non verò quoad pœnas à jure Civili, imo nec etiam à S. Pontifice inductas.*

43 *Pœna contra hujusmodi raptores de jure Canonico imposita, ultra excommunicationem.*

44 *Tripli, vel quadrupli pœnam, Ecclesia, utpote cultrix justitia, exigere non debet.*

45 *Pœna de jure Civili imposita contra hujusmodi raptores sacrilegos.*

46 *Infligitur pœna mortis, si sit ablatum sacrum de sacro, vel si adfuerit effractio januarum.*

CErtum est Canones comprehendere omnes, qui 1
quocumque modo bona Ecclesiarum diripiunt,
sive beneficiorum, aliorumque piorum locorum, sive
etiam Episcoporum, & Clericorum, respectu etiam
rerum ad eorum Ecclesias pertinentium; quia verè
ista sunt patrimonium Christi: ac quidem comprehenduntur,
quolibet modo talis direptio fiat, sive
per modum rapinæ, sive furti, sive tandem usurpationis;
Constitutio tamen hæc Leonis comprehen- 2
dit omnes, qui quocumque modo bona Episcoporum
decedentium invadunt, seu rapiunt, ibi: *prædonum
more*; & sic non videtur comprehendere eos,
qui non more prædonum, sed facultate aut auctoritate
aliqua usurpant; differunt enim rapina, furtum,
& usurpatio; quia prima est, quando aliquid
surripitur violenter; secundum quando aliqoid occupatur
tamquam res aliena; tertia verò si aliquid alienum
tamquam proprium sibi quis sumat; in Canonibus
prædictis infligitur pœna excommunicationis
ferendæ sententiæ, & in hac Constitutione, ut dixi,
latæ. Hinc non includuntur alienantes bona Eccle- 3
siastica sine solemnitate, quia isti non dicuntur fures,
& latrones, nec usurpatores, sed potiùs mali
administratores, contra quos adsunt specialia jura eos
mulctantia, ut suprà dixi in Commentario ad Constitutionem
primam D. Leonis I. & advertit Pignat.
Consult. 11. nu. 3. §. hinc tom. 7. nnn comprehendi hujusmodi
alienantes sine solemnitatibus in juribus emanatis
contra raptores, præsertim S.C.T. & Bullæ in
Cœna Domini.

Adest tamen casus, ut contra sacrilegum raptorem 4
in Ecclesia de jure communi detur etiam excommunicatio
latæ sententiæ; locus enim commissi delicti
magis auget hujus malitiam, ut est Textus *in Can. 1. de
pœnit. dist. 5.* ibi: *Qualiter turpitudinem suam peregerit,
si in loco sacro egit*; hinc providè Summus Pontifex
in cap. Conquesti 22. de sent. excommun. indixit
pœnam excommunicationis ipso jure incurrendam
contra raptores in Ecclesia, si tamen concurrat vis,
vel fractura januæ, vel murorum illius, ita ut unum
sine altero non sufficiat, sed debet esse simul rapina,
& fractura, de qua excommunicatione loquitur Gon
zal. *ad capite Conquestus 16. de foro compet. nu. 2. &* 5
ad cit. cap. Conquesti num. 2. de sent. excomm. & benè
distinxit, ut excommunicatio latæ sententiæ sit, si
adsit violentia, vel fractura, Gonzal. *cap. ex litteris
de furtis*, & dixerunt Azor. *Instit. moral. par. 1. lib. 9.
cap. 27. quæst. 10.* Farinac. *quæst. 72.* Novar. *in Bullar.
Comment. 115. num. 16.* ubi refert non dici sacrilegos
ad incurrendas pœnas dicti textus, effractores Ecclesiarum
sine rapina, & ita fuisse judicatum in Curia
Archiepiscopali Neapolitana. Imò dictus Novar. adducit
Bullam Sixti V. sub die 28. Octobris 1570. quam
tamen in Bullario non video, imò anno 1570. non
erat adhuc Pontifex Sixtus V. Et de intelligentia dicti
Textus *in cap. Conquesti*, quæ scilicet dicatur Ecclesia
ad effectum hujusmodi pœnæ incurrendæ, nec non
quod sufficiat quælibet fractura & rapina, ita ut non
requiratur enormis effractio, nec rapina omnium bonorum,
vel eorum majoris partis, prout etiam quod 6
idem intelligatur de Sacristia, si sit conjuncta Ecclesiæ,
& tandem quod sit reservata Papæ absolutio, si fue- 7
rit denuntiata excommunicatio, nam secus poterit
Episcopus absolvere, latè cit. Novar. ut suprà, & Barb.

de

de potest. Episc. allegat. 50. *num.* 90. qui Episcopus
& absolutionem impartiri potest impuberibus delin-
quentibus, *cap. pueris*, *de sentent. excommunicat.*
8 In multis autem in proposito conveniunt disposi-
tio hujus Bullæ, Concilium Tridentinum, & Bulla
Cœnæ Domini, & in multis disconveniunt; Con-
stitutio enim est restricta ad bona Episcopi defuncti
ad Ecclesiam pertinentia. Et utraque dispositio, Con-
cilii nempè, & Bullæ in Cœna Domini, percutit
usurpantes, & diripientes bona Ecclesiastica cujus-
9 cumque Ecclesiæ seu loci pii, imò etiam Ecclesiæ
vacantis, cùm potiùs huic consuli debeat, ob defi-
cientiam Pastoris, quidquid dicant aliqui contrarium
sentientes quo ad bona Ecclesiarum vacantium, ut
ex probabiliori apud del Bene *de imm. to.* 1. *c.* 3. *dub.*
4. *sect.* 2. *num.* 6. & 7. qui præcisè docet incurrere in
Canonem Bullæ Cœnæ usurpantes hujusmodi bona,
quia etsi non extet persona posseditrix, cui res ra-
tione Ecclesiæ competant, tamen remanet corpus
fictum cui debentur; quod etiam est dicendum de
bonis Papatus vacantis. Conveniunt itidem omnes,
quod hujusmodi sacrilegi puniantur pœna excommu-
nicationis latæ sententiæ, quæ in Constitutione hac
non reservatur Papæ, in Concilio tamen, & Bulla
10 in Cœna Domini, Summo Pontifici reservatur, quam-
vis ab illa Conciliari possit Episcopus absolvere, si
fuerit occulta (secùs ab ista in Bulla Cœnæ) facta
tamen restitutione præcisè injuncta ab ipso Concilio
ante absolutionem, ut advertit Bonac. *de Censur. in
Bulla Cœna tom.* 3. *disp.* 1. *qu.* 18. *punct.* 4. *num.* 9. *vers.
ex dictis*. Tam Constitutio hæc Leonina, quàm Con-
ciliaris, & Bulla in Cœna Domini latæ sunt contra
personas cujuscumque gradus, & conditionis exi-
11 stant, & Leo noster usus fuit verbo *Quisquis*, quæ
est dictio universalis; at revera plus prohibet Conci-
lium, quàm Bulla in Cœna Domini; ista enim est
restricta ad puram usurpationem bonorum, qui actus
est, si quis bona Ecclesiæ sibi approprict, authorita-
te quadam speciali, jus sibi dicens; Concilium verò
nedùm comprehendit idem quod Bulla disponit, sed
etiam protrahitur ad eos, qui verè bona Ecclesiæ sub-
ripiunt, uti aliena, & sibi appropriant, etiam in casu,
quo bona non fuerint applicata occupanti, prout in
12 Curia Archiepiscopali Neapolitana decisum testatur
Riccius *decis. Cur. Archiep. Neap. decis.* 331. *p.* 3. prout
etiam est in hac Bulla ex verbis ipsius ibi, *prædo-
num more diripiant*; prædo enim est, qui sine causa,
& ratione bona aliena possidet, *l. sed etsi §. quoad
autem ff. de petit. hered.* & propriè invasor dicitur
Gloss. *v. furtum cap. dudum* 53. *de elect.* & differentiam
prædonis, seu latronis à fure, quod ille auferat bona
cum vi, & armis, assignat Farinac. *q.* 516 Gonzal. *ad
cap. fures* 2. *num.* 2. *in fine de furtis*; inter quos actus,
maxima est differentia, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 4.
Molina *de Just. tom.* 3. *tract.* 2. *disput.* 683. *num.* 7. &
alii ibi citati. Ita quoque differunt, quia Concilium
indistinctè percutit omnes res non solùm Ecclesiæ,
& locorum piorum, sed etiam quæ in Ministrorum,
& pauperum necessitates converti debent; Constitu-
tio hæc, bona Episcopi defuncti, Bulla Cœnæ verò
tantùm versatur circa bona, & fructus debitos ratio-
ne Ecclesiæ, Monasterii, vel Beneficii. Rursùs Con-
13 cilium condemnat etiam mandantes, secus Bulla,
prout dictas differentias inter Bullam, & Concilium
admittunt cit Bonac. & del Bene *tom.* 1. *cap.* 3. *dub.* 4.
sect. 2. ubi latè materia explicatur, Azor. *Inst. Moral.
tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *qu.* 16. Franc. Leo *thesaur. Ec-
cles. for. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 53. ubi testatur ita fuisse
decisum à Sac. Congr. Fures verò subripientes res Ec-
clesiæ, vel locorum piorum, non incurrere excommu-
14 nicationem Conciliarem, neque Bullæ Cœnæ, com-
muniter tenent Doctores apud Pignatell. *t.* 7. *consult.*
51. *nu.* 9. & Gonzal. *cap. ex litteris* 5. *de furtis*, Fagn.
cap. ad hæc num. fin. de relig. domib. ubi tradit esse illos
puniendos secundùm juris dispositionem, & sic posse
solùm. excommunicari, prout injungunt citati Cano-
nes ante Concilium, ut suprà dixi. Fur enim non

advertit, an bona sint Ecclesiæ principaliter, sed
tantùm agit, ut sibi consulat, nec cum armis, aut 15
vi agit; Concilium percutit præsumentes sibi appro-
priare bona, actu quodam doloso, & dominicali; Bul-
la verò eos, qui sibi bona Ecclesiæ auctoritativè usur-
pant uti propria: hinc declaravit S. C. C. in Sorana
Anno 1596. 27. Februarii, fures surripientes res Eccle-
siæ, vel locorum piorum, non incurrere excommuni-
cationem Bullæ Cœnæ, nec Concilii, nequidem qui
debita non solvit, licèt possit, ut in Cajetana 15. No-
vembris 1659. apud cit. Pignat. *num.* 9.

Hinc quæri potest, an excommunicatio contenta 16
in Constitutione hac, in Tridentino, & in Bulla
Cœnæ Domini, afficiat etiam Ecclesiasticos?

Et videtur Tridentinum, & Bulla Leonis afficere
etiam Ecclesiasticos, ex universalitate verborum; in Tri-
dentino enim sic habetur: *Si quem Clericorum*, & in
fine: *Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & usurpatio-
nis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem
pœnis subjaceat, nec non quibuscumque beneficiis priva-* 17
*tus sit, & ad quæcumque inhabilis efficiatur, & à suo-
rum ordinum executione, etiam post integram satisfa-
ctionem, & absolutionem, sui Ordinarii arbitrio sus-
pendatur*; & in Constitutione hac habetur ibi: *Quis-
quis hujus nostri Decreti improbus temerator extiterit.*
Et eadem universalitas verborum elicitur *ex can. Bullæ
Cœnæ* ibi: *Quive*, scilicet *quicumque*, & sic cum le-
gislator non distinxerit Clericos à laicis, nec nos di-
stinguere debemus, stante clara littera textus, ut do-
cent Bonac. *cit. disp.* 1. *q.* 18. *punct.* 3. *n.* 2. Reginald. *l.* 9.
cap. 25. *n.* 372. Pignat. *tom.* 7. *cons.* 11. *num.* 9.

Contrarium tamen docent del Bene *de Immunit.
cit. cap.* 3. *dub.* 5. *sect.* 2. *n.* 12. Sousa *in Bulla Cœnæ cap.*
15. *disp.* 77. & alii ab ipso citati; moventur enim ex
eo; quod etiam dictio universalis, concurrente dispa-
ritate rationis, non includit illos, in quibus diversa 18
militat ratio; unde cùm dispositio Bullæ Cœnæ tan-
tùm sit directa ad coercendam jurisdictionem Laico-
rum contra Ecclesias, id non adaptatur nisi Laico
usurpanti, non verò Ecclesiastico, nisi tamen ab isto
id fiat, ut in potestatem laicam bona devolvantur, quia
tunc, accedente eadem ratione prohibitionis, intrat
dispositio legis, secùs verò dicendum, si usurpet pro
alia Ecclesia.

Ego tamen sentio in dispositione hujus Constitutio- 19
nis, & Concilii Tridentini, nulli dubium esse Cleri-
cos includi, ex verbis claris inibi expressis, & in hoc
omnes conveniunt. Quò verò ad Bullam in Cœnæ Do-
mini, certum est illam loqui cum universalitate verbo-
rum comprehendentium tam Clericos quàm laicos, &
sic omnes indefinitè afficere; unde si quis Clericus au-
ctoritativè bona usurpet Ecclesiæ uti propria, commit-
tit quidem actum contra dispositionem Bullæ; quam-
vis enim non lædatur Immunitas Ecclesiastica, quia id
non agit authoritate Laicali, tamen lædit jus Ecclesiæ,
appropriando sibi auctoritate propria, quod est Eccle-
siæ; finis enim Bullæ non fuit, ut Ecclesiæ non spolien-
tur hoc, vel illo modo, sed verè, ne bona earum usurpen-
tur, non solùm jurisdictionali, sed nec etiam propria pri-
vata auctoritate publicæ æquiparata, & ita in terminis
dixit Bon. *in Bulla prædicta disp.* 1. *q.* 18. *punct.* 3. *n.* 1. & 2.

Si tamen Clericus, imò etiam laicus usurpet bona 20
Ecclesiæ ad favorem alterius Ecclesiæ, tunc posset
dici, ipsum non incurrere hanc Bullæ censuram,
quia cessat finis legis, nam si spoliatur una Eccle-
sia, altera cooperitur; cùm non Ecclesiarum parti-
cularium utilitas ibi consideranda veniat, sed Eccle-
siæ universalis, ne occupentur authoritativè bona il-
lius; debent enim laici, servatis servandis, agere
contra Ecclesiam, si aliquod jus habent in bonis
ejus, nec jus sibi dicere propria authoritate. Ete-
nim si usurpatio fiat ab Ecclesia, facile est judicium
promovere contra occupatricem coram Judice Ec-
clesiastico; secus verò, prosequi laicum juris reme-
diis, satis durum, & longum esset; ideò Ecclesia
mucrone excommunicationis tales usurpatores tan-
quam vim vi repellendo voluit punire, & in hoc

sensu videtur vera etiam secunda opinio, nec est dif-
ferentia inter laicum, & Ecclesiasticum, sed quidem
attendi debet usurpatio pro quo fiat; si enim evenit
pro alia Ecclesia, vel Clerico, ratione beneficii,
cessat finis prohibitionis, secùs verò si pro laico,
vel pro ipso Clerico uti particulari, ut videtur de-
clarare idem del Bene *n. finali*, & in hoc sensu ex-
pressè limitat *num.* 1. quamvis citatus Bonacina in-
definitè dicat quamcumque usurpationem factam à
Clerico esse materiam hujus Bullæ.

21 Neque ad incurrendam hujusmodi censuram, est
necesse, ut usurpans utatur authoritate publica, sed
sufficit actus usurpationis ad favorem ipsius usurpan-
tis, mediante auctoritate etiam privata, si contra ipsam
non detur locus repellendi, ut intret Censura, quam-
22 vis alioquin ad læsionem Immunitatis requiratur au-
thoritas publica; hinc à Sacra Congregatione Immu-
nitatis pluries vidi fuisse remissam causam censurarum
prolatarum ab Episcopo contra hujusmodi usurpato-
23 res ad Judices suos, non quidem quia dubitabatur
de incursu censurarum, sed quia dicta Congregatio
non se immiscet, nisi in casu, quo lædatur Immu-
nitas, cujus læsio remanet exclusa ex facto priva-
to; quo etiam casu A. C. est Judex competens in
24 hujusmodi causis Bullæ Cœnæ, & aliis similibus, ut
docet Fagn. *cap. per tuas num.* 31. *de sent. excomm.* Si
verò accederet authoritas publica, tunc nedum con-
sideraretur usurpatio bonorum, sed etiam jurisdictio-
nis, quo casu dicta Sac. Congreg. solùm cognoscit
in gradu appellationis, nec A. C. se intromittit, ut
ait cit. Fagnan. *dicto num.* & aliàs dicam. Ita in casu
cujusdam furti commissi in Ecclesia à quodam Ba-
rone cujusdam Serici ibi repositi à tertio, dubita-
batur in dicta Sac. Congregatione, an esset causa ad
se spectans, & quia visa non fuit læsio Immunita-
tis, fuit resolutum ex deductis, causam non specta-
re ad Sac. Congregationem, ut in Anglonen. 22. A-
prilis 1698. Ponente D. Vallemano Secretario, Præla-
to pro tam diuturno labore, de illa Sacra Congre-
gatione optimè merito.

25 Nec prædictis obstant, quæ dicuntur per Card. de
Luca *miscellan. Eccles. disc.* 14. *num.* 10. & Navar. *in
manual. cap.* 27. & alios apud eos, quod excommu-
nicatio in hoc Canone Bullæ Cœnæ sit tantùm con-
tra eos, qui authoritate publica, & jurisdictionis actu
usurpant bona Ecclesiastica: nam contrarium resul-
tat ex verbis ipsius Constitutionis comprehendentis
quoscumque, ut dixi, qui usurpent bona prædicta.
Etenim si voluisset tantùm includere usurpationem
factam authoritate jurisdictionali, & publica, non
fuisset necessaria expressio usurpationis bonorum,
quia eo ipso quod quis authoritatem publicam exer-
cet contra bona Ecclesiastica, incurrit censuram ex
usurpatione jurisdictionis Ecclesiasticæ in alio Canone
Bullæ contentam. Sicque Bulla voluit consulere utri-
que casui. Fateor tamen esse verum, quod ait cit.
Card. quod scilicet non incurrant fures, milites, &
26 hujusmodi, qui rapiunt, & furantur bona uti aliena;
at non exinde excluditur casus privatæ usurpationis,
ubi nimirum quis privata auctoritate, sed coactiva
27 sibi appropriat bona Ecclesiastica tanquam sibi jus
dicens, quoniam isto casu verè incurrit excommu-
nicationem hujus Canonis præcisè latam contra
usurpantes, hoc est eos, qui veluti potestate qua-
dam usurpata, proprio jure utentes, occupant illa
bona uti ad se pertinentia; si enim id fit per autho-
28 ritatem publicam, duplici modo incurret in Excom-
municationem, & uti usurpator jurisdictionis Eccle-
siasticæ, & uti usurpator bonorum, ut optimè expli-
cant Canonem prædictum Bonac. & del Bene *præser-
tim dict. dub.* 4. *sect.* 2. *num.* 1. Felician. *tract.* 16. *num.*
212. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *Can.* 17. *qu.* 2. *num.*
1. Thesaur. *de pœnis Eccles. par.* 2. *cap.* 1. *de usurp.
bonor. vel provent. Eccles. versic. procedit autem se-
cundum veriorem fol.* 635. & benè Alter. *de Censur.
tom.* 1. *disp.* 18. *cap.* 1. *litt. E.* §. *ad hunc modum in fine*,
& Pignatell. *cit. tom.* 7. *cons.* 11. *num.* 9. & Sacra Con-
gregatio apud del Bene *vers. usurpantes* dixit: *Usurpan-
tes bona, vel proventus Ecclesiarum, vel piorum lo-
corum, vel occupantes, vel impedientes, quo minus
recipiantur ab iis, ad quos pertinent, & Ecclesiastici
consentientes, incidunt in Canonem Bullæ Cœnæ, &* 29
pœnas Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 11.

Ulteriùs quæstio agitur inter D. D. an ad incur- 30
rendas hujusmodi censuras de quibus suprà, requira-
tur dolus, & certa scientia, quod bona omninò spe-
ctent ad Ecclesiam, vel excusetur, si quis probabili-
ter possit præsumere ad se spectare? Sunt enim ali-
qui tenentes requiri certam scientiam rei, quod sit
Ecclesiæ, & sic non comprehendi occupantem, qui
bona Ecclesiæ, sua prætendit aliquo jure, quia tunc
nec direptio, nec usurpatio cadit in rem uti Eccle-
siasticam, & sic cessat censura tam Concilii, quàm
Bullarum, ad quam incurrendam requiritur dolus ex
proposito; ita docuerunt Alter. *tom.* 1. *disput.* 18. *de
excommunicatione Bullæ Cœnæ cap.* 1. *col.* 4. Navar. *in
manual. cap.* 27. *num.* 9. *&* 76. Sperell. *decis.* 105. *num.*
19. *& seq. & decis.* 129. *num.* 8. *& seqq.* latè Pignat. *tom.*
7. *consult.* 11. *per tot. to.* 9. *consult.* 11. *n.* 1. Ex ea ratio-
ne, quia præsertim Concilium loquitur cum verbo
præsumere, quod importat ingentem temeritatem, quæ
abest ab eo, qui non est in dolo, & nescit bona es-
se Ecclesiæ, vel habet titulum ea occupandi. Ita &
nostra Constitutio Leonis ibi: *ausus fuerit*, ut in ter-
minis Bullæ, ob verbum *præsumat*, Raynald. *observ.
Crimin. in supplet. ad cap.* 7. *supplet.* 9. *num.* 5.

Hoc tamen non est ita universaliter admittendum, 31
quia ad fundandam exclusionem incursus censura-
rum, ex capite ignorantiæ, illa debet esse invinci-
bilis, & non sufficit supina, crassa, & affectata,
quam lex habet potius pro scientia, tunc enim quis
dicitur scire, si potuit facilè id agere, ut optimè ad
rem respondet cit. Sperell. *num.* 36. *& seqq.* & genera-
liter Card. de Luca *de benef. disc.* 76. *n.* 16. ubi docet
requiri probabilem ignorantiam tam facti quàm juris
dubii, ut excludatur censura; nec enim potest quis
sibi jus dicere, sed coram Judice potest convenire
Ecclesiam, ideoque in hac materia debent attendi cir-
cumstantiæ, ut possit judicari, an verè adfuerit bo-
na fides; si enim Ecclesia est in possessione legitima 32
non vi, neque clam, tunc nequit laicus de facto
occupare bona, sub prætextu sui juris: secus si Ec-
clesia facto privato ingreditur possessionem, quia
tunc licitum est laico suam possessionem conservare
secundùm dictamen juris naturalis, Card. de Luca
disc. 47. *num.* 23. *&* 48. *num.* 6. *& seqq. de Jurisdict.* ubi
de usurpantibus bona Ecclesiæ in consimili casu, ut
intret dispositio *cap. dilecto de sent. excomm.* quo idem
Episcopus pro causis suæ mensæ potest extrajudiciali-
ter declarare ipsos excommunicatos, & latè Fagnan.
in cap. procurationes num. 28. *& seqq.* & Innoc. & alii,
in cap. Venerabili de Censibus.

Hìc notandum, Doctores dictam usurpationem 33
sacrilegium appellasse, prout quoque illam denomi-
naverunt Sacri Canones, & ipse Pontifex Leo in
hac Constitutione §. 2. ibi: *Sacrilegum facinus*; qua
de re adverto sacrilegium multipliciter posse sumi,
puta, si auferatur res sacra de loco sacro, vel sacra
de non sacro, vel non sacra de sacro, *Can. Quisquis,
& Can. sacrilegium* 17. *qu.* 4. & apud jus Civile *l.* 4.
§. 1. *l. sacrilegii* 9. §. 1. *l.* 11. §. 1. *ff. ad l. Jul. pecul.* An-
tonius Matthæus *tom.* 2. *de Crim. ad l. Jul. pecul. cap.* 3.
Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. Cardin. Tusch.
litt. S. conclus. 6. Clarus *in* §. *sacrilegium*, Farinacc.
quæst. 172. At in hoc est distinctio inter jus Civile,
quod requirit ad verum sacrilegium, ut sit rei sacræ
à sacro ablatio, *l. divi, & l. sacrilegii ff. ad l. Jul. pe-
cul.* Raynald. *observ. crim. t.* 2. *cap.* 14. *nu.* 28. *vers. quod
est verum*, & jus Canonicum, juxta superiùs disposi-
ta, ut docent ulteriùs Menoch. *de arbitr. casu* 389. *n.* 9.
& seqq. Bandel. *theol. Moral. to.* 2. *lib.* 4. *disp.* 118. *&
ult.* Calà *in pragm.* 11. *de empt. & vend. sive de furtis
p.* 2. *n.* 85. Vela *in cap.* 1. *de off. ordin. nu.* 54. *& cap.* 3.
Gonzal. *in cap. cum sit* 8. *n.* 4. *de for. compet.* qui expli-
cant

34 cant quisnam locus dicatur sacer, ad hoc ut in
eo committi dicatur sacrilegium, prout latè Novar.
cit. Comm. 115. ubi requirit, quod, ut locus sit sa-
cer, ille sit publicus, ut sunt Ecclesiæ, Monasteria,
hospitalitia, imò etiam sacristia, si sit unita Eccle-
siæ, nec non Cæmeteria.
Sed quid de Ecclesia non adhuc consecrata, &
Confraternitatum Oratoriis?
35 Quo ad primum dico, quod si ibi fuerit jam ce-
lebratum sacrificium, ut fieri solet in simplici Eccle-
sia benedicta, certè quod venit nomine loci sacri,
Ancharan. in c. 1. in principio 10. qu. 1. Decian. cit. cap.
36 30. n. 42. Quo verò ad secundum, si Oratorium sit
privatum, non venire, secùs si sit publicum, tradit
Menoch. de arb. lib. 2. Cent. 4. cas. 389. num. 9. & cit.
Novar. num. 3. Sed addit, puniri majori pœna, si quis
furatus fuerit in Oratorio, quamvis privato.
37 In hoc sacrilegii crimine, quo ad ablationem rei
sacræ à loco sacro, adducitur a Novario cit. Comm.
115. lib. 1. Bulla Sixti V. anno 1570. quæ in Bullario
non adest, imò præfato anno Sixtus non erat Pa-
pa, ut suprà notavi, & ibi declarat procedere pœ-
nam veri sacrilegii, si quis verè rem sacram ab Ecclesia
auferat, & sacras res inde eximat non solùm conse-
cratas, sed & ad usum sacrum dedicatas, puta Cru-
ces, Thuribula, Vestes, & similia. Verùm quoad
non consecratas, mitiùs punitur; sed aliquando usque
ad mortem, si illæ sint magni valoris, vel fur aliàs
38 ista commiserit, Raynald. observ. crim. cap. 14. n. 35.
to. 2. & quando adsit vis, seu effractio, dicetur ut
infrà, & dictus Raynald. in observ. Criminal. tom. 1.
c. 1. p. 10. ponit bannimentum contra eos, qui delin-
quunt in Ecclesia, ut afficiantur pœna mortis, vel
triremium; cujus bannimenti explicationem exhibet,
ubi plura de materia doctè, & eruditè disserit.
39 Disconveniunt tamen D. D. an res non sacra de
loco sacro ablata inducat sacrilegium? Et negativè
dicunt Azor. p. 1. instit. Moral. lib. 9. cap. 27. quæst. 6.
Less. de Just. lib. 2. cap. 45. n. 14. Diana par. 1. tract. 7.
resol. 7. Novar. cit. num. 17. Affirmant alii apud Sua-
rez tract. 2. de relig. lib. 3. cap. 5. num. 7. Sanfelic. decis.
35. num. 2. & decis. 243. Cortial. decis. 112. num. 67.
40 & seq. Alii verò distinguunt; Aut res non sacra est
in loco sacro ad custodiam, & cautelam reposita,
ac sub tutela Ecclesiæ, vel non, sed casu ibi reperta.
Primo modo, dicitur sacrilegium, nam fit injuria
loco sacro, in cujus tutela ibi res erat, & secundùm
hunc intellectum, Joannes VIII. in Can. quisquis 17.
qu. 4. numerat inter sacrilegia, ablationem rei non
sacræ à loco sacro, nam speciem mutat irreverentia,
cui superadditur malitia; secùs in secundo casu,
ut docet Lessius de Just. lib. 2. cap. 45. num. 14. Py-
ringh. lib. 5. tit. 18. de furtis §. 5. in principio, Gonz.
cit. cap. cum sit de for. compet. nu. 4. & Cicer. lib. 1. de
legibus refert legem XII. tabularum ibi: Sacrilego
pœna est, neque ei soli qui è sacro abstulerit, sed etiam
qui sacro commendatum. Et hoc modo dicitur sa-
crilegium committere diripiens bona Ecclesiæ, ut in
hac Constitutione, & in citatis juribus; quatenus sunt
bona Ecclesiæ consecrata, & sic in ejus tutela;
semper tamen debet puniri graviùs furtum rei non
sacræ, si fiat in loco sacro, quoquo modo eveniat,
quia licèt non adsit malitia inductiva novæ speciei
peccati, semper tamen concurrit irreverentia puni-
bilis, ut docet Sanz. de re criminal. cap. 36. num. 50.
& cit. Novar. Comm. 115. & sic, ut intret pœna veri
sacrilegii, requiritur ablatio rei sacræ destinatæ ad
usum sacrum, ut plenè citat. Raynald. cap. 14. num.
26. & sequ.
41 Sed verè dicendum, committi verum sacrilegium
etiam in dicto casu, nam quidquid sit de jure Ci-
vili, quo furtum sacrilegum, tantum dicit ablationem
rei sacræ à sacro, l. divi ff. ad leg. Jul. pecul. de jure
Canonico est tamen verum sacrilegium, & dicitur
causa mixti fori, Can. Quisquis cit. ubi expressè post
enunciatum casum effractionis, & vis Ecclesiæ il-
latæ, distinguit casus ibi: Similiter sacrilegium com-
mittitur, auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum
de sacro, sive sacrum de non sacro, ubi Gloss. ver.
non sacrum dicit, quod lex civilis aliter disponit, sed
illud non tenet, ut distinguunt inter utrumque jus,
Bal. in l. Si nondum num. 4. Cod. de furtis, Decian.
lib. 6. cap. 30. num. 16. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4.
Casu 389. num. 14. Boer. decis. 254. num. 2. Sperell. de-
cis. 3. num. 26. Navar. in Manual. cap. 6. num. 4. Card.
Tusch. tom. 7. litt. C. conclus. 6. Suarez de relig. tom. 1.
tit. de sacril. lib. 3. cap. 1. & in terminis raptorum bo-
norum Ecclesiæ adsunt multi Canones, & Constitu-
tiones, sacrilegos eos appellantes.
Ratio est convincens, nam locus, & persona,
quibus injuria irrogatur, augent culpam, ut ex eadem
lege Civili habetur, l. aut facta §. locus ff. de pœnis;
ergo ratione loci, & personæ fit sacrilegium; cer-
tum est enim, quod si reipsa ablatio fiat in loco sa-
cro, & in eo delictum consummetur, tunc dicetur
actus irreverentialis erga Ecclesiam, & læsio qualita-
tis sacræ, imò etiam jure Civili id procedere tuetur
Greg. Syntagm. jur. lib. 33. c. 14. nu. 8. contra commu-
nem, ac proindè cùm agatur de materia peccati, juri
Canonico est deferendum, cap. ult. de Præscriptionibus;
unde Navar. cit. ad propositum adducit exemplum eo-
rum, qui crumenas in Ecclesia abscindunt, & ra-
piunt. Verùm quamvis ad constituendam rationem 42
peccati sit hoc tenendum, non autem ad inflictio-
nem pœnæ est protrahendum, ut innuit cit. Novar.
Commentar. 115. num. 17. qui notat sacrilegium strictè
non dici, quod videtur etiam innuere Sperell. cit
num. 26. de quibus pœnis agit Raynald. cit. cap. 14
num. 26. & sequ. sed dicitur verum sacrilegium ratio-
ne personæ, cui infertur injuria, quæ major est enim
injuria, quàm bona auferri? ut optimè dixit Leo no-
ster in hac Constitutione §. 2. & 3. & cap. cum sit de
foro competenti; ubi D. D. quidquid sit quoad pœnas
juris Civilis.
Ultra excommunicationem, aliæ pœnæ sunt hu-
jusmodi raptoribus impositæ à jure Canonico, nem-
pe triginta librarum argenti Episcopo, vel Abbati, 43
vel aliis personis applicandarum, ad quas spectant
res raptæ, Can. quisquis 17. qu. 4. & in Can. attenden-
dum 13. ibidem, nec non triplex irrogatur pœna, nem-
pe perpetuæ infamiæ post sententiam condemnato-
riam, carceris, & perpetui exilii, Farinac. cit. loco
n. 22. & restitutionis quadrupli, Can. decenter dist. 89.
& Can. in legibus 12. q. 2. in quo quadruplo est rei va-
lor, sed in triplo potiùs dici debet; sed intelligitur, si
Ecclesia petierit in judicio, secus si extra judicium,
ut in Can. Fraternitas 12. q. 2. ubi Papa scripsit Augu-
stino Anglorum Episcopo, quod Ecclesia non debet à 44
fure petere rem cum augmento duplici, vel triplici,
ubi Turrecrem. per tot. & præcipuè n. 2. & n. 9. dicit
non debere Ecclesiam petere augmentum ea ratio-
ne, quia uti cultrix justitiæ, non debet locupletari
cum aliena jactura, & sic Canon. in legibus in desue-
tudinem abiit, ita aliæ pœnæ in Can. indignè, & alibi
citatæ 12. q. 2. ut docet Turrecrem. cit. loco; alias pœ-
nas refert Antonius Augustinus in Epitom. lib. 29. tit.
final. & in Extravag. Infidelis de furtis inter com-
munes, contra illos qui furati fuerant Thesaurum
Ecclesiæ, excommunicationem decretam fuisse pul-
satis Campanis diebus Dominicis, & festivis con-
stat.
Jure quoque Cæsareo, lege speciali fuit cautum, 45
ut plectantur qui pecuniam sacram subriperent, quod
etiam in pecunia publica fuit statutum, & deinde
ad pecuniæ Civitatis raptores, per Constitutiones
Trajani & Hadriani protractum, l. 4. ff. ad l. Jul. pe-
cul. Gonzal. cit. cap. Cum sit de foro compet. num. 4.
ubi docet, olim pœnam sacrilegii fuisse aquæ &
ignis interdictionem, & posteà extra ordinem ple-
rumque capitali pœna sacrilegum raptorem punitum
l. Si quis 10. Cod. de Episcopis, D. Thom. 2. 2. quæst.
99. artic. 4. in princip. licèt Ecclesia illum non pu-
niat dicta pœna, Farinac. quæst. 112. per tot. Bonifac.
de furtis §. 5. num. 18. Sanz. cit. cap. 36. numer. 50.

ubi docet, quod pœna sit arbitraria citra mortem, sed quidem gravior cæteris furtis, & tunc esse locum pœnæ mortis, si furtum fuerit rei sacræ è loco sacro, sic enim *num.* 54. subdit pœna mortis affici eos, qui furantur cum effractione Ecclesiæ, juxta Decian. *tract. Criminal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. Franch. *dec.* 402. Ricc. *collect.* 795. 1865. & 2830. Sanfelic. *decis.* 35. Dilgard. *pract. Instit. p.* 3. *tit. de pœnis omnium delicto-*
46 *rum num.* 110. ex quibus DD. elicitur semper hujusmodi sacrilegos puniri pœna mortis, si verè sacrilegium consistat in rapina rei sacræ à loco sacro, vel si adsit effractura, secus pœnæ arbitrariæ locus erit, Clar. *in* §. *sacrilegium num.* 3. ubi pœna mortis damnatum refert qui furatus fuit Crucem ex Ecclesia, Novar. *cit. Comm.* 115. *num.* 11. & plenè distinguendo decisiones, Raynald. *cit. cap.* 14. *num.* 27. & *seq.* & præcisè *n.* 50. *ver. aliud*, ubi quod si effractio, seu vis loco sacro fiat, debet ita puniri, Thor. *in compend. decis. ver. sacrilegium p.* 3. de Luca ad Franch. *decis.* 33. *num.* 2. Sanfelic. *decis.* 34. *num.* 6. & 16. Et alibi latior erit sermo.

SECTIO II.

An Episcopus possit esse Judex, & fulminare Censuras contra usurpatores, & raptores bonorum propriæ Ecclesiæ, & quo modo.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus potest extrajudicialiter excommunicare usurpantes bona sua Ecclesia, & quare?*
2 *Id etiam potest Prælatus quilibet inferior facultatem habens excommunicandi.*
3 *Citatio, aut ordo judiciarius non requiritur in hujusmodi extrajudicialibus Censuris ferendis.*
4 *Prædicta intelliguntur, dummodò Episcopus aliquo modo formam judicii non assumat.*
5 *Episcopus quando dicatur procedere judicialiter.*
6 *Episcopus si judicialiter procedere incæperit, non potest amplius deinde uti privatus vim vi repellendo procedere.*
7 *Citatione, seu monitione præmissa contra reum, censetur Episcopus judicialiter processisse, secundum aliquos, quod intellige, uti num. seq.*
8 *Contrarium verius, quando citatio, vel monitio præmissa fuit ex urbanitate, ad relaxandum bona, non ad deducendas exceptiones.*
9 *Processum ad suam simplicem instructionem Episcopus si conficiat, non censetur procedere judicialiter; secus verò si in illo conficienda telam judiciariam observet.*
10 *Hoc casu non censetur assumpta qualitas judicialis, etiamsi instantia Promotoris fiscalis, & monitio, ut reus resipiscat, præcesserit, & num. seq. ubi affertur declaratio* Sac. Congregat. Immunitatis, *quod Promotoris fiscalis instantia non importat ex se actum judicialem.*
11 *Judicium ut censeatur inductum, quæ considerari debeant?*
12 *Censura per viam tuitionis, & extrajudicialiter, debet ferri incontinenti.*
13 *Distinguitur hoc procedere, quando injuria est adversus personam, secus verò si adversus rem.*
14 *Prælatus procedere potest extrajudicialiter ad censuras, diu etiam post occupationem factam, si occupatio duret, & ipse ex lapsu temporis non censeatur consensisse.*
15 *Id etiam potest contra offendentes personam, quando offensio tractum habet successivum.*
16 *Prælati ad defensionem propriæ personæ possunt propriis armis spiritualibus uti.*
17 *Episcopus potest extrajudicialiter excommunicare occupantes bona nedum Ecclesiæ, sed etiam Mensæ Episcopalis, & n.n. seqq.*
18 *Id procedit etiamsi fuerit recusatus tanquam suspectus.*
19 *Causa Mensæ Episcopalis dicitur causa propria ipsius Episcopi.*
20 *Regula, quod Judex in causa propria nemo esse potest, fallit, quando quis per modum necessariæ tuitionis procedit.*
21 *Usurpantes bona Mensæ, utpotè Ecclesiastica, sunt ipso jure excommunicati.*
22 *Episcopus procedens contra hujusmodi usurpantes, procedit ut executor juris, non ut Judex.*
23 *Discrimen inter viam judicialem, & extrajudicialem, circa ferendas hujusmodi censuras.*
24 *Citatio non requiritur etiam judicialis, quando factum est notorium.*
25 *Episcopus vel Prælatus procedere potest extrajudicialiter etiam contra usurpantes bona ipsius propria, & patrimonialia.*
26 *Vim vi repellere potest quilibet privatus armis temporalibus.*
27 *Armis spiritualibus uti possunt Ecclesiastici ad propulsandam propriam injuriam, quæ aliomodo repelli non potest.*
Arma spiritualia sunt ab Ecclesia maxima cum cautela tractanda, & quando non sit aditus recursui ad superiorem, sed quomodo id procedat? ibid.
28 *Excommunicandi facultatem habet Episcopus, etiamsi procedat ut privatus, & extrajudicialiter.*
29 *Excommunicatio est pœna gravissima, & remedium extraordinarium.*
30 *Arma quæ quis habet, adhibere licitè potest.*
31 *Excommunicationem esse remedium subsidiarium vigore Concilii Tridentini, quomodo intelligatur?*
32 *Non subditus an excommunicari possit extrajudicialiter ab Episcopo, cujus Ecclesiæ, vel Mensæ bona usurpavit? & proponitur opinio negativa.*
33 *Censura ad formam* cap. dilecto, *fulminari an possim extra propriam Diœcesim, & quomodo id intelligatur? & n.n. seqq.*
34 *Jurisdictio Episcopi extra propriam Diœcesim extendi non potest.*
Proponitur secunda opinio affirmativa.
35 *Jurisdictionem non censetur exercere Episopus, dum extrajudicialiter per modum tuitionis alterum excommunicat.*
36 *Affertur ratio dispositionis* cap. dilecto.
37 *Forensis non subditus potest excommunicari ab eo Episcopo, in cujus Diœcesi deliquit, etiamsi delictum dumtaxat mandaverit.*
38 *Episcopus ibidem delinquens, etiam excommunicari potest.*
39 *Turbans rem, vel personam, subjicitur illi Judici, in cujus jure est res illa vel persona.*
40 *Exemptus quilibet fit subditus suo nativo Judici, si contra illum deliquerit, dummodo non adsit incapacitas.*
41 *Subditus usurpans bona proprii Episcopi extra proprium territorium existentia, excommunicari potest extrajudicialiter.*
42 *Forensis seu non subditus usurpans bona alicujus Episcopi extra propriam Diœcesim existentia, excommunicari non potest ab eodem Episcopo.*
43 *Jurisdictio Episcopi restringitur ad limites propriæ Diœcesis, non autem potestas ordinis.*
44 *Censuræ ab Episcopo contra non subditum latæ, sunt nullæ.*
45 *Extrajudicialis excommunicatio ferri non potest ab Episcopo contra Forensem non subditum, juxta terminos* cap. dilecto, *& n.n. seqq.*
46 *Armis temporalibus non spiritualibus tueri se potest Episcopus contra non subditum forensem.*

47 Episco-

47 Episcopus habet jurisdictionem radicalem, & nativam in exemptum, secus verò in forensem non subditum, & ideò in hoc dispar est eorum ratio.

48 Prælatus respectu non subditi consideratur ut privatus.

49 Forensis non subditus post Concilium Tridentinum, & Bullam Cœnæ, potest ab Episcopo, cujus bona usurpavit, declarari excommunicatus.

50 Forensis non subditus non potest in vim cap. dilecto excommunicari ab Episcopo, etiamsi bona Ecclesiæ occupaverit.

51 Abbas resistens visitationi ab Episcopo faciendæ, excommunicari potest ab eodem.

52 Id procedit, etiamsi Monasterium visitandum, sit in aliena Diœcesi, dummodo tamen Episcopus sit in quasi possessione illud visitandi, aliàs secus.

53 Titulus præsumptus privilegii est in Episcopo, qui reperitur in quasi possessione visitandi.

54 Censuræ ex defectu jurisdictionis sunt nullæ.

55 Exemptus est in territorio, etsi non de territorio Prælati, & ideo potest censuris affici.

56 Censuræ latæ contra Abbatem alterius Diœcesis, sunt nullæ, si Episcopus censurans non est in quasi possessione jurisdictionis, & ipse puniri debet.

57 Exempti habitualis subjectio erga suum Prælatum fit actualis per qualitatem delicti, quo ipse Prælatus offenditur, & ideo is potest excommunicari.

58 Forensis non subditus, etsi non possit excommunicari, potest nihilominus declarari excommunicatus.

59 Declarans aliquem excommunicatum in vim Pontificiæ legis, gerit vices executoris, vel denunciatoris.

60 Episcopus existens in aliena Diœcesi, potest extrajudicialiter excommunicare suum subditum, sine licentia Diœcesani.

61 Episcopus existens in aliena Diœcesi, de licentia Diœcesani potest excommunicare judicialiter suum subditum.

62 Episcopus non potest carcerari facere suum subditum in aliena Diœcesi, cum imploratione brachii sæcularis, sed debet implorare auctoritatem Ecclesiasticam.

63 Forenses non subditi nec etiam de licentia proprii eorum Diœcesani excommunicari possunt ab alieno Episcopo, nisi iste ut illius Delegatus procedat.

64 Censuræ ab alio quàm à proprio Judice prolatæ, sunt nullæ.

65 Episcopus expulsus à propria Diœcesi, potest etiam existens in aliena, excommunicare judicialiter sine licentia Diœcesani suum expulsorem.

66 Qualitas non est disputabilis, dum substantia deficit.

67 Jurisdictio quæ non est, prorogari non potest.

68 Armis privatis potest quis uti ad sui defensionem ubique, secus verò armis spiritualibus.

69 Episcopus procedere potest, ad declarationem censurarum contra non subditos occupantes bona, vel jura Ecclesiæ, non verò propria, & numer. sequent.

70 Declaratio simplex est actus extrajudicialis, & nihil novi inducit.

71 Exemptus declarari potest excommunicatus ab Episcopo Diœcesano, quando factum est adeo notorium, ut non requiratur discussio.

72 Forensis non subditus eodem quoque modo declarari potest excommunicatus ab Episcopo.

73 Episcopus debet denunciare excommunicatum ab alio Episcopo, si ab illo requisitus fuerit, dummodo sententia excommunicationis non fuerit injusta.

74 Denuntiatio non est actus jurisdictionis, quando quis notorie in excommunicationem incurrit; secus verò si incursus non est notorius, quia tunc requiritur processus, & citatio.

75 Denuntiari potest notoriè incursus à quocumque Prælato, qui potest etiam in hoc casu formare processum ad animi sui instructionem.

76 Rota decis. 47. & 122. par. 15. declaratur, & n. n. sequ.

77 Absolutio à Censuris denegari non solet, quoties concurrat earum dubietas.

78 Censura nulla non indiget absolutione.

79 Sacræ Congregationis declarationes in contrarium adductæ interpretantur.

80 Ejusdem Sac. Congregationis declarationes, juxta Auctoris sententiam adducuntur.

81 Censuræ latæ ab Episcopo Caven. contra non subditos, qui sua jura usurpaverant, validè declaratæ fuerunt à Sac. Congr.

82 Censuras ex defectu jurisdictionis non subsistentes, Sacra Congr. vel declarat nullas, vel dat absolutionem ad cautelam, & de stylo etiam Sacra Rota, & num. seq.

83 Absolutionem cum reincidentia dat, quando dubium adhuc in facto est, an possessio rei usurpatæ fuerit penes Episcopum.

84 In praxi, rari sunt casus pro declaratione censurarum ex facto notorio.

85 Declaratoria censurarum justè potest ferri etiam contra Magistratus non subditos, vel absentes.

86 Possessio rei usurpatæ requiritur in Prælato, ut possit censuras extrajudiciales ferre contra usurpantes.

87 Remedium hoc extrajudicialium Censurarum non datur ad recuperandam, sed ad conservandam propriam possessionem.

88 Ecclesia si spolietur, posset se tuendo, Censuris uti, ut conservetur in possessione.

89 Prælatus non potest per viam excommunicationis recuperare rem sibi debitam ex prætextu proprietatis.

90 Possessio dubia Episcopi sufficit ad sustinendas censuras, donec agnoscatur, an reverà possideat, nec ne, & num. 117.

91 Assistentia juris in Episcopo operatur, ut ipse debeat manuteneri, si alius non possideat, & propterea potest uti Censuris contra usurpantem.

92 Validitas Censurarum, quas tulit Episcopus habens assistentiam juris, dependet à judicio Superioris Judicis.

93 Episcopus habens juris assistentiam, non debet puniri, si fortè injustè alium excommunicasset.

94 Episcopus non potest esse Judex in causa propria, sicut nec ullus alius, & propterea processus est ipso jure nullus, etiam recusatoria non opposita.

95 Episcopus quoad sua propria & privata bona potest tantùm extrajudicialiter, non autem judicialiter Censuris procedere contra usurpantes.

96 Episcopus in causis privatorum bonorum conveniendus est, vel coram Metropolitano, vel Nuntio Apostolico, vel Episcopo viciniori ex delegatione Pontificis.

97 Episcopus actor sequi debet forum rei, & si agat contra suos subditos Ecclesiasticos, debet adire Signaturam, quæ deputat viciniorem non suspectum.

98 Judex in causa propria inferior Papa esse nequit, & si sibi jus dicat, cadit à jure suo.

99 Papa ut plurimùm in causa propria non solet judicare, sed aliis committit.

100 Episcopus contra usurpantes bona Ecclesiæ est Judex competens, & potest validè processum instruere, antequam recusetur, & n. n. seqq.

101 *Recusari potest Episcopus in causis suæ Ecclesiæ, & processus post recusationem factus, est nullus, & num. 131.*

102 *Episcopus alioquin competens in causis propriæ Ecclesiæ, recusari potest tantùm ob interesse, & num. 108.*

103 *Recusato Judice, eliguntur Arbitri ad cognoscendum, an causæ recusationis sint subsistentes; sed differt in hoc jus Canonicum à Civili.*

104 *Recusato Episcopo ob suum interesse erga eam Ecclesiam, de jure eligi debent Arbitri ad cognoscendum negotium principale.*

105 *Arbitrorum electio in hoc casu desuevit, sed recurritur ad Signaturam pro avocatione causæ.*

106 *Signatura in hoc casu notorio statim causam avocat ab Ordinario, & committit viciniori.*

107 *Episcopus in causa suæ Ecclesiæ non dicitur Judex in causa propria, quia non habet principale interesse.*

108 *Episcopus in causa suæ Ecclesiæ cùm habeat solum aliquale interesse, recusari potest, & quando.*

109 *Interesse Episcopi in causis Ecclesiæ si sit remotum, & non considerabile, non est attendendum ad effectum recusationis.*

110 *Recusari nequit Episcopus in causa beneficiali à Compatrono, etsi Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis contendat beneficium esse liberum.*

111 *In beneficialibus causis, interesse Episcopi est remotum, & ejus Fiscus gerit vices Partis, & propterea si non citetur, processus est nullus.*

112 *Conciliantur Doctores, qui invicem dissentire videntur circa recusationem Episcopi ob suum interesse.*

113 *Declaratur Decisio Sac. Rotæ in hac materia deducenda.*

114 *Recusatio prædicta de æquitate Canonica procedens, in solo considerabili interesse Episcopi fundatur.*

115 *Emphyteusis Ecclesiastica Causa non potest coram proprio Episcopo tractari ob suum considerabile emolumentum, & commodum.*

Episcopo suspecto, ratione specialis personæ, quomodo sit agendum? ibid.

116 *Episcopus disceptans de jurisdictione cum alio Prælato inferiori, qui est in quasi possessione, potest adhuc judicialiter procedere, sed recusari valet.*

Episcopus procedens in causa immunitatis Ecclesiasticæ, an possit allegari suspectus? ibid.

117 *Validitas actorum in tali casu dependet ab exitu litis.*

118 *Causæ in quibus de jurisdictione Episcopi disceptatur, committi solent Sacræ Rotæ in prima.*

119 *Recusari potest Episcopus in causis propriæ mensæ Episcopalis.*

120 *Acta ab Episcopo facta ante recusationem, an sint valida?*

121 *Acta in Causis propriæ mensæ Episcopalis nulla modo substinentur, etiam ante recusationem.*

122 *Mensæ Episcopalis Causæ dicuntur propriæ ipsius Episcopi.*

123 *Episcopus nequit esse testis in causis dictorum bonorum, nec authoritatem in illorum alienatione interponere.*

124 *Rotæ Decisiones contrarium asserentes, declarantur.*

125 *Acta ab Episcopo facta ante recusationem in causis, in quibus principale interesse est Ecclesiæ, substinentur; licèt interesse secundarium sit Episcopi, vel mensæ, & numer. sequent.*

126 *Abbas Commendatarius Farfen. potest judicare in causis bonorum Abbatiæ, donec recusetur.*

Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Franciscus Barberinus, & clar. mem. Cardinalis Carolus Barberinus Abbates Farfen. laudantur, ibid.

Auctor est Vicarius Cœnobii Monialium Sanctissimæ Incarnationis Urbis, cujus fuit Protector dictus Cardinalis Carolus, & modò est Eminentiss. D. Cardinalis Franciscus, ibid.

Commendatur virtus Sororis Gratiæ de S. Clemente Monialis in dicto Monasterio, in sæculo D. Olympia Albano Neptis SS. D. Nostri, & refertur actus assumptionis habitus Monialium, & Professionis ejusdem, ibid.

127 *Causæ in quibus principale interesse est Ecclesiæ, abusivè, & non propriè dicuntur mensæ Episcopalis.*

128 *Principale jus trahit ad se secundarium.*

129 *Incompetens non fit Judex ex quocumque interesse in causa, sed solùm ex totali, & principali.*

130 *Incompetentia Judicis, & facultas eumdem recusandi differunt, & quomodo?*

131 *Recusatione etiam non facta, processus ab Episcopo factus in causis propriæ Ecclesiæ est nullus si partes actoris non fecerit Oeconomus dictæ Ecclesiæ.*

132 *Extrajudicialiter procedere potest Prælatus contra inferentes injuriam, vel violentiam, sive ipsimet Prælato, sive bonis suæ Ecclesiæ.*

133 *Judicialiter procedere nequit ad vindicandam injuriam ipsi factam in propriis privatisque bonis.*

134 *Prælatus, ratione prælaturæ notoriè offensus, potest judicialiter procedere, & recusari nequit; at si factum non sit notorium, etsi validè procedat, potest tamen recusari.*

135 *Recusatio ista ut evitetur, benè faciet Episcopus, si extrajudicialiter in supradicto casu procedat.*

136 *Recusari nequeunt hodie Episcopi procedentes in Causis propriæ Ecclesiæ ad declarationem censurarum, ipso jure, vel ex Concilio, vel ex Bulla Cœnæ inductarum.*

137 *Recusari tamen possunt etiam in supradicto casu, quando adest aliquod secundarium interesse propriæ mensæ; sed recusatio non tam passim admittitur.*

138 *Vicarius Episcopi, an eodem modo ac Episcopus, in supradictis Causis sit, vel incompetens, vel recusabilis.*

139 *Vicarius Episcopi recusari potest, si recusetur ejus Episcopus ratione interesse; secus verò si ratione alterius causæ privatæ, & n. seq.*

140 *Officialis factum, censetur factum Domini.*

141 *Vicarius & Episcopus sunt idem tribunal, sed non eadem persona.*

142 *Vicarius validè procedere potest in causis, in quibus suus Episcopus recusabilis erat, & recusatus fuit.*

143 *Episcopus recusatus non amittit jurisdictionem, & ideò potest in eadem causa alium delegare.*

144 *Suspectus in cognoscendo, non est suspectus in denegando.*

145 *Vicarius in causis mensæ, in quibus jus principale sui Episcopi tractatur, omnimoda caret jurisdictione.*

146 *Episcopus in causis suæ mensæ, utpotè omninò incompetens, nequit alium delegare.*

147 *Vicarius Episcopi etiam in causis principalis interesse mensæ, potest de consuetudine procedere; sicut & potest ab eodem Episcopo alter delegari.*

148 *Recusari nihilominus potest ratione affectionis, & in hoc casu potest alium ipsemet Vicarius deputare.*

149 *Vicario Generali in causis in quibus mensa habet interesse, vel principale, vel consequutivum,*

vum, dari debet adjunctus partibus non suspectus ab Ordinario eligendus.

150 *Adjunctus prædictus esse debet Ecclesiasticus, non sæcularis.*

Causæ Laicorum civiles passivæ coram quo fieri debeant? remissivè.

151 *Consuetudine immemorabili vel quadragenaria cum titulo induci potest, ut Episcopus in causis suæ mensæ validè procedere possit, etiam sine adjuncto, & n. seq.*

152 *Jurisdictio ex consuetudine acquiri valet.*

153 *Adjunctum nihilominùs etiam in casu dictæ consuetudinis dari debere tam Episcopo quàm Vicario verius est, si alteruter fuit allegatus suspectus.*

154 *Consuetudo qua periculum justitiæ inducitur, est quodammodo contra bonos mores.*

155 *Episcopus suspectus in causa, nec etiam cum adjuncto procedere potest, sed solùm ejus Vicarius.*

156 *Suspectus Judex ex persona propria, nequit in causa, nec etiam cum adjuncto procedere, de jure Canonico.*

157 *Vicariis solum, non Episcopis concessum fuit, ut in supradictis causis possint cum adjuncto procedere.*

158 *Recusatio non impugnat jurisdictionem, sed personam.*

159 *Si agitetur causa inter Episcopum, & ejus Capitulum, quod habeat jus, ut ex ejus gremio adjuncti procedant cum Episcopo, an debeant dari adjuncti in commissione data à Papa alteri Episcopo in tali causa? latè discutitur, & n. n. sequ.*

160 *Adjuncti quales debent esse in Capitulo exempto?*

161 *Privilegium adjunctorum an sit respectu Episcopi procedentis solùm, vel etiam Papæ, & ejus delegati?*

162 *Episcopi jurisdictio contra Capitula etiam exempta.*

163 *Commissio ob suspicionem, an sit subrogatoria, vel ex integro.*

164 *Capitulum an possit esse Judex in sui causa ex persona adjunctorum.*

165 *Quæ suprà dicta sunt procedere in Episcopo, militant etiam in Prælato inferiori habente jurisdictionem, & Abbate, Archidiacono, &c.*

1 IN hoc secundo distinctionis membro statuenda est regula, ut possit Episcopus uti privatus, nulla tela judiciaria servata, vim vi repellendo, occupantem, & usurpantem bona Ecclesiæ excommunicare, quo casu censuræ sunt validæ, ut est Text. expressus *in cap. dilecto de sent. excomm. in 6.* Cujus dispositio videtur fundata in ratione satis æqua, ut sicuti cuicumque privato licitum est armis temporalibus tueri propria bona contra invasores, & injuriam ac vim sibi illatam coercere, ita hoc idem permittitur Prælato gladio spirituali, quando tamen ei arma temporalia non sint prompta, ut hac assignata ratione decisiva, decernit Summus Pontifex in cit. Text. Cui coincidit alter *in cap. 2. de privil.* ibi: *Violentos itaque laicos coercere, non contra legem est agere, sed legi facere subsidium*, ubi Gloss. *vers. coercere* explicat: *Si aliquid de jure Ecclesiæ sibi usurpare præsumpserint, & cap. Venerabili de Censibus*, ibi, *Et contra Prælatum inferiorem, & Ecclesiasticos impedientes ejus jurium exercitium, cap. procurationes de Censibus, cum seqq.* & ita docuerunt D.D. ibidem scribentes, nec non D. Thom. 2. 2. *quæst.* 108. *art.* 1. *in respons. ad 4. argumentum*, Butr. *in cap. Venerabili num.* 10. *vers.* 8. *Casu 4. Collect.* Ancharan. *ibid. num.* 8. *vers. & prædicta de Censibus*, optimè Innoc. *ibid. num.* 4. *in fin. &* 5. Abb. *num.* 2. & passim alii repetentes, Fagnan. *in cap. Nosti num.* 5. *de elect. & cap. procurationes num.* 32. *de Censib.* Ricciul. *de jur. person. cap.* 61. *per tot.* Cardin. de Luca *de jurisd. disc.* 47. *num.* 4. *& disc.* 48. *num.* 6. & plenè Rota *decis.* 122. *num.* 1. *& seqq. par.* 15. *recent.*

Prædicti autem textus dispositio *in cap. dilecto* in- 2
ducta fuit non solùm ad favorem Episcopi, sed etiam cujuscumque Prælati inferioris, qui habet ex privilegio, vel consuetudine facultatem excommunicandi, ut notat Gloss. ibi, *verb. Decanus*; imò idem Textus loquitur de Decano Aurelianensi; voluit enim Papa consulere indemnitati ejus, quem temporali gladio uti non decet, aut qui eum non habet, ut spirituali, scilicet Ecclesiastica censura se tueri valeat, Ricciul. *cit. cap.* 61. *num.* 23. *& num.* 25. ubi idem procedere ait etiam in Delegato, docto tamen de facultatibus, nisi fuerit Cardinalis, cui creditur, solo verbo.

Notandum in hac censurarum inflictione ad for- 3
mam dictorum jurium, non requiri monitionem, aut ordinem judiciarium, non obstante *Can. nemo 2. quæst. 1. & cap. Sacro de Sent. excomm.* cum hi textus intelligi debeant, si actus fiat judicialis, secus verò in actu extrajudiciali, & privato, quando scilicet Episcopus procedit, ut pars; tunc enim Judex potest de facto tueri jus suum, prout etiam permittitur cuicumque à jure Civili, *toto tit. C. quando jus sibi &c.* prout benè perpendit Innoc. *loc. cit.* Fagn. *eodem cap. Sacro num.* 13. *& cap. procurationes num.* 38. *&* 35. *supra cit. de Censib.* quo casu probationes rei nequit admittere ut Judex, sed poterit tantùm uti quilibet privatus eisdem se reddere instructum ad magis cautè deliberandum, Innoc. *cit. cap. Venerabili versic. item col. pen.* Ricciul. *cit cap.* 61. *num.* 16.

Quod quidem omnes ferè D.D. volunt procedere, 4
si Episcopus utatur facultate privata mucrone excommunicationis, vim occupantium coercendo; aliàs si partem Judicis assumere voluerit, tunc non solùm debet servare ordinem judicii, & non posset sine citatione, ac processu censuras promulgare, sed etiam intrant omnia, quæ infrà dicam, in causis, in quibus ipse habet interesse, vel non possit procedere, vel sit recusabilis; quare ut intret dispositio citati Textus, aliena prorsus debet esse figura Judicii, cùm illa ejusdem Textus dispositio tota fundetur in naturali facultate, quam quis habet tuendi, & conservandi propria authoritate ejus bona, & jura, armis quidem spiritualibus, quibus Deus Prælatos Ecclesiæ munivit, Innoc. cit. docens quod prudenter faciat Prælatus, cui denegantur jura sua, quæ possidet, ut pars ibi procedat, non ut Judex, quia tunc non adstringitur ad juris ordinem, Felin. *ibid. n.* 7. Decius *n.* 57. *& seqq.* Ancharan. *num.* 5. Butrius, Ricciullus *de jur. personar. lib.* 4. *cap.* 61. *n.* 18. *&* 20. Fagn. *cit. cap. Nosti num.* 20. *& cap. procurationes nu.* 34. Pignatell. *consult.* 170. *num.* 9. *tom.* 1. Card. de Luca *cit. disc.* 47. *num.* 22. *&* 25. Bellett. *disq. Cler. de discipl. Cler.* §. 4. *num.* 29. & Rota *in cit. decis.* 122. *num.* 8. *par.* 15. *recent.*

Disputant tamen D. D. quando dicatur Episcopus, 5
vel Judex procedere judicialiter, ut non militet dispositio hujus Textus? Et dico quod quotiescumque est in Judicio instantia partis, puta Procuratoris mensæ, extra dubium tunc consubstantiatur judicium, quod semper dicitur adesse, si concurrant tria, nempè Actor, Judex, & Reus, ut generaliter notat Bald. *in rubr. ff. ff. de Judiciis*; Episcopus enim illo casu desineret esse pars, & sic non erit ei permissum vim vi 6
repellere, aliàs ageret duplicem personam, partis scilicet & Judicis, naturalis autem defensio consistit in jure privato; hinc si quis turbatus in sua possessione, adit Judicem, nequit ampliùs uti suo jure, sed debet expectare finem judicii, & ita docuerunt citati D.D. Et in terminis instantiæ Oeconomi mensæ Episcopalis, dixit Rota *cit. decis.* 122. *num.* 15. & præsertim si fuerit facta citatio ad instantiam Promotoris Fiscalis, vel Procuratoris mensæ pro declaratione Censurarum contra Reum, ex ea ratione, quia mediante tali citatione, videtur provocari reus ad dandas exceptiones, quæ utique cognosci nequeunt in actu extrajudiciali, qui debet perfici statim,

naturali defensione, ut dixerunt Innoc. *cit. loco sub*
num. 5. versic. si enim, Joannes And. ibidem *versic. non*
debet admittere exceptiones; proinde non debet citari
reus, ut dicitur *in dicta decis.* 122.

8 Tamen, quo ad citationem, contrarium censeo,
ut etiam illa facta contra Reum, substineatur qua-
litas actus extrajudicialis, quia posset id agere Præ-
latus ex urbanitate, nec inde cessat dispositio citati
Textus *cap. dilecto*, ut firmant Ricciul. *cit. cap.* 61.
num. 2. Fagnan. *dicto cap. procurationes num.* 36. ubi
dicit tantùm non esse necessariam monitionem,
non tamen citationem excludit, Decius *in cap. re-*
prehensibilis num. 10. *de appellat.* Pignatel. *cit. con-*
sult. 170. *num.* 11. *tom.* 1. Card. de Luca *cit. disc.* 47.
num. 28. *de Jurisdictione*, ubi docet eam peractam
fuisse ex urbanitate, & in gratiam partis, cùm in-
congruum sit retorquere in odium Episcopi, quod
inductum fuit in ejus favorem, procedendi scilicet
ad censuras, sine monitione, qua alioquin proce-
dente, eresceret usurpatio; citatio enim seu monitio
non semper fit, ut quis exceptiones inducat, sed
etiam ut resipiscat reus; *si enim resipisceret*, cessabit
ratio defensionis, & causa fulminandi censuras; hoc
tamen intelligendum puto, ut procedat si fiat cita-
tio per modum monitionis, ut bona relaxentur, &
cessent rei à vi, non verò ut deducant exceptio-
nes, nam in hoc sensu videtur intrare id quod fuit
primò firmatum, quia quotiescumque Prælatus citat
partes ad exceptiones deducendas coram se, tunc
assumit qualitatem Judicis, quo casu debet super ex-
ceptionibus interloqui, præsertim reo comparente;
nam illo non comparente, resolvitur citatio in mo-
nitionem.

9 Ita quoque permittitur processus ad instructionem
animi ipsius Prælati, præsertim si is reperiatur longè
absens à loco vis illatæ. Vel potius dicendum cautiùs
illum agere eum processu instructo, ut sibi meliùs
usurpatio constet, ut admittunt Innoc. *cit. num.* 5.
versic. licet, Joannes Andreas *num.* 8. *versic. tamquam*,
& Ricciul. *cit. cap.* 61. *nu.* 2. quod non impugnat præ-
dicta *decisio* 122. *num.* 11. Sed illo casu deducit quali-
tatem judicialem ex forma citandi facta, prævio exa-
mine super non tuto accessu, & quidem per edictum
ad comparendum intra sex dies, & dicendam causam
quare non debuisset excommunicari, ut *n.* 16. & sic
non se fundavit in puro processu facto pro instru-
ctione animi, sed in vera tela judiciaria servata, præ-
sertim quia præcesserat instantia Oeconomi mensæ.

10 Hinc si processus fiat solùm pro instructione ani-
mi, imò etiam citatio, seu monitio ut reus resipi-
scat, non autem ut exceptiones deducat, videtur ces-
sare qualitas judicialis, etsi accesserit instantia Promo-
toris Fisci, qui potius gerit vices denunciatoris, quàm
actoris, cujus tamen personam verè repræsentaret Oeco-
nomus mensæ, ad quem spectat emolumentum, prout
in terminis dicti Oeconomi procedit *cit. decisio* 122.
& in terminis Promotoris Fiscalis, quod ejus instantia
non importet actum judicialem, dixit Pignatel. *citat.*
11 *cons.* 170. *n.* 11. *tom.* 1. Unde concludendum, quod de-
beat omnia simul considerari, an verè actus fuerint
univoci, ad inducendum verum judicium, & in ter-
minis processus facti cum examine plurium Testium
ad instructionem, prævia etiam citatione ad instantiam
Fisci Curiæ Episcopalis, non importare nullitatem
censurarum, quia non aderat vera tela judiciaria, ad-
misit Sacr. Congreg. Immunitatis in Boven. 18. Mar-
tii 1698. Ponente Reverendiss. D. Bottino.

12 Dicta tamen promulgatio censurarum per viam tui-
tionis ita est permissa, ut incontinenti tantùm fieri
valeat, & sic DD. explicant citatum textum *c. dilecto*,
Alex. *cons.* 76. *vol.* 1. Bellet. *disquisit. Clerical. par.* 1.
§. 5. *n.* 118. *in fin.* Card. de Luca *cit. disc.* 47. *& cit. decis.*
122. *nu.* 13. *par.* 15. *recent.* Quod est generale in omni
tuitione permissa vim vi repellendo, ad Textum *in l.* 3.
§. *cum igitur* ibi: *sed hoc confestim, non ex intervallo*
ff. de vi, & vi arm. & Gloss. *in l. ver. moderamino*
C. unde vi; citatus enim Textus *cap. dilecto* fundatur
in dispositione jurium, quæ permittunt defensionem
armis temporalibus, ibi: *Cum omnes leges, omniaque ju-*
ra vim vi repellere, cunctisque se defensare permit-
tant &c.

At prædicta sunt intelligenda cum distinctione: Aut 13
enim injuria fuit in personam, & tunc debet deve-
niri ad censuras statim, & incontinenti, & flagrante
adhuc maleficio, & ita procedunt superiùs dicta: vel
injuria fuit in rem, & poterit quidem infligi pœna
excommunicationis, donec fuerit purgata, Ancharan.
in cit. c. dilecto num. 2. *versic.* 7. *nota*, & optimè Rot.
in cit. decis. 122. *num.* 14. Ratio est, quia prima injuria
versatur circa factum, quod transit, & non perma-
net; secunda verò circa factum permanens; unde
cum in hoc casu injuria continuò irrogetur, conti-
nuò etiam datur facultas eam propulsandi, ut etiam
sentire videtur Card. de Luca *disc.* 48. *n.* 16. *&* 17. *de*
jurisdict. & præsertim si non fuerint intermedii actus 14
judiciales, aut lapsum sit tempus, quo posset censeri
Prælatus voluntariè suam naturalem possessionem di-
misisse, & ita sensit Sac. Congr. Immunitatis in cit.
Boven. ubi agebatur de pluribus laicis excommuni-
catis post mensem commissi delicti usurpationis cu-
jusdam nemoris spectantis ad Mensam Episcopalem,
quia verè ibi gravamina, & insultus continuabant;
Idemque dico si injuria fuisset illata personæ, & con- 15
tinuaretur in eodem facto, prout esset, si ejiceretur
aliquis Episcopus à sua Diœcesi, & apponerentur mi-
lites, aut alia impedimenta, ne ad eam rediret; quia
etsi primò considerata injuria, fuerit transiens quo ad
personam, adjecto tamen impedimento, ne redeat,
fit permanens; unde propulsatio per viam extraordi-
nariæ tuitionis erit permissa, quia semper proxima est
ultimo actui, in quo perseverat vis, & injuria, etsi
longè antea incœperit; exemplo declaratoriæ excom-
municationis, quæ adhuc substinetur, etsi fuerit ex ali-
quo motivo nulla, si agatur de facto permanenti,
quia semper accedit novus incursus in censuram, ut
docent Panimoll. *decis.* 96. *num.* 18. Pignatell. *tom.* 1.
consult. 170. *num.* 31. ubi uterque refert resolutionem
Sacr. Congr. Episcoporum die 19. Julii 1619. scilicet:
Sac. Congr. respondit *nullitatem censurarum non atten-*
di, quando quod factum est, si factum non esset, de-
nuò fieri deberet.

Disputant quoque DD. in hac materia, an talis
extraordinaria defensio permissa per viam censurarum
Prælatis, procedat tantùm in causis Ecclesiæ, vel
etiam in causis mensæ, in quibus iidem habent in-
teresse bursale, prout an sit permissa pro tuitione 1
propriæ personæ?

Certum est, quod sicuti est permissa cuicumque 16
tuitio tam personæ, quàm bonorum; ita etiam erit
permissum Prælato id agere propriis armis spirituali-
bus, & quo ad personam concurrere majorem ratio-
nem, ait Gloss. *cap. dilecto v. bonis*, & in quibuscum-
que mobilibus, stabilibus, juribus &c. ut notat Ric-
ciul. *cit. cap.* 61. *n.* 27. *&* 30. & nedum pro bonis Eccle-
siæ, *ut cap. Venerabili de Censibus*, pro quibus Eccle-
siæ bonis Textus *cap. dilecto* etiam potest applicari,
ut docent Farinac. *in fragment. par.* 7. *litt. E. ver. ex-*
communicatio n. 28. Maranta *in specul. p.* 4. *dist.* 8. *n.* 26.
ex majoritate rationis, præsertim post excommunica-
tionem juris contentam in Conc. Trid. & Bulla in Cœ-
na Domini; sed etiam pro illis mensæ, ut distinguen-
do in casu, quo Episcopus procedat judicialiter, & 17
quando id agat per viam tuitionis, ut primo casu
intret difficultas, ut nequeat esse Judex in causis suæ
mensæ, de quo articulo infrà dicam; secundo verò
casu posse Episcopum excommunicare, optimè ex-
plicant Innoc. *cit. c. Venerabili n.* 5. Abb. *c. cum venissent*
num. 10. *de Judic. Hostiens. cap. procurationes num.* 7. *de*
censibus, Turrecremat. & Præposit. *in Can. si quis erga* 2.
quæst. 7. *in fin.* latè Fagn. *cit. cap. nosti num.* 20. *versic.*
Tu verò dicas de eleš. *&* *cit. cap. Procurationes n.* 34.
Lapus *alleg.* 37. Ricciul. *cit. cap.* 61. *num.* 2. *& seqq.*
Card. de Luca *cit. disc.* 47. *num.* 22. *de Jurisdictione*,
& discurs. 43. *numer.* 2. §. *primum objectum in fin.*
ubi

18 ubi etiamsi Episcopus fuerit recusatus, optima qui-
dem ratione, quia recusatio fertur in Judicem, non
autem in partem, cujus vices gerit Prælatus in tali
defensione à jure permissa; imò etsi appellasset reus,
substinennir censuræ, eadem ratione & ne interim
spoliata remaneat Ecclesia, Bellet. *cit.* §. 4. *num.* 30.
Covar. *cap. alma mater part.* 1. §. 9. *num.* 6. Marta
de jurisdictione part. 3. *cap.* 1. *num.* 1. & Rota *cit.*
decis. 122. optimè declarando conclusionem *in decis.*
47. ejusdem causæ, *eadem part.* 15. firmatam, quod
Episcopus non posset esse Judex in causa suæ Mensæ,
& censuras fulminare contra Baroœm bona Mensæ
usurpantem, dixit non procedere, si Prælatus vim vi
repellendo censuras promulget ad formam *cap. dilecto*,
ut ind. decis. num. 18. *vers. igitur*, & ideò in dicta deci-
sione dubitavit de validitate censurarum, ex eo quia
fuerat processum judicialiter: & in terminis bonorum
Mensæ, posse Prælatum dicta facultate uti, pluries de-
claravit Sac. Cong. & præcipuè in cit. Boven. ubi age-
batur de bonis prædictis.
19 Neque suprà firmatis obstat, quod nemo in causa
propria possit jus dicere, *l. unica C. ne quis in sua causa*,
& talis dicitur causa Mensæ quoad Episcopum, ubi ad
ipsum, emolumentum, vel dammum spectat, Can. *bi-
duum* 2. *quæst.* 6. & in terminis Episcopi, latè Fagnan.
cit. cap. postì num. 18.
20 Nam hæc quidem possent objici in actu judicia-
li, quem gereret Episcopus, non autem in actu
hoc tuitivo ad instar Partis, ut docent cit. DD. *ut
supra* §. *certum est*; imò præcisè habetur ex disposition-
ne cit. Tex. *cap. dilecto*. Et in hoc casu usurpationis
videtur fieri injuria eidem Prælato, quo casu cessat dis-
positio dicti Textus *in l. prima C. ne quis &c.* ut opti-
mè Cynus *in cit. l.* & notat de Franch. *decis.* 722. *num.*
2. & benè Card. de Luca *de Jurisdict. disc.* 47. *num.* 22.
21 *& antecedentibus*. Id tamen maximè nunc procedit
contra usurpantes hujusmodi bona mensæ, utpotè Ec-
clesiastica, quia possessa ab Episcopo, ratione Eccle-
siæ, pro quibus causis adsunt censuræ ipso jure infli-
ctæ, ut supra dixi, & sic esset fortior ratio, cùm ver-
saretur casus in censura juris statim incursa, in qua re-
quiritur tantùm declaratoria; ita tamen ut Episcopus
22 potius dicatur gerere vices executoris juris, quàm Ju-
dicis, & cum differentia, ut si procedat vim vi re-
pellendo, & incontinenti, possit quidem extrajudicia-
liter, quia si potest excommunicare hoc modo, eo
fortiùs poterit declarare excommunicatum; si tamen
23 velit procedere uti judex, debent quidem fieri actus
judiciales, processus, & citatio, Marant. *de ordin. Ju-
dicial. part.* 4. *num.* 26. Ricciul. *cit. cap.* 61. *num.* 4.
ubi declarat plures utilitates resultare ex tali processu
extrajudiciali, & ponit formulam talis processus, quam-
24 vis in facto notorio neque in actu judiciali requiratur
citatio: sed satis difficilis redditur talis notorietas, de
qua re alibi.
25 Dictus autem modus procedendi extrajudicialiter
in vim tamen cit. Textus *cap. dilecto* tantùm, ne
dum est permissus pro bonis Ecclesiæ, & mensæ,
sed etiam pro bonis patrimonialibus ipsius Prælati,
ut dixerunt Geminian. *ad cit. cap. dilecto num.* 2. Bar-
bos. *ibidem num.* 3. Ricciul. *cit. loco num.* 29. Card. de
Luc. *cit. disc.* 48. *num.* 11. ratio enim est, tum quia cla-
ra sunt verba ipsius Textus, qui loquitur de injuria il-
lata bonis suis mundanis; verbum enim *suum*, domi-
nium indicat, quod nequit considerari in Prælato, quo
ad bona Ecclesiæ, in quibus est usufructuarius; &
verbum *mundanis*, non applicatur rebus Ecclesiæ,
seu mensæ, quæ dicuntur Ecclesiastica; & verè casus
Textus est de Decano, qui in odium justitiæ fuerat
spoliatus propriis mundanis bonis à laico, & sic il-
lud verbum intelligendum est de patrimonialibus; tum
fortiùs ex ratione, quia cit. Textus fundatur tantum
in jure naturali, ut quis possit se tueri armis, quæ
26 habet, unde sicuti quilibet privatus poterit vim pro-
pulsare armis temporalibus pro re quacumque patri-
moniali, Farinac. *in prax. Crimin. par.* 5. *quæst.* 125.
num. 168. *& seqq. & num.* 228. Navarr. *in Manual.*
cap. 15. *num.* 2. Rebel. *de obligat. Just. part. prima lib.*
3. *quæst.* 12. *num.* 2. Molin. *de Just. tract.* 3. *disp.* 16.
num. 1. ibi: *usque ad occisionem injusti aggressoris*; qua-
re ergo hoc non erit permissum Ecclesiastico propriis
armis spiritualibus? vis enim non stat in qualitate
bonorum, an sint Ecclesiastica, vel non, sed in
tuitione permissa armis spiritualibus, ad instar priva-
ti; quare eodem moderamine inculpatæ tutelæ, quo 27
uti debent privati in injuriarum propulsatione, debent
quoque isti Prælati arma spiritualia tractare, ut sci-
licet his fiat defensio in casu quo violentia aliter re-
pelli non possit, Gloss. Abb. & DD. *in cap. significa-
sti de homicidio*, & in his terminis clara sunt verba
ipsius Textus *cap. dilecto* ibi; *Et quoniam adversus
ejus nimiam potentiam* (hoc est spoliatoris, & vim
facientis) *sufficiens temporalis defensio sibi fortè non
aderat, potuit se etiam spiritualiter gladio videlicet
utendo Ecclesiastico defensare, & recurrere propter
hoc ad arma spiritualia, quæ sunt Ecclesiæ propria,
& pro suo munimine illis uti*. Itaut debeat fieri re-
cursus ad superiores potiùs, quàm uti gladio excom-
municationis. Sed hoc facilè procedit, si usurpatio fiat
à Clerico, secus si à laico, quia durum est Ecclesiæ
agere coram Judice laico, ut ad rem Sperell. *decis.* 48.
49. *&* 160. hinc quando fulminantur censuræ modo
isto tuitivo inter Ecclesiasticos, S. Cong. solet illas,
vel nullas declarare, vel suspendit, remittendo cau-
sam principalem S. Rotæ, vel demandare propositio-
nem causæ principalis, ut Sac. Cong. Concilii in Fir-
mana, seu Nullius Farfen. 17. Decembris 1689. inter
Curiam Archiepiscopalem Firmanam, & Vicarium
Eminentissimi Abbatis Farfen. respondit *neutras censu-
ras substineri, & proponatur causa in negotio principa-
li*. Proinde debent Prælati cautè in hoc procedere,
& non de facili hoc gladio spirituali uti, nisi in neces-
sitate illa urgenti à Textu considerata, cùm talis fa-
cultas naturalis non fuerit data ad ulciscendum, sed so-
lùm ad tuendum, ut consideravit Gloss. *in cap. dilecto
vers. munimine*.
Nec valet in contrarium objici, quod censuras
promulgare, sit proprium Prælatorum, & non pri-
vatorum, unde si talis excommunicatio feratur à
Prælato tanquam privato, erit nulla, cum tale jus
ipsi uti privato non competat, *cap. nova de pœnit. &
remis. cap. quæsivit de his quæ fiunt à major. part. ca-* 28
pit. Nam aliud est quod non possit quis habere facul-
tatem excommunicandi, nisi sit Prælatus, & hoc ve-
rum est, imo cit. Tex. *cap. dilecto*, ut notat Gloss.
loquitur tantùm de habente talem facultatem, & aliud
est, quod non possit habere usum talis facultatis, nisi
procedat ut judex, quia potest illa uti, si proce-
dat tanquam privatus in actu extrajudiciali, sicut non
ex eo, quod Rex habet jus belli inferendi, uti Rex,
inferri valet, quod illo uti non valeat pro injuria
privata.
Nec etiam obstat, quod excommunicatio sit pœ- 29
na gravissima, Can. *corripiantur* 24. *quæst.* 3. itaut
non possit in tali tuitione considerari moderatio in-
culpatæ tutelæ, potissimùm post Conc. Trid. *sess.* 25.
de refor. cap. 4. ubi non posse procedi ad censuras,
nisi in subsidium. Nam unicuique est licitum adhibe- 30
re arma, quæ habet; si enim quis habeat sclopum tan-
tùm, posset tali armatura inimicum repellere, unde
considerari debent ea, quæ quis habet; Ecclesiasti-
cus enim nequit tractare arma temporalia, sed il-
lius arma sunt lacrymæ, Can. *convenior.* 23. *quæst. ul-
tima*, habetque tantùm gladium spiritualem, hoc
est censuras, *cap. querentis de verb. signif.* eo fortiùs,
quia hujusmodi spiritualia arma sunt ad medicinam
Gloss. *cit. cap. dilecto ver. sibimet*. Et Concilium 31
Tridentinum non obstat, tum quia procedit in ex-
communicatione ob contumaciam inferenda, quod
secus est in hoc casu ad sui juris defensionem, Fa-
gnan. *cap. sacro num.* 13. *de sent. excom.* & Concilium
ibi disponit quod in causis judicialibus quandocum-
que executio realis vel personalis in qualibet parte ju-
dicii propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant
se

se tam in procedendo, quàm definiendo à censuris
Ecclesiasticis; & sic loquitur de actu judiciario, &
passim omnes DD. suprà citati post Concilium
permittunt usum talis gladii per modum tuitionis,
juxta *cap. dilecto*. Ultrà quod neque adversatur Con-
cilium in forma procedendi, quia Textus procedit, ut
dixi, in casu subsidiario, quo Prælatus non habet alia
arma, quibus vim repellere possit, non enim tenetur
viam judiciariam prosequi, sed vim vi propriis armis
repellere potest.

Cadit quoque aliud dubium in hanc materiam ex-
32 trajudicialis processus, an scilicet Prælatus possit ex-
communicare non subditum usurpantem bona Ec-
clesiæ, seu mensæ, etiam extrajudicialiter proce-
dendo?

Hoc enim dubium satis visum fuit involutum Sac.
Rotæ *in cit. decis.* 122. *part.* 15. ita ut noluerit illud
decidere, quamvis in antecedenti decisione ejusdem
causæ, quæ est *decisio* 47. *eadem parte*, firmasset opi-
nionem negativam, ex ea ratione quod Episcopus ne-
queat egredi fines propriæ Diœcesis, ejusque jurisdi-
33 ctio ob separationes Diœcesum arctata sit in propriis
limitibus, *can.* 1. *& seqq.* 9. *quæst.* 2. Innoc. *in cap. ex
parte il primo num.* 1. *de offic. Judic. delegat. & cit. cap.
dilecto num.* 2. Ancharan. *ibidem num.* 1. Joannes And.
num. 2. Gemin. *num.* 10. Borgnin. Cavalcan. *decis.* 28.
part. 1. *num.* 39. *& cit. decis.* 47. *num.* 15.

Contrarium tamen videtur sentire, ut scilicet pos-
sit excommunicare non subditum, Ricciul. *cit. cap.* 61.
num. 36. *& seqq.* qui strenuè hanc opinionem tuetur
Card. de Luca *disc.* 47. *num.* 23. *de Jurisdictione*, *&
disc.* 43. *num.* 8. *& seqq.* ubi distinguit inter bona pro-
pria Prælati, & Ecclesiæ, ut secundo casu tantùm sit
licita ista defensio contra non subditum, secus in pri-
mo, Pignatell. *consult.* 107. *tom.* 1. *num.* 8. Bellet. *de di-
scipl. Cler. cit.* §. 4. *num.* 31.

Rationes quibus innititur ista opinio, quòd scilicet
liceat Prælato ad formam *cap. dilecto* arma censurarum
tractare etiam extra Diœcesim, quam tuentur Ge-
min. *in cit. cap. Venerabili in principio num.* 6. *&* 7.
Franchus *in cit. cap. dilecto num.* 3. & alii relati à Ric-
34 ciul. *num.* 32. est prima, quia non agitur de jurisdictio-
ne exercenda, quæ revera in alieno territorio cessat
*ex l. final. ff. de jurisdictione omnium Judic. l. final. de
35 offic. Præf. Urbis*, quoad Episcopos, qui habent pote-
statem jurisdictionis restrictam in propria Diœcesi, *can.*
1. *& seqq.* 9. *quæst.* 2. sed defensione naturali, in qua
non consideratur jurisdictio: ergo ex eadem ratione
erit dicendum, quod possit procedi extrajudicialiter
contra non subditum.

36 Secunda, quia ratio, qua permittitur *in cit. cap. di-
lecto* hujusmodi facultas excommunicandi est, ut repel-
latur vis occupantium, & inferentium vim, quæ ma-
gis solet inferri à non subdito, quàm à subdito.

Tertia, sicut licebit cuique se tueri armis tempora-
libus contra vim inferentes in quocumque loco, &
contra quemcumque, *l.* 1. *ff. de vi, & vi arm.* ita etiam
armis spiritualibus.

In hac quæstione ad removendas ambages, distin-
guendi sunt casus, & primò censeo posse Episcopum
uti facultate excommunicandi in vim *cit. cap. dilecto*
non subditum, & forensem, quatenus scilicet hic
37 committat delictum in Diœcesi, nam tunc fit sub-
ditus Episcopo Diœcesano, ratione delicti, estque
unus ex tribus modis, quibus jurisdictio acquiritur ali-
cui, *l. prima* ubi DD. *Cod. ubi de crimine agi oportet*,
& quo ad Episcopos Prælatos latè Passerin. *in* 6. *De-
cretal. cap. ut animarum* §. *statuto quæst.* 2. *art.* 2. *num.*
560. *& seqq.* & admisit Rot. *cit. decis.* 47. *num.* 3. §. *al-
ter*, posse procedere si delictum commissum fuerit in
Diœcesi, & in his terminis etiam videtur loqui Pigna-
tell. *cit. consult.* 170. *num.* 8. & in hoc sensu explicat de-
clarationem S. Cong. à Ricciul. deductam, quando
vis scilicet fiat à forensi, consummato delicto in Ter-
ritorio excommunicantis, non solùm si personaliter id
agat, sed etiam si mitteret alios, seu mandata, ac or-
dines exequendos in Territorio Prælati, ea majori ra-
tione, ut considerat cit. Pignatell. quia si Episcopus de- 38
lictum committens in aliena Diœcesi, potest excom-
municari ex declaratione S. Cong. Conc. Baren. die
27. Februarii 1627. licèt non soleat sine oraculo Papæ,
ut dicam in sequenti Commentario, non erit dubitan-
dum hoc posse fieri contra privatum. Accedit quod eo
ipso quod Forensis turbat possessionem, & jurisdictio-
nem Episcopi per vim factam in ejus Diœcesi, fit sibi
subditus, ac prorogat ejus jurisdictionem, Marta de *Ju-
risd. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. Nam ob delictum in rem, 39
vel in personam, subjicitur quis jurisdictioni Judicis
habentis rem, vel personam subjectam, Butrius *in cap.
cum sit num.* 5. *de for. comp.* Sperel. *decis.* 86. *num.* 3.
& seqq. & suprà etiam dixi.

Id etiam procedit contra exemptum, ex eadem ra- 40
tione suprà adducta, quia fit subditus Prælato, cui
vim infert in bonis, seu in persona, quia nulla datur
exemptio, ut per offensionem proprii Judicis nativi
non remaneat exemptus, subditus eidem Judici ratio-
ne delicti commissi in illum, nisi adsit incapacitas
scilicet laici Judicis erga Clericum, ut suprà innui
cap. 1. *de offic. delegati cap. tam litteris de Testibus*,
& consonat Textus *in l. nullum C. de Testibus*, *&
l. addictos*, *C. de Episcopali audientia*, Farinac. *quæst.*
114. *num.* 67. *& seq. & cons.* 134. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 2.
Card. de Luca *de jurisdict. disc.* 19. *num.* 4. & in his
terminis gladii spiritualis exercendi contra non subdi-
tum, sed exemptum tantùm, cit. Card. de Luca *disc.* 48.
num. 13. *de jurisdictione*. Et idem dicendum, si ali-
quis subditus bona proprii Episcopi usurparet, in alie- 41
na Diœcesi existentia, quia ratione personæ delinquen-
tis, Episcopus habet jus excommunicandi, & declara-
vit S. C. *Immunit.* apud Pignat. *cons.* 128. *tom.* 4. *num.*
23. ubi esse validas censuras vim vi promulgatas con-
tra Ecclesiasticos, ob damna illata bonis mensæ cultis
extra Diœcesim.

Dico secundò, si agatur de forensi qui actum com- 42
mittit in alieno Territorio, & Diœcesi, licèt bona,
vel alia jura in quæ infertur vis, sint Episcopi alte-
rius Diœcesis, non posse Episcopum, seu Prælatum
offensum contra talem forensem ad censuras procede-
re in vim cit. Textus *cap. dilecto*. Ratio est, quia gla-
dius spiritualis, Episcopo non est indeterminatè colla-
tus ab Ecclesia, uti privatæ personæ, sed limitatus ad
homines assignati Territorii, seu Diœcesis, & in illo, 43
uti Episcopo talis Diœcesis; nam quo ad ea, quæ de-
pendent à jurisdictione, assignati sunt termini per
Summum Pontificem unicuique Episcopo, ad diffe-
rentiam potestatis ordinis, quæ procedit à jure di-
vino per characterem impressum, ut alibi erit ser-
mo; quare potestas illa excommunicandi est restricta
ad certas personas, & non indefinitè concessa, ut op- 44
timè Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 5. Ugol. *de cens.
tab.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. *& seq.* & generaliter de divisione
finium inter Episcopos, latè Gratian. *in decreto causa* 1.
quæst. 2. *Can.* 1. usque ad 7. ubi quod quilibet Epi-
scopus non egrediatur fines propriæ Ecclesiæ, unde
si Episcopus alienus censuras ferat in non subditum,
qui talis non sit vel ratione originis, vel domici-
lii, seu delicti, censuræ sunt nullæ, cùm totum de-
pendeat à jurisdictione, Rot. *decis.* 7. *in antiquis*,
& decis. 1278. *num.* 1. coram Seraph. & idem Ricciul.
contrariæ opinionis defensor *cit. cap.* 61. *num.* 24. in-
genuè fatetur, quod si dubitetur de jurisdictione, ne-
quit extrajudicialiter, neque judicialiter quis procede-
re; hinc cùm talis facultas excommunicandi sit in or-
dine ad certas personas, quæ scilicet subjectæ sint ex-
communicantis jurisdictioni aliquo modo à jure indu-
cto, scilicet originis, domicilii, & delicti, *cap. ut ani-
marum*, §. *statuto de constit. in* 6. cessantibus dictis
qualitatibus, & non concurrente saltem aliqua ex illis,
cessat facultas data excommunicandi, quia cessat juris-
dictio, & verè casus *cit. cap. dilecto* videtur fuisse quo
ad subditum, quia agitur contra Bailivum bona Deca-
ni occupantis, & qui aliàs ab eodem fuerat excommu-
nicatus, ob cujus vindictam secuta fuit occupatio bo-
norum., si enim Bailivus primò fuit excommunicatus
ob

ob aliam causam, quàm usurpationis prædictæ, dicen-
dus est verè fuisse subditus Decano.
45 Hoc idem originariè sensit Innoc. *cit. cap. dilecto*
num. 2. ibi: *Dummodo tamen spiritualis gladius non*
exerceatur nec pro sua, nec pro aliena injuria, nisi
contra homines suæ jurisdictionis, quem sequuntur
citati D. D. adducti pro prima opinione, quibus ad-
do Pignatel. *cons.* 128. *à num.* 13. *& seqq.* & ita sen-
sit S. Rota *in cit. decis.* 122. *num.* 7. ubi plures cumu-
lat ibi: *& fortè melius sentiebant.* Cùm enim Textus
nihil aliud concedat Prælato, quàm quod possit uti
armis spiritualibus per modum tuitionis, eo modo quo
potest per modum judicialem; gladius enim Ecclesia-
sticus est ad ulciscendum, & ad vindicandum, ut no-
tat Gloss. *cit. cap. dilecto ver. munimine*; idcircò si-
cut judicium nequit protrahi extra suam jurisdictio-
46 nem, ita neque gladius poterit ad ulciscendum, quia
cessat illius usus; poterit tamen armis temporalibus se
tueri, ut prosequitur idem Innoc. ibid. *Naturalis ta-*
men defensio pro se & aliis benè potest exerceri etiam
in homines cujuscumque jurisdictionis: Et ratio est, quia
armis materialibus se tueri, non est à jure restrictum
ad locum, nam arma naturalia habere, non dependet
à jurisdictione.
47 Nec enim est par ratio inter forensem, & exem-
ptum, nam quo ad secundum Episcopus habet juris-
dictionem radicalem ferendi censuras, & non intrat
exemptio in naturali defensione; unde sicuti est lici-
tum Episcopo armis materialibus se, suaque bona, &
Ecclesiam tueri contra quemcumque, ita poterit id
agere censuris, sufficitque quod in ipso sit habitua-
litas jurisdictionis, ut per viam tuitionis possit il-
las promulgare, & ita videtur sentire Fagn. *cit. cap.*
procurationes num. 32. *de censibus*, & in hoc sensu
verum est quod dixit cit. Ricciul. quod in non subdi-
tos, utpote magis pronos ad actus contumeliosos, &
violentos, debeat procedi naturali illa defensione cum
gladio spirituali, scilicet posita capacitate Prælati,
utendi tali gladio, quod tantùm est circa forensem,
qui delinquit in suo territorio. Secus verò si agatur
de prorsus non subdito, tunc enim cùm cesset gladii
potestas in Prælato offenso circa illum, nequit ea uti,
neque per naturalis defensionis modum, neque per
48 judiciarium, quia respectu talis non subditi, Prælatus
consideratur ac si privatus nullum habens gladium spi-
ritualem contra eum exercibilem, datum tantùm quo
ad certas personas sibi subjectas.
Hinc iidem D. D. contrarii superiùs adducti, &
præsertim Card. de Luca *cit. disc.* 47. *&* 48. *de juris-*
dictione, nequeunt simulare hanc veritatem, sed vel
distinguunt, quod doctrina cit. Innoc. procedat quo
ad bona propria Episcopi, seu mensæ, non autem Ec-
clesiæ, & rursus quod possint subsistere prædicta in vim
antiquorum jurium, quibus talis defensio erat permis-
sa mediante excommunicatione ferenda; sed cùm ho-
die vigeant nova jura S. C. T. & Bullæ Cœnæ con-
tra occupatores bonorum Ecclesiæ, & Episcoporum
ratione Episcopatus, cessat quæcumque difficultas,
49 quia censuræ ibi sunt latæ, & sic tantùm Episcopus de-
bet ferre declaratoriam, quam utique poterit facere
contra non subditum, & forensem.
Sicque hæc doctrina non refragatur antecedenti
Conclusioni, quod non possit Prælatus uti armis
50 spiritualibus contra prorsus non subditum in vim
cit. cap. dilecto, quod procedit etiam in bonis Eccle-
siæ, nam eadem est ratio, quia cessat gladius spiritua-
lis, & eo cessante, cessat quo ad omnia. Nec obstat
Fagn. forsan opponendus *in cap. Procurationes num.* 39.
51 quod possit Prælatus vim vi repellendo excommuni-
care Abbatem, qui resistit visitationi, si ipse Episco-
pus sit in possessione visitandi, quamvis Monaste-
52 rium sit in aliena Diœcesi; nam id potius retorque-
tur, supponit enim hic Auctor posse Episcopum id
agere, si fuerit in possessione visitandi, & donec con-
trarium probetur, præsumptio sit contra ipsum Abba-
tem; etenim posita, & probata possessione visitandi
dictum Monasterium, etsi positum in aliena Diœcesi,
resultat titulus præsumptus privilegii, ut hujusmodi 53
Episcopus in aliena Diœcesi jurisdictionem ordinariam
habeat quo ad tale Monasterium. Si enim habet jurisdi-
ctionem, utique habebit gladium spiritualem exercibi-
lem in tali Monasterio, & poterit proinde pœna excom-
municationis injuriam sibi inferentes plectere. Si ta-
men non probetur possessio, tunc cessat jurisdictio, &
sic jus censurandi ab illa dependens, cessat quoque ju-
stitia censurarum forsan illatarum ex defectu jurisdi- 54
ctionis non exercibilis in alieno Territorio, & Diœ-
cesi. Hinc Abb. *cit. cap. venerabili*, *num.* 3. Innoc. *ab*
eodem cit. num. 5. & Fagn. *cit. cap. procurationes num.* 32.
firmantes posse Prælatum armis spiritualibus se oppone-
re contra non subditum, ipsum turbantem in possessio-
ne, loquuntur quidem de exempto; iste enim est in 55
Territorio Prælati, quamvis non sit de Territorio il-
lius, *cap. cum Episcopus*, & ibi Doctores *de off. Ordin.*
in 6. Sperell. *decis.* 3. *num.* 12. & Rota *decis.* 324. *num.*
3. *part.* 1. *rec.* Secus autem est de censura ferenda con-
tra subditum alterius Diœcesis; hinc citati DD. dicunt,
quod si constiterit Monasterium esse in aliena Diœce- 56
si, & non probetur possessio jurisdictionis, censuræ
sunt nullæ, imò excommunicantes debent puniri; re-
quiritur enim capacitas utriusque tam Episcopi excom- 57
municantis, quàm rei, ut possit ab illo censuris liga-
ri, quod cessat in prorsus non subdito ex dictis, &
verificatur in exempto ratione habitualis subjectionis ad
actum reducibilis per qualitatem delicti offensionis ip-
sius Prælati; proinde nunquam S. Rota, nec S. Con-
gregatio Immunitatis in hoc dubitavit quoad excom-
municationem ferendam per ipsum Prælatum, cùm
omnes casus in citatis *decis.* 47. *&* 122. *part.* 15. & 58
apud cit. Card. de Luca percutiant illum declarationis
censurarum Bullæ Cœnæ factæ ab Episcopo contra non
Diœcesanum, & sic non oppugnant nostram Conclu-
sionem, quia verè supponunt non posse Episcopum
excommunicare propria authoritate, in quo verè con-
sistit jus naturalis defensionis propriis armis, quia quan- 59
do is procedit ad declarationem censuræ in vim legis à
Summo Pontifice latæ, gerit vices executoris, & de-
nunciatoris.
Demum ad argumenta superiùs adducta respondens, 60
ad primum dico, quod verum est, posse censuram
ferri in vim *cit. cap. dilecto* ab Episcopo existente in
alieno Territorio contra proprium subditum ex autho-
ritatibus in objecto collectis; sed hoc procedit quia
talis Episcopus in suum subditum habet jus excommu-
nicandi: cùm Territorium, in quo permanet, sit alie-
num, intrat obex, ut non possit tale jus ad actum re-
ducere, mediante processu contentioso, & judiciali, 61
quod quidem est sibi prohibitum, non autem medio
actu extrajudiciali, & privato, quod nullatenus ve-
tatur, Abb. *in cap. Novit num.* 3. *in fin. de off. legati*,
Gratian. *decis. Marchia num.* 13. sicque cùm ferre cen- 62
suras modo illo extrajudiciali non pertineat ad forum
contentiosum, ideò id erit eidem permissum sine li-
centia proprii Ordinarii facere, quamvis per modum
judicialem non licebit, nisi cum licentia Episcopi
Diœcesani, Genuens. *in prax. cap.* 38. *impress. Venet.*
num. 1. ubi quod Neapoli passim datur licentia in juris-
dictione contentiosa.
Ad quod facit declaratio S. C. C. in una Januen. 63
Jurisd. Cùm enim pro quadam rixa inquisitus, &
condemnatus fuerit in contumaciam quidam Sacerdos
Brugnaten. Diœcesis ad exilium, & pœnam pecu-
niariam ab Episcopo Brugnaten. iste curavit dictum
Sacerdotem carceribus mancipari in Civitate Januæ,
ubi morabatur, ad finem etiam evitandi malum inter
familiam ipsius, & alteram, implorando pro dicta
carceratione Senatus Januensis auctoritatem, ut reti-
neret illum nomine ipsius Episcopi: recursum de his
habuit Archiepiscopus Januen. ad dictam S. C. & pro-
positis dubiis. *Primò, an Episcopus Brugnaten. value-*
rit carcerari facere Sacerdotem Vincentium Stagna-
rium degentem Januæ, inconsulto Archiepiscopo dictæ Ci-
vitatis? Et quatenus negativè. Secundò, an dictus Episco-
pus teneatur ad refectionem omnium damnorum, &
inte-

interesse? S.C.C. die 18. Novembris 1702. Respondit
Ad primum negativè, *Ad secundum affirmativè*, ex di-
cta ratione, quia extra proprium Territorium non po-
tuerat Episcopus exercere judicialem coërctionem etiam
in subditum, mediante brachio seculari, & non pro-
prii Judicis Ecclesiastici Territorialis.
64 Diversus tamen est casus ferendi censuras in non
subditum, quia tunc cessat quæcumque facultas in
censurante, ex dictis; & non sufficit quod is requirat
licentiam Episcopi Diœcesani, quia hæc datur so-
lum pro remotione obicis, ut jus habituale possit exer-
cere in actu contentioso. Sed si tale jus nullo modo
adsit, non apparet, quomodo possit illud in actum
reducere; posset tamen solùm Episcopus alienus pro-
cedere uti delegatus Diœcesani, sed tunc cessat quæ-
stio, quia repræsentaret illius jurisdictionem; unde op-
timè dicitur in Can. *Nullus 9. quæst. 2.* ibi: *Nullus al-
terius terminos usurpet, nec alterius Parochianum judi-
care, vel ordinare, aut excommunicare præsumat, quia
talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio,
vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit,
quoniam nullius alterius judicis, nisi sui, sententia te-
nebitur, aut damnabitur*. Nec obstat *Clem. unica de
for. comp.* allegata à Ricciullo, quia illa loquitur de
65 excommunicatione etiam judiciali, quam potest Epi-
scopus ferre existens in aliena Diœcesi, etiam sine li-
centia Ordinarii, contra illum à quo à sua Sede ex-
pulsus fuit. Unde nihil facit quo ad præsentem quæ-
stionem, in qua quæritur an possit excommunicare
prorsus non subditum? Et concludo hujusmodi actus
extrajudiciales excommunicationis posse fieri ubicum-
que, & contra quemcumque ubilibet existentem, dum-
66 modò Prælatus habeat in radice jus censuris subjicien-
di reum, non enim debet disputari de qualitate, si cef-
set substantia.

Ad secundum objectum respondeo, quod urget ra-
tio, ut dixi, si agatur contra non subditum, qui ta-
men habitualiter sit capax, ut valeat excommunicari
à tali Prælato, ut adduxi exemplum quo ad subdi-
tum exemptum; secus verò quo ad prorsus non sub-
jectum gladio spirituali illius, ut est non Diœcesanus
delinquens in aliena Diœcesi, nec potest considerari,
quod delinquendo circa bona Ecclesiæ, & Prælati
non Diœcesani, posset dici prorogasse istius authorita-
tem contra ipsum, juxta cit. Text. *l. addictos*, & *leg.
nullum*, quia talis prorogatio est inter diversas juri-
67 dictiones; in aliena enim Diœcesi Episcopus alterius
non habet jus censurandi, & habetur uti privatus
ex dictis, & proinde quod non est, minimè est pro-
rogabile.
68 Ad tertium jam supra fuit responsum, armis tem-
poralibus posse quem uti ubicumque, quia ea non ha-
bet determinatè ad personas, seu locum; secus quoad
arma spiritualia, imò etiam in temporalibus posset
considerari diversitas loci, alio enim modo poterit ju-
stè Rex vim vi repellere in suo Regno quàm in alie-
no, in primo enim armis utitur ad instar Supremi Prin-
cipis, secus in secundo, quia vel debet uti armis priva-
ti, vel implorare officium illius, qui ibi supremus est,
si bonis ejus ibi vis irrogetur.

Deveniendo tamen ad membrum distinctionis su-
prà recensitum à D. D. contrariæ sententiæ propo-
69 situm, ut scilicet possit procedere Prælatus contra
non subditum ad declarationem censurarum juris, si
tamen fiat sine figura judicii, & per modum exequu-
toris, & vim vi repellendo, prout hodie solet fieri post
istas censuras juris contra occupatores bonorum, &
jurium Ecclesiæ, secus autem quoad bona propria Epi-
scopi, quam opinionem affirmativè docent cit. Card.
de Luca *disc. 47. & 48. de jurisd.* Pignatel. *cit. tom. 1.
consult. 170. num. 8. consult. 128. tom. 4.* plures adducit re-
solutiones S. Cong. sed non concludit suam opinio-
nem, prout Rota *in cit. decis. 122. part. 15.* noluit de-
cidere articulum.
70 Ego in hoc sentio, posse Episcopum id agere, &
primò moveor, quia declarare quem incursum in ex-
communicationem, quatenus fiat sine cognitione cau-
sæ, & citatione, est purus actus extrajudicialis, de-
claratio enim nihil novi inducit, *l. heredes palam
ff. de Testamentis*, & facit *Clem. 2. de pœnis*; hinc
potest Episcopus declarare excommunicatum exem-
ptum, nisi tamen præcesserit judicialis cognitio cau- 71
sæ, Cardinalis *in Clem. 1. de privilegiis*, Felin. *in cap.
non potest de sent. & re judic. num. 3.* Genuens. *cap.
57. num. 1.* Campanil. *in divers. Jur. Can. rubr. 12.
cap. 16. num. 42.* & latè Card. de Luca *de Jurisd. disc.
29. num. 2.* ubi adducit plures declarationes Sac. Con-
gregationis, sola tamen limitatione, quando factum
non fuerit notorium, & requiratur discussio, tunc
enim quia Episcopus assumeret partes Judicis, non es-
set id ei permissum, & idem dicit Pignatel. *cit. disc.
138.* ex Sac. Congregationis Concilii, & immunita-
tis resolutionibus *num. 6.* & nos alibi dicemus; ergo
idem erit dicendum contra subditum alterius Diœ-
cesani.

Nec obstat diversitas etiam superiùs considerata 72
inter forensem, & exemptum, quòd primus nullo
modo subjiciatur Episcopo, secundus saltem habitua-
liter, quia hic non agitur de censura hominis feren-
da, quo casu intrant objecta suprà adducta, sed de
pura declaratione, ut talis à jure excommunicatus,
pro tali à suis subditis habeatur, & evitetur, quod te-
netur facere Ordinarius ad consulendum animabus
subditorum, cùm agatur de earum præjudicio, si ne-
sciant à jure excommunicatum, Capon. *discept. 327.
num. 41. & 42.* Hinc ad omnem requisitionem Epi-
scopi Diœcesani, debet denunciari excommunicatus 73
Genuens. *in praxi cap. 28. num. 4.* nisi tamen senten-
tia excommunicationis fuerit injusta, & optimè liquet
ex Textu *in cap. ad reprimendam*, ubi Gonzalez *num.
6. de off. Jud. ord.* ubi quod debet Episcopus denun-
ciare excommunicatos ab alienis Episcopis, unde eò
magis excommunicatos à jure. Et Ivo Carnot. *ep. 76.*
in fine dixit excommunicatum ab uno Episcopo, ab
altero etiam excommunicari debere, & antiquitus char-
ta anathematis in foribus Ecclesiæ appensa erat, Can. *Cu-
ra 11. quæst. 3. cap. 3. cap. ad Parochianos de sent. ex-
comm.* ergo eò magis non videtur prohibita denuncia-
tio ob delictum alibi patratum, cùm talis actus sit in-
ductus ad favorem animæ.

Nec obstat, quod talis denunciatio nequeat fieri, 74
nisi ab Episcopo; ergo à proprio Diœcesano, cùm
sit actus jurisdictionis contra declaratum, & denun-
ciatum; nam si agatur de notorio incurso, nullus
considerari potest actus jurisdictionalis; secus in non
notorio; quia tunc requiritur processus & citatio, ut
videtur etiam innuere cit. Pignatell. in contraria *consult.
127. num. 16.* supponens semper requiri citationem, &
incumbit Episcopo hoc facere, nullumque actum juris-
dictionis exercet contra notorium incursum, sed uti
Pastor respectu sui gregis proponit censuratum vitan-
dum, & sic jurisdictionem exercet tantùm erga suas
oves, ut in his terminis optimè ratiocinatur Card. de
Luca *disc. 43. adnot. ad Sac. Concil. Trid. num. 7.* ubi
posse fieri hanc denunciationem à quocumque Præ-
lato, & *disc. 14. Miscellan. Eccl. num. 6. & 7.* ubi 75
etiam ponit posse fieri processum in casu notorio ad
instructionem, sufficitque, quod extraneum sit quod-
cumque judicium, & discussio, & facit optimè Fa-
gnan. *in cap. non potest à num. 12. §. verum, & seqq. de
sent. & re judic. & c. treugas num. 6. de treug. & pac.* quia
excommunicatio non circumscribitur territorio; sed
ubique excommunicatus talis est.

Auctoritas demum S. Rotæ & S. Congreg. non
contrariantur prædictis, sed potiùs favent; nam quam-
vis prima *in decis. 47. part. 15. recent.* videatur firma- 76
re contrarium, tamen si benè considerentur verba de-
cisionis, loquuntur de excommunicatione ferenda
per ipsum Episcopum, *ut num. 6.* ibi: *Excommunicari
non potest ille, qui non est subditus Episcopo, ex doctri-
na* Innoc. *in cap. ex parte primo de verb. signif.* qui
procedit in terminis excommunicationis, non au-
tem declarationis. Verùm *in 2. decis. 122. ead. par.*
Sac. Rota suspendit conclusionem, etiam in termi-
nis

nis excommunicationis (non enim transit ad terminos declarationis) si scilicet promulgetur excommunicatio ad propulsandam injuriam, *ut num.* 30. *&* 31. ubi ex eo quod non fuerit probata possessio Episcopi, non poterat invasor excommunicari, & sic stante turbiditate talis possessionis, visum fuit Dominis conce-
77 dere absolutionem, quæ non solet denegari petenti, si concurrat dubietas censurarum; unde nullo modo transiit ad casum declarationis excommunicationis juris, imò etiam in terminis simplicis excommunicationis habuit rem pro dubia, & licèt casus decisionis fuerat quod Episcopus Cottonen. declaraverat excommunicatum, & incursum in excommunicationem in Bulla Cœnæ Baronem Insulæ non subditum, tamen S. Rota loquitur de excommunicatione hominis, vel ferenda, & se fundat in doctrinis hinc inde loquentibus de eadem. Si enim habuisset ex defectu jurisdictionis
78 hujusmodi declarationem nullam, non fuisset necessaria absolutio, *ut ex cap. Cum contingat* 36. *de offic. deleg.* dixerat *in decis.* 47. *num.* 7. Et sic, vel ex eo quod non loquitur de excommunicatione juris latæ sententiæ, ex doctrinis ibi citatis, vel ex eo quod demandavit absolutionem, stante deposito pecuniarum facto à Barone, & cautione data de parendo mandatis Ecclesiæ, potius videtur S. Rota *in dicta decis.* 122. favere nostræ opinioni, ut considerat Card. de Luca *disc.* 34. *num.* 3. *de feudis*. Ultra quod in eadem causa Rotali Cottonen. agebatur de processu judiciali, & de non pacifica possessione Episcopi, ut dixi, ex quibus, præcisâ discussione jurisdictionis, remanserunt censuræ turbidæ, & dubiæ.

79 Doctrina Sacræ Congregationis nec videtur contraria firmatis, nam declaratio, quam adducit Ricciul. *cit. cap.* 61. favet doctrinæ supracitatæ; aliæ verò quæ adducuntur à Pignatel. *cit. consult.* 128. *tom.* 4. *num.* 23. non obstant. Nam illa Mediolanen. 18. Februarii 1659. loquitur de bonis mensæ, & non agit de censura juris, & sic extra casum; in alia Cusentina 1. Octobris 1667. in qua causa sunt discursus cit. Card. de Luca 34. *de feudis, &* 48. *de Jurisd.* qui scripsit pro mensa, fuerunt suspensæ censuræ, & difficultas fuit super pacifica possessione Ecclesiæ, quæ præcisè requiritur ad hoc, ut possit induci perturbatio de facto, & notorietas actus, ob quam valeat procedi sine processu, & forma judiciaria, ut advertit idem Cardinalis *cit. disc.* 48. *num.* 2. §. *quare vers. sed me, & aliis, & num.* 14. ubi etsi habuisset Episcopus Breve Alexandri VII. procedendi in dicta aliena Diœcesi pro bonis suæ Ecclesiæ; tamen quia processit judicialiter, debuerat inserere litteras delegationis in vim dicti Brevis, *ut num.* 15. Sicque talis resolutio præterquamquod non declaravit nullas censuras, sed tantùm aliquo temperamento adhibito providit, ut videretur de pacifica possessione Ecclesiæ, ut refert idem Cardinalis *cit.* §. *quare*; motivum habuit ex circumstantia dictæ possessionis non pacificæ. Alia autem de-
80 claratio adducta à Pignatell. in Rossanen. seu Cusentina 24. Januarii 1688. est consona nostræ opinioni; quia decrevit, esse validas censuras emanatas pro bonis sitis in aliena Diœcesi. Alia similis causa fuit in prædicta S. C. Immunitatis, nempè Insulana, seu Cottonen. in qua Episcopus Insulanus declaravit excommunicatos Syndicos Civitatis Cottonen. ob usurpationem factam in bonis Ecclesiæ Insulanæ existentibus in Diœcesi Cottonen. Casus quidem contrarius relatus in citat. decis. Rotæ Cottonen. in qua Episcopus istius Civitatis processit contra Baronem Insulæ, in dicta causa, S. C. acriter dubium disputavit, sed quia Vicarius Insulanus præcesserat judicialiter, prævio processu, & citatione ad declarationem censurarum juris, necnon potiùs constabat de possessione laicorum, quo ad libertatem pascendi in bonis dictæ mensæ, seu Ecclesiæ Cottonen. imò in processu Vicarii fuit etiam articulata supposita privativa Episcopi, & sic discussa fuerunt merita; ideò S. Cong. die 24. Augusti 1694. resolvit censuras non substineri, & quoad merita, ad Judices suos. Ex his enim ultimis verbis clarè liquet, S. Cong. habuisse possessionem Ecclesiæ pro dubia, ut nullo modo potuisset adesse incursus censurarum, aliàs si habuisset pro nulla ex defectu jurisdictionis tantùm declarationem factam ab Episcopo Insulano, debuisset ab Episcopo Cottonen. Ordinario id fieri, & rescripsisset saltem, ut consuleret conscientiæ, & sic ex defectu meritorum, dixit censuras esse insubsistentes, aliàs dixisset esse nullas, ut facere solet in censuris latis à non judice.

Verùm cùm Episcopus Caven. possideret jus exi- 81
gendi Plateaticum in quodam loco existente in Diœcesi Salernitana, Electi Civitatis Salerni de facto apposuerunt quoddam Epitaphium cum inscriptione taxæ solvendæ per viatores; Episcopus Caven. eos declaravit incursos in excommunicationem contentam in sacris Canonibus, & in Bulla Cœnæ Domini contra usurpantes jura Ecclesiæ: acriter discussa validitate censurarum in S. Cong. Immunitatis, & opposito defectu jurisdictionis contra non subditos, & pro re gesta in aliena Diœcesi, eadem sub die 2. Septembris 1685. censuit, prævia dealbatione Epitaphii nuper de facto appositi, & facta obligatione per dictos Electos censuratos de reintegranda Ecclesia in casu succumbentiæ, detur facultas absolvendi cum reincidentia post tres menses, & interim videatur in hac S. Cong. de certitudine taxæ antiquæ deponendæ.

Ex qua quippè resolutione comprobatur validitas 82
censurarum quo ad jurisdictionem, quæ si non fuisset in Episcopo Caven. declarandi eos excommunicatos, seu incursos in excommunicationem juris, declarasset censuras nullas, & non coacti fuissent sine nova declaratione, recipere absolutionem, præsertim cùm impugnarent validitatem, Covar. *in cap. Alma Mater de sentent. excom. in* 6. Rota *decis.* 568. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. & decis.* 150. *num.* 14. coram Card. Cerro, *& in cit. decis.* 47. *num.* 7. *part.* 15. Cùm enim clarus est defectus jurisdictionis, tam S. Rota quàm S. Cong. vel suspendit censuras sine absolutione, vel declarat nullas, & procedi ex integro mandat, vel demùm dat absolutionem ad cautelam, *ut in cit. decis.* 150. cor. Card. Cerro. Si verò concedit absolutionem cum reincidentia, signum est quod censuras substinet, donec dubium à Sac. Cong. discutiatur, an adsit possessio
Episcopi, sine qua nequit dari incursus censurarum 83
juris in hac materia, ut innuit Fagn. *cit. cap. procurationes num.* 37. *&* 38. & sic dubium cecidit supra factum, non supra defectum jurisdictionis.

Unde quia in praxi rari sunt casus, in quibus po- 84
test verificari, ut Episcopus procedere possit ad declarationem pro facto notorio, & pro usurpatione clara; hinc S. Congr. solet temperamento aliquo procedere, & terminare hujusmodi causas; si enim putaret nullitatem censurarum, seu declarationis, hoc inhiberet Episcopis, & sine assumptione meritorum, censuras nullas declararet.

Imò præfata doctrina procedit nedum in usurpatione bonorum Ecclesiæ, sed in quocumque excommu-
nicato excommunicatione juris, ut Pignatel. *cit. con-* 85
sult. 170. *num.* 8. *tom.* 1. *vers.* 1. *Neque obstat*, ubi tradit, quod Episcopus ad declarationem procedere non possit contra Magistratum non subditum, nam id cessat in declaratoria censurarum à lege, quam certum est omnes comprehendere, & agit de declaratoria contra Magistratus supremos, Principes, & Gubernatores Regnorum absentes. Si verò agatur de facto non notorio, vel requiratur discussio, an intret usurpatio, necne? Et tunc certum est, intrare qualitatem judiciariam, & executoris qualitatem mixti, quod Episcopo alieno non est permissum.

In hac materia tandem tuitionis quoad censuras extrajudiciales, advertendum est universaliter Præla-
tum debere esse in pacifica possessione illius juris, 86
quod usurpatur, hoc enim remedium est quidem ad
conservandam propriam possessionem, non autem ad 87
recuperandam amissam, ut optimè distinguunt Innoc. *in cit. cap. Venerabili, num.* 5. Fagn. *cit. cap. procurationes num.* 44. Abbas *dicto cap. Venerabili num.* 2. *de censibus*, & alii scribentes, Soccin. *in tract. de Justit.* 3. *quest.* 14. *num.* 8. *vers. sed juxta materiam*, Card. de

Luca

Luca *cit. disc.* 47. *num.* 24. *& disc.* 48. *num.* 16. Pignatel.
cit. consult. 128. *num.* 22. *tom.* 4. Ricciul. *cit. cap.* 61.
num. 54. *& seqq.* & Rota *decis.* 122. *num.* 18. *part.* 15.
88 ita tamen ut possit tam tueri rem usurpatam censuris,
quàm petere rem Ecclesiæ debitam, si fuerit in quasi
possessione exigendi, & denegantem excommunica-
re; utroque enim casu dicitur Ecclesia spoliari ex fa-
cto violento, & propterea potest per modum tui-
tionis, à violentia se liberare, nam debet actor, ser-
vatis servandis, Prælatum convenire, & non pro-
89 prio marte sibi jus dicere. Sicuti è contra si Prælatus
non sit in possessione, nequit per viam excommuni-
cationis, illam occupare, sub prætextu proprietatis,
sed debet actionem suam proponere coram Judice com-
petente possessoris, non enim quis debet sibi justitiam
administrare, *l. si quis in tantam, C. unde vi, cap. cum
persona de privil. in* 6. Borgnin. Cavalcan. *cit. decis.* 28.
90 *num.* 34. Si verò possessio sit dubia, tunc tenebit excom-
municatio, donec reperiatur Episcopum non habere
possessionem, & ita validitas dependet à futuro even-
tu probationis possessionis, & solet dari absolutio cum
reincidentia, ut optimè, materiam explanando, do-
cet cit. Fagn. *cap. Procurationes num.* 38. *& pluribus
antecedentibus, & sequentibus*, & idem *in cap. No-*
91 *sti num.* 20. *de elect.* ubi si habeat juris assistentiam Epi-
scopus, pura in re ad ipsum notoriè spectante, ita ut
notorietas non remaneat offuscata contrariis actibus,
tunc etiam erit licitus processus extrajudicialis, ut fir-
mant cit. Fagn. & Ricciul. *dicto cap.* 61. *num.* 51. ea
ratione; quia ex assistentia juris, danda est Episcopo
manutentio, si alter non existat in possessione, ut ali-
92 bi dicam: semper enim dependebit validitas censura-
rum à canonizatione juris, an verè jus assistat Episco-
po necne, ut dixit idem Fagn. *cap. procurationes num.*
93 37. ubi tamen advertit, Episcopum non esse punien-
dum ex injusta excommunicatione, quia ob juris assi-
stentiam potuit inculpabiliter falli.

Positis prædictis quo ad actum extrajudicialem, quo
possunt uti Prælati contra usurpantes bona Ecclesiæ,
erit nunc agendum circa actus judiciales. Et in hac
materia primus casus considerabilis est in causis re-
spicientibus proprium patrimonium Episcopi uti pri-
94 vati, & in hoc sensu, certum est illum non posse
esse judicem in sua causa, ita ut opus non sit recusatio-
ne, sed ipso jure acta sunt nulla, & intrat ratio Tex-
tus *in cit. l. unica, C. nequis in sua causa, cum aliis
concordantibus juribus*, optimè Butr. *in cap. cum ve-
nissent num.* 19. *de judiciis*, Fagn. *cit. cap. nosti num.*
15. *& seqq. de electione*, Card. de Luca *cit. disc.* 47.
num. 6. *de jurisdict.* Zerola *in prax. Episc. ver. appel-
lat. versic.* 16. Sperell. *decis.* 93. *num.* 19. Capyc. *decis.*
137. *num.* 4. & in hoc non cadit difficultas, cum tan-
95 tùm permittatur Episcopo extrajudicialis processus quo
ad bona ejus privata in vim *cit. cap. dilecto*, ut supra di-
xi. Cæterùm si Episcopus reus erit in his materiis, erit
96 causa definienda coram Metropolitano suo judice, vel
coram Nuntio, seu Episcopo viciniori cum delegatione
Papæ, ut dicam in Comment. sequenti, ubi de causis
Episcoporum passivis; est enim ipse omninò incompe-
tens, ut in his terminis Card. de Luca *disc.* 80. *num.* 6. *&*
7. *de jurisdictione*, ubi de Cardinali Episcopo Ferrariæ.
97 Si verò fuerit actor, debet sequi forum rei, ut loc. cit.
Sperell. *num.* 18. & si controversiam habeat cum Eccle-
siastico ejus subdito, debent eligi alii judices seu arbi-
tri pro decisione negotii principalis, sed loco arbitro-
rum nunc recurritur, ut dicam infra, ad signaturam ju-
stitiæ, quæ deputare solet alium Episcopum viciniо-
rem partibus non suspectum, ut declaravit S. Congr.
98 Concilii 27. Julii 1585. apud Grat. *discept.* 837. *num. fi-
nal.* In causa enim propria, inferior Papa cognoscere
nequit, & si quis jus dicet, causam amittit, & cadit à
99 jure suo, *l. extat. ff. quod metus causa*. Imo quamvis solus
Papa id agere valeat, de consuetudine tamen consultiùs
aliis committere solet, ut testatur Innoc. *in cap. ex par-
te in fin. de verbor. significat.* Fagnan. *cit. cap. nosti de
electione*, & ita faciunt Reges, aliique jura suprema
habentes.

Alius casus est, si agatur de causa ad favorem Ec- 100
clesiæ ejusque jurium, & tunc communis opinio
est, quod Episcopus possit procedere, & validus sit
processus, sed sit ipse recusabilis, itaut post recusatio-
nem, processus remaneat nullus. Idque constat *ex cit.* 101
cap. nosti de electione, ibi: *Studeat revocare*, scilicet Epi-
scopus: unde iste habet jurisdictionem, & tamen ibi
agebatur de juribus Ecclesiæ, notant ad rem Innoc.
ibid. *num.* 10. Hostien. *num.* 7. Joannes And. *num.* 9.
Gloss. *in Can. Si quis, verb. privetur* 2. *quæst.* 7. *Gloss.*
1. *in cap. cùm venissent*, & ibi D. D. *de judiciis*, Ge-
minian. *cap.* 1. *col. final. in princ. versic. aut causa non
est de pœnit. lib.* 6. plenè Fagn. *cit. cap. Nosti num.* 6. *&
seqq.* Et conveniunt etiam Civilistæ, qui tamen negant
posse recusari, ut infrà dicam, Bald. *in l. unica num.* 3.
Cod. ne quis in suo, Salycetus ibid. *num.* 6. & Angel. de
Perus. *num.* 3. ita etiam Felin. *cit. cap. Cum venissent*,
num. 3. Oldradus *cons.* 156. *num.* 1. *versic. Sed in casu*,
Boer. *decis.* 136. *per tot.* qui loquitur de subsidio charita-
tivo, Capyc. *decis.* 137. *num.* 2. de Luca ad Gratian.
cap. 809. *num.* 6. Marchesan. *de Commis. part.* 1. *cap.* 16.
num. 122. *f.* 261. *& part.* 2. *§.* 2. *num.* 18. *fol.* 392. Sperell.
decis. 93. *num.* 3. *& seqq.* ubi plures cumulat, Rot. cor.
Cæsar. de Grass. *decis.* 4. *de except. decis.* 79. *num.* 1. ubi
quod validus sit processus antequam recusetur, coram
Coccin. *decis.* 52. *num.* 1. coram S. M. Alex. VIII. *de-
cis.* 165. *num.* 15. *part.* 6. *recent. & decis.* 122. *num.* 21.
part. 15. *decis.* 322. *num.* 1. coram Bichio, ubi quia age-
batur de causa, in qua habebat interesse Episcopus Car-
pentoratens. frater germanus dicti Auditoris Ponentis,
iste, ut initio decisionis refert, abstinere voluit, sed S.
Rota demandavit, ut procederet, quia agebatur de in-
teresse Ecclesiæ, quo casu Episcopus, ex communi opi-
nione, est judex competens, donec recusetur, *& de-
cis.* 195. *num.* 6. coram Card. Cerro, ubi tantùm pos- 102
se recusari ob interesse, & quod quando agitur de juri-
bus Ecclesiæ, Episcopus possit esse judex, Rota in Ge-
runden. jurisdict. super exhibitione 22. Junii 1703. co-
ram D. Kaunitz.

Hinc jure communi in casu recusationis debent 103
eligi arbitri, *cap. Cum speciali de appell.* Barb. *de potest.
Episc. part.* 3. *alleg.* 54. *num.* 150. Sperell. *decis.* 93.
num. 10. ubi ponit plures differentias inter jus civile,
& Canonicum. Sed ista procedunt in casu recusatio-
nis, ad cognoscendum an causæ propositæ substinean-
tur, secus in hoc casu proprii interesse, quia tunc arbi-
tri eliguntur ad judicandum negotium principale, & 104
ab illis appellatur ad Metropolitanum, vel ad Papam,
ut ait Maranta *in pract. part.* 6. *num.* 376. imò pote-
rit Episcopus alium deputare partibus non suspectum,
ut dixit Sperell. *cit. decis.* 95. *num.* 9. *&* 17. Card. de
Luca *de jurisdict. disc.* 47. *num.* 6. Sed in praxi cessa-
bit ista electio arbitrorum, quando potest fieri recur- 105
sus ad signaturam justitiæ pro avocatione causæ, Mar-
chesan. *de Commis. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 1. *num.* 27. *&* 31.
fol. 378. & quando causa recusationis est notoria, sta- 106
tim fit causæ principalis avocatio ab Ordinario, &
committitur alicui viciniori, ut ex declaratione Sac.
Cong. dixit Gratian. *discep.* 837. *num. final.* cit. Card. de
Luca *disc.* 47. *num.* 13. *& disc.* 80. *num.* 2. *&* 7. *de juris-
dict.* & iterum dicam in sequenti Commentario, ubi de
causis civilibus Episcoporum.

Ratio autem omnium prædictorum est, quod Epi- 107
scopus dum sit judex in causa suæ Ecclesiæ, non dici-
tur judicare in causa propria, quia principale interes-
se non est ipsius, Can. *Si quis erga* 2. *qu.* 7. & tunc di-
citur propria, si agatur de principali interesse judican-
tis, Can. *Biduum* 2. *quæst.* 6. Quia verò etiam in causa 108
Ecclesiæ potest considerari aliquale interesse Episcopi
proprium; ideò locus est recusationi, ut contra opi-
nionem Civilistarum, Canonistæ qui magis favent
æquitati, uno ore fatentur, ut apud cit. DD. & tradit
Card. de Luca *cit. disc.* 47. *num.* 13. *de jurisdict. & disc.* 3.
num. 56. *& seqq. de Judiciis*.

Dicta tamen conclusio, quod possit Episcopus re- 109
cusari, fundatur solùm in interesse, quod Episcopus
haberet in causis suæ Ecclesiæ; hinc si agatur de
inte-

interesse prorsus remoto, & non considerabili, ta-
lis suspicio erit calumniosa, & non attendenda. Un-
110 de si ageretur de causa Beneficiali inter Compatro-
num, & Promotorem fiscalem contendentem de li-
bertate Beneficii, quia interesse primarium est Eccle-
siæ, quæ non debet pati servitutem in Beneficiis, &
quamvis possit considerari aliqua utilitas Episcopi in
conferendo illo, si fuerit liberæ collationis, hujusmo-
di tamen interesse non est ulla consideratione dignum,
111 cùm sit valdè remotum, quia potest evenire casus obi-
tus Episcopi, vel quod Beneficium vacaverit in Men-
se reservato, ut ad rem docet Card. de Luca *disc.* 47.
num. 9. *& disc.* 3. *num.* 59. *de judiciis*, ubi etiam assi-
gnat rationem, quia Fiscus in his, & similibus causis
Ecclesiæ, gerit vices Partis, & si non citetur, sen-
tentiæ sunt nullæ, Rota *decis.* 41. *num.* 6. coram Prio-
lo, & in omnibus causis in quibus agitur de dignita-
te, & jurisdictione Episcopali præcisè ab interesse bur-
sali Episcopi, procedere potest Episcopus, etsi consi-
deretur aliquid interesse Episcopi, quia est tantùm ra-
tione Ecclesiæ, ut benè distinguit Rota in cit. de-
cis. Gerunden. Juridictionis super exhibitione resolu-
tionum Capitularium 22. Junii 1703. coram Dom.
Kaunitz, ubi agebatur de Episcopo demandante, ut
Capitulum exhiberet resolutiones Capitulares, Capi-
tulo renuente, quia in iis agebatur de rebus contra
Episcopum ipsum, quia benè dicit Rota quod usque
ad exhibitionem non poterat Capitulum impugna-
re, quia id demandare competebat Episcopo uti ta-
li, pro sua jurisdictione quam verè habet in Capitulum,
& proinde quoque demandandi exhibitionem resolu-
tionum Capitularium, etiam sub censuris, quia tunc
non dicitur agere causam propriam, sed suæ Eccle-
siæ, & jurisdictionis ad videndum, an præjudicent il-
li; exhibitis tamen resolutionibus, si velit eas infrin-
gere, & abrogare, quatenus agant contra personam
Episcopi, tunc diceretur suspectus, & verè ista est con-
suetudo omnium ferè Tribunalium Episcoporum; fa-
tis enim esset durum avocare hujusmodi causas, & si-
miles, in quibus remotum adest Episcopi interesse, &
112 D. D. sic intelligendi sunt negantes recusationem posse
fieri, si scilicet nullum, vel non considerabile emolu-
mentum Episcopus haberet, & alii qui dicunt posse il-
lum recusari, procedunt in sensu, si habeat ex lite,
considerabile emolumentum, ideò enim causam agere
quis prohibetur, si habet interesse dignum considera-
tione, ut in cit. Can. *Biduum* 2. *quæst.* 6. ibi: *Palam
est eam propriam esse causam, cujus emolumentum, vel
damnum ad aliquem suo nomine pertinet*; sicque non in-
trat suspicio, si pertinet ad Ecclesiam, vel Episcopum
nomine ipsius, si non sit considerabilis talis pertinen-
tia, quia non adest emolumentum.
113 Nec obstat decisio 79. coram Coccino, in qua
agitur de causa Beneficiali, quia ibi incidenter dici-
tur, & fundat conclusionem, quod possit recusari,
stante interesse ex theorica Abbatis, sed non explicat
qualitatem interesse necessariam ad recusationem. Ne-
que opus fuit assumere istam quæstionem, cùm eo
casu, etsi ageretur de causa Beneficiali, valida fuerunt
acta, quia non fuit recusatus, & sic licèt dicat posse
recusari ob causam interesse, tamen frivola causa non
debet attendi, Innoc. *in cap. Cum speciali num.* 1. *&* 6.
*de appellat. Quaranta in summ. Bull. ver. Archiepis.
authoritas num.* 19.
114 Certum est enim quod talis recusatio ab æquita-
te Canonica permissa contra rigorem juris Civilis,
fundatur in solo interesse Episcopi, quatenus ad-
sit, ut ultrà citatos D. D. dixerunt Alexand. *conf.*
79. *num.* 2. *lib.* 1. Natta *conf.* 170. *numer.* 7. Surd.
conf. 50. *num.* 11. & DD. *in cap. cum venissent*, ac
alii, qui rejiciendo Baldum, & alios Civilistas apud
Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst.* 78. *cap.* 8.
num. 3. *&* 5. Mar. Antonin. *lib.* 1. *var. cap.* 48. Bellet.
disquis. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à stat. §. 1. *num.*
36. *&* 37. & Sperell. *decis.* 93. firmant casum bono-
115 rum Emphyteuticorum Ecclesiæ, quorum utilitas,
vita durante, spectat ad Episcopum, & sic ratione
emolumenti considerabilis, & ita dixit Rota *cit. decis.*
52. *num.* 2. coram S. M. Alex. VIII. ibi: *posse recusa-
ri Episcopum in causis Ecclesiæ, cum commodum, &
incommodum ad eum pertineat*; & sic ratione commodi
tantùm. Ita etiam *in decis.* 195. *num.* 6. coram Cardina-
li Cerro, & prædicta intellige de recusatione ob ratio-
nem interesse in causis Ecclesiæ: nam si adsit alia cau-
sa recusationis, erit procedendum, prout de jure,
quando recusatur Judex Ordinarius, quod scilicet de-
beant eligi arbitri, & discuti causæ recusationis, vel
proponi coram Signatura, vel S. Congregatione.
Hinc in una Melevitana, cùm Episcopus ex manda-
to Sacræ Congregationis immunitatis procederet ad
præceptum contra Curiam sæcularem pro concernenti-
bus immunitatem Ecclesiasticam, & fuerit suspectus al-
legatus, idem Episcopus noluit suspicionem attendere,
Sacra Congregatio die 7. Julii 1699. Ponente D. Valle
mano rescripsit in decisis, quia in his nequit conside-
rari interesse Episcopi.
Hinc si agatur de jurisdictione contra eum qui sup-
ponit habere jus coæquale, imò etiam contra Præla-
tum inferiorem, qui sit in possessione, tunc quia cel- 116
lat judicium extrajudiciale, ut dixi, poterit quidem
Episcopus procedere, sed recusari valebit, ut do-
cent Fagnan. *cit. cap. procurationes*, & Cardin. de 117
Luca *cit. disc.* 47. *num.* 8. Si tamen processerit, validi-
tas actorum dependebit ab exitu litis, an verè Episco-
pus haberet potestatem ordinariam, vel potius sit jus
contendentis de jurisdictione, quia cessante subjectio-
ne, cessabit validitas actorum, ut plenè cit. Fagnan.
num. 38. Sed hæ causæ, ubi dubitatur de jurisdictione 118
Episcopi, solent committi S. Rotæ, ut cognoscat in
prima, Card. de Luca *de Jurisd. disc.* 1. *in initio*; & be-
nè Rota in Leodien. Juridictionis 11. Aprilis 1698. §. 1.
coram D. Molines Decano, & iterùm infrà dicam in
Commentario sequenti, ubi de jurisdictionibus Episco-
porum erit sermo.
Tertius casus principalis est, si agatur de causis
mensæ, in quibus emolumentum sit totum Episcopi
præcisivè ab interesse Ecclesiæ; & primò est certum, 119
quod posset recusari Episcopus. Si enim id fieri po-
test, ratione interesse consequutivi in causis, ut dixi,
fortiùs erit dicendum in causis, ubi sit directum inte-
resse ipsius, puta ratione exactionis redditum, si non
impugnetur jus Ecclesiæ, tunc enim dicitur causa pro-
pria Episcopi, & ratione mensæ tantùm, Card. de Luca
cit. disc. 47. *num.* 10.
Quo ad validitatem actorum ante recusationem, in 120
quo urget difficultas, multi DD. se confundunt, quia
cùm eam fundent in causis veræ mensæ, ut suprà
enunciatis, hoc idem inferunt in causis, in quibus prin-
cipale interesse, quod vertitur, est Ecclesiæ, puta in
caducitate bonorum Emphyteuticorum, & similium,
& secundariò tantùm Episcopi, quas causas etiam men-
sæ denominant, sed verè istæ secundæ dicuntur etiam
causæ Ecclesiæ, & abusivè tantùm, causæ mensæ ab
aliquibus vocitantur.
Quare dicendum est, in causis veris mensæ, in 121
quibus totum interesse est Episcopi, acta, quæ fiunt,
nullo modo substinentur etiam ante recusationem.
Ita DD. *in cap. cum venissent de Judiciis*, Bellamer.
num. 2. Butr. *num.* 9. Decius *num.* 55. Abb. *in cap. Ve-
nerabili*, *num.* 3. *de censibus*, Fagnan. *cap. procuratio-
nes*, *num.* 18. *&* 19. *eod. tit.* Natta *conf.* 174. *num.* 7.
Alex. *conf.* 79. *num.* 2. *lib.* 1. Surd. *conf.* 50. *num.* 11. *lib.* 1.
& alii adducti à Sperell. *cit. decis.* 93. *num.* 19. & per
Card. de Luca *cit. disc.* 47. *num.* 10. *de jurisd.* Rot. *de-
cis.* 122. *num.* 20. *part.* 15. *recent.* Rationes sunt, quia
verè dictæ causæ dicuntur propriæ Episcopi, cùm prin- 122
cipaliter emolumentum ad illum spectet, juxta cit.
Can. *biduum quæst.* 6. & ideò si is nequit esse testis in
tali causa, Innoc. *cap. insuper num.* 3. *de Testibus*, sicu-
ti nec authoritatem interponere in alienatione, Clem.
si una de rebus Eccles. non alien. quia testificaretur, 123
& authorizaret factum proprium, ita eadem ratione,
ne in sui causa jus diceret, à jure prohibetur in his cau-
sis judicare, & quamvis aliquæ decis. Rotæ asserant, 124
quod

quod etiam in causis mensæ Episcopus ritè procedat, donec recusetur, tamen eædem vel procedunt quo ad causas, quæ principaliter spectant ad Ecclesiam, & consecutivè ad Episcopum ratione mensæ, *ut in decis.* 52. Alex. VIII. ac aliis infrà citandis, vel erroneè fuit dictum, confundendo terminos ut suprà, & casus illos diversos, *ut in decis.* 36. *num.* 15. *part.* 10. *recent.* & optimè animadvertit Rota *cit. decis.* 122. *num.* 22. *&* 23. *part.* 15. *recent.*

125 Dico secundò, quod in causis secundi generis, ubi scilicet principale interesse est Ecclesiæ, consequutivum autem Episcopi, gesta per Episcopum subsistunt, donec fiat recusatio, ut dixi suprà, & in his terminis communis est opinio pro validitate actorum ante recusationem, Bald. *in cit. l.* 11. *num.* 3. *versic. quæstio stat. Cod. ne quis in sua causa*, Salycet. *num.* 6. Angel. de Perus. *num.* 3. & Canonistæ, qui in hoc cum Civilistis conveniunt, sola differentia inter illos existente, ut dixi, quod Civilistæ negant recusationem ob dictum interesse consequutivum, concedunt verò illi, Felin. & alii *cit. in cap. cum venissent de Jud.* Fagn. *cit. cap. procurationes*, *num.* 28. *& seqq.* Oldradus *cons.* 156. Boer. *decis.* 136. Capyc. *decis.* 37. *num.* 2. *&* 3. Card. de Luca *cit. disc.* 3. *de Jud. num.* 56. *&* 57. *& cit. disc.* 47. *de Jurisd. num.* 11. *&* 12. *& in Miscell. Eccles. disc.* 1. *num.* 109. Calderin. *cons.* 6. Lap. *consult.* 37. qui omnes loquuntur de principali interesse Ecclesiæ & consequutivo Prælati, & in his terminis pro validitate actorum ante recusationem firmavit Rot. *cit. decis.* 4. *de exceptionibus* coram Cæsar. de Grassis, & & S. M. Alex. VIII. *decis.* 52. ubi de bonis mensæ in quibus impugnabatur, dominium Ecclesiæ, *decis.* 322. *num.* 1. *& seqq.* coram Bichio ubi de decimis, quæ Ecclesiæ non deberi dicebantur, *decis.* 195. cor. Card. Cerro ubi de bonis mensæ devolvendis, & sic ratione principalis interesse Ecclesiæ; ita etiam *in decis.* 36. *num.* 15. *part.* 10. *recent.* ubi etiam Sac. Rota declaravit nullam appellationem admissam à Metropolitano, quia cùm Episcopus Cervien. non fuisset allegatus suspectus, potuerat procedere, nec erat locus appellationi, *& in*
126 *decis.* 544. *num.* 37. *& seqq. part.* 18. ubi de bonis Abbatiæ Farfen. quod possit Abbas in eo loco Ordinarius, judicare in dicta causa, donec recusetur; & cum dicta distinctione inter bona mensæ quorum principale interesse sit Ecclesiæ, quod verè causam Ecclesiæ constituit, & alia quæ percutiunt tantùm interesse mensæ, processit Rota *cit. decis.* 122. *num.* 21. *part.* 15. *recent.* Cujus insignis Farfen. Abbatiæ nunc est Abbas Commendatarius Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Franciscus Barberinus nobilitate generis, ac animi coæquali virtute, ac prudentia omnigenaque eruditione fulgens, Nepos cl. mem. Cardinalis Caroli Barberini Abbatis Prædecessoris, cujus memoria ob præclarissimas virtutes bonitatis, scientiæ, animi magnitudinis, amabilisque comitatis in ævum erit. Illumque Urbinas, Neapolis, Roma, imò Orbis totus in humanis agentem admiratus fuit, mortuumque incessantibus lacrymis deploravit. Ego verò præ cæteris, quem frequentiùs apud eum convenire oportebat, nedum ratione antiqui famulatus meæ Domus, Clarissimæ Barberinæ Genti addictæ, verum etiam occasione muneris Vicarii, quod sustineo in Cœnobio Monialium Sanctissimæ Incarnationis Verbi Domini de Urbe, cujus ipse D. Cardinalis erat protector, prout nunc est dictus D. Cardinalis Franciscus. Ejusque tempore (quod quidem sibi in sortem, quæ virtutem comitari solet, est ad scribendum) fuit inter Moniales Professas adscripta Soror Maria Gratia Sancti Clementis, in Sæculo D. Olympia Albani, meritissima Neptis Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. Regnantis Pontificis, ex Excellentissimo D. Horatio Sanctitatis Suæ germano fratre nata. Ipsa enim nobilissima Virgo inibi inter educandas adlecta, corporis & animi prærogativis insigniter decorata, despectis mundanis deliciis, quibus inter felicissimas nuptias frui poterat, quippè quæ à Magnis Principibus exoptata, maluit terrenis commodis, asperitatem Monastici habitus anteferre, illò in Cœnobio strictioris regulæ. Quandoquidem ejus proposito pluries, atque pluries à diversis, imò ab eodemmet Summo Patruo studiosiùs explorato, quod & Ego ad formam Tridentini uti Vicarius præstiti; nihilominùs Puella Illustris numquam non sibi constans reperta fuit, maxima totius Urbis admiratione, quòd in ætate adeò tenella, tanta virtus splendesceret. Oportuit tandem ad actum solemnis professionis devenire, sub die 25. Martii Sanctissimæ Virginis Annuntiationi dicato Anni 1704. in manibus ejusdem Sanctissimi Domini Nostri, post annum probationis expletum, cùm & à Sanctitate Sua eodem die præcedentis Anni habitum regularem recepisset, adstantibus compluribus S. R. E. Cardinalibus, Prælatis, ac aliis accurrentibus, ut gestum aspicerent, in quo cohæserunt, virtute heroica, & Patruus ille Magnus in alacritate unicæ Nepti permittendi hujus sæculi ejusque fortunarum abdicationem, & ipsa Virgo in fortitudine, qua temporales pompas dimisit in ejusdem Patrui manibus. Hocque singulare gestum volui hic recensere, ut exemplo sit non minus admirando quàm imitando.

Prædictæ conclusionis, quod possit Episcopus ju- 127
dicare, donec recusetur in dictis causis, ratio est, quia tales causæ non dicuntur propriè mensæ, & absolutè, sed etiam Ecclesiæ, ut notavit Sperell. *cit. decis.* 93. *num.* 22. *&* 24. & abusivè tantùm solent dici mensæ, & proinde Episcopus eas judicando non videtur judicare in causa propria, quæ tunc dicitur, quando ejus principale emolumentum ad judicantem spectat, ut suprà dixi, & innuerunt Redoan. *de rebus Eccles. non alien. part.* 78. *cap.* 8. *num.* 5. Calder. *cons.* 6. *de Judic.* Unde talis ratio non est adaptabilis, ubi agitur de interesse principali Ecclesiæ, quia præcipuum jus trahit se- 128
cundarium. Rursus eo ipso, quod Episcopus citat Patrem, & ista consentit, nulla data suspicione, videtur convalidari judicium, & ita in praxi observatur, aliàs satis durum esset Episcopis coram aliis judicibus litigare, & eos adire, ut considerant cit. Doctores; non enim 129
omne interesse reddit judicem incompetentem, sed totale, & principale; hinc licèt Judices Camerales participent de confiscatione bonorum, tamen remanent judices, ut ad rem advertit cit. Card. de Luca *disc.* 85. *de Jurisdictione num.* 10. quia satis differunt inter se om- 130
nimoda incompetentia in Judice, ac recusandi facultas in parte; prima nequit dari, nisi in casu claro, juxta *l. unicam Cod. ne quis in sua causa*, secunda verò permittitur ratione interesse.

Si tamen Episcopus post recusationem procederet, acta forent nulla, ut in terminis dixit Rota *cit. decis.* 52. *num.* 1. *&* 2. coram S. M. Alex. VIII. *& decis.* 195. *num.* 5. coram Card. Cerro, & in casu suspicionis propositæ initio causæ, facilis est admissio, non considerato tam strictè, an interesse secundarium fuerit grave, vel non, Marchesan. *de Jud. suspic. part.* 2. §. 1. *num.* 31. *fol.* 378. & facit Rota *cit. decis.* 544. *num.* 38. *part.* 18. ubi etiam traditur, quod potest ille, vel ab eo deputatus allegari suspectus.

Advertendum tamen, quod debet in his causis face- 131
re partem actoris Oeconomus Ecclesiæ, seu mensæ, aliàs si Episcopus ipse instaret, acta etiam inter recusationem non substinerentur, quia vel judicium esset sine actore, vel ipse judex esset pars, & sic judicium corrueret, cùm ad illud tria requirantur, ut dixi, actor, judex, & reus.

Cùm verò agatur de injuria, & violentia facta 132
Prælato, & bonis Ecclesiæ ipsius, tunc si procedit extrajudicialiter, poterit quidem, & valebit actus, ex dictis suprà quo ad actum extrajudicialem. Si verò judicialiter vellet procedere ad excommunicatio- 133
nem, vel alias pœnas, tunc si agatur de injuria facta ipsi in bonis privatis, nequit esse judex ex allegata ratione, quia agitur de causa propria. Si verò agatur de injuria facta Prælato, ratione Prælaturæ, & 134
tali casu, si factum sit notorium, poterit procedere judicialiter, nec posset recusari; si verò factum non sit

noto-

notorium, & requiratur discussio, poterit tantùm
recusari, sed valebit actus ante recusationem, ut no-
tant *D. D. in cit. l. unica, Cod. ne quis in sua causa, &*
Can. si quis erga 2. quaest. 7. & cap. ex parte de verbor.
signif. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de Jud. resol. 5. nu.*
6. Foller. *in praxi Crim. vers. item* & innuit Fagn. *cit.*
cap. Nosti nu. 20. de elect. Sed ut advertunt ibidem
135 *num. 21.* benè tamen aget Episcopus in hoc casu, si
extrajudicialiter procedat, & sic non subjicietur re-
cusationi, & idem dixerunt, Abb. *in cap. cit. cum*
venissent num. 19.

Verùm cum contra hujusmodi vim inferentes ad-
136 sint jura novissima Concilii Tridentini, & Bullae in
Coena Domini, in quibus Censurae sunt inductae ipso
jure, facilius est Episcopis procedere uti Executo-
res sacrorum Canonum, declarando reos incursos
in eas, quo etiam casu si procedant judicialiter,
quatenus interesse sit Ecclesiae tantùm, non sunt
137 recusabiles. Si autem sit Ecclesiae interesse princi-
pale, secundarium verò mensae, tunc possent recu-
sari, sed recusatio non tam passim admittitur, cùm
agatur de executione Censurarum juris, & Episco-
pus poenam non inferat ex se, sed quia potest gra-
vare in declaratione facti, ideò est de jure etiam
recusabilis; acta tamen valerent ante recusationem,
ut supra dixi.

His discussis quo ad Episcopum, quid dicendum
de Vicario? Aliqui enim putant etiam Vicarium eo-
dem modo esse prorsùs incompetentem in causis
138 Mensae Episcopalis, & recusabilem in causis Eccle-
siae, ubi habet secundarium interesse Episcopus, ea
ratione, quia repraesentat personam istius, cujus vi-
ces gerit: tum fortiùs, quia satis resultat affectio
139 in Officiali erga Dominum; unde dicitur, quod
recusato Episcopo ratione proprii interesse, recusa-
ri potest etiam Vicarius, secùs autem si recusetur
Episcopus ratione alicujus causae privatae, ut benè
distinguit Gratian. *discept. 809. num. 28. & 29.* Ma-
strill. *dec. 234. num. 6. &* Rot. *cit. dec. 165. num. 15.*
& 16. part. 6. & dec. 122. num. 29. in qua posit ob-
jectum pro dubio, imò quod non sit necessaria re-
cusatio, dixerunt Cravet. *cons. 6. num. 33.* Surd. *cit.*
Cons. 50. num. 13. in citata decis. adducti.

Id enim probatur ulteriùs, quia factum ab Offi-
140 ciali, censetur à Domino factum; unde cùm pro-
hibitum sit Episcopo judicare, nequit agere per Vi-
carium, & existente suspecto Barone, & Domino,
tota familia redditur talis, Gratian. *cit. discept. nu. 29.*
Ergo, dato suspecto Episcopo, potest dari etiam Vi-
carius, *cap. insinuante de officio Judicis Deleg. ver. Offi-*
cialis, Sbrozz. *de offic. Vicarii lib. 3. qu. 14. num. 6.*

Alii tamen dicunt posse Vicarium procedere in
his causis, nec posse allegari suspectum, quia in
141 ipso nequit considerari illa affectio, quam habet Epi-
scopus, & quamvis sit idem Tribunal, non est ea-
dem persona, ita Riminald. *Sen. Cons. 539. num. 4.*
& seqq. Sperell. *cit. dec. 93. nu. 5. &* Rota *cit. dec.*
122. num. 28. part. 15. recen.

In hac quaestione, proposito in S. Cong. Concil.
die 6. Maji 1690. *in una Calaguritana* hoc dubio: *An*
causae, in quibus agitur de interesse, & juribus Epi-
scoporum tam activis, quàm passivis inter Episcopum,
& subditum, tractari, cognosci, & terminari debeant in
prima instantia coram Vicario Generali, seu Provisore
Episcopi? Respondit Sac. Cong. Proponantur casus par-
ticulares. Et benè, quia plures cadunt inspectiones,
singulis casibus applicandae. Unde gradatim proce-
dendo, primò explicabo sententiam in rigore juris,
deinde in praxi. Quo ad causas Ecclesiae, in quibus
nullum, vel non considerabile interesse Episcopi adest,
certum est posse de jure Vicarium judicare, nec esse
recusabilem, quia si non est Episcopus recusabilis,
nequidem erit ipse, fortiori ratione.

In causis Ecclesiae, ubi ratione interesse consequuti-
vi, Episcopus est recusabilis, poterit Vicarius ritè pro-
142 cedere, quia si poterit Episcopus, sine dubio poterit
& ipse. Si tamen Episcopus fuerit recusatus, etiam

dico posse Vicarium validè procedere, quia verè non
obstat *l. unica Cod. ne quis &c. cum concordantibus*,
quod in sua causa nemo possit judicare, quia Vicarius
nullum in talibus causis habet interesse.

Nec subsistit objectum, quod si Episcopus non habet
jurisdictionem, stante recusatione, ergo nequit habe- 143
re Vicarius, qui eam totam mutuatur ab Episcopo,
Surd. *cit. cons. 50. num. 21.*

Nam nego, quod illo casu Episcopus privetur juris-
dictione totali, sed solùm ratione suspicionis, & sic 144
sigillatur persona, non jurisdictio, *Can. si quis contra*
de foro compet. unde poterit Episcopus alium subdele-
gare, quod non posset facere, si exutus fuisset juris-
dictione, ut dixit Grat. *cit. discept. 809. nu. 24. & seqq.*
quia suspectus in cognoscendo, non est talis in dele-
gando, si enim Episcopus potest alium delegare, qua-
re Vicarius procedere nequit, qui habet jurisdictio-
nem sibi communicatam generaliter? ut dicunt ci-
tati Doctores pro secunda opinione, & optimè Spe-
rell. *cit. dec. 93. num. 26.*

In causis tamen mensae, ubi principale jus est Epi-
scopi, tunc de jure Vicarius caret totali jurisdictio- 145
ne; si enim Episcopus in his nedum dicitur suspectus,
sed omninò incompetens, nequit communicare ju- 146
risdictionem Vicario, & in his terminis optimè urgent
objecta superiùs adducta; hinc in tali casu Episco-
pus nequit alium subdelegare, quia non dicitur sus-
pectus, sed carens jurisdictione, ut fatetur idem Spe-
rell. *num. 28.*

Consuetudine tamen videtur hoc jus mitigatum,
quia verè in omnibus Dioecesibus viget, ut Vicarius
procedat nedum in causis primi generis, hoc est,
ubi interesse praecipuum sit Ecclesiae, sed etiam in
causis Mensae tantùm, ita dixerunt ipse Gratian. con-
trarius ubi suprà *nu. 25.* Card. de Luca *de Jurisd. disc.* 147
47. num. 21. Sperell. *cit. dec. 93. nu. 28.* ubi quod ta-
lis jurisdictio in Vicario est à consuetudine, aliàs Epi-
scopi laborarent in exactione suorum redituum; un-
de acta ab ipsis Vicariis gesta in omnibus praedictis
Causis, erunt valida, & ex eadem consuetudine po-
test Episcopus alium delegare in his Causis non sus-
pectum, Gratian. *citat. loco numer. finali*, Mastrill.
citat. decis. nu. etiam finali, post Hostien. *in summa*
de sent. §. qualiter col. 7. vers. sed numquid Epi-
scopus, & admittit Surd. *citat. consil. 50. nu-*
mer. 34.

Sed an Vicarius possit recusari ratione dicti interes-
se Episcopi? Et videtur posse ratione affectionis, & 148
connexionis, ut dixerunt DD. pro prima opinione
citati, quamvis Sperell. *num. 25.* videatur contrarium
tueri, quia Episcopus recusatur ob interesse; Vica-
rius verò non habet interesse, & idem commodum,
unde cessat eadem ratio; verùm satis urget illa affe-
ctio Vicarii erga Episcopum, cui complacere velle
suspicari potest, ideò lex de illo non confidit, &
idem Sperell. *cit. loco* alium deputavit, post suspicio-
nem allegatam contra ipsum uti Vicarium.

Quia verò interesse Vicarii non est proprium, &
directum, ut est illud Episcopi, sed praesumptivum,
S. M. Gregorius XIII. consulendo tam Episcopis, quàm
collitigantibus, sancivit, ut daretur Adjunctus Vi-
cario Generali in casu suspicionis, partibus non sus- 149
pectus, ab Ordinario eligendus, ut ad instantiam Car-
dinalis Borromaei Archiepiscopi Mediolanen. censuit
dictus Pontifex cum voto Sacrae Congregationis Con-
cilii, ut refert Fagnan. *cit. cap. nosti numer. 21.*
itaut nullo modo detur Conservator. Hanc autem
provisionem, utpote satis benignam utrique par-
ti, omnia Tribunalia receperunt in causis suspicio-
nis praedictae in quibuscumque causis, ubi Men-
sa habet interesse tam consequutivum cum illo Ec-
clesiae, quàm proprium, quia semper urget ratio
affectionis Episcopi in utrisque; hoc enim modo
non avocantur causae à Judicibus Ordinariis, prout
mandat Concil. Trident. & satisfit partibus per depu-
tationem Conjudicis, qui debet simul judicare cum
Vicario, & ita servat Signatura Justitiae, ut plures

H vidi,

vide, & præsertim in Bononien. 20. Septembris 1696.
Ponente D. Sanvitale, ibi: *Vicarius Generalis proce-*
dat cum Adjuncto partibus non suspecto deputando per
Eminentissimum Archiepiscopum; & in Motulen. 15.
Maii 1698. Ponente D. Sylva. Imò cùm D. Audi-
tor Signaturæ dixisset, *Cum adjuncto Sæculari*, visum
150 fuit Dominis reformare rescriptum ad qualitatem Ec-
clesiasticam Adjuncti, non enim decet laicos hujus-
modi causas spectantes ad forum Ecclesiasticum, etiam
cum authoritate Ecclesiastica, tractare. Cæterùm in
causa interesse bursalis Episcopi, si sit Mensæ, vel
datur adjunctus Vicario, vel cognoscit A. C. vel Le-
gatus. Si verò sit causa propria ipsius Episcopi, seclu-
so interesse Mensæ, procedit A. C., vel etiam Le-
gatus à latere, ut dicam in Commentario sequenti la-
tè, ubi etiam an possit procedere Metropolitanus.

Tandem poterit quæri, an si concurrat consuetu-
do, ut Episcopus ipse procedat in hujusmodi causis
Mensæ, validus sit processus; & an possit saltem
dari ipsimet Episcopo Adjunctus?

Dico quoad primum, consuetudinem esse contra
jus expressum, *ne quis in sua causa jus dicat*. Ve-
151 rùm valeret, si concurreret immemorabilis, vel qua-
dragenaria cum titulo; & in his terminis consulit
Fagn. cit. *c. nosti num.* 24. *& seqq. de elect.* ubi de
consuetudine Archiepiscopatus Pisarum, sed indefini-
tè loquitur de Episcopo; quia consuetudo Pisana
erat, ut causæ cognoscerentur à Vicario; & quam-
vis in hoc casu sit facilior consuetudo, quia verè
non dicitur judicare ille qui habet interesse, & sic
non est directè contra jus, ut suprà innui; tamen
non video, quare si sit legitimè introducta, hoc
idem non erit dicendum in Episcopo; si enim huic
potest concedi per privilegium Papæ, ut in his cau-
sis judicet, non obstante recusatione, Francus *cap. po-*
stremo nu. 5. *de appellat.* potest etiam hoc idem in-
152 troduci per consuetudinem, nam Episcopus repræ-
sentat duplicem personam, alteram Episcopi, & al-
teram privati, & sic interesse non est proprium in-
distinctè, sed saltem consuetudo potest tribuere juris-
dictionem, ut in terminis Episcopi contra laicos in cau-
sis sæcularibus contra Text. *in cap. si Clericus Laicum*
de for. compet. etiam ex declaratione S. Congregationis
docuit Sperell. *dec.* 98. 40. *&* 41. & tali casu quod extet
supradicta consuetudo, non esse dandum Adjunctum ne-
que Episcopo, neque Vicario, firmat cit. Fagn. *ubi*
suprà.

Id autem procedit pro sustinenda validitate acto-
rum etiam in causis Episcopi tantùm, ubi non impu-
gnatur jus Ecclesiæ ante recusationem, quatenus verò
153 allegatur Episcopus suspectus, seu Vicarius, non esse
recedendum à praxi puto, quod nimirum detur Adjun-
ctus Vicario, tum quia contraria consuetudo legiti-
ma non est facilè introducibilis, in qua requiritur
contradictio, & acquiescentia populorum, tum for-
tiùs quia esset aliquo modo contra bonos mores
154 propter periculum injustitiæ, & præsertim in ipso-
met Episcopo, cui radicaliter potestas judicandi est
sublata in causis, in quibus vertitur tantùm interes-
se suum bursale, & in causis Ecclesiæ ille habetur
pro suspecto, ratione interesse consequentis; in Vi-
cario tamen, quia est suspectus tantùm præsumpti-
vè, posset sustineri consuetudo faciliori ratione;
semper tamen videtur re integra assignandus Adjun-
155 ctus; satis enim durum est coram Judice suspecto
litem agere, & in citato casu Fagnani non video da-
tam resolutionem à S. Congregatione, & sic suppo-
nendum potius eam stetisse in decisis in causa Medio-
lanen. ut detur scilicet Adjunctus Vicario.

Quo ad secundum dico, nullimodè posse dari ad-
156 junctum Episcopo, quia quando quis est suspectus,
nequit judicare cum Adjuncto; nam quidquid sit de
Jure Civili *in l. apertissimè Cod. de Judiciis*; Jure ta-
men Canonico est id vetitum, Gratian. *discept.* 837.
num. 18. *& seqq.* & verè S. M. Greg. XIII. qui de-
mandavit hujusmodi adjunctos Vicariis in his causis,
157 se movit, quia Vicarius non habet ex persona propria
interesse, ibi: *Quia Vicarius est suspectus ea sola ratio-*
ne, quia Judex in causa propria sui Episcopi, & in
eo non urget tanta ratio suspicionis, quanta in Epi-
scopo, ad quem commodum, & incommodum spectat;
Proinde nequit procedere idem in utroque, ut in-
nuit Fagn. *in cit. cap. nosti in fin.* Et ita in casu occur-
so in Signatura Justitiæ *in cit. causa Motulen.* quamvis
sub die 13. Martii 1698. fuisset rescriptum, *Episcopus*
procedat cum adjuncto, in repropositione causæ sub die
15. Maii fuit illud reformatum; quod scilicet Vi-
carius procederet cum Adjuncto, quamvis causa fuis-
set coram Episcopo introducta ad instantiam Oeco-
nomi Mensæ, & pars recusasset illum, opponendo
etiam, quod erat Forensis, nihilominùs fuit remissa,
ut dixi, ad Vicarium Generalem, cùm non debeant
passim avocari causæ à Curia Ordinarii, data illa
salutari provisione Adjuncti Vicario, & quo ad qua-
litatem Forensem, fuit considerata ratio rei sitæ in
Diœcesi Motulen., cùm ageretur de nemore mensæ
Episcopalis combusto in eadem Diœcesi, & ipse reus
recusasset Episcopum, ratione interesse, & sic non
potuerat negare, quod causa spectasset ad Curiam 158
Motulen.; quando enim Judex recusatur, non im-
pugnatur jurisdictio, sed persona, ut suprà dixi.

Antequam recedamus à materia Adjunctorum dan-
dorum in causis, ubi adest Episcopi interesse, occur- 159
rit dubium disputatum in Sac. Congreg. Concil. in
Hyspalen. cujus Ecclesiæ Capitulum est exemptum
ab Archiepiscopo, qui cùm aliquos libros cujusdam
Parochiæ sibi transmitti demandaverit, aliqui de Ca-
pitulo portitorem librorum invadendo intra Pala-
tium Archiepiscopale, libros subtraxerunt cum mo-
tivo, dictam Parochiam Capitulo esse subjectam.
Confecto processu per Archiepiscopum de tali ex-
cessu, idem adivit pro majori cautela Sanctissimum,
ut committeretur causa alteri Episcopo, ne jus sibi
diceret, & prætendebatur pro parte Canonicorum,
ut Commissio signaretur: *Alteri Episcopo cum Ad-*
junctis; secus verò instabat Archiepiscopus, ea ra-
tione quia Adjunctus solet dari ex stylo Signaturæ
in causis Mensæ, ob affectionem, quæ non mili-
tat, si causa delegetur à Papa alteri; imò cum da-
rentur Adjuncti in causa Capituli exempti, deberent
iidem esse de eodem Capitulo, Rota *dec.* 339. *co-* 160
ram Card. *Cerro*, & hoc pacto fierent Canonici,
Judices in propria causa; & demum, quia privile-
gium Adjunctorum in istis Capitulis est respectu 161
Episcopi, qui vellet procedere in Capitulo exem-
pto, non autem respectu Summi Pontificis, & sicuti
Episcopus inter suos subditos solùm judicat, ita Papa
ac hujus delegatus, cùm respectu istius cesset exem-
ptio Capituli, Barbos. *ad Sac. Concil. Trid. cap.* 6.
sess. 25. *de reform. & de* Canon. *cap.* 28. *nu.* 2. Lot-
ter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 25. *nu.* 61. *& seqq.*

Hinc Episcopi soli per se habent intentionem funda-
tam puniendi omnes, etiam Canonicos, *can. de perso-*
na 11. *qu.* 1. *cap. Irrefragabili* 13. ubi Gloss. *v. per* 162
Capitulum de off. ordin. dec. 743. *nu.* 8. *par.* 1. *divers.* Et
dispositio *cit. S. Concil. Trid.* fuit ad favorem Episco-
porum, ut possint contra Capitula exempta procede-
re, visitare, & judicare cum Adjunctis, Lotter. *cit.*
num. 62. Barbos. *ad cit. cap.* 6. *nu.* 3. *dec.* 308. *par.* 2. *div.*
dec. 493. *coram Seraphin.* quæ quidem Adjunctorum
ratio in Sede Apostolica non militat.

Nec obstat quod Commissio illa sit subrogatoria
proprii Archiepiscopi, quia est Commissio ex inte- 163
gro, ratione interesse ipsius, & suspicionis alteri
non suspecto, Cappuccius *in praxi par.* 3. *cap.* 3. *nu.*
20. *cum sequen.*, & esset monstruosum adjicere Adjun-
ctos alteri Episcopo, & nihilominus esse divisos Ad-
junctos à proprio Episcopo, ait Fagn. *in cit. cap. Ir-*
refragabili num. 15. Nec convenit, ut Capitulum
sit Judex, prævia persona Adjunctorum in causa pro- 164
pria, Valenz. *cons.* 184. *num.* 74. & sic Sac. Congreg.
die 7. Augusti 1688. respondit, Commissionem es-
se signandam sine Adjunctis, & sub die 28. Augu-
sti stetit in decisis.

Hæc

Hæc omnia supradicta tam quoad extrajudicialem
165 processum contra occupatores bonorum Ecclesiasti-
corum, quàm quoad judicialem cognitionem in cau-
sis, procedunt nedum respectu Episcoporum, sed
etiam quorumcumque aliorum habentium ordinariam
jurisdictionem excommunicandi, ut respectu Deca-
ni Prælati inferioris procedit *cit. textus cap. dile-
cto*, & quoad Abbatem Farsen. *est dec. 544. par. 18.
recent.* ubi agitur de bonis Mensæ Abbatialis; & in
terminis Archidiaconi procedit *citata dec. Gerunden.
Jurisdictionis super exhibitione* 22. Junii 1703. cor.
D. Kaunitz. Et in terminis Archiepiscopi, qui si-
166 mul erat Canonicus Ecclesiæ suffraganeæ Herbipo-
len. an valeret procedere in causis appellationum
propositarum à Capitulo Herbipolen. à sententiis
illius Episcopi respicientibus interesse ipsius Capitu-
lis, tam in genere, quàm Canonicorum singula-
rium, sed pro alterius deputatione à Nuntio Co-
lonien. supplicatum fuit Sacræ Congregationi Con-
cilii pro declaratione die 29. Novembris 1698. quæ
167 respondit, non esse locum dictæ deputationi in ge-
nere, & provisionem fore dandam in casibus par-
ticularibus; nam ista generalis privatio jurisdictio-
168 nis non posset procedere; quoniam si verè age-
retur de causa Capituli, sine interesse bursali, & considerabili singulorum Canonicorum, benè potuerat Metropolitanus ille judicare; secus autem si ageretur de interesse considerabili Capituli ut singulorum Canonicorum, & proinde etiam singulariter tangente ipsum Metropolitanum uti Canonicum, & facit Text. *in cap. à collatione de appell. in* 6. & ibi Passerin. ubi distinguit quod appellatio datur ad Episcopum, si intersit uti Canonicus, quia agitur de re spectante ad Capitulum & sic ad Canonicos uti universos, vel quia datur appellatio ad eumdem, si appelletur ab actu Capituli, in quo idem Episcopus uti Prælatus auctoritatem præstaret; secus in alio casu, quo actus fit ad ipso collegialiter cum Canonicis, uti Canonico; imò hoc casu Textus utitur verbo *potuisti*, scilicet quod validè possit procedere in appellatione; sed si recusetur à parte, debet dari ab Archiepiscopo delegatus, ut benè Gloss. *v. potuisti*, ut dixi supra in causis Ecclesiæ simul, & Episcopi, validè procedere, sed posse recusari. Nec obstat *tex. in cap. cum R. de offic. Jud. deleg.* quia ibi fuit dictum non dari Judicem delegatum Canonicum in causa alterius Canonici, quia oritur suspicio stante societate, ubi Gloss. *verb. sine ibid.* Sed tunc agebatur de Judice delegato, qui faciliùs dari potest suspectus, & ulteriùs ibi agebatur de Judice Canonico, uti Canonico, non autem uti Episcopo, & Ordinario; & in terminis Vicarii Episcopi Canonici utrum possit concedere Beneplacitum Apostolicum in alienatione rei Capituli, Rota *dec. 196. nu. 15. coram* Priolo, & dixi in Commentario ad Constitutionem primam D. Leonis Magni.

SECTIO III.

De excommunicatione contenta in hac Constitutione, an sit latæ, vel ferendæ sententiæ, ubi generaliter etiam de intellectu verborum dictæ Constitutionis circa maledictiones contra non parentes, & demum de Censuris, quando possint, & debeant directè, vel in subsidium tantùm fulminari?

SUMMARIUM.

1 *Censura in hac Constitutione an sit lata sententia?*
2 *Censura an fuit inducta jure Divino, vel Pontificio, & de verbis hujus Bullæ:* Ex parte Dei Omnipotentis, & auctoritate Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli.
3 *Potestas ferendi Censuras fuit à Christo Domino suis Apostolis, & consequenter Ecclesiæ tributa.*
4 *Apostoli pluries excommunicationis mucrone usi sunt.*
5 *Censurarum ferendarum potestas summoperè Ecclesiæ necessaria.*
6 *Potestas ferendi Censuras est universaliter in Pontifice.*
In Episcopis verò quoad suas Diœceses.
7 *Est nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, quo in Ecclesiam contumaces facilè compescuntur.*
8 *Excommunicatio duplex, alia latæ, alia ferendæ sententiæ, & unde hæc differentia dignoscatur? & n. n. seqq.*
9 *Verba indicantia, excommunicationem esse latæ sententiæ, quæ sint?*
10 *Verba:* Habeo te pro excommunicato, *inducunt indistinctè excommunicationem latæ sententiæ.*
11 *Verba indicantia, excommunicationem esse ferendæ sententiæ, quæ sint?*
12 *Censura numquam inducta censetur, nisi ejus species sit claris & distinctis verbis expressa.*
13 *Excommunicatio in dubio censetur potius major, quàm minor.*
14 *Excommunicatio in dubio non censetur esse latæ, sed ferendæ sententiæ.*
15 *Verba in dubio sumi debent pro principaliori significatu.*
16 *Anathema, Maranatha, voces, altera Græca, altera Syriaca, quid significent?*
17 *Imprecationes variæ, & horribiles, quibus Summi Pontifices usi sunt contra occupantes bona Episcoporum, & Ecclesiæ, & forma fulminandi excommunicationes.*
18 *Anathema, vox Græca, antiquitùs nullam importabat excommunicationem, aut censuram.*
19 *Eadem vox, deinde usurpata fuit ad significandam majorem excommunicationem.*
20 *Excommunicatio aliquando majorem, aliquando minorem excommunicationem significat.*
21 *Differentia duplex inter excommunicationem, & anathema, & n. n. seqq.*
22 *Anathema tunc intelligitur excommunicatio, quæ cum solemnitate fertur; excommunicatio verò aliquando, quæ sine solemnitate.*
23 Anathema sit, *importat excommunicationem latæ sententiæ, contra nonnullos.*
24 *Excommunicationis pœna an possit infligi non solùm in subsidium, sed etiam directè.*
Excommunicatio quatenus dicatur medicinalis, vel mortalis, & de excommunicatione majori, ibidem.
25 *Excommunicatio imposita fuit à Sacris Canonibus aliquando sola, aliquando simul cum pœna pecuniaria.*
26 *Censuræ antiquitùs ferebantur ab Episcopo promiscuè, & principaliter cum aliis pœnis temporalibus, non autem in defectum illarum.*
27 *Censuræ post Concilium Tridentinum nullo in casu ferri possunt, nisi in subsidium, deficientibus aliis remediis.*
28 *Excommunicatio imponi nequit, nisi peccatum mortale, & contumacia concurrant. Declara, ut num. seqq.*
29 *Excommunicatio in contumaciam in causa levi, & pecuniaria, imponi non debet, contrarium n. 34.*
30 *Excommunicatio aliquando infligitur pro excessu, aliquando pro contumacia, & nu. 32.*
31 *Contumacia in quacumque excommunicatione, etiam propter delictum inferenda, consideratur tamquam causa immediata & n. n. seqq.*
32 *Contumax dicitur, qui committit delictum ab Ecclesia prohibitum.*
33 *Excommunicatio in jure contenta supponit peccatum mortale, ratione contumaciæ, quæ inducitur ex juris interpretatione.*
34 *Excommunicatio potest inferri ab homine pro sola contumacia in re quamvis minima.*
35 *Perseverantia notoria in peccato dat justam causam excommunicandi contumacem in re minima.*

36 *Obligatus in forma Cameræ voluntariè se subjiciens pœna excommunicationis, si pactum non servat, nimis justè excommunicatur.*

37 *Concilii forma in excommunicatione servanda procedit solùm in excommunicatione judiciali ferenda, & non in lata à jure.*

38 *Excommunicatio juris an possit ab Episcopo executore declarari, contra eum qui commisit levem culpam, cum voluntaria transgressione, & n. n. seqq.*

39 *Contumacia, & peccatum, sine voluntate non incurritur.*

40 *Excommunicatio juris, nec executionem realem, vel personalem, juxta formam Concilii, nec contumaciam prærequirit.*

41 *Censuræ in Bullis, & Brevibus Apostolicis contentæ, executioni demandantur à Judicibus, & ab A. C. directè, & non servata forma Conciliari, prout pro executione decretorum SS. Congregationum.*

42 *Monitorium quod ab A. C. præmittitur ante Censuras, habetur loco citationis.*

43 *Concilii forma observanda est, quando Judex ex se procedit ferendo excommunicationem; secus verò quando exequitur excommunicationem à Papa latam.*

44 *A. C. procedens ad excommunicationem in vim Obligationis Cameralis debet servare formam Concilii, & n. 58. & seqq.*

45 *Episcopi in suis Edictis non tenentur de rigore servare formam Concilii, dum excommunicationem ferunt.*

46 *Debent curare nihilominùs, ne directè dicta edictalis excommunicatio feratur, sed solùm in subsidium.*

47 *Excommunicatio si passim inferatur, vilescit.*

48 *Matrimonium contrahentes non servata forma Concilii, eique faventes, interessentes, &c. damnantur Concilio Provinciali Mediolanensi.*

49 *Excommunicatio ab Episcopo contra laicos transgressores imponi nequit, nisi in subsidium, & n. n. seqq.*

50 *Synodales Constitutiones imponentes directè pœnam excommunicationis, non sunt observandæ tamquam illaqueativæ animarum.*

51 *Laici possunt pœnis pecuniariis ab Episcopo puniri, sed multò magis Clerici.*

52 *Laici possunt directè ab Episcopo excommunicari, quando is non potest contra illos gladium temporalem exercere.*

53 *Excommunicationis pœna directè imponi potest contra laicos ad ferendum testimonium, & contra alios, ut num. 55.*

54 *Peccatum, etsi ratione rei non adsit, potest tamen esse ratione scandali sufficiens ad excommunicationem.*

55 *Episcopus nonnisi ex gravissima causa potest dictas excommunicationes directè ferre.*

56 *Excommunicatio in Judiciis inferri nequit, nisi juxta formam Concilii, hoc est in defectum executionis realis, vel personalis.*

57 *Declara, nisi impediatur facultas procedendi ad pœnas temporales.*

58 *Conciliaris forma an sit observanda in excommunicatione, quæ provenit ex obligatione Camerali?*

59 *Censuræ hodie non possunt ferri vigore obligationis Cameralis, nisi post factas diligentias non sit locus obligationi reali, vel personali.*

60 *Extendi prius debet forma Cameræ coram A. C. etiam quod fuerit consensum in mandatum cum unica.*

Diligentiæ quomodo faciendæ pro executione realis? ibid.

61 *Correi duo obligati in forma Cameræ secundùm modernam formulam non possunt Censuris affici, nisi factis antea contra utrumque diligentiis, & in subsidium.*

62 *Si contra unum ex eis potest executio realis, vel personalis fieri, non possunt contra alterum in subsidium relaxari Censuræ, ut censuit Sacra Cong.*

63 *Fidejussor ut cogi possit ad solutionem, debet prius ejus Principalis discuti realiter, vel personaliter, sed non excommunicari.*

64 *Diligentia censentur sufficienter facta, si ex relatione Cursoris judicialiter facta, appareat non fuisse inventa bona, vel personam, aut fuisse præstita impedimenta ad faciendam executionem realem, vel personalem.*

65 *Diligentiæ prædictæ an debeant judicialiter probari, ad hoc ut procedi possit in subsidium ad Censuras?*

66 *Notorium relevat ab onere probandi.*

67 *Notoriè si constet non posse fieri executionem realem, vel personalem, non est necessaria Judicialis probatio, ad effectum procedendi ad Censuras in subsidium.*

68 *Concilium Tridentinum non induxit hunc ordinem tamquam formam sine qua non, sed tamquam modum, seu formam instructionum ad ferendam excommunicationem.*

69 *Ordo præmittendi executionem realem, vel personalem, si non servetur, adhuc Censura subsistit, & n. n. seqq.*

Magistratus sæculares non possunt se ingerere in cognitione Censurarum sub prætextu formæ Conciliaris non servatæ, ibid.

70 *Censuræ latæ contra dictam formam instructivam Concilii etsi validæ sint, Ordinarii tamen non servantes prædictam formam puniri possunt.*

71 *Ante Concilium, excommunicationis remedium in actione reali, erat subsidiarium, in actione personali arbitrarium.*

72 *Executio facta contra formam traditam in l. à* D. Pio §. in vendicatione ff. de re Judic. *an sit nulla?*

73 *Forma præscripta ubi non fuerit annullativa actus gesti substinentur.*

74 *Monitoriales ad finem revelationis, concedi nequeunt, nisi ab Episcopo, & non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaque diligenter examinata.*

75 *Forma omninò servanda præscripta fuit à Concilio in his Monitoriis concedendis.*

Verbum: & non aliàs; *solemnitatem, & formam veram induit.*

76 *Censuras latas ab Episcopo non servata forma Concilii esse validas, declaravit Sac. Congreg. Concilii.*

Irregularitas an contrahatur ob excommunicationem, non servata forma Conciliari? ibid.

77 *Excommunicatio injusta an liget? & quomodo intelligatur, latè discutitur, & n. n. seqq.*

78 *Distinguitur inter excommunicationem nullam ob defectum jurisdictionis, & injustam, & an sit notoriè injusta?*

79 *Excommunicatio injusta ratione animi pravi, causa, seu ordinis.*

80 *Si forma sit præcisa, & de verbis id inducentibus, reddit actum excommunicationis nullum, si non servetur.*

81 *Forma Conciliaris est instructiva.*

82 *Auditor Cameræ habet formam præcisam excommunicandi obligatos in forma Cameræ.*

Differentia in hoc inter Ordinarios, & Auditorem Cameræ.

Auditor Cameræ non potest excommunicare obligatum in forma Cameræ, nisi in subsidium, & si aliter processerit, Censuræ sunt nullæ? ibid.

83 *Pauper excommunicari nequit.*

84 *Paupertas si sit notoria, Censuræ sunt nullæ, sed cessante notorietate, si paupertas adhuc probetur, concedi debet absolutio.*

85 *Frater ad instantiam Fratris, nec carcerari, nec excommunicari valet.*

86 *Intellige si sit pauper, secus verò si habeat facultatem solvendi.*

87 *De-*

87 *Doloso, neque privilegium, neque suus dolus patrocinari debet.*

88 *Discussio bonorum non debet necessariò precedere ad remedium subsidiarium Censura, quando bona sunt intricatá, & difficilis exactionis.*
D. Ansaldus de Ansaldis Auditor S. Rota Romana laudatur, ibid.

89 *Executio rei judicata debet fieri extra Curiam ab Episcopis juxta formam Conciliarem, intellige, ut ibi.*

90 *Curia stylus circa censuras ferendas, & S. Rota. Adducuntur diversa decisiones circa stylum S. Rota an is sit in subsidium Censurarum ad formam Concilii? ibid.*

91 *Distinguuntur casus, ultra Montes, citra Montes, & in Statu Ecclesiastico, nec non dum agitur de re judicata, mandato de manutenendo, ac mandatis pro summa pecuniaria, & latè discutitur materia, resolvitur, & respondetur contrariis, ibi.*

92 *Auditor Camera quomodo & quando procedat ad relaxationem Censurarum pro executione mandati de manutenendo, & rei judicata?*
Quid agant Judices Commissarii? ibid.

93 *Commissiones executoriales dantur Judicibus Commissariis in Curia, non autem Rota, qua habet facultatem exequendi propria judicata.*

94 *Acta extrahenda ex alieno Principatu quando haberi possunt pro compulsatis, ob difficultatem compulsandi?*

95 *Declaratoria datur contra contumaces, & non parentes post servatos quatuor terminos, & an contra pupillum, & quando non servatis dictis terminis?*

96 *Appellatio non datur à dicta declaratoria, &* num. 116.

97 *Post servatos quatuor terminos conceditur etiam ex benignitate alia dilatio ante declaratoriam.*

98 *Executores, vel delegati S. Rota, non possunt in vim executorialium excommunicare contumacem, sed hoc pertinet ad ipsam Rotam.*

99 *Executor mandati de manutenendo non potest validè procedere ad captionem pignorum, ad subhastationem bonorum, vel ad condemnationem restitutionis fructuum.*

100 *Rota in* Monasterien. Matrimonii coram Caprara *distinxit in hac materia inter purum executorem, & inter illum cui fuit commissa executio cum admixtione jurisdictionis, sed non approbatur, & fuit revocata, &* nu. 104.

101 *Exequutor datus in litteris executorialibus Rota, nequit de stylo ad aliquem jurisdictionis actum procedere.*

102 *Executoriales littere & si excommunicationem contra reos contineant, & eos denunciari ab executoribus mandent; subintelligitur tamen conditio, si sine justa causa non paruerint.*

103 *Reus si se opponat paritioni litterarum executorialium, nequit executor disquirere non paritionis causas, sed ista debent discuti coram Rota, servatis quatuor terminis.*

104 *Clausula:* Contradictores verò, *qua apponitur in dictis litteris, percutit alios, qui impedierint executionem, non verò ipsum reum.*

105 *Executor non habet aliam facultatem, nisi intimandi litteras executoriales, & illas deinde Rota remittendi.*

106 *Executor dando immissionem, vigore dictarum litterarum, attentavit; sed Rota dictam immissionem substinuit, tamquam à seipsa factam, attenta pervicaci Rei contumacia.*

107 *Circuitus inutiles resecare solent Tribunalia suprema.*

108 *Attentatorum revocatio potest aliquando ex justa causa retardari à Judice, vel in totum remitti.*

109 *Executoris gesta, ordinariè tamquam attentata condemnantur à Rota; & ita in casu occurrente rescripsit Signatura Justitia.*

110 *Judex idem debet ex congruentia, excessiva acta proprii executoris coercere.*

111 *Contumacia fit locus, & consequenter declaratoria, non docto de paritione.*

112 *Paritio facienda si consistat in aliquo actu positivo injuncto, debet positive probari ad evitandam contumaciam; sed si consistat in actu negativo, vel in in patientia prastanda, censetur paritum, donec ex adverso probetur contrarium; ubi latè casus discutiuntur.*

113 *Verbalis oblatio de parendo, non sufficit quando injunctus est actus positivus.*

114 *Sufficit tamen quando non est injunctus actus positivus, dummodò non sit captiosa, sed specifica, & acceptans Judicatum Rotale, ac non praservans jura incompatibilia.*

115 *Praservativa jurium compatibilium admittitur.*

116 *Appellatio non admittitur à declaratoria relaxata pro executione rei judicata.*

117 *Universalia Corpora, & Communitates interdicuntur, Persona verò singulares excommunicantur, & quid de Fœminis?*
Capitula quatenus non possint interdici interdicto universali pro debito pecuniario? ibid.

118 *Intimatio mandatorum debet fieri Capitulo, & Universitati, & quomodo, & à quo debeat fieri illius convocatio.*

119 *Intimatio mandati debet fieri personaliter, nisi in Commissione data sit facultas procedendi per affixionem, & quomodo probetur non tutus accessus?*

120 *Post declaratoriam datur aggravatoria, & deinde reaggravatoria cum terminis distinctis decem dierum.*

121 *Scientia mandati supplet defectum intimationis illius, & quomodo id admittatur.*

122 *An relaxari valeat declaratoria pro summa incerta, & pro culpis futuris? plures casus distinguuntur.*

123 *Declaratoria potest relaxari contra administratorem renuentem reddere rationes, & pro quocumque alio facto implendo.*

124 *Condemnatus ad solvendam aliquam summam in genere, debet instare pro liquidatione, & solvere aliquid illius summa.*

125 *Declaratoria non potest dari circa fructus, & culpas futuras. quod limita, ut ibi.*

126 *Ad ferendam declaratoriam, requiritur contumacia certa, cùm qualibet causa excuset.*

JAm suprà dixi, quod hæc Constitutio contra Invasores bonorum Ecclesiæ post obitum proprii Epi-
scopi sit latæ sententiæ; ibi enim Papa non mandat
tantùm excommunicari, sed excummunicat, attentis 1
verbis ibi: *Et ut revera putridum membrum excommunicationis ferro à Sancta Ecclesia corpore detruncamus,* & ita notavit Scortia *in select. Pontif. epit. 2. ad hanc bullam, theorem. 5.*

Dicitur primò: *Ex parte Dei Omnipotentis, & authoritate Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli:*
Nam etsi jure divino nulla sit excommunicatio 2
imposita, nec forma præscripta, quæ ab Ecclesia præfinita fuit, & sic quoad istam censura est de jure positivo Pontificio, *Alterius de censur. lib. 1. disp. 3. cap. 3.* Suarez *de censur. disp. 1. sect. 1.* Henriquez *lib. 13. cap. 1. & alii contra Covarruviam in cap. alma mater par. 1. §. 2. num. 3.*

Tamen certum est fuisse de jure divino, nempè
à Christo Domino tributam Ecclesiæ in Personis Apo- 3
stolorum facultatem ferendi censuras, ut constat ex *Matth.* 18. ubi tributa fuit Apostolis potestas ligandi his verbis: *Amen dico vobis, quacumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlis:* quam potestatem esse supranaturalem, notat Divus Chrysostomus *hom. 4. in cap. 2. ad* Hebr. *Nemo,* inquit, *contemnat Ecclesiastica vincula, non enim homo est qui ligat, sed Christus qui nobis hanc potestatem dedit.* Et fuisse excommunicationem omninò necessariam ad bonum Ecclesiæ regimen, statim ipsimet

Apostoli demonstrarunt, qui pluries illa usi fuere,
& quidem omnium primus Divus Paulus, qui ex-
communicavit Corinthium fornicatorem, ut habetur
ex Concilio Colonien. I. celebrato tempore Pauli III.
par. 13. *cap.* 2. Deinde verò S. Petus, & reliqui Apo-
stoli, ut testatur *S. Clemens Primus*, vel quisquis alius
est Auctor *Epist. 1. ad Jacob. Fratr. Domini*. Et hujus
5 etiam potestatis necessitas in Ecclesia, comprobata
fuit in Concilio Constantinopolitano *sess.* 18. ubi
damnatur error VViclephi, de qua re vide Card. Bel-
larm. *de Summ. Pontif. to.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. Suarez *de
censur. disp.* 2. *sect.* 1. *fol.* 5. Vasquez *tract. de excom-
munic. dub.* 1. latè Ugolin. *de censuris tab.* 1. *cap.* 1.
per tot. Coninch. *tom.* 2. *disp.* 13. *dub.* 3. *nu.* 24. Fagn.
cap. sacro nu. 27. *&* 28. *de sent. excomm.* ubi de anti-
quo usu Anathematis usque à temporibus Apostolo-
rum, Gonzal. *cap. sicut num.* 11. *de hereticis*. Omnis
namque Respublica, ut benè consistat, indiget pote-
state coercitiva, & directiva jurisdictionis, aliàs hæc
sine tali potestate, nulla diceretur, *l. ult. ff. de eo cui
mand. est Jurisd.* & benè Innoc. III. *cap. Pastoralis de
offic. delegati*, ait: *Jurisdictio nullius momenti esse vi-
deretur, si coercitionem aliquam non haberet, & cap.
ex litteris eod. tit.* & latè etiam *Van-Espen. in Univ.
Jus Eccles. cap.* 3. *tit.* 11. *cap.* 4.

Residet igitur hæc Ordinaria Potestas authoritate
6 Dei, ex Jure transmisso ab Apostolis, pro toto Chri-
stiano Orbe, in Summo Pontifice, in Episcopis verò
pro suis Subditis tantum, ut dixi suprà *sect.* 2. Estque
7 nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in
officio Populos valdè salutaris, ut legitur in Concilio
Tridentino *sess.* 25. *de ref. cap.* 3. prout multis exemplis
Imperatorum & Regum facilè demonstrari posset,
qui animo in Ecclesiam alioquin infenso, & rapaci,
hujus mucronis Ecclesiastici metu, in ordine se se con-
tinuerunt; ut de Henrico IV. Imperatore, de Desi-
derio Longobardorum Rege, de Fredericis, Othoni-
bus, aliisque innumeris Principibus notissimum est.

Dicitur secundò: *Anathematizandum esse decerni-
mus, & ut revera putridum membrum excommunica-
tionis ferro à Sancta Ecclesiæ corpore detruncamus.*
8 Pro cujus rei notitia, sciendum est, duplici modo fer-
ri posse excommunicationem, nempè per modum la-
tæ sententiæ, & per modum ferendæ sententiæ. Ex-
communicatio latæ sententiæ, est, quando à lege,
vel ab homine, ita aliquid prohibetur, ut si quis se-
cus fecerit, statim, & immediatè, ac ipso jure in-
cidat in excommunicationem. Excommunicatio fe-
rendæ sententiæ est, quando quis præcepto Superio-
ris non obtemperans, non statim incidat in excom-
municationem sibi comminatam, sed possit tali mu-
crone plecti per sententiam Judicis.

In praxi verò, multoties ambiguitas occurrere so-
let, an excommunicatio inflicta, sit latæ, vel feren-
dæ sententiæ; ideò ad illas dignoscendas, ultra circum-
stantias, quæ concurrunt, verba principaliter, qui-
bus excommunicatio fertur, inspici debent, unde si
adsit aliqua ex illis dictionibus: *Statim, illico, in-*
9 *continenti, ex tunc, ipso jure &c.* excommunica-
tio dicitur latæ sententiæ, etiam quod verba aliquo
modo sententiam ferendam importarent, Comitol. *re-
spons. moral. lib.* 1. Tamburin. *de censur. tract.* 1. *cap.* 1.
nu. 22. Ita pariter, si excommunicatio feratur per ver-
ba præsentis, vel præteriti temporis, dicitur latæ sen-
tentiæ, ut si dicatur: *Excommunico, volo, declaro,
definio esse excommunicatum, subdatur excommunica-
tioni, habeatur pro excommunicato, incurrat, inci-
dat in excommunicationem*, quæ omnia sunt præ-
sentis temporis, vel *subjaceat excommunicationi*.
Gloss. *v. excommunicationi in cap. Clericis, ne Cle-
rici, vel Monach.* Cajet. *in summa v. excommuni-
catio* 16. Navar. *in man. cap.* 17. Suar. *de censur.
disp.* 13. *sect.* 3. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 32. & alii commu-
niter. Ita de verbo, *incurrat*, Fagnan. *cap. sacro n.* 57.
de sent. excomm. vel si dicatur: *Sit excommunicatus,
decernimus, noveris, scias esse excommunicatum*;
quæ omnia sunt verba præteriti temporis; & cla-
riùs verba *ipso facto*, certè quoad forum internum,
statim ligant, Suarez *tom.* 5. *disp.* 5. *sect.* 3. *num.* 8.
& de legib. lib. 5. *cap.* 8. *num.* 1. Salas *eodem tract.
quæst.* 96. *tract.* 14. *disp.* 5. *sect.* 2. Loriat. *part.* 1.
disp. 24. *memb.* 1. *resol.* 5. *& memb.* 2. *§. unic.* Gar-
cias *de benef. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 22. Et de verbis:
ethnicus, & publicanus reputetur, importare excommu-
nicationem ipso facto, *cit. Van-Espen. cap.* 4. *nu.* 3. *&*
12. ex verbis Matthæi 18. ibi: *Si Ecclesiam non au-
dierit, sibi tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus. Et
docet* Navar. *in summ. cap.* 27. verba: *Ut excommu-
nicatus ab omnibus evitetur*, quidquid sit dubii ante de-
clarationem in *cap. super specula ne Cleric. vel Mo-
nachi*, hodie communiter importare excommunicatio-
nem ipso facto, Barbosa *ibi num.* 6. & plenè, Fagn.
nu. 1. *ad* 8. Hic optimè notandum antiquis Ecclesiæ
sæculis non fuisse usu frequentem excommunicatio-
nem ipso facto, imò tempore promulgationis Sexti
Libri Decretalium vix aderant trig nta sex casus ex-
communicationis latæ sententiæ, qui possent etiam
in pauciores redigi, ut notat Navar. *in Manuali
cap.* 27. *n.* 49. quamvis deinde dilatati per Extravagantes
posteriores, imò in Decreto Gratiani una tantum no-
tatur apud *Van-Espen. in Univ. Jus Can. par.* 3. *tit.
11. cap.* 6. *num.* 20. *& seqq.*

Et licèt Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 17.
existimaverit excommunicationem latam per illa ver- 10
ba: *Habeo te pro excommunicato*, esse ferendæ senten-
tiæ, si infligatur ab homine; latæ verò, si proferatur
à lege; nihilominus in utroque casu tam prædictam
formulam, quàm reliquas supradictas importare la-
tam sententiam, communiter concludunt Doctores,
Felin. *in cap. Rodulphus de rescript. in* 6. Suarez *dis.*
3. *sect.* 3. *nu.* 3. *& de legibus lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 25.
Azot. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 9.

Excommunicatio verò ferendæ sententiæ dicitur,
vel quando fertur per verba futuri temporis, ut
cum dicitur *Excommunicabitur*. Et licèt Nald. *in* 11
ver. actus nu. 34. ex Tiraquell. *in l. Si umquam Cod.
de revocand. don.* existimaverit, quod si verba futu-
ri temporis sint geminata, inducant excommunica-
tionem latæ sententiæ, non est tamen audiendus,
& meritò rejicitur à Comitol. *respons. moral. lib.* 6.
quæst. 24. Dicitur etiam ferendæ sententiæ, quando
profertur sub verbis comminatoriis; puta *Sub inter-
minatione anathematis*, vel *sub pœna excommunica-
tionis, suspensionis &c.* ita communiter Doctores *su-
prà cit.* quibus adde Vasquez. *de excommunic. lib.* 2.
Ugolin. *tabul.* 1. *§.* 9. *num.* 6. Tamburin. *de censur.
tract.* 1. *cap.* 1. *per tot.* ubi latè.

Observandum tamen est, quod si quis his formulis
uteretur, nempè *fero in te Ecclesiastica censura senten-
tiam: ferio te mucrone Christi, vel mucrone Ecclesia-
stico; indignationem Dei, vel Sancti Petri, vel no-
stram incurras; sub interminatione maledictionis, ma-
ledico te*, & similibus, nullam excommunicationem,
vel aliam Ecclesiasticam censuram induceret. Ratio
est, quia species censuræ debet clarè, & distinctè 12
exprimi; in his autem formulis, nulla specialis cen-
suræ adest expressio, ut benè Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.*
11. Tamburin. *in d. cap.* 1. *num.* 22.

An autem si perpensis verbis, adhuc sensus ex-
communicationis dubius redderetur, debeat excommu-
nicatio existimari latæ, vel ferendæ sententiæ? Du-
bium esse posse videtur; nam quemadmodum excom- 13
municatio in dubio censetur esse potius major, quàm
minor, *cap. Si quem de sent. excomm.* & communi-
ter Canonistæ, ac Theologi, Covar. *in cap. Alma
mater* 1. *part.* §. 8. *nu.* 3. Fagnan. *in cap. cum non
ab homine num.* 22. *de Judic.* Tolet. *lib.* 1. *cap.* 5.
& alii communiter; ita etiam à pari, in dubio potius 14
censenda videtur latæ, quàm ferendæ. Contrarium
nihilominùs concludunt Doctores, ex regula *Odia
restringi de regul. Jur. in* 6. Ita Felin. *d. cap. Rodul-
phus de rescript. nu.* 28. Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6.
Bonacina *de censur. in com. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 1.
num. 6. *vers. tertia*. Nec adducta paritas urget;
Nam

Nam utique excommunicatio in dubio, censeri de-
15 bet major, quia illius existentia præsupponitur, & in dubio verba debent sumi pro principaliori significatu, ad *text. in l. non aliter ff. de legat.* 3. At quando de illius existentia dubitatur, in odiis quod minimum est sequi debemus, ex *dicto textu in cap. Odia.*

Dicitur denique in ipsa Constitutione: *Anathema*
16 *Maranatha*. Sunt ista duo pronomina, unum Græcum, alterum Syriacum. *Anathema* derivatur ab *Ana*, quod est *sursum*, & *thera*, quæ est quædam figura ad formam literæ E cum tractu, quæ frontibus damnatorum imprimebatur; itaque *Anathema*, dicitur quasi *Anathera*, idest superna maledictio, Gonzalez *in cap. cum non ab homine nu. 7. de jud. Maranatha* est pronomen Syriacum, sonat usque ad adventum Domini; unde *Apostol. ad Corinth. 16. Si quis non amat Dominum, sit Anathema, Maranatha*, hoc est sit maledictus usque ad adventum Domini, quod importat excommunicationem latæ sententiæ, Bonac. *to. 1. de excomm. disp. 2. quæst. 1. punct.* 1. qui derivari ait *Anathema* ab *ἀνὰ*, quòd est *sursum*, & *θεῖναι*, quod est *positio*, sumpta similitudine ab antiquis, qui capta in bello appendebant separata, & sejuncta à cæteris Renz. *in Encyclopedia par. 1. lib. 2. tract. 2. in princ.* Toletus 4. *distinct. cap.* 75. Suarez *de Censur. disp.* 8. *sect. 2. nu.* 3. Cyron. *ad tit. de sent. excom.* Gambacurt. *de Casib. restr vat. fol. 58. nu.* 10. Sotus *in 4. distinct. 22. quæst. 1. artic.* 1. Coninch. *disp. 14. dub.* 1.

Hinc mirum non est, si hujusmodi imprecationi-
17 bus utatur Summus Pontifex contra occupantes bona Episcopi decedentis; nam illæ, & majores videntur latæ contra transgressores Canonicarum legum, ut in Concilio Romano anno 680. sic habetur contra non observantes decreta illius: *Si vero Clericus, Monachus, vel Laicus cujuslibet ditionis, vel Rex contravenerit, extraneus efficiatur à Corpore, & Sanguine Salvatoris nostri Domini Christi, nec terribilem ejus adventum dignus appareat conspicere*, ut refert *Eddius in Appendice sæcul. 4. act.* 55. Bened. *par. 1. in vita Sancti VVilfridi cap. 30. pag.* 694. In quodam diplomate Joannis Episcopi Ravennaten. hæc habetur imprecatio: *Æternæ damnationis cum Juda traditore, & anathematis trecentum decem, & octo PP.* ut meminit Auctor libri inscripti, *Ravenna antica pag.* 416. Et de interminationibus damnationis cum Satana, ejusque pompis, & proditore Juda, aliisque pluribus consimilibus imprecationibus usurpatis tam in Conciliis, quàm à SS. Pontificibus in Bullis ac privilegiis concessis, vide *Joannem Mabillon de re diplomatica lib. 2. cap. 8. nu. 5. per tot.* Imo etiam hujusmodi imprecationibus utebantur Reges, & Imperatores, ut ibidem, & præsertim illam refert, quæ est in *Novell. prima* Leonis, & Alexandri Imperatorum adversus Judicem, sententias contra legem promulgantem, ibi: *Deum hic sibi adversantem inveniat, & cœlestes potestates infestas, ante diem de hac præsenti vita migret, atque etiam futura jacturam faciat; denique, ut semen ejus perpetuam ignominiam sentiat, ac panem mendicet*. Vide quot modis Legislatores firmare voluisse animos Judicantium ad Justitiæ administrationem.

Nec minùs formidabilis est verborum formula ad propositum, qua Synodus Lemovicensis *Anno* 1031. *sess.* 21. excommunicavit nonnullos alienarum rerum raptores, ibi: *Sicut hæ lucernæ extinguuntur in oculis vestris, ita gaudium eorum extinguatur in conspectu Sanctorum Angelorum, nisi ante mortem ad satisfactionem venerint*.

Tandem terribilis est execratio præscripta à Pontificali Romano *sub tit. de ordine excommunicandi*, ibi: *Et damnatum cum Diabolo, & Angelis ejus & omnibus reprobis in ignem æternum damnamus, donec à laqueis Diaboli resipiscat, &c.*

An autem, & quomodo excommunicatio differat
18 ab *Anathema*; & an hæc formula: *Anathema sit*: importet excommunicationem latæ, vel ferendæ sententiæ? Non defuit inter Doctores controversia; quo ad primum dicendum est, quod inspecto antiquiori tempore, *Anathema* minus importabat, quàm excommunicatio; nam nihil aliud significabat, quàm separationem, & maledictionem quamdam in genere, & proinde ex illa voce, nulla specialis Censura inducebatur,
teste Suarez *de Censur. disp. 3. tract.* 3. Sayr. *de Censur.* 19
lib. 1. cap. 11. Tamburin. *eodem tract. de Censur. cap. 11. nu.* 22. Deinde verò paulò succrescente tempore, non solùm vox illa usurpata fuit ad importandam excommunicationem, sed imò in potiori, & principaliori significatu, semper importabat excommunicationem majorem, & solemniorem; vox verò, *excommunicatio*, usurpabatur aliquando duntaxat pro excommunicatione minori, imò pro simplici separatione à fraterna societate, non verò à Corpore Christi, ut habetur ex *Concilio Meldens. Can. 56. & ex Can. Engeltrudam 3. quæst.* 4. & latè *Van-Espen. Univ. Jur. Eccles. part. 3. tit. 11. cap. 3. & seqq.*

Duplex igitur constituenda est differentia inter ex-
communicationem, & Anathema; prima est, quod 20
vox excommunicatio, usurpatur aliquando pro mino-
ri: anathema verò semper pro majori; secundò quod 21
excommunicatio in dubio intelligitur illa, quæ fertur
sine solemnitate; anathema verò illa, quæ cum solemni- 22
tate incutitur; & quamvis hæc solemnitas variè describi posset, tamen (quicquid antiquitus erat) hodie in ferenda excommunicatione cum solemnitate, utendum est formula, quam præscribit idem Pontificale Romanum *allegato titulo*, nimirum, ut Pontifex Pontificalibus indumentis indutus, assistentibus sibi duodecim Presbyteris cum superpelliceis, habentibus in manibus candelas ardentes, in loco publico, Anathema profert, in cujus fine tam ipse quàm alii projiciunt in terram dictas candelas. Sed hic mos non solet, nec expedit adhiberi, nisi in causis gravissimis, & exemplaribus; quo quidem more utitur Romanus Pontifex in publicatione Bullæ in die Cœnæ Domini, ut testatur Fagnan. *in cap. Cum non ab homine de Judic. nu. 23. & seqq.* qui ex *Abb. Hostiensi, Joanne And.* & aliis hanc differentiam inter Anathema, & excommunicationem constituit.

Ad secundum, an formula: *Anathema sit*: impor-
tet excommunicationem latæ sententiæ, an verò fe- 23
rendæ? Responderunt plerique importare sententiam ferendam, Gloss. *in cap. 2. de for. compet.* Bald. *in cap. atsi Clerici de Judic.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 12. nu. 2. & alii* apud ipsum; nihilominus contrarium ex communi omnium Theologorum sententia asserendum est; idem enim sonat *Anathema sit*, ac *excommunicatus sit*, quæ verba nemini dubium est importare latam sententiam, & proindè ita communiter tenent, Sayr. cit. *tit. de Censur. disp. 3. cap. 11. Martin. de Magistrat. tract. de temporan. quæst. de rapt. Conclus.* 6. Gibalin. *de Censur. disquis. 6. qu.* 3. Suarez *de censur. dis. 3. sect. 3. nu.* 4. ubi oppositam sententiam vocat omninò falsam, Ugolin. *tabul. 1. cap. 9. §. 6. n.* 18. Bonac. *de censur. in comm. disp. 1. qu. 1. pun. 1. nu.* 6.

Quia verò in hac Constitutione dicitur: *Et nisi re-*
sipiscat, sit Anathema, quæri posset, an pœna excom- 24
municationis possit infligi directè, prout videtur inflicta in hac Constitutione Leonis contra rapientes bona Episcoporum decedentium, vel tantùm in subsidium, quatenus scilicet locus non sit pœnis temporalibus? & an requiratur contumacia, ut intelligi videntur verba prædictæ Constitutionis, *nisi resipiscat*? Excommunicationis pœna dicitur medicinalis, quatenus inventa, ut homo resipiscat; mortalis tamen est si perseveretur in ea, Fagn. *cap. responso 10. de sent. excomm.* non obstante quod alii distinguunt inter excommunicationem minorem privantem tantùm sacramentis, & majorem abscindentem Censuratum à fidelium communione, ut prima sit medicinalis, secunda mortalis, *Van-Espen. Univ. Jur. Eccles. par. 3. tit. 11. cap. 3. numer.* 27. quia contrarium videtur verius, nedum ex Doctoribus Canonistis, *ad cap. 1. de sent. excomm. in 6.* & præsertim, Barbos. *num. 1. & 3.* quod nomine excommunicationis veniat major, Covat. *in cap. Alma Mater part. 1. in principio nu.* 9.

Sayr. *de Censuris lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 9. Sed etiam ex ipsis textibus Canonicis, nam expressum habetur in *Can. multi* 2. *quæst.* 1. *& Can. notandum* 24. *quæst.* 3. ubi clarè fit mentio de excommunicatione lata contra hæreticos, prævia separatione ab Ecclesia Dei, & sic majori excommunicatiooe, & tamen dicitur, quod disciplina est excommunicatio, & non eradicatio, ut Gloss. *ibi vers. medicina, & in cap.* 1. *de sent. excomm. in* 6. ubi Glos. non mortalis, quæ tandem dicitur, si quis eam contemnit, ac insordescit non parendo, *ut in cit. textibus*, & Glos. *liquet*, & benè S.C.T. *cap.* 3. *sess.* 25. *de refor.* loquitur de excommunicatione majori, ut sit nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad cootinendos populos salutaris; sed si contemnatur, parit potiùs perniciem. Aliquando dicta excommunicatio fuit imposita à Sacris Canonibus, unà cum pœna pecuniaria, aliquando verò
25 nulla alia pœna adjecta, imò etiam aliquoties sola pœna pecuniaria, sine alia pœna, ut refert cit. Mabillon. *cap.* 8. *lib.* 2. In *Can. quisquis* 17. *qu.* 4. punitur sacrilegus pœna triginta librarum argenti, prout contra trahentem ex atrio, & porticu Ecclesiæ aliquem, pœna assignatur nongentorum solidorum, *Can. si quis eadem causa, & quæstione.* Sic etiam *in Can. statuimus* 16. *qu.* 1. imponitur excommunicatio simul, & bannum contra usurpantes Decimas, & oblationes; bannum enim importat pœnam sexaginta solidorum, ut notat Glos. *ibi ver. Bannum*, ubi quod possit quis excommunicari, & aliter puniri alia pœna. *Et in Can. in Canonibus eadem quæst.* imponitur anathema contra dispensantes Decimas, & oblationes sine licentia Episcopi.

Itaque non videtur verum, quod Episcopi anti-
26 quitus primò utebantur censura contra contumaces, & deinde ea non proficiente, deveniebant ad pœnas temporales, ut animadvertit Fagn. *in cap. licet nu.* 22. *vers. nam ipsi de pœnis*, quia verè videtur usus promiscuus in sacris Canonibus, & quatenus recurrebatur post censuras ad pœnas temporales, aliquando fiebat per modum implorationis brachii sæcularis coorra insordescentes, vel in causis mixti fori; & an ista rapioa proinde booorum Ecclesiæ possit puniri pœna temporali à Judice Ecclesiastico, alibi dicam.

Sacrum tamen Concilium Tridentinum optimè
27 coosiderans Censurarum usum frequentem, inducecere apud Christianos spretum potiùs, quàm formidinem, providè statuit *in cap.* 3. *sess.* 25. *de reform.* his verbis: *In causis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus Ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quàm definiendo, à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exacta fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, preter alias pœnas, ferire poterit; in causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut suprà fieri poterit, erit à censuris abstinendum; sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit, licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti, si tamen delicti qualitas, precedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. Nefas autem sit sæculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico judici, ne quem excommunicet: aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub pretextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata, cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.*

Cui quidem subsidiario remedio excommunicationis coincidit Textus *in Can. Si quis deinceps* 17. *quæst.* 4. ubi laicus judicatum Episcopi non recipiens, excommunicatur, Barbos. *ad cit. cap.* 3. Campanil. *divers. Jur. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 80. Gonzal. *cap. Sacro num.* 18. *de sent. excom.*

Nec obstat quod pœoa excommunicationis re-
quirat peccatum mortale, & contumaciam, quæ 28
illius pœnæ spiritualis causam faciunt adæquatam *Can. nemo* 2. 11. *quæst.* 3. *ibi: Anathema est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine*, D. Thom. *in addit.* 3. *part. quæst.* 21. *art.* 3. quem sequuntur omnes Theologi, & Canonistæ, quorum primos colligunt Alter. *de Censur. disp.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *in principio, & col.* 3. *in fin. versic. probatur*, Sayr. *eodem tract. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 28. Navar. *in Manual. cap.* 27. *nu.* 2. Vasquez in S. Thom. 3. *part. tom.* 4. *tract. de excom. dub.* 12. *per tot.* & secundos referunt Covar. *in cap. Alma Mater part.* 1. *relect.* §. 9. *nu.* 2. Gutierez *lib.* 1. *Can. cap.* 5. *num.* 13. Fagn. *cap. ad hæc num.* 68. *de relig. Domibus, & cap. relat. num.* 40. *de Cleric. non resid.* Sperell. *decis.* 48. *nu.* 18. ergo oequit illa infligi pro pura contumacia,
præsertim in re levi, & pecuniaria, si non solvat: ra- 29
tio est, quia pœna & delictum debent eadem lance librari, ne alterutrum præponderet, *Can. non afferamus* 24. *quæst.* 1. *Can. quæsivit, de his quæ fiunt à major. part. Capituli*, quod magis procedit in pœnis spiritualibus, quæ gravissimæ sunt, cùm percutiant animam, unde *S. Leo Magnus ad Episcop. Vienn. Epist.* 89. *cap.* 7. ait: *Nulli Christianorum facilè communia denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, & dolens quodam modo debet inferre animus judicantis.*

Sed advertendum, aliquaodo excommunicationem
ferri pro excessu, aliquando pro contumacia, ut 30
optimè Gloss. cit. *Can. nemo versic. moreis*, & priùs *Can. Episcopi versic. minimis*, hinc pro sola contumacia in obediendo Ecclesiæ infligitur excommunicatio, *cap.* 2. *de major. & obed. Cap. si quis ex Clericis de vit. & honest. Clericor.* Er quamvis verum sit quod nemo sit excommunicandus, nisi pro contumacia, *Can. sed illud* 45. *distin. Can. tam Sacerdotes* 24.
quæst. 3. debet tamen hoc intelligi, quod si impona- 31
tur propter delictum, immediata causa sit contumacia, & mediata, tale delictum: Si verò imponatur pro sola cootumacia, tota causa erit protervia in non parendo, ut optimè explicant Gonzal. *cap. Sacro nu.* 2. *de sent. excomm.* & Barbol. *in cit. Can. Episc.* 8. 11. *quæst.* 3. Fagn. cit. *cap. Sacro num.* 5. 22. & 29. unde sicut pro delicto potest imponi excommunicatio, & verè committens illud prohibitum ab
Ecclesia, contumax dicitur, ita etiam pro sola con- 32
tumacia, ut dixi; & in utroque consideratur peccatum, non tam ratione delicti prohibiti, quàm etiam ratione contumaciæ in non parendo præceptis Ecclesiæ.

Proinde excommunicatio in jure contenta sem-
per supponit peccatum mortale, quia consideratur 33
contumacia, cùm jus ipsum interpellet, Sperell. *decis.* 105. *num.* 10. Excommunicatio verò hominis semper
supponit perseverantiam in contumacia, & sic requi- 34
rit mooitionem, & potest imponi pro delicto, & pro sola contumacia, *cap. ex parte de verborum significatione*, ubi Gloss. *ver. pro contumacia*, & quò magis res est minima, quam Ecclesia præcipit, eò gravior consideratur contumacia in non parendo, eò
quod Censura fulminetur non præcisè ratione ipsius 35
facti non adimpleti, sed ratione notoriæ perseverantiæ in peccato, noo obtemperando, ut par est, Judicibus, Campanil. *in divers. Jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 78. *& seq.* & advertit Gloss. *in cap. Episcopi ver. minimis* 11. *quæst.* 3. tunc enim contumacia supplet qualitatem criminis, ut Gloss. *ibidem*. Quod quidem optimè consideratur in obligatione Camerali,

tali, in qua major ratio viget, cùm debitor se
obliget voluntariè pro solutione nedum legibus Ci-
36 vilibus, sed præcisè pœnæ excommunicationis;
unde si pactum non servet, non debet conqueri,
si pœna cui ultrò se subjecit, eidem infertur, ut
dixit Card. de Luca *disc. 43. annot. ad S. Conc. Tri-
dent. num. 11. & de Judiciis disc. 40.* Gallesi. *de oblig.
Cam. quæst. 12. num. 6.* ubi quod causa immediata est
contumacia, & Rota *dec. 165.* post Zacchiam *de
oblig. Camerali.*

37 Dicta tamen forma Conciliaris verè fuit imposi-
ta in excommunicatione contumaciali in Judiciis fe-
renda, ibi: *Sique erga Judicem contumacia*; unde non
procedit in excommunicatione juris. Videmus enim
tot Sacratissimas Leges ab Oecumenicis Conciliis,
& Summis Pontificibus promulgatas cum excom-
municatione, vel latæ sententiæ, vel ferendæ, pro
gravitate excessuum, & in his Episcopus est purus
exequutor, & potest directè eas declarare, vel in-
fligere, Fagn. *cit. cap. sacro num. 55.* Card. de Luc. *ad-
not. ad Conc. Trid. disc. 43. num. 5.* ita tamen ut sem-
per intelligantur pro materia gravi, si enim levis
38 incurratur culpa, nequit esse materia excommuni-
cationis juris, Fagn. *cit. cap. ad hæc num. 68. de reli-
gios. domib.* & debet esse transgressio voluntaria;
quia sine voluntario non datur peccatum, nec con-
39 tumacia, ut in his terminis ex communi Theologo-
rum dixit Sperell. *dec. 39. num. 31.* & suprà diximus
quoad incursum in Censuras latas contra occupato-
res bonorum Ecclesiæ; non debet tamen inferior
jus sibi dicere, quod Censuræ non substineantur ex
dictis rationibus, ut prosequitur Sperell. *cit. decis.
105. num. 79. & 80.* & exclamat contra quosdam
præsertim Ecclesiasticos, qui hoc præsumunt, Card.
de Luc. *de jurisd. disc. 100. num. 11. & disc. 104.
40 num. 2. de jurisdict.* Igitur in his excommunicatio-
nibus juris nedum non est necessaria forma inducta
a Concilio quo ad executionem realem, & perso-
nalem priùs faciendam, sed neque opus est contu-
macia, ut optimè advertunt Fagn. *cap. sacro num.
51. de sent. excomm.* & Card. de Luca *Miscell. Eccl.
41 disc. 29. num. 19.* Sicque in executione pœnarum ex-
communicationis contentarum in Bullis, & Brevi-
bus Apostolicis directis Executoribus, ex eadem ra-
tione, Judices, & præsertim Auditor Cameræ Apo-
stolicæ earum executor non indigent adhibere for-
mam Conciliarem, sed directè possunt Censuras ful-
minare, adhibitis semper quatuor terminis; nam
tunc Censuras non fert Judex, sed Papa, ipseque
est purus Executor, ut in praxi testatur Ubert. *de
Citationibus in tract. formularum part. 6. de justif. &
executione litterarum Apostolicarum*, ubi quod pro-
cedit ad Censuras intimato priùs monitorio ad pa-
rendum, quod est loco Citationis requisitæ, juxta
cap. Sacro de sententia excom. & infrà iterum di-
42 cam. Etiam est stylus in executione, quam dat di-
ctus Auditor Cameræ Decretis SS. Congregationum,
quia in eadem sententia executionis, datur terminus
ad parendum, quo elapso declarat contumaces incur-
sos in Censuras comminatas in monitorio, qui Au-
ditor Cameræ est Judex pro executione istorum decre-
torum, & sic non procedit uti Judex, ut observare
debeat formam Concilii, sed uti Executor, & benè
animadvertit Fagn. *cit. cap. Sacro num. 43. & 57.* ubi
in terminis litterarum Apostolicarum pro pensione ex
declaratione S. Congregationis, quia Concilium lo-
43 quitur, quando Judex ex se procedit, ita etiam Gar-
cias *de benef. part. 1. cap. 5. §. 4. num. 587.* ubi refert
decisionem Sacræ Rotæ in Ilerden. Pensionis 15. No-
vembris 1593. coram Orano contrariam. Sed benè
explicat illam Barbos. *ad Conc. Trid. cit. cap. 3. num.
23.* quod ibi S. Rota non intellexit de Auditore Ca-
meræ uti executore bullarum, sed de judicato ejus-
44 dem in vim obligationis Cameralis, sub qua se ob-
ligaverat pensionarius, de qua forma procedendi di-
cam infrà.

At si agatur de excommunicatione, quæ imponi-
tur ab Episcopis ad finem revelationis, certè quod
potest infligi, cum forma tamen imposita à Conci-
lio expressè *in cit. cap. 3. sess. 25. de reform.* at in di-
cta forma nullum verbum sit de subsidiarià qualita-
te, & de conditionibus illius, vide Barb. *ibid. nu. 1.
& seq.* Campanil. *cit. num. 90. & Genuen. in praxi Cu-
riæ Archiepiscopalis Neapol. cap. 1.*

Si verò agatur de excommunicatione, quæ impo- 45
nitur ab Episcopis in edictis, aliisque legibus pecu-
liaribus Diœcesis, certum est posse imponi pro pru-
dentia eorumdem, cùm Concilium procedat in ju-
dicialibus, sed urgente eadem ratione, quod pœna ex-
communicationis sit nervus Ecclesiasticæ disciplinæ
ad continendos in officio populo salutaris; sobriè ta-
men est ferenda, ne vilipendium potiùs quàm timo-
rem inducat, quam exigentiam consideravit Triden-
tinum; ideò Episcopi debent vitare, ne hujusmodi
excommunicationis pœna umquam directè infliga- 46
tur, sed solùm ea adhibeatur, Card. de Luca *de be-
nef. disc. 76. n. 6.* latè Campanil. *divers. Jur. Can. rubr.
11. cap. 15. nu. 89. & seq.* quatenus alio modo con-
sultum non sit, & pro excessibus tanta punitione
dignis, aliàs magis resultaret peccatum illius ex con- 47
temptu, quàm ex actu prohibito, si fieret; unde pro-
vidè S. Congr. Concilii pluries reformare solet pœ-
nam illam in Constitutionibus Synodalibus, & edi-
ctis Episcoporum, ut tantùm illa procedat in subsi-
dium. Ita Anno 1690. cùm dubitatum fuerit in una
Boven. Primò: *An in Synodo Diœcesana potuerit in-
seri decretum Concilii Provincialis Mediolanensis VII.
emanati, & approbati à Sede Apostolica contra præ-
sumentes contrahere Matrimonia coram Parocho, &* 48
*faventes, consilium dantes, ac testes scienter interes-
sentes?* Secundò: *An pœna non solum excommunica-
tionis, sed etiam pecuniaria potuerit imponi laicis trans-
gressoribus per Episcopum Boven.* S. Cong. Concilii
die 28. Januarii dicti Anni: *Ad primum respondit
Affirmativè, & Ad secundum etiam; dummodò ex-* 49
*communicatio sit in subsidium. Et in Cæsenaten. 26.
Martii* 1695. S. Congr. Congr. Concilii declaravit,
ad quintum dubium, delendam esse pœnam excom-
municationis in decreto Synodali contra Moniales
scribentes, vel recipientes litteras, quas Abbatissa
non legerit; ea ratione quia non ita facilè ad hujus-
modi pœnam directè deveniri debet. Et in Ulixbo-
nense S. Congr. Rituum declaravit decretum Vicarii
Ulixbonen. quo mandavit servari Constitutionem Sy-
nodalem de observantia festorum disponentem sub pœ-
na excommunicationis, non esse servandam tamquam 50
illaqueatoriam animarum, ut refert Daniel de Nobi-
libus *disp. 37. num. 21.* Imò etiam S. Rota in eadem
causa Ulixbonen. *dec. 1583.* cor. Penia *impression. Lug-
dun.* ibi *num. 5. & 6.* cùm ad coercendum quosdam 51
Tabernariorum excessum, esset imposita pœna pecu-
niaria, licèt potuerit Vicarius pœnam istam augere,
non debuit tamen ad excommunicationem fulminan-
dam, quæ in subsidium dari debet, properare; & in
eadem confirmatoria coram Ubaldo sen. *decis. 293.
num. finali* quæ etiam est *in par. 2. recent. decis. 737.*
ubi refertur decretum dictæ S. Congr. Rituum *Ge-
nuen. in praxi cap. 62. num. 4.* ubi de laicis non ob-
servantibus festivos dies, *& cap. 9. & 10.* ubi sic ob-
servari etiam contra laicos; sed contra Clericos eò
magis debet curari hæc forma subsidiaria, quia Epi-
scopus habet majorem facultatem eos plectendi pœ-
nis pecuniariis, & corporalibus; proinde cùm an-
no 1690. in S. Cong. Concilii fuerit disputatum,
an potuisset Archiepiscopus Surrentinus apponere pœ-
nam excommunicationis contra Clericos, qui non
interveniunt Processionibus generalibus? S. Congr.
die 6. Augusti 1689. censuit posse tantùm in subsidium;
& similiter in una Savonen. 10. Maji 1687. & in
terminis contra Clericos deferentes Arma, ut Epi-
scopus se abstineat à pœna excommunicationis ipso
facto; eadem Sac. Congr. Concilii in Tarentina,
ad secundum respondit *Deleta Clausula ipso facto*;
quia etsi aliquando Episcopis sit permissum impo-
nere

nere pœnam excommunicationis ferendæ sententiæ
in certis casibus, non servata forma subsidii, sed la-
tæ sententiæ magis rarò, quia regulariter non sunt
imponenda præcepta cum tali pœna *ipso facto*, etsi
res sit licita, Rota *dec.* 1583. *num.* 6. coram Penia *de-
cis.* 293. *num.* 7. coram Ubaldo, S. Congr. Episc. in
Derthonen. die ultima Augusti 1685. apud Nicol.
ver. Arma *num.* 3. *vers. Unde*, Sperell. *decis.* 160. *nu.*
1. *& seq.* Diana *tom.* 5. *tract.* 1. *res.* 4. *num.* 7. Et in
terminis contra Regulares in Edicto Episcopi pro-
hibentis iis administrationem Sacramentorum sine li-
centia, S. Congr. Concilii die 24. Augusti 1686. *in
Miden. decretorum respondit : Ad primum, Delen-
da esse verba, ipso facto*.

52 Non est tamen restricta indeterminatè hæc facul-
tas Episcopis dictam pœnam imponendi directè, Spe-
rell. *dec.* 4. *num.* 12. D. Raynald. *observ. ad cap.* 1. *sup
plet.* 5. *num.* 199. præsertim contra Laicos in locis,
ubi non de facili permittitur Episcopis usus gladii
temporalis, ut animadvertit Card. de Luca *ad Conc.
Trid. cit. disc.* 43. *num.* 13. Campanil. *in div. rub.* 11.
cap. 15. *cit. nu.* 92. *& seq. & in Larinen.* 11. Decem-
bris 1694. S. Congreg. Concil. censuit esse servan-
dum decretum Synodale, ut nullus Officialis Con-
fraternitatis electus possit administrare sine licentia
Episcopi, deleta tamen pœna excommunicationis la-
tæ sententiæ, & apposita pœna excommunicationis
ferendæ, & valida erit excommunicatio lata, quia
id Episcopo non est prohibitum, si adsit materia
gravis, ut ratione rei prohibitæ dixit Fagn. *cit. cap.
Relatum num.* 39. *&* 40. ubi de statuto Episcopi,
de Cler. non resid. cùm alioquin legitimè imponatur,
ubi supponitur reatus peccati mortalis, & *Genuen.
cap.* 59. *num.* 13. dixit quod excommunicat Curia Ar-
chiepiscopalis Neapolitana Laicos quærentes eleemo-
53 synas pro aliis sine necessitate, & licentia, imò
simplici citatione ad deponendum Testimonium ve-
ritatis. *Cit. Genuens. cap.* 68. *num.* 5. *vers. Laici* dicit,
quod imponitur tantùm pœna excommunicationis
directè, Rota *dec.* 75. *n. fin.* coram S. M. Alex. VIII.
ubi posse imponi has pœnas directè, nec esse ne-
cessariam prius irrogationem pœnarum temporalium,
54 & quatenus ratione rei non possit considerari pec-
catum grave, saltem consideratur ratione scandali, vel
alterius gravis circumstantiæ, ut considerant *D. D.
apud cit. de Nobilibus discept.* 37. *num.* 12. *& seqq.
Nevizan. in Sylva nuptiali lib.* 4. *ver. est nubendum
nu.* 12. ubi de edicto Episcopi, ne mulieres utan-
tur fucamentis, & ornamentis ultra certum modum.
55 Debet tamen Episcopus ab hoc se abstinere, quia
non decet nec expedit, nisi ex gravissima causa,
quando scilicet scandalum grave cognosceretur, ali-
ter non evitandum, ut prosequuntur *cit. de Nobili-
bus*, & Ricc. *in praxi rerum quotidianarum p.* 4. *re-
sol.* 377. ubi de excommunicatione contra non au-
dientes Missas, quod non debeat imponi, nisi co-
gnoscatur contemptus manifestus, & in terminis la-
borantium in diebus festivis, *Genuensis cit. prax. cap.*
62. *num.* 4. dixit Neapoli imponi pœnam excommu-
nicationis in subsidium tantùm, ut suprà in *citat.
Ulixbonen.* Tandem etiam aliquoties licitum est im-
ponere excommunicationem latæ sententiæ, si casus
id exigat, ut S. Congr. Concilii approbavit edictum
Episcopi Comen. similem pœnam imponens cele-
brantibus, & assistentibus in Choro, sine Vestibus
talaribus, sub die 4. Aprilis 1693. *in Comen. edictum*,
ea ratione, tum quia aderat protervia transgresso-
rum, qui pœnis temporalibus non paruerunt aliàs
comminatis, tum etiam quia agebatur de actu con-
temporaneo scandalo ex eo eliciendo, ad quod evi-
tandum potuerat terrore pœnæ uti.

56 Demum si agatur de excommunicatione, quæ in-
fertur in Judiciis contra contumaces, debet servari
forma Conciliaris, ut priùs sit facienda executio in
bonis, & persona, ac deinde pœna excommunica-
tionis contumaces plectere, itaut sit hæc pœna sem-
per subsidiaria, nisi, ut dixi, ubi non est liberum
Ordinariis exercere jurisdictionem in Laicos quoad 57
pœnas temporales, & pecuniarias; quia tunc sibi
imputent populi, si tali mucrone Ecclesiastico pu-
niantur, ex culpa ipsorum, qui facto detrahunt Ju-
risdictioni Ecclesiasticæ, quod illi proprium est, &
dixerat Card. de Luc. *cit. disc.* 43. *annot. ad Concil.
Trid. num.* 15. *& in summa de Jud. num.* 161. *ver.
subsidiarium*.

Sed quid dicendum de obligatione Camerali, an 58
servanda sit forma Conciliaris? Respondeo negativè,
cùm Auditor Cameræ habeat facultatem excommu-
nicandi in dicto casu, ut per Constit. S. M. Pii IV.
incip. Eximiæ 33. *in Bullario*, & Pauli V. Const.
incip. Eximiæ 80. *in ordine in d. Bullario*, & juxta
formulam antiquam, qua obligatus in forma Came-
ræ, se subjiciebat Censuris latæ sententiæ, ita ut
adveniente casu non solutionis, Judicis partes essent
simpliciter exequi sententiam; unde nulla erat ne-
cessaria discussio bonorum, sed directè procedebatur
ad declaratoriam, prout fit in litteris pensionum. 59
Juxta tamen formulam modernam, in qua quis se
subjicit Censuris ferendis, in subsidium tantùm pos-
sunt illæ irrogari, Fagn. *cit. cap. sacro num.* 54. cùm
S. M. Pius V. providerit, ut obligationes Camera-
les juxta hanc formam extenderentur, & Auditor
Cameræ tantùm in subsidium ad Censuras procede-
ret, factis diligentiis, & quatenus locus non fuerit
executioni reali, vel personali, ut in Bulla *reforma-
tionis Tribunalis Auditoris Cameræ* §. *quod si quan-
do Const.* 117. *Inter illas secundum antiquam impres-
sionem*, ut docet, Fagn. *cit. Cap. Sacro de sententia
excommun. n.* 42. *& seq. & in praxi*, Ridolph. *p.* 1.
c. 14. *num.* 270. ubi id etiam elicit ex alia Constitu-
tione Pauli V. *in reformatione Tribunalium Urbis
sub titulo de Auditore Cameræ* §. *Minusq;* quæ est la
71. *incip. Universi agri*, *Salust. Tiber. in praxi lib.*
1. *cap.* 31. *num.* 8. *& seq.* ita tamen, ut debeat ex-
tendi forma obligationis Cameralis, antequam ad sub-
sidiarium remedium censurarum procedatur, si In-
strumentum fuerit rogatum extra Tribunal Auditoris
Cameræ, quamvis fuerit consensum in mandatum
cum unica, ut docent *cit.* Ridolphin. & latè etiam
Ubertus *de cit. in opusc. p.* 5. *de execut. oblig. Came-
ralis*, ubi ponit formulas dicti judicii, ac dictæ di-
ligentiæ fieri debent in loco destinatæ solutionis, &
in Curia, si ibi solutio fieri debeat; & quomodo
de stylo procedatur, vide *Salust. Tiber. cit.* plenè Ri- 60
dolph. *in praxi p.* 1. *c.* 14. *num.* 27. *& seq.* Ubert. *de
cit. cap.* 11. *num.* 275. ubi & si pro executione obli-
gationis Cameralis sufficiat citatio domi; tamen pro
excommunicatione in subsidium, requiritur perqui-
sitio personæ, non quidem pro substinendo judicio,
nam sufficit citatio domi, Ridolph. *cit. nu.* 243. &
per contradictas; sed ut possit excommunicari in
subsidium, requiritur diligentia, ut non possit perso-
naliter mandatum exequi, & sic debet requiri per-
sona in loco destinatæ solutionis, & de praxi commit-
tendi istas diligentias extra Curiam, cum facultate
denunciandi excommunicatum factis iis, Ubertus *cit.
num.* 275. *in fin.* & in praxi concordatur de executo-
re, ut possit referre non potuisse executionem realem
facere.

Si tamen essent duo correi in solidum obligati in 61
forma Cameræ, tunc etsi juxta formulam antiquam
potuisset contra alterum procedi ad Censuras, factis
tantùm diligentiis contra unum, tamen secundùm mo-
dernam formulam, debent fieri contra utrumque: ra-
tio est, quia primo casu erant jam condemnati ad cen-
suras; unde alter eorum poterat declarari per Audito-
rem Cameræ: in secundo verò condemnatio fit à Ju-
dice, & sic in subsidium debet fieri, quando alius mo-
dus Judici ipsi non superest contumaciam puniendi,
ut sunt verba Concilii. Si enim detur modus per coa-
ctionem alterius correi, debet Judex abstinere à cen-
suris, Rota *in Mediolanen. Affictus* 29. Martii 1556. co-
ram Orano post D. Constantinum, *dec.* 32. *num.* 7. *&*
8. *ad Statut. Urbis*.

Nec

Nec obstat quod in actione reali possit Creditor
compellere utrumque, quia id procedit ex pacto;
62 Censuræ enim non feruntur ob pactum, sed ob con-
tumaciam, implorato officio Judicis, cui debitor se
submisit, etiam quoad Censuras; unde in pœnam mo-
ræ, potest censuras relaxare, quatenus alio modo non
sit consultum Creditori, & ita declaravit S. Congreg.
die 12. Decembris 1585. his verbis: *Præsupposito quod
sint duo insolidum obligati in forma Cameræ pro eodem
debito, & quod contra unum tantum possit ad executio-
nem realem, vel personalem procedi, an contra alte-
rum, contra quem non potest fieri executio realis, vel
personalis, possint ad instantiam Creditoris in subsi-
dium relaxari Censura? Censuit Sacra Congregatio
non posse*: ut referunt Barb. *aliàs cit. ad Trid. sess. 25.
de reform. num.* 19. Campanil. *cit. rubr.* 11. *capit.* 15.
num. 90. & Rota *dec.* 218. *in fine* post Zachiam *de
obligatione Camerali*; & optimè distinguendo inter
antiquam, & modernam formulam, Fagn. *cit. capit.
sacro num.* 53. & 55. Idem enim est dicendum, si ad-
sit fidejussor, qui etsi non teneatur, nisi discusso prin-
63 cipali, ad differentiam principalis Correi, Cardin. de
Luca *de credito disc.* 7. *num.* 5. & ratione obligatio-
nis Cameralis, quamvis eximatur Creditor à discus-
sione principalis debitoris, itaut possit agere contra
fidejussorem, ut docuerunt relati per Merl. *de legit.
lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 71. *num.* 46. vel habeantur ut Cor-
rei debendi; tamen intelligitur quo ad discussionem
realem, non tamen, ut debeant in subsidium excom-
municari, quia ut dixi, ferre excommunicationem
non est in voluntate partium, sed in officio Judi-
cis, qui tunc debet illud præstare, quatenus aliun-
de non possit satisfieri debitori, ut in his terminis
dixit *cit.* Fagnan. *cap. Sacro num.* 49. & 50.

Dictæ tamen diligentiæ adimpletæ censentur per
64 relationem Cursoris attestantis eas fecisse, & non in-
venisse neque bona, neque personam pro facienda
executione, vel impedimenta fuisse eidem præstita tam
facto ejusdem debitoris, quàm aliorum Superiorum,
ut solet practicari in aliquibus regionibus per Magi-
stratus Sæculares, ne exequantur mandata Curiæ Ec-
clesiasticæ contra bona Laicorum, ut citati practici
docent, habetur enim pro facto, id quod fieri nequit
ex culpa alterius. Sed an sufficiat extrajudicialis no-
titia, quod executio nequiverit fieri, ut valeat ad
Censuras procedi? S. Congregatio Concilii respondit
negativè, itaut requiratur diligentia in actis proba-
ta, sufficeret tamen relatio Cursoris, cui in hac ma-
teria est deferendum, ut adducentes dictam resolu-
tionem, docuerunt Fagnan. *cit. loco num.* 40. Ubert.
cit. part. 5. *formula* 10. Imò in una Civitatis Castel-
li Decretorum die 2. Augusti 1681. & si pro parte
Episcopi allegaretur quod agebatur contra personas
de Consilio, itaut executores non auderent exequi
pœnas temporales, respondit servanda esse Decreta
Episcopi, & quoad pœnas spirituales, in subsidium
tantùm.

Sed, numquid talis solemnitas posset sperni, si no-
toriè constet, quod executio realis, & personalis ne-
65 queant fieri, vel ex potentia Magistratus, vel partis?
Videtur enim sentire idem Fagnan. *numer.* 57. quod
etiam notorium deberet constare Judici judicialiter,
eo fortiùs, ex eo quod Tridentinum certam formam
præscripserit Judicibus, ut Censuras fulminarent, &
proinde priùs debet in actis constare de adimplemen-
to formæ, alias nequit ipse procedere, nisi adimple-
ta conditione, & in dicta Civitatis Castelli, hoc idem
videtur indultum.

Tamen contrarium putarem de jure, & in praxi
66 servatur in Curia in causis præsertim ultramontes, &
infrà dicam, nam notorium relevat ab onere proban-
di, Abb. *in capit. Vestra de cohabitatione Clericorum*
Surd. *cons.* 371. *num.* 45. & *seqq.* Posth. *de subhast.
quæst.* 26. *num.* 27. Gratian. *discept.* 451. *numer.* 14.
Potestque Judex extrajudicialiter se informare ex offi-
cio, & parte non citata, itaut non requiratur judi-
cialis probatio, Bald. *in l. jubemus* 4. *not. Cod. de Ju-
diciis*, Surd. *cons.* 341. *nu.* 46. *versic.* & *potest*, Gra- 67
tian. *discept.* 870. *num.* 4. Rota *dec.* 273. *num.* 30. &
31. *part.* 16. *recen.* & in propriis terminis Censura-
rum in subsidium, ut sufficiat notorietas, quod fieri
nequeat executio in re, vel persona, dixit Genuens.
cit. in prax. cap. 68. *num.* 4. nec enim fuit inducta per
Concilium certa forma procedendi ad censuras præviis
diligentiis executionis realis, & personalis, prout abu-
sivè solent dicere nonnulli Doctores, quod quidem
animadvertit Campanil. *cit. cap.* 15. *num.* 90. *vers. Nec
addunt*. Si enim hi intelligant de forma sine qua non, 68
hæc non potest in Concilio considerari; si verò lo-
quuntur de pura forma instructiva, qua tradatur mo-
dus ferendæ censuræ, potest admitti; quare forma se-
cundùm primum intellectum deberet præcedere, quia
sine illa deficeret jurisdictio; secus in forma instructi-
va, quia etsi verè Judex non benè ageret, non exin-
de datur nullitas actus, nec requiritur certa qualitas
probata. Quod quidem patet *in cit. resol.* Civitatis
Castelli in Statu Ecclesiastico, in quo non debet ad-
mitti, ut executores timeant exequi mandata Episco-
porum contra Laicos etsi personas de Consilio; secus
autem dicendum in aliis Regnis, ubi notorium est
forsan de facto id non permitti, quamvis illicitè.

Hinc opinio communis est, ut etsi censuræ contra
formam Concilii promulgentur, nequeunt Magistra- 69
tus sæculares sibi assumere cognitionem, an dicta for-
ma seu instructio Sac. Concilii sit observata, ut præcisè
cavetur in eodem Concilio, *dicto cap.* 3. §. *Nefas au-
tem sit*; unò censuræ promulgatæ directè, & non ser-
vata forma subsidiaria, erunt validæ, ex adducta ra-
tione, quia est pura forma instructiva, prout esse ab-
rogandum Decretum Parlamenti Dolensis sibi arro-
gantis hujusmodi cognitionem, ex voto Card. Alcia-
ti plenè agit Fagnan. *cap. sacro numer.* 31. & *seqq. de
sent. excomm.* & proinde ligant, & debet peti absolu-
tio; possunt tamen plecti Ordinarii, qui debent cu- 70
rare servari formam, seu instructionem Conciliarem;
sicut enim ante Concilium de jure communi in actio-
ne reali contra contumacem, excommunicationis re-
medium erat subsidiarium, quatenus scilicet non po- 71
tuisset fieri missio in possessionem bonorum, *cap. tua
fraternitatis*, *Ut lite non contestata*, Abb. ibid in actio-
ne verò personali, erat in arbitrio Judicis procedere
ad excommunicationem, vel ad executionem realem
cap. quoniam frequenter §. *finali Ut lit. non contest.* ta-
men si aliter fecerint Judices, excommunicatio tene-
ret, ut apud *cit.* Abbatem, quia forma illa non est es-
sentialis, sed ut dixi pura instructiva; ita quoad for-
mam Conciliarem docent Campanil. *cit. loc. num.* 90.
Mar. Anton. *var. res. lib.* 1. *res. ultima cas.* 75. *versic.
insuper dicitur*, Genuens. *cit. cap.* 68. *nu.* 2. Raynald.
observ. ad cap. 1. *supplet.* 5. *num.* 109. & 110. Fagn. *cit.
cap. sacro num.* 26. Barb. *de Episcopo alleg.* 96. *num.* 39.
& *ad Conc. Trid. cit. cap.* 23. *num.* 21. ducti duplici
alia ratione; primò, quia etsi *in l. à D. Pio §. in vendi-* 72
catione, ff. de re judicata, statuatur modus ferendæ ex-
communicationis, tamen executio aliter facta, non
sobjacet nullitati, Campanil. *cit.* Sed talis opinio est con-
troversa, ut ipse dixit in eadem *rubr. cap.* 13. *num.* 93.
Et contrarium dixerunt Afflict. *dec.* 358. *num.* 2. & *Ad-
den. num.* 1. ubi fuit annullata executio facta in stabili-
bus, non præcedente executione super mobilibus, de
quo latè Trentacinqu. *res.* 2. *per tot.* Sed quidquid sit
de hoc, urget in nostro casu alia ratio convincens,
quod Concilium non præscripserit formam annullati- 73
vam, qua non imposita, actus substinetur. Contrarii
Doctores, quos citat idem Barb. & Campanil. oem-
pe Lazar. *tract. de monit. sect.* 4. *num.* 8. *quæst.* 8. Gut-
tierez, & *alii*, vel loquuntur contra communem,
aut loquuntur de excommunicatione injusta, ut An-
tonel. *de reg. Eccl. cap.* 10. *num.* 13. *lib.* 2. vel abusivè
tantùm vocant formam, instructionem ipsam datam
à Concilio, vel loquuntur de monitorialibus ad finem 74
revelationis, quæ quidem ex eodem Concilio à nemi-
ne sunt concedenda, præterquam ab Episcopo, & non
aliàs quàm ex re non vulgari, causaque diligenter 75
exa-

examinata, unde videtur discretivus modus loquendi, nam in istis Concilium utitur verbo, *& non aliàs*, quod verbum solemnitatem, & formam veram inducit, *l. de his ubi Bartol. ff. de transaction.* Tiraquell. *de retract. Conven.* §.4. Gloss. 7. *numer.* 14. Barbos. *de dictionibus dict.* 16. *num.* 1. Card. de Luca *de dote disc.* 129. *num.* 4. & idem est, ac si dixisset non posse concedi alio modo, quàm expresso, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* Gloss. 49. *nu.* 2. *&* 3. Quando verò Concilium devenit ad causas judiciales, nullam conditionem apponit, imò utitur verbo *verò*, ibi: *in causis verò judicialibus*, quod est adversativum, Barb. *cit. tract. dict.* 420. *nu.* 1. & secundùm hanc opinionem ex rationibus adductis in simili Abb. *in cap.* 1. *de excess. Prælat.* Felin. *in cap. Rodulphus num.* 76. *de rescript.* Fagn. *cap. Sacro numer.* 26. *& seqq. & cap. responso num.* 113. *de sent. excomm.* & in tali casu indigere excommunicatum absolutione, respondit Sac. Cong. Conc. *ut in lib.* Cardinalis Alciati *fol.* 266. *à tergo*. Sed fuit scriptum Episcopo, ut in posterum servet formam Concilii, & in præfato dubio, an excommunicationes latæ ab Episcopo, non servata forma *cap.* 3. *sess.* 25. *de reform.* sint ipso jure nullæ, vel invalidæ, eadem Sacr. Congr.
76 respondit esse validas, & excommunicatum indigere absolutione, ut refert Fagn. *cit. cap. Sacro num.* 26. proinde resolutio tanti Tribunalis, cui præcisè incumbit ex proprio munere declarare decreta Conciliaria, est attendenda. Et in una *Cotronen. Irregularitatis* 14. Novembris 1691. censuit dandam esse dispensationem irregularitatis contractæ, celebranti cum vinculo excommunicationis latæ contra formam Conciliarem.

Non tamen causa hujus resolutionis videtur esse
77 illa, quam generaliter affert Fagn. *cit. num.* 26. quod excommunicatio etiam injusta liget, & repetit in *cap. Odoardus num.* 5. *de solut.* & videtur deduci *ex can.* 1. *num.* 11. *quæst.* 3. *cap. per tuas, cap. Sacro de sent. excommunicat.* & D. Gregorius *homil.* 26. *in Evang.* ait: *Hæc de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine Pastores Ecclesiarum, vel solvere studeant, vel ligare; sed utrum justè, vel injustè obliget Pastor, Pastoris tamen sententia gregi timenda est*. Et consonat *Concilium Aquisgranen. cap.* 17. & Urbanus I. *in Epist. decret.* ait: *Valdè timenda est sententia Episcopi, licèt injustè liget aliquem*, & facit Gloss. *benè in cit. can.* 1. 11. *qu.* 3. Quod si sententia excommunicationis sit injusta, vel ex causa, vel ex ordine, vel ex animo, semper tenet; nam in hoc distinguendi sunt casus, nempe, aut agitur de
78 excommunicatione lata à non habente jurisdictionem, & tunc nulla est Censura, ut explicat Archidiacon. *in cap. Romana num.* 6. *de sent. excomm. in* 6. ubi declarat *cit. textum* 11. *quæst.* 3. & idem Fagnan. *capit. responso* 94. *num.* 101. *eodem titulo*, Van-Espen. *Univ. jur. Eccl. part.* 3. *tit.* 11. *num.* 22. quia tunc dicitur excommunicatio ipso jure nulla, utpote à suo Judice non prolata, *cap. at si Clerici dè judiciis*, & ratio est, quia excommunicandi facultas dependet à jurisdictione, quæ limitatur intra sphæram, quæ ei assignata fuit, unde si excedatur, nulla remanet potestas, ad differentiam defectus Ordinis; quare Episcopus Titularis, quia non habet Diœcesim, non habet jus excommunicandi, Suar. *de Censuris disp.* 2. *sect.* 2. *n.* 6.

Si tamen excommunicatio sit ab habente jurisdictionem, & sit injusta ratione delicti non veri, & tunc aut constat notoriè de tali injustitia, & videtur hæc notorietas æquiparari nullitati ex defectu jurisdictionis, & quidquid dicant aliqui plenè apud Fagn. *cap. Odoardus nu.* 11. *& seq. de solut.* videtur verior opinio, ut excommunicatio sit nulla, non solùm quoad forum internum, quod regulatur tantùm à veritate, cùm judicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, semper innitatur, *cap. à nobis il* 2. *de sent. excomm.* sed etiam in foro externo Ecclesiæ, quia tunc judicium innititur veritati certæ, & infallibili, ut latè Abb. *in* 4. *notabil. cit. cap. Odoard.* latè sequitur Fagn. *ibid. num.* 12. *vers. ego hanc Sententiam*, & idem dixit *cap. responso num.* 101. *de sent. excomm.* de eunucho, qui excommunicaretur ob generationem filii cum moniali, quia impossibile id esset, Sayr. *de Censuris lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *& seq.* Bonac. *eod. tract.* 9. *disp.* 1. *qu.* 1. *punct.* 10. *num.* 4. Dian. *tom.* 5. *tract.* 9. *res.* 29. Ricciul. *de Jur. person. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 21. de quo tamen notorio difficile est adesse casum, ut de eunucho notorio quoad generationem, casum expresserit Fagn. *ibidem*, & benè quoad primum casum, quando non adest notorium, procedit dictum Innocentii III. *in cap.* 28. *de sent. excomm.* ut qui liber est apud Deum, Ecclesiastica sit innodatus sententia, nam etsi in foro poli sit tutus, tamen ratione scandali debet servare etiam innocens sententiam Ecclesiæ, Suar. *de Censur. disp.* 9. *sect.* 7. *num.* 16. *& seq.* Et in secundo casu verificari potest dictum Gelasii Papæ apud Gratian. *can.* 43. 11. *quæst.* 3. *Cui est illata sententia deponat errorem, & vacua erit, sed si injusta est, tantò eam curare non debet, quantò apud Deum, & Ecclesiam ejus, neminem potest gravare iniqua sententia*. Et in hac re patienter substinendæ sunt Censuræ pro bono pacis, etsi injustæ, D. August. *lib. de ver. Relig.* Exempla tamen non desunt, imò plura sunt, quàm credi potest, qui injustas censuras sociorissima charitate pro pace Ecclesiæ patientissimè substinuerunt; & tandem, ut habetur ex ord. D. August. *can. illud* 85. 11. *quæst.* 3. *Si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injustè, potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur injuriam*.

Aut tandem est excommunicatio injusta, ratione
animi, aut causæ, aut ordinis: Et vera est conclu- 79
sio, ut sit valida, donec à Judice annulletur, Gloss. *cit. cap.* 1. 11. *qu.* 2. *& can. si Episcopus eadem quæst.* ubi de excommunicatione ex causa vindictæ. Unde semper debet quis parere Ecclesiæ. Et quamvis Præsul, vel iracundia, vel sine urgenti causa, & ordine non adhibito excommunicet, valida erit sententia, ut si feratur sententia sine trina monitione, firmat Fagn. *in cap. Sacro num.* 16. *&* 15. *de sent. excomm.* quid quid sit in casu *cap. statutum eodem tit. in* 6. Rota *dec.* 7. *num.* 1. *de sent. excomm. in novis*, & nos alibi dicemus de hoc; unde erit injusta, & revocanda per Judicem competentem, non autem spernenda, Gloss. *in cap. Romana, vers. justas de sent. excom. in* 6.

Limitatur tamen, si ordo præscriptus, sit præcisus,
ut talem formam excommunicans servet, & aliàs actus 80
non valeat, vel æquipollenti verbo, ut de verbis *nullus præsumat in cap. statutum de sent. excom. in* 6. & de verbis *penitùs prohibemus*, ut sint verba abdicativa jurisdictionis, nisi serventur modus præscriptus, notat Jo. Andr. *in cap. unic. num.* 2. *de postul. Prælat. in* 6. & sic textus *in cap. Romana* §. *in Universitatem de sent. excomm. in* 6. quæ verba dant formam specialem, ut contra Universitatem non possit pœna excommunicationis infligi. Et quamvis contrarium alii magis tutè sentiant apud Barb. *ad cit. text. n. fin.* & Fagn. *ibidem*, tamen certum est quod nisi adsit clausula annullativa, vel agatur de certo modo præscripto alicui eodem contextu, quo facultas excommunicandi conceditur, vel adsint verba cum duplici negativa conditionem resolutivam importante, ut nonnisi hoc modo agat, semper dici debet pura forma instructiva, & hoc casu erit excommunicatio valida, sed tantùm revocanda per viam appellationis, & excommunicatus indiget absolutione, qua non indiget si sententia excommunicationis sit nulla, seu notoriè injusta, ut latè in terminis citati Doctores, & præsertim Fagn. *cap. Odoardus num.* 10. *& seq. de solut. & cap. responso num.* 103. *&* 112. *de sent. excomm.* Rot. *dec.* 533. *num.* 5. *cor. Dunoz. Jun.*

Unde positis his, quia Episcopi, & Ordinarii ha- 81
bent jurisdictionem innatam Clavium excommunicandi, illa forma instructiva à Concilio data, non est nova concessio modificatæ jurisdictionis, sed tantùm præscriptus modus servandus, & non observato erit actus validus, ut suprà firmavi. Nec forma data à

Con-

Concilio diceretur frustratoria, quia Ordinarii cum majori circumspectione procedent, aliàs possent puniri, ut in simili Gloss. *in cap. Romana §. officiales v. non attentent de off. ordinarii in 6.*

Verùm prædicta procedunt quoad Episcopos, &
82 Ordinarios, non autem quoad Auditorem Cameræ, cui præcisè in Bullis Papæ, & præsertim B. Pii V. *cit.* fuit concessa facultas excommunicandi in subsidium, & sic concessa qualificata jurisdictione, actus excedens dictam qualitatem, esset nullus tamquam factus sine jurisdictione, & proinde Censuræ essent nullæ, ut in terminis Judicis delegati dixit Fagn. *cit. cap. Responso nu.* 103. *in fin. de sent. excommunicat.* quod tamen videtur intelligendum si in Commissione esset certa forma præscripta, vel expressa forma juris, aliàs non procedere id, docuit Barb. *in cap. Romana num.* 5. §. *Sed vers. Secundò de sent. excomm.* Et certè quod Auditor Cameræ habet in ventre facultatum, ut dixi, dictam limitationem. Nec obstat *dec.* 533. *coram Dunoz. Jun.* quia non disputavit nullitatem Censurarum Auditor Cameræ, sed tantùm an excommunicatus interim potuisset nec ne lucrari fructus ex circumstantiis ibi deductis, nempe quia non curavit declarari nullas censuras, ut fieri debet, & rursus quia non solebat assistere divinis ante excommunicationem. Et in terminis Auditoris Cameræ, dixit Rota quod Censuræ sint nullæ, non servata forma Conciliari, in *cit.* Ilerden. Pensionis 13. Novemb. 1583. *coram Orano*, quæ refertur à Garcia *de benef. part.* 1. *cap.* 5. §. 4. *nu.* 587. qui redarguit dictam Rotæ decisionem, ex eo, quia declaratoria non esset nulla ex defectu diligentiarum, stante prædicto decreto S. Congregationis; sed verè decretum loquitur de Ordinariis, & S. Rota loquitur de Auditore Cameræ, qui nequit devenire ad executionem, nisi factis dictis diligentiis, ut præcisè demandant Bullæ præfatæ, ut illa B. Pii V. §. 10. relata post Ridolph. *fol.* 665. & Pauli V. post eumdem *f.* 673. *de Audit. Cam. num.* 2. & ita docet Barb. *cit. cap.* 3. *ad Concil. Trid. num.* 23. *in fin.* Salust. Tiber. *in praxi lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 8. *& cap.* 33. *num.* 11. Gratian. *discep.* 787. *num.* 2. Rota *dec.* 533. *numer.* 2. *coram Dunoz. Jun.* Tamen Auditor Cameræ procedit uti Executor litterarum pensionis, quo casu potest procedere directè ad Censuras, ut supra dixi, & notavi explicando dictam decisionem, eam scilicet habere locum, quando non processerit exequendo litteras pensionis, sed in vim obligationis Cameralis, quo casu bene ea dixit requiri diligentias. Nec obstant dicta decreta S. Congregationis super validitate Censurarum, quia non procedunt in Auditore Cameræ habente certam formam præcisam in suis facultatibus, ut supra dixi, & notavit Barbosa *cit. loco.*

Si tamen persona sit pauper, nequit excommunicari, quia cessat in ipsa, contumacia, cùm non va-
83 leat adimplere, quod intellige si sit miserabilis, Salust. Tiber. *lib.* 1. *cap.* 33. *numer.* 2. Gales. *de obligat. Camerali qu.* 36. *num.* 24. ubi Zacchias *num.* 20. *& dec.* 40. *num.* 6. post ipsum, ita tamen, quod si sit notorius pauper, Censuræ sunt nullæ, puta si cesse-
84 rit bonis, vel obtinuerit beneficium *cap. Odoardus*; secus verò non data tali notorietate, quia validæ essent Censuræ, sed probata deinde paupertate, concedi debet absolutio etiam ex officio, Gratian. *discep.* 660. *num.* 9. Fagn. *cap. Odoardus. num.* 11. *de solution.* Galesius *cit. q.* 36. *num.* 24. Ubert. *cit. formula*; nisi ex facto, & dolo proprio, bonis remanserit spoliatus
85 Ridolphin. *cit. cap.* 14. *num.* 272. Ita etiam Frater sicuti non potest carcerari ad instantiam Fratris, nec minus potest excommunicari, Zacch. *cit. num.* 17. *& seq.* Thesaur. *dec.* 119. *num.* 1. *&* 153. *num.* 5. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 78. *num.* 6. & Rota *dec.* 165. *nu.* 17. post Zacchiam, Quod tamen declaratur non procede-
86 re, si fuerit Frater solvendo, quia tunc consideratur protervia, & contumacia, Addentes *ad cit. dec.* Thesaur. *& ad dec.* 153. *num.* 5. Surd. *cit. qu.* 78. *num.* 42. Munoz. *de ratiocin. cap.* 35. *num.* 11. Zuccard. *dec.* 10. *per tot.* & latè *cit. dec.* 165. *num.* 18. ubi de sensu Signaturæ. Et ratio est, quia privilegium nequit prodesse doloso, cùm dolum nemini debeat patrocinari 87
l. nec ex dolo, ff. de dolo Gratian. *discep.* 849. *num.* 11. & in terminis Clerici debitoris, Bellet. *disquis. Cleric. p.* 1. *tit. de Cleric. debitor.* §. 2. *n.* 5.

Igitur quoties adsunt bona debitoris, nequit procedi ad dictum remedium Censurarum, *dec.* 114. *nu.* 4. coram Manzan. *& dec.* 533. *num.* 2. coram Dunoz. Juniore post Costam *de rem. subsid. remed.* 12. *num.* 5. Sed talis discussio quo ad bona, non credo, quod sit necessaria, ubi bona fuerint intricata; remedium enim subsidiarium facit quidem, quòd eo uti nemo valeat, 88
nisi adhibito ordinario; non verò, ut teneatur Creditor assumere litem, & prosequi bona difficilis recuperationis, ut in similibus in remedio subsidiario *Authentica res quæ Cod. Communia de legatis*, docent Sperell. *dec.* 165. *num.* 38. *& seqq. & num.* 40. Card. de Luc. *de dote disc.* 145. *num.* 69. Rota *dec.* 821. *num.* 5. coram Dunozet. Jun. *& dec.* 33. *num.* 7. *& seqq. p.* 10. *recent.* & in terminis hujusmodi Censurarum, Salust. Tiberius *cit. lib.* 1. *c.* 31. ibi: *Constito quod vigore præsentis nostri mandati, executio realis, aut personalis facilè fieri non possit:* Ubi considerandum verbum *facilè*; cùm enim diligentiæ debeant fieri juxta exigentiam materiæ, & obligatio Cameralis includat renunciationem discussioni, Zacchias *de oblig. Cam. qu.* 15. *num.* 16. & bona existentia penes tertios, habentur, ac si non essent, vel si sint obnoxia creditorum moli, vel fideicommisso, ut optimè ad rem ratiocinatur D. meus Ansaldus de Ansaldis S. Rotæ Auditor in suo docto ac elaborato tractatu *de Commercio, & Mercatura disc.* 32. *num.* 30. *&* 31. Rota *dec.* 212. *num.* 8. & ita juxta hæc intelligi debet qualitas subsidiaria in Censuris requisita, & in his terminis quod possit Creditor convolare ad Censuras, nec teneatur instare pro liberatione depositi, si concurrant alii Creditores, decrevit Signatura Justitiæ in Romana *pro bon. mem.* Alexandro Ursino olim Decano S. Rotæ die 28. Junii 1696. Ponente D. Petro Priolo *Utriusque Signaturæ Referendario, & nunc meritissimo Cameræ Apostolicæ Præside.*

His discussis quoad Censuras, quæ irrogantur ob non solutionem in vim obligationis Cameralis, ac alios casus, ut supra, aliqua modò dicenda sunt quo ad executionem rei judicatæ. Et quidem certum est, 89
extra Curiam esse procedendum juxta formam Conciliarem, quatenus tamen Episcopi possint liberè uti facultate procedendi contra bona, & personas, aliàs cessante remedio ordinario executionis, bene potest uti extraordinario censurarum, quia id fuit inductum in subsidium, quatenus supponit Concilium posse adhiberi ordinarium, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 90. *num.* 35. *&* 37. Campanil. *in div. Jur. cit. loco num.* 92. *in fine*, Card. de Luca *de Jud. disc.* 40. *num.* 92. *& ad not. ad Concil. Trid. disc.* 43. *n.* 11.

In Curia tamen diversa est praxis. Et incipiendo à Tribunali S. Rotæ, videntur confusæ doctrinæ, & 90.
inter se pugnantes; nam in Savonen. *Aggregationis super declaratoria* 6. Junii 1703. coram D. Molines firmatur non attendi à S. Rota remedium subsidiarium in Censuris fulminandis, non obstante quod ibi ageretur de casu debiti pecuniarii ob expensas litis contra Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Finarii, prævio mandato executivo, & facta etiam expeditione, & quod Capitulum protestaretur adesse bona, super quibus exhibebat posse fieri executionem, & quamvis prima vice S. Rota dixerit *iterum proponatur causa*, tandem *die dicta* relaxavit Censuras, & proposita causa in Signatura Justitiæ, fuit rescriptum: *Nihil, sub die* 29. Septembris 1703. *Et sub die* 10. Januarii 1704. *In decisis, & amplius, Ponente* D. Balestra, in qua decisione allegatur alia *dec.* 422. coram Emerix Jun. *& dec.* 162. coram Durano. *& dec.* 418. coram Remboldo, ubi traditur esse licita variatio de executione reali ad Censuras, ut in executivis permittitur. Contrarium videntur tenere Doctores nostri firman-

mantes remedium censurarum esse subsidiarium etiam quoad S. Rotam ad formam dispositionis S. Conc. Trident. supra adductæ, ut apud Card. de Luca *de Judic. disc. 40. num. 92. & ad not. ad S. Concil. Trident, disc. 43. num.* 11. & benè *in Summ. de Jud. num.* 161. *vers. subsidiarium*, & generaliter in Jure etiam, Ridolph. *in praxi p. 1. c. 14. num.* 266. & 271. & D. meus Ansald. *in add. ad sui decisiones dec. 51. num. 9.* ubi testatur quod quoticscumque S. Rota potest procedere per viam executionis realis, non solet procedere per Censuras, & ipsa S. Rota id decidit in *Reatina fideicomissi super declaratoria* 25. Junii 1703. coram D. Lancetta, ubi deoegavit Censuras ex ea ratione, quia poterat consummari executio in bonis, expresè asserendo, quod Ceosurarum remedium sit subsidiarium, & priùs dixerat *in dec. 276. post Posth. de manut. n. 1.*

In hoc anfractu Doctorum, & decisionum, distin-
91 ctione casuum sternenda est via Veritatis cognitioni. Aut enim agitur de executione rei judicatæ, & tunc ultra Montes inconcussus stylus est, ut Rota procedat mediantibus Executorialibus, quæ sunt litteræ requisitoriales, in quibus ponitur tenor judicatorum, quæque diriguntur Regibus, aliisque supremis Principibus, ut in suis Regnis, & Provinciis illas exequi curent; Episcopis verò, aliisque Prælatis inferioribus præcipiendo, ut exequi faciant sub comminatione pœnarum interdicti, ac excommunicationis respectivè, & sub iisdem pœnis etiam ipsis partibus, ut adimpleant, prout formulas videre est apud Ubert. *de Cit. de execut. rei jud. part. 5. formula 4. Vestr. in praxi lib. 8. cap. ult. num.* 16. Capuc. *in praxi lib. 1. p. 3. cap. 8. per tot.* quibus præsentatis parti, & servatis quatuor terminis, proceditur ad Censuras, disputato dubio in Rota, & in hoc nulla cadit difficultas, ut non sit necessaria forma subsidiaria, ex duplici ratione, tum quia ita servat stylus Tribunalis antiquissimus, & etiam aliorum Judicum Romanæ Curiæ, permittente Papa, Capucc. *p. 3. cap. 8. art. 1. num. 1. &* 2. tum etiam quia cum agatur de contumacia renuentis obedire mandato Rotali, ipsa protervia est delictum, quod potest coerceri Censura, cùm Sacr. Conc. Trident. non impediat, ut si ita expedire videatur, hoc mucrone Superiores utantur directè, ut benè eruitur ex verbis Coocilii *cit. cap. 3. sess. 25. de reform.* ibi: *expedire videbitur*, & notat D. Raynald. *in observ. ad cap. 1. supplet. 5. num.* 109. & 110. & facit *cap. 1. sess. 23. de ref. ejusdem Concilii*, ubi permittitur Episcopo gladii spiritualis usus contra non parentes. Et quæ major protervia quàm in noo parendo mandatis Apostolicis, prout sunt mandata S. Rotæ constitutæ ex Capellanis Papæ, quæ habent jus excommunicandi non parentes? Capuc. *in praxi p. 3. c. 8. art. 1. num. 4.* ut dixit Rota *in Giennen. Juris mutandi super declaratoria* 3. Aprilis 1699. §. *demum coram* D. Ansaldo ibi; *quæritque de obedientia in ordine ad judicatum suum, & utitur non subsidiario in his terminis, sed unico, & necessario remedio excommunicationis juxta stylum, & Constitutiones Pontificias, quas Auditores tenentur exequi uti Papæ Capellani:* Et in his terminis Rota *dec. 75. in fin.* coram S. M. Alexandro VIII. ut non intret dispositio Conciliaris, & quidem procedunt decisiones ultra Montes cum executorialibus; itaut pro executione hujusmodi post Censuras, soleat implorari brachium sæculare, Capuc. *in praxi cit. cap. 8. num. 1. & 2.* & Rota *dec. 31. n. 1. & 2. post Posth. de manut.*

Hinc & si fœminæ non soleant excommunicari ob debitum pecuniarium, Ridolph. *in praxi p. 1. c. 14. nu.* 77. prout neque carcerari, Scannarol. *de Visit. Carc. lib. 6. cap. 6. §. 6.* tamen excommunicantur ob non paritionem, optimè Rota *dec. 422. num. 6. & 7.* coram Emerix Jun. ubi etiam pro debito pecuniario, si præcesserit inobedientia judicato, *& dec. 23.* coram Roxas *dec. 642.* coram Bichio *dec. 197. & 183. p. 5. recent.*

Si verò agatur de mandato de manutenendo, certum est ultra Montes procedi per dictas executoriales cum comminatione Censurarum, ut de stylo inconcusso firmat *Posth. de manut. cit. observ. 103. n. 1. & 5. & dec. 456. n. 2. post eundem*, & eamdem formam servari, prout in executorialibus rei judicatæ Rota *dec. 74.* coram Ubald. *& Add. ad Buratt. dec. 17. num. 5.* ubi aliæ decisiones, Cavaler *dec. 364.* ubi quod debet pooi expresè id, quod tenetur pars adimplere, & *dec. 125.* coram S. M. Innoc. X. *ubi add.* & quoad mandatum de Immittendo *dec. 75.* coram S. M. Alexandro VIII. & de reintegrando *dec. 530.* coram Dunoz. Jun. eamque praxim executorialium antiquissimam benè tuetur *cit.* Card. de Luca etiam ex eo, quod sibi imputent partes ex propria, vel aliena potentia non obtemperantes, ac difficiliter eas ad obedientiam coercere non valens Rota utitur dicto remedio, quod permittit etiam S. Cooc. Trident. quia intellexit, ut dixi, quatenus fieri facilè possit executio alio modo, & ideò dicti executores in litteris executorialibus sunt dati cum sola auctoritate intimandi, & monendi partes ad parendum, *Vestr. cit. n.* 16. & Ubert. *cit. formula 4. vers. ad tollendum.*

Pro debito tamen pecuniario, quod resultat ex refectiooe expensarum in lite, etiam contineri solet præceptum solvendi in ipsis executorialibus uti pars rei judicatæ ultra Montes, ut in *dec. 481.* coram Merlino, *in dec. 162.* coram Durano, *dec. 418.* coram Remboldo ac aliis.

Difficultas est, an ultra Montes expediantur mandata executiva pro debito sine executorialibus, & an expeditio sit valida, & possit procedi ad Censuras? differunt enim executoriales à mandatis, quia illæ monent, ac requirunt reum ad parendum, ut dixi, ista verò cogunt, ut distinxit Rota *dec. 31. num. 4. & 5. post Posth. cit.* & videtur esse contra stylum, quia mandata non solent relaxari ultra Montes, sed executoriales, Rota *dec. 313. n. 13. p. 6. recent.*

Sed posse relaxari dicendum est, ut firmant *cit. decis. & prosequitur Posth. cit. num. 7. &* 8. Capucc. *cit. p. 1. cap. 2. art. 4. num.* 103. Rota *dec. 43. num. fin.* coram Ludovisio *dec. 523.* coram Dunoz. Jun. ubi de mandato executivo pro expensis ultra executoriales in negotio principali, ac fuisse validam executionem in vim mandati, cùm aliquando expensæ includaotur in executorialibus, aliquando in mandato separato *dec. 596. nu. 3. vers. ultra quod p. 3. recen.* & Capuc. *cit. n.* 1063. *dec. 84. p. 17. recent.* ubi de mandato ultra Montes pro purgatiooe attentatorum *dec.* 1910. coram Coccino *dec.* 1113. coram Seraphino, *& dec. 422.* coram Emerix Jun. *& in Alerien. Expensarum* 10. Martii 1698. coram D. Caprara, ac alibi, ubi agitur de mandatis executivis ultra Montes, quo casu potest exequi mandatum executivum sine aliis requisitis, ad differentiam executorialium, quibus tantùm potest moneri pars, *Posth. cit. num. 7. & 8. & in cit. dec. 31. num. 2. post eumdem, & dec. 523. num. 2.* coram Dunoz. Jun.

Quod tamen intelligendum est, ut in vim mandati fiat executio in boois, ut est casus *cit. dec.* 31. non autem ad effectum Censurarum, quia tunc requiritur intimatio, ac servatio quatuor terminorum ad formam executorialium, & possunt relaxari Censuræ, prout in executorialibus, *cit. dec. 84. p. 17. & in dec. 422. num. 1.* coram Emerix, *& in dict. Alerien.* coram D. Caprara, ubi de mandato executivo pro expensis.

Rursus ad dictum effectum est advertendum, quod duplici modo potest expediri mandatum, vel simpliciter, vel cum comminatione Censurarum contra non parentes; primo casu nequit deveniri ad Censuras, in secundo casu potest etiam ultra Montes deveniri, adhuc non præcedentibus diligentiis executionis realis, & in his terminis ic explicavit Rota *cit. dec. 422. num. 1.* ibi: *Mandati Rotalis cum comminatione Censurarum*, coram Emerix Jun. & in *cit. Alerien.* coram D. Caprara ibi: *Cum comminatione Censurarum*, & benè distinxit Rota *in Reatina fideicomissi super decla-*

declaratoria coram D. Lancetta, ibi: *Tantoque magis, quia ipsa forma mandati solum est directa ad executionem contra bona, & illorum subhastationem absque ulla comminatione Censurarum, unde tanto minus relaxari poterat declaratoria*, & ita intelligenda est Rota *in Tirasonen. Jurisdict. dec.* 208. *nu.* 5. *p.* 15. *recent.* in qua firmatur, quod posito mandato pro summa pecuniaria, nequiverat procedi ad Censuras, sed ad captionem pignorum, vel personæ, quia non aderat comminatio Censurarum, & in terminis etiam executorialium, ut si non adsit comminatio Censurarum, non possint istæ relaxari, Ubert. *de Citat. cit. p.* 5. *formula* 6. §. *In quibus*, & in terminis mandati de manutenendo, Rota *dec.* 916. *num.* 1. *vers. non obstat* coram Buratto, & faciunt Garcias *de Benef. p.* 6. *c.* 3. *num.* 143. *& seq.* Rota *dec.* 649. *num.* 2. *p.* 4. *recent.*

Quodque etiam si agatur de mandatis executivis cum comminatione Censurarum possit procedi ad Censuras, facta intimatione sine forma subsidii, est stylus certus, ut in *cit. dec. supra adducta* §. *sed posse*, & Rota *cit. dec.* 75. *num. fin.* coram S. M. Alexandro VIII. ubi quod non proceditur ad formam Concilii, quatenus sit difficilis executio in alienis Dominiis ex ratione suprà adducta, ut sibi imputent rei.

Deveniendo modò ad causas citra Montes, quamvis Card. de Luc. *cit. disc.* 40. *num.* 92. *de Jud.* & Rota *dec.* 31. *num. fin. post Posth. de manuten.* dicat, quod citra Montes expediantur mandata, tamen proceditur etiam per executoriales modo quo suprà, & per mandata cum comminatione Censurarum contra non parentes, quæ parificantur, ut in *Cremonen. dec.* 74. coram Ubaldo, ac aliis passim, *& dec.* 404. ubi de immittendo contra Ecclesiasticum coram Cardin. Cerro in Avellina, & expeditis mandatis, potest deveniri etiam ad Censuras, ut testatur Capuccius *cit. par.* 3. *cap.* 6. *art.* 9. *num.* 141. ubi de Regno Neapolis. Idque militat in iis locis, in quibus executio non potest faciliter expleri, sive per obstacula Magistratuum sæcularium, sive per vim personarum potentium, tunc enim ob difficultatem ipsius executionis, amplius non curata forma subsidii, directè procedi solet mediis censuris, & Ubert. *cit. form.* 4. ait: *Si exequenda est res judicata extra Statum Ecclesiasticum, tunc non petitur mandatum executivum, quo reus cogatur, sed petuntur executoriales, quibus reus moneatur ad parendum*, Rota *dec.* 31. *num. fin. post Posth. cit.* ubi in Civitate Carpi citra Montes, *& dec.* 313. *num.* 13. ibi: Rota *non solet maximè ultra Montes, & Statum Ecclesiasticum, relaxare mandata sed executoriales, & cit. dec.* 75. *n. fin.* ubi vel pro executione rei judicatæ, vel in alienis Dominiis, ob difficultatem executionis realis, proceditur ad Censuras, non obstante dispositione Concil. Trident. coram S. M. Alex. VIII. & in terminis Regni Neapolis etiam contra Episcopum *in Melphicten. pensionis dec.* 447. ubi de mandato de manutenendo, & executivo, & in eadem causa *dec.* 117. ubi quod fuit Interdicto suppositus Episcopus, quia noluit solvere, coram Zarat. *& in Melevitana dec.* 157. *part.* 5. *recent. & in Savonen. Censurarum* 12. Januarii 1703. coram D. Raunitz, quæ procedunt tam in executorialibus, quàm in mandatis cum comminatione Censurarum modo quo suprà dixi ultra Montes, ut iis intimatis, procedatur sine alia discussione ad Censuras, *& in cit. Savonen. Aggregationis super declaratoria* 6. *Junii* 1703. coram D. Molines Decano, ubi agebatur, ut dixi, de mandato executivo contra Capitulum Finarii pro expensis, & *in* §. *non juvante* dixit quod non obstabat quod comminatio censurarum fuerit in mandato volita in subsidium, quia id fuit respectu Executorum in prima parte, in secunda autem ubi monentur Canonici ad solvendum, tunc si non fuisset paritum, fuerant comminatæ simpliciter censuræ, etsi adesset clausula ut suprà, quia stante diversitate personarum, non inducitur repetitio qualitatum, Rota *dec.* 216. *num.* 8. *par.* 18. *rec.* imò in dicto casu decisionis, Capitulum Finarii obtulerat bona subhastanda, sed Rota non admisit, & Signatura canonizavit judicatum, quia semper recurrit, ut posito præcepto debeat reus parere cum solutione, & ulteriùs, quia iste stylus est fundatus in difficili executione, & semper talis difficultas erit in subhastatione, ac aliis necessariis.

Aut demum agitur intra Statum Ecclesiæ, & tunc si agatur de executione judicati in re non pecuniaria, etiam solet procedi per executoriales, *Posth. de manut. cit. observ.* 103. *nu.* 2. *& seqq. & in dec. Bononien.* 306. *part.* 6. *recent.* quæ diriguntur Cardinali Legato, & Archiepiscopo cum formula hortatoriali; Episcopis verò, Vice-Legatis, aliisque inferioribus cum comminatione pœnarum, & etiam regulariter solet procedi per mandata, ut firmat *cit.* Capucc. *part.* 3. *cap.* 8. *art.* 1. & suprà dixi. Et in mandato de manutenendo itidem S. Rota voluit fieri diligentias contra bona in *decis.* 276. *num.* 1. *post Posth. cit.* ubi *in Anconitana Florum in mandato de manutenendo delationis Florum*. Et licèt *ead.* Rota *dec.* 916. coram Buratto dixisset relaxandam declaratoriam, seu interdictum contra Communitatem, tamen in *cit. dec.* 276. dixit posse omitti viam censurarum, ubi potest procedi per executionem, ut non dubitatur citra montes, & in Statu Ecclesiastico, & advertit Ubert. *cit. form.* 4. *& benè in Reatina fideicommissi* 25. Junii 1703. coram D. Lancetta, ubi fuit denegata declaratoria, quia est tantùm ferenda in subsidium ad formam Sac. Concil. Trident. & aderant bona super quibus potuerat fieri executio indicata à debitore. Et quamvis in §. *tantoque magis*, dixerit in dicto casu mandatum executivum non continere comminationem censurarum, id dixit ampliativè, cum priùs firmaverit regulam, cui consonat Rota *cit. dec.* 57. *n. fin.* coram S. M. Alex. VIII. quod proceditur contra formam Concilii in alienis Dominiis tantùm, ob difficilem executionem, & dixit D. meus Ansald. *in add. ad dec.* 51. *ipsius num.* 9. Et in praxi solent expediri mandata pro debito pecuniario pro ablatione pignorum, ut *in d. Reatina*, & in aliis à me visis mandatis Rotalibus pro certa summa, & dixit Rota omnibus videntibus *in Romana pensionis* 26. Februarii 1698. coram D. Priolo, ubi fuit denegata declaratoria, quia aderat modus exequendi bona, licèt non extensa fuerit decisio.

Tamen in mandato de manutenendo, contrarius est stylus, ut non obstante *cit. dec.* 276. post eam firmat plenè *Posth. observ.* 103. *n.* 2. *& sequentibus*; & habetur in *dec. Beneventana* 92. *part.* 17. *rec.* ubi de mandato manutenendo cum comminatione directa censurarum in Statu Ecclesiastico contra Ecclesiasticos, ea ratione, quia semper urget motivum debitæ paritionis judicato, & sic non relaxantur censuræ ob non solutionem, sed ob non paritionem Apostolicis mandatis, ut benè *dec.* 75. coram san. mem. Alex. VIII. *in fine*.

In mandatis tamen executivis pro certa summa, videtur servandus stylus subsidiarii remedii tantùm Censurarum ex supracitatis doctrinis.

Unde non videtur indistinctè recipiendum, quod dixit Rota *in cit. Savonen. Aggregationis* coram D. Ansaldo, quod Rota numquam admittit remedium subsidiarium, quamvis rectè S. Rota ibi extra Statum id amiserit, nam intra Statum contrariæ sunt doctrinæ, & decisiones. Nec decisio *in Giennen. Juris mutandi* applicatur, quia ut suprà retuli agebatur extra Statum Ecclesiæ, imò ultra Montes, ac ulteriùs pro executione rei judicatæ, ut benè extensor dixit: *Et utitur scilicet* S. Rota *non remedio subsidiario in his terminis &c.* ly enim *in his terminis* benè explicat casum illius decisionis super executione rei judicatæ in re incorporali, pro quo etiam practicatur in Statu Ecclesiastico, ut dixit *Posth.* indistinctè *observ.* 103. *n.* 2. *& seqq. cit.* Et decisio 422. coram Emerix Jun. erat etiam ultra montes, & loquitur etiam in re judicata Decisio *in Asculana pensionis super declaratoria* 2. Julii 1703. coram Domino Caprara, ubi etiam pensionarius curaverat fieri sequestrum super fructibus bono-

rum

rum Ecclesiæ, & tamen potuit convolare ad Censuras, quia ibi agebatur de pensione in vim Bullarum Apostolicarum, quibus datur facultas excommunicandi, non servata forma subsidij, ut supra dixi, & Decisio 418. *ib. cit.* coram Remboldo procedit in executione facta in vim executorialium ultra Montes, unde benè dixit Rota quod etsi fuisset facta executio, adhuc potuerat pars convolare ad dictum stylum executorialium, & Censurarum in vim illius, stante difficultate consummationis executionis in vim mandatorum Rotalium; aliàs esset destruere conclusionem firmatam ab ipsa Rota, ut in debitis pecuniaris soleat piè, ac providè servari forma subsidiaria, ut his verbis utitur Dom. meus Ansald. *cit. add. dec.* 51. *num.* 9. unde cùm possint inter se compati decisiones, debent ita interpretari.

Aut sensus *dec. Savonen. cit.* est, ut S. Rota possit uti dicto gladio spirituali ubique, si cognoscat difficultatem executionis alia forma, nec sit præscripta certa regula, ut debeat concordari de executione, ut ex stylo introducto coram A. C. à tempore D. Bichii Locumtenentis dixit Ridolph. *in praxi part.* 1. *cap.* 14. *num.* 53. quia Aud. Cam. habet restrictam jurisdictionem, ut procedat in subsidium in obligatione Camerali, ut dixi, & Rota *dec.* 533. *num.* 2. coram Dunoz. Jun. ita ut sit remissum ejus Tribunalis summæ prudentiæ, & justitiæ; & hoc verum est, quia etsi pro solita regula sit, quod ultra Montes etiam pro debito pecuniario relaxentur executoriales, & Censuræ, tamen etiam videntur factæ executiones reales, ut advertit Dominus meus Ansald. *in cit. add. dec.* 51. *nu.* 9. & adducit *decisionem in Monasterien. Matrimonii* 5. Junii 1699. coram D. Caprara, de qua infra denuò erit sermo, ubi fuit facta executio in vim Mandatorum Rotalium, & in *Tarraconen.* est casus *decis.* 523. ubi fuit facta executio in vim mandati Rotalis in bonis coram Dunoz. Jun. Ita in Italia aliquoties practicantur dicta mandata executiva. Et intra Statum Ecclesiæ, etsi regula sit, ut procedatur ad executionem realem pro debito pecuniario, tamen S. Rota ob aliquas rationes relaxat mandata cum comminatione Censurarum, ut supra dixi, quia Sac. Concil. Trident. remisit id arbitrio Judicum ibi: *si expedire videbitur*. Imò difficile est, ut partes se involvant in expensis, ac temporis dispendio, quæ requiruntur pro declaratoria obtinenda in S. Rota, pro qua disputatur dubium speciale, si possent habere effectum mandatorum cum satisfactione mediante subhastatione bonorum. Unde non servata dicta forma, actus esset nullus, ut benè Rota *decis.* 533. *numer.* 5. coram Dunoz. Jun. & sic debent censurati petere absolutionem, quia forma Conciliaris est instructiva tantùm, ut dixi, & sic essent validæ Censuræ; sed etiam justæ, si adsit talis qualis causa, ut difficiliùs executio realis fieri possit, non tamen dempta facultate per viam justitiæ revocandi tales Censuras, si verè constet potuisse Creditori satisfieri cum bonis, & partem petiisse declaratoriam, quamvis casum non evenire puto, nam satis Sacra Rota in disputatione dubii pro concessione declaratoriæ id advertit solita maturitate, ut facit *in cit. decis.* 276. post Posth. *de manuten. & in cit.* Reatina *fideicom.* coram D. Lancetta.

Ulteriùs ad evitandum dubium resultans ex dictis contrariis decisionibus, nempè Reatina *fideicommissi* coram D. Lancetta, qua denegata fuit declaratoria, ut ea processerit, quia ibi in mandato executivo non aderat comminatio Censurarum directa in debitores, sed in subsidium, & in *cit.* Savonen. *Aggregationis* coram D. Molinez aderat, ut supra dixi, debet animadverti in expeditione mandatorum, ut in Statu Ecclesiastico expeditentur cum prima forma, scilicet sine comminatione censurarum directa in debitores, sed subsidiaria, aliàs posita secunda formula cum illarum comminatione videretur sperni Majestas Tribunalis, si non pareat reus, ob quod postea devenitur ad declaratoriam. Unde ad servandum subsidium, quod Rota piè, ac laudabiliter agit, ut clarè dicunt Doctores, ac decisiones ipsæ supra adductæ, in his debitis pecuniariis, benè inolevit stylus, quod mandata dentur pro subhastatione bonorum, ac pignorum captione, & in subsidium excommunicationis in Statu Ecclesiastico, Rota *decis.* 523. *numer. fin.* coram Dunoz. Jun. *& citatis decisionibus*, nisi aliter fuerit visum opportunum, ut quo magis fieri possit, adimpleatur salutaris dispositio Sacri Concilii Tridentini, ut profitetur solita pietate fieri tantum Tribunal.

Si tamen agatur de Auditore Cameræ, si sit in causis obligationis Cameralis, dixi supra. Si verò de executione rei judicatæ, & mandato de manutenendo pro aliquo facto à parte victa explendo, si per viam executionis mandati actor exequi non potuerit, vel etiam si potuerit, maluerit procedere per viam intimationis, & Censurarum, quæ in iisdem mandatis continentur, tunc intimatur personaliter mandatum parti, & reproducitur, deinde observantur quatuor termini ad docendum se paruisse, & sic servatur pro rei judicatæ executione, & ob non paritionem sententiæ, vel alterius mandati, & relaxantur Censuræ, ut apud praxim Ridolph. *part.* 2. *capit.* 12. *à numer.* 59. *& pluribus seq.* Et de praxi simili ob non paritionem litteris Apostolicis, & decretis Sac. Congr. ac aliis, *part.* 2. *capit.* 8. *numer.* 27. *& seq.* Et solet in ipsa sententia declaratoria præfigi alius terminus, ut possit reus adimplere, quo casu debet intimari, & lapso termino affiguntur Cedulones, Ridolph. *cit. cap.* 12. *numer.* 67. *& capit.* 8. *numer.* 30. dictique quatuor termini ad parendum non servantur ampliùs. Et in obligatione Camerali, in qua ad fulminationem Censurarum proceditur sine terminis prædictis, & in primis casibus, requiritur citatio personalis ad Censuras. In obligatione verò Camerali sufficit domi dimissa copia, Ridolph. *cit. cap.* 12. *num.* 64. *& cap.* 8. *num.* 25. & supra explicavi latiùs, & de citatione requisita ad Censuras infligendas alibi dicam.

Ita si mandatum Auditoris Cameræ, seu res judicata contineat immissionem, reintegrationem &c. proceditur per mandatum, in quo cùm dicatur, *ejecto adversario*, exequitur mandatum ipsum per captionem possessionis, ac citantur inquilini, aut bonorum possessores ad recognoscendum in dominum. Sed si præstetur impedimentum à parte, tunc proceditur ad Censuras modo quo supra, cum terminis ad docendum de paritione, & relaxantur illæ ob non dimissionem possessionis, fructuumque non restitutionem, Ridolph. *cit. cap.* 12. *num.* 68. ubi dat formulam expeditionum in partibus alio modo, quo fit per Sacram Rotam, nam hujus sunt litteræ directæ universis Abbatibus Prioribus, ac Notariis, Tabellionibus &c.

Si verò agatur de mandato etiam executivo pro certa summa, tunc fit executio in bonis, vel persona, juxta praxim ejusdem *part.* 1. *à cap.* 6. *ad capit.* 14. Et si sit in forma Cameræ obligatus, proceditur ad censuras factis diligentiis, ac deputato Curiore, seu concordato pro iis faciendis, ac priùs extensa forma Cameræ, necessaris etiam si pars consenserit in mandatum Unica &c. *& cit. cap.* 14. *num.* 270. juxta formam ibi adductam *à dicto capit.* 14. *num.* 53. *& seq.* Secùs non proceditur ad Censuras, nisi agatur de solutione pensionis Ecclesiasticæ, in qua etiam illæ fulminantur juxta praxim, *ibidem & part.* 2. *capit.* 8. Imò pro pensione potest quis excommunicari pro minima summa etiam citra eam scut. 25. Secus in vim obligationis Cameralis, Ridolph. *cit. capit.* 14. *num.* 14.

Unde ad habendam executionem mandatorum de manutenendo pro certa summa annua, ac sententiarum, in quibus certa summa præstanda est, solet procedi per viam intimationis, modo quo supra dixi, ut contra non parentes judicato.

Apud Judices Commissarios per acta Archivii pro executione mandatorum de immittendo, manutenendo, & hujusmodi, ac rei judicatæ extra Statum, pro-

proceditur passim per Censuras, facta intimatione, & præcedente contumacia, ut dixi, & deinde imploratur Brachium sæculare. In Statu verò Ecclesiastico proceditur per mandata, quorum vigore capitur possessio, ac alia geruntur opportuna, juxta praxim Capuce. *part.* 6. *cap.* 6. *&* *cap.* 8. & alibi. Hinc in Curia dantur executoriales Judicibus Commissariis, ut apud *cit.* Capuc. *cap.* 6. etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Rota *decis.* 1231. *nu.* 8.
93 coram Emerix Jun. Non verò Rota, quæ habet in ventre facultatem exequendi suas sententias ex Bullis Summorum Pontificum.

Hinc videntur pro executione rei judicatæ indistinctè dari censuræ in Romana Curia à Judicibus ut dixit Capuc. *part.* 3. *cap.* 8. *art.* 1. *num.* 1. *&* 2. & quoad mandata pecuniaria, proceditur ad formam Concilii, ut bene id. Cappuc. *part.* 3. *cap.* 9. *art.* 5. *num.* 67. & priùs *cap.* 6. *art.* 8. *num.* 139. Ea ratione, quia in dicta executione rei judicatæ, vel in mandatis non pecuniariis consideratur protervia non parentis, contra jussa Apostolica, quæ repræsentant Judices Romanæ Curiæ, vel Ordinarii repræsentantes Papam, ut est Auditor Cameræ, vel Delegati præviis executorialibus, quæ priùs dabantur sub plumbo, & sic repræsentatur Papæ auctoritas, Capucc.
94 *cit. part.* 3. *cap.* 8. *art.* 2. *num.* 9. & in mandatis pecuniariis extra Statum ob difficultates executionis etiam dicuntur in subsidium Censuræ ferri, ex dictis supra, ad quod facit id quod firmat D. meus Ansald. *in add. ad cit. dec.* 51. *num.* 11. *vers. habui*; Quod cùm prævia hortatoria solita fuissent requisiti Judices Panormi laici juxta praxim inter Judices diversi Principatus, Card. de Luca *de Jurisd. disc.* 98. *num.* 16. ad tradenda aliqua acta, seu Processus denegatos sine aliqua causa, itaut suspicio caderet quod pars ipsa illam renitentiam procurasset, fuit per Judicem hìc in Curia admissum, quod simplex copia producta, haberetur pro legitimè compulsata, quia in odium ipsius partis impedientis, probationes omnes habeantur pro legitimè factis, ad tradita per Spad. *cons.* 89. *num.* 1. Rotam apud Garciam *de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 186. *col.* 3. *vers. quo fit*, cum aliis doctrinis, ac rationibus optimè adductis plenè per eumdem D. Ansaldum, quæ transcribere hìc, aut quicquam addere, meum non est ex ibi firmatis.

Tandem hìc est advertendum, quod censuræ in vim rei judicatæ & executorialium ac mandatorum sub comminatione illarum dantur, quotiescumque non constat de paritione, vel contra ventione & spretu. Si enim constat de spretu, non servari debent
95 quatuor termini ad docendum de paritione, quia satis elicitur voluntas, & delictum positivum, eo quod non solùm omisit, sed commisit, *dec.* 3. *n.* 4. *& dec.* 5. *n.* 10. coram Arguel. Rot. *dec.* 79. *n. fin.* coram Emerix Jun. cum ibi citatis, & priùs *dec.* 386. *n.* 8. *pag.* 11. *& dec.* 84. *n.* 4. *par.* 17. *rec. dec.* 670. *n.* 6. *&* 7. *par.* 18. *cit.* si fuerit facta Cursori resistentia, & *in dec.* 227. *par.* 10. *recent.* ubi ante eventum casum ob declarationem animi factam à Capitulo non parendi. Si verò agatur de adimplendo aliquod, servantur quatuor termini ad dicendum de paritione: quod si requiritur factum positivum, debet adimpleri, & non sufficit patientia, *dec.* 446. *nu.* 16. *& dec.* 623. *n.* 7. coram Bichio *dec.* 117. *n.* 2. *&* 3. coram Zarate, & benè in Alerien. Expensarum 10. Martii 1698. §. *nec excusari* coram D. Caprara, *& in cit. Savonen. Aggregationis super declaratoria* 6. Junii 1703. §. *obiectum* coram D. Molines, ubi quod debuerant solvi expensæ, prout continebat mandatum, & pro pupillo datur declaratoria contra Tutorem, Rota *dec.* 881. coram Roxas, *& dec.* 280. *nu.* 2. *& seq.* cor. Card. Cerro, cùm Tutor curare debeat, ut pupillus pareat, & ille substineat litem nomine pupilli, & à dicta declaratoria non datur appellatio, Scaccia *de appell. lib.* 11. *q.* 17. *limit.* 22. *n.* 44. Lancell. *de att. part.* 2. *cap.* 12. *tit.* 21. *n.* 27. Ridolph.
96 *in praxi part.* 2. *cap.* 8. *num.* 182. Achill. de Grass. *decis.* 4. *num.* 13. *de sent. excomm. & in decis.* 248. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* ubi benè, quod etsi detur appellatio à declaratoria censurarum, cessat in hoc casu ob non paritionem, nec admittitur appellatio intra novum terminum, qui solet dari à Rota ante ex- 97
peditionem cedulonum, juxta praxim, ut *in cit. dec. Savonen. Aggregationis & in dec.* 670. *num.* 9. *par.* 12. *recent.* & passim alibi.

Sed utrum executor possit excommunicare contu- 98
macem in vim litterarum executorialium? Et negativè est dicendum, quia solùm potest intimare eas reo, non autem ulteriùs procedere, Ubert. *de Cit. cit. formul.* 4. Rota *dec.* 23. *numer.* 6. *& decis.* 150. *num.* 1. *&* 6. coram S. Mem. Innoc. X. Cùm censurarum declaratio pertineat ad Rotam, quamvis in ipsis executorialibus videatur data facultas censurandi, quæ potest ad effectum reduci quoad resistentes facto, non autem contra eosdem possessores, & reos conventos, qui habent facultatem recurrendi ad Delegantem pro tuitione eorum jurium, ut optimè explicat Ubert. *de Citationibus pro executione rei Judicata formula* 4. *versic. & ubi littera*, & idem firmat Barb. *vot. decis.* 8. *per tot.* & signanter *à num.* 2. *& num.* 5. ubi etiam de mandato de manutenendo, Vestr. *in praxi lib.* 8. *cap. ult. num.* 160. *vers. & quamvis*, ac pluries dixit Rota, præsertim *decis.* 150. coram Pamphilio, *quæ est decisio* 283. *post secundum librum Consilior.* Farinac. etsi quid fuerit factum per executorem, per viam nullitatis, & attentatorum, revocatur, Rembold. *dec.* 229. & latè *Adden. ad cit. decis.* Pamphil. *num.* 6. *& decis.* 292. *num.* 3. coram Peutinger. ubi executorem nulliter procedere tradidit, si pro executione mandati de- 99
manutenendo, pignorum captionem mandet, vel si procederet ad subhastationem bonorum, vel condemnet partem ad restitutionem fructuum, ut *in cit. dec.* 229. Remboldi *& dec.* 183. *num.* 1. *par.* 16. *recent.* & quamvis de jure Judex subdelegatus à Delegato Papæ potest excommunicare, *cap. ex litteris* 29. *de offic. Jud. deleg.* id procedit contra impedientes, contra autem partem ipsam se opponentem in vim executorialium ipsius, Rota non admittit ut supra firmatur.

Nec obstat decisio Rotæ *in Monasterien. Matrimo-* 100
nii 5. Junii 1699. §. *non obstat* coram Dommo Meo Caprara; in qua firmatur distinctio, ut prædicta procedant in puro, & simplici executore, cui nulla alia facultas fuerit attributa, secus quoties mandata Rotalia directa executori contineant, quod curet, ut reus pareat, & in casu contumaciæ, opportunis Juris remediis ad id cogat; hoc enim casu non videtur, ut sit concepta in terminis puri executoris commissio, sed potius cum admixta Jurisdictione, citans ad hoc *cap. preterea & cap. ex litteris* 29. *de offic. & potest Judic. delegati Paris. de resignat. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 158. *& Crescent. dec.* 1. *de offic. Judic. delegati*.

Nam hujusmodi auctoritates non videntur applica- 101
ri, utpote loquentes de alio executore, cùm aliàs certum sit executorem, datum in litteris executorialibus de stylo Rotæ, qui est attendendus, non posse ad aliud procedere, & stylus est fundatus in eo, quòd cùm Censuræ relaxentur ob non paritionem, S. Rota vult ipsa degustare causas excusationis, ob quas invitat reum ad proponendum mediantibus etiam quatuor terminis, qui servantur ad docendum de paritione, antequam ad declaratoriam procedat. Cæterùm litteræ executoriales omnes continent easdem
clausulas, & quamvis excommunicent ex tunc, & 102
etiam mandent denunciari excommunicatos, in omnibus tamen intelligitur conditio, si sine justa causa reus non paruerit; unde quatenus reus se opponat, nequit executor aliud agere, & nequit cognoscere causas, sed debent discuti causæ coram S. Rota, ut
animadvertit Barbos. *cit. Voto num.* 5. vel potius ut dixi 103
Clausula *Contradictores verò* quòd percutiat alios, qui impedirent executiones, non verò ipsum reum, qui habet interesse, & habet aditum recurrendi ad
Sacr. Rotam intra tempus in quo solent servari qua- 104

tuor termini, ut *cit.* Ubert. ubi supra docet. Et re-
vocando firmata in dicta decisione indefinitè proce-
dere hoc declaravit eadem Sac. Rota in eadem causa
Monasterien. 31. Julii ejusdem anni coram eodem D.
Caprara, adeo ut agnoscendo veritatem, voluerit fa-
cere decisionem in Rota memorialium tempore fe-
riarum, in qua Rota demandantur expeditiones cau-
sarum cum retrotractione ad ultimam Audientiam an-
te ferias, in qua habetur terminus pro servato; quod
fieri solet in casu alicujus emergentis pro declaran-
da aliqua decisione ante expeditionem. Ideò in ea
dixit, quod omnia gesta per executorem in dicta
causa demandando immissionem ad certa bona ad
favorem victricis, essent attentata, ex quo per lit-
105 teras executoriales, talis facultas non datur, sed te-
netur tantùm eas intimare, ac Rotæ remittere. Do-
mini tamen ordinaverunt, ut extensa brevi decisio-
106 ne, in qua declararetur, quod dicta immissio haben-
da esset uti concessa à Rota, & ejus nomine ha-
bita, causa expediretur. Et moti fuerunt ad hoc ex-
traordinarium remedium rejiciendi attentata ex per-
vicaci contumacia rei non parentis, & quod actor
nomine Rotæ possideret, donec sequeretur paritio;
107 ex ea ratione, quod circulos inutiles resecant Tri-
bunalia Suprema, Coccin. *decis.* 1468. *num.* 2. *&* 4.
& decis. 486. *numer.* 6. *part.* 18. *recent.* etiam retar-
dando purgationem attentatorum; ultra quod potest
ex justa causa Judex se abstinere à revocatione at-
108 tentatorum, Lancell. *de att. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 1.
num. 59. *& decis.* 574. *num.* 23. coram Dunoz. Jun.
Et verè in dicta causa Monasterien. grave erat mo-
tivum, nam agebatur contrà quemdam Baronem hæ-
reticum nolentem contrahere matrimonium, ad quod
contrahendum fuerat à Rota condemnatus, & cùm
non potuisset censuris cogi, fuit ab executore data
immissio mulieri, quo ad certa bona equidem. Cæ-
109 terùm non de facili S. Rota tale arbitrium concedit,
sed semper omnia gesta per executorem, uti atten-
tata condemnat; & dum in Signatura Justitiæ in una
Heldesimen. Beneficii fuerat institum, ut circum-
scriberentur Censuræ latæ ab executore dato in exe-
cutorialibus Rotalibus, fuit sub die 24. Septembris
1699. dictum, Suspensis Censuris ad Rotam, Po-
nente D. Sylva. Congruum enim erat, ut eadem
Rota sua attentata cognosceret, prout exemplo tot
decisionum comprobatur pluries ipsammet illa co-
gnovisse; non quidem denegata hac facultate supre-
110 mo Signaturæ Tribunali; sed quia quando adest
certus Judex, cujus delegatio supponitur excessa,
congruentius ipsius erit executoris propria acta coer-
cere.

Contumacia demùm, quæ est causa, & motivum
111 censurarum, cessat, si paritio sequatur intra termi-
nos assignatos, Buratt. *decis.* 17. *num.* 2. & sic non
docto de paritione, est locus declaratoriæ, Seraph.
decis. 1113. *numer.* 3. Hoc tamen ita est intelligen-
112 dum, ut si in litteris, quibus est parendum, conti-
neatur aliquod factum positivum, ita ut paritio ne-
queat fieri, nisi facto aliquo, tunc tenetur reus ad
contumaciam vitandam, intra terminos docere de
actu positivo paritionis. Sin autem in litteris in-
jungatur actus negativus, vel ut præstetur patientia,
tunc videtur sufficere, ut tales actus non faciat;
incumbit enim parti probare non paritionem cum
actibus contrariis perturbativis, ut docuerunt Garc.
de benef. part. 6. *cap.* 3. *numer.* 143. *& seqq.* latè
add. decis. 17. *cit.* coram Buratto *numer.* 2. *&* 8. ubi
plures decisiones Rotæ cumulantur, Penia *dec.* 561.
numer. 2. *&* 3. *decis.* 20. *à num. primo ad quartum*
coram Merlino, ubi materia optimè explicatur;
itaut strictè nec requiratur verbalis oblatio, sufficit
enim quod is ab actu se abstineat; quia tunc satis
est paritum. Verùm adhuc in isto casu, quando
mandatum nil certi continet, & agitur de re incor-
porali, debet fieri oblatio de parendo verbalis, *decis.*
272. *post Posth. de manut. decis.* 280. *numer.* 6. co-
ram Card. Cerro *repetit. dec.* 245. *part.* 10. & benè
Rota *dec.* 649. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *rec.* In re au-
tem corporali requiritur etiam, ut verbo dicat di-
mittere possessionem, Puteus *dec.* 244. *lib.* 1. in no-
vis, & distinxit *cit. dec.* 649. *n.* 2.

Si autem concurrant actus positivi contrarii, etsi
fuerit facta oblatio verbalis, adhuc relaxatur decla-
ratoria, & ita in casu simulati actus inter Archipre-
sbyterum, qui hìc in Curia parere paratum se esse
dixerat, quando Vicarius in partibus contrarium
mandatis Rotalibus agebat, dixit Rota *decis.* 347. *n.*
303. *part.* 10. *recent.* Et de eo qui in terram pro-
jecit mandatum Rotale, & recursum ad Judicem
laicum habuit, ad se magis confovendum in posses-
sione bonorum occupatorum, *decis.* 280. *numer.* 6.
& 7. coram Card. Cerro, & quod animus non pa-
rendi sufficiat ad declaratoriam, *decis.* 1193. *num.* 2.
coram Emerix. Jun.

Dicta autem oblatio verbalis sufficit, ut fiat ab
iis, quibus est directum mandatum, ut pareant, &
eo modo quo est directum; hinc si fuerit directum
Capitulo, uti tali, & non Canonicis, uti singulis,
sufficit oblatio facta à Canonicis collegialiter, Rota
dec. 347. *n.* 6. *&* 7. *part.* 10. *recent.*

Si tamen fuerit injunctus actus positivus; tunc 113
non sufficit verbalis oblatio, ut pluries dixit Rota,
& præsertim *decis.* 56. coram Card. Celso *cit. decis.*
20. coram Merlino, *decis.* 246. *nu.* 9. *& decis.* 260.
num. 5. *part.* 13. *recent.* Verbalis enim permittitur, si 114
non imponatur factum positivum explendum, & il-
la debet esse etiam specifica parendi judicato Rotali,
non enim admittitur captiosa, & præservans jura
incompatibilia cum tali judicato, ut dixit Rota *dec.*
881. *num.* 5. coram Penia, *& cit. dec.* 260. *num.* 13.
part. 13. *recent.* Si verò præservativa fuerit compa- 115
tibilis, puta si in mandato de manutenendo quis
præservaret judicium devolutivum, vel si præservet
jura simpliciter, ut in *cit. decis. relat. à cit.* Garcia,
intelliguntur jura non impedientia executionem ju-
dicati, tiam non debet quis acceptare, & approba-
re illud, sed sufficit, ut pareat, ut prosequitur eadem
decisio, & in paritione non debet aliquod reserva-
ri, ut possit impediri declaratoriæ relaxatio, à qua
non datur appellatio, quando est in executionem 116
rei judicatæ, aliter daretur processus in infinitum,
ut docet practicus Ridolphin. *part.* 2. *cap.* 8. *num.*
182. & dixi supra.

Contra Prælatos prout etiam contra Magnates 117
Seculares non procedit A. C. ad excommunicatio-
nem, neque in vim obligationis Cameralis, ita nec
Rota, aut alius Judex; sed ad interdictum, vel sus-
pensionem, quoad capaces respectivè, idque ex sty-
lo, ut notat Ridolph. *cit. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 275.
prout nec contra Episcopos Magnates, & alios Of-
ficiales Papæ, *Extrav. cum Matthæus de Hæreticis & a-
liis.* Tiberius *in praxi l.* 1. *cap.* 31. *num.* 12. prout ex
stylo nec contra fœminas, ut prosequitur *cit.* Ri-
dolph. *num.* 277. Sed istæ excommunicantur ob non
paritionem, secus pro debito pecuniario, ut firma-
vit Rota *dec.* 422. coram Emerix Jun. & dixi sup.
num. 91. *vers. Hinc etsi fœmina.* Et ita Rota obser-
vat quoad interdictum cum Episcopis, Rota *decis.*
290. coram Card. Cerro *dec.* 49. coram Card. Celso.

Ita contra Corpora universalia non proceditur ad
excommunicationem, sed ad interdictum, secus verò
quoad personas particulares ejusdem Corporis, ut ad-
vertit in praxi *cit.* Ridolph. *n.* 229. *&* 232. & Card.
de Luca *disc.* 40. *n.* 91. *de Judiciis, Et in adnot. ad
S. C. Trid. disc.* 43. *num.* 20. *& seqq.* Imò solet inter-
dici, vel suspendi Communitas, seu Collegium, &
etiam declarari excommunicati aliqui particulares de
Collegio magis culpabiles. Ita quoad Capitula, ut in
dec. 227. *n.* 4. *part.* 10. *& in cit. Savonen. Aggregationis
super declaratoria* 6. Januarii 1703. coram D. Molines,
ubi fuit relaxatum interdictum contra Capitulum,
& excommunicatio contra Canonicos, & quod con-
tra Corpora universalia non debeat ferri excommuni-
catio, est textus *cap. Romana de sent. excom. in* 6. ubi
DD.

DD. Sed an si relaxetur excommunicatio sit valida, vel solùm injusta, disputant Doctores apud Fagnan. *in cap. responso num.* 32. *& seqq. ad finem*, Barbosa *cit. cap. Romana*, Zerola *in praxi Episc. v. excommunicatio*, & resolvunt, non esse nullam quoad Judicem Ordinarium, secus quoad delegatum, sed de hoc alibi. Quoad A. C. autem, & Judices Romanæ Curiæ, esset contra stylum, qui habetur pro lege, *ad l. de interpretatione ff. de leg.* & quod Capitulum non possit censurari universaliter pro debito pecuniario, *ast Extravag. provide de sent. excomm.* secus tamen in interdicto particulari totius Capituli, Card. de Luca *de benef. disc.* 23. *num.* 17. & Rota *dec.* 20. *part.* 7. *recent.* ubi quod sit particulare, etiam si interdicantur omnes Canonici, dummodò sit per modum plurium.

Intimatio autem mandatorum, & præsertim execu-
118 torialium, debet fieri collegialiter, si agatur de Collegio, Monasterio, & Universitate, juxta modum expressum *per Gloss. in capit. Si Capitulo v. factam de concess. prabend. in* 6. Rota *dec.* 857. *n.* 7. *& dec.* 2116. *n.* 1. coram Seraphino, *& dec.* 303. *n.* 2. *par.* 10. *recent.* nec requiritur, ut adsit congregata major pars, seu duæ partes, sed sufficit, ut fiat instantia Capiti Capituli, quod illud convocet pro faciendo actu intimationis, & facta convocatione, sufficit quod fiat intimatio intervenientibus, & quatenus à Capite Collegii non fiat convocatio, sufficit intimatio ipsi Capiti tantùm, Passerinus *ad cit. cap. Si Capitulo n.* 7. prout factis dictis diligentiis habentur pro intimatis, Rota *dec.* 1193. *n.* 5. coram Emerix Jun. Sed quid dicendum si Collegium reperiatur congregatum ex alia causa? Et sufficere resolvit S. Rota in terminis intimationis factæ Monachis, dum erant in Refectorio, *dec.* 1296. coram Coccino.

Debet etiam talis intimatio fieri personaliter, nisi
119 existat specialis facultas in Commissione procedendi per affixionem, non constito de tuto accessu, nam tunc litteræ affiguntur in Valvis Ecclesiæ, vel ad confinia, debet tamen constare de tali non tuto accessu per testes etiam singulares, plenè Rota *dec.* 280. coram Card. Cerro; vel per relationem Notarii, ut in *dec.* 354. *n.* 3. coram eodem.

Datur etiam post intimatam declaratoriam, aggra-
120 vatoria, & post hanc, reaggravatoria; termini tamen quatuor distincti decem dierum pro quolibet, qui dantur pro relaxanda aggravatoria, sufficiunt etiam ad reaggravatoriam, quæ conceditur, docto de intimatione solùm aggravatoriæ post decem dies, & facta citatione ad videndum reaggravari, de qua praxi plenè Vestrius *in praxi lib.* 8. *cap. ult.* Mandos. *de Commis. caus. super benef. Commis.* 2. *vers. aggravatoria, & reaggravatoria*, Marchesan. *de Commis. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 213. *& seqq.* Ubert. *de Citationib. par.* 5. *tit. de citat. pro execut. rei judic. vers. aggravet, & reaggravet pag. m.* 104. Rota *dec.* 475. coram Card. Cerro. Scientia tamen mandati Rotalis supplet defectum illius intimationis
121 *dec.* 204. *n.* 3. coram Card. Cerro. Verùm hoc indistinctè non debet admitti, quia si agatur de aliqua re, de qua pars victrix potest ea non uti, semper victus habet justam credulitatem.

Sed utrùm possit relaxari declaratoria pro summa
122 incerta, & illiquida, & pro culpis futuris? Et videtur quidem posse, Rota *dec.* 545. *n.* 6. coram Buratto *ubi add. n.* 7. Contrarium tamen videtur sentire in *decis.* 1605. *n.* 9. coram Penia, *& dec.* 1113. *n.* 5. coram Seraph. & quoad culpas futuras, & fructus futuros non posse, Rota *dec.* 588. *n.* 3. coram Buratto.

Verùm distinguendi sunt casus pro majori dilucidatione diversarum auctoritatum etiam S. Rotæ: Et quoad primum dubium. Primus casus est quando agitur contra administratorem pro reddenda ratione, & tunc potest relaxari declaratoria, etsi creditum non sit liqui-
123 dum, prout etiam in quocumque facto implendo; si enim exhiberet libros, resultaret crediti liquiditas; & sic per injustam recusationem exhibitionis, habetur creditum pro liquido, ut in his terminis Rota *decis.* 545. *n.* 7. *&* 8. coram Buratto, *dec.* 61. *n.* 4. coram Card. Celso, ubi de declaratoria ob non solutionem decimarum, quas tenebantur victi solvere, quia ipsi ex librorum retentione sciebant quantitatem, & sic si exhibuissent, veritas apparuisset: sed in hoc casu se fundavit Rota etiam in eo quod non fuerit facta oblatio parendi, nam cùm non ageretur de Administratore, libros non tenebantur retinere.

Alius casus est, si agatur de summa solvenda in gene-
re, ut ad præstandas decimas, oblationes, expensas, 124
& hujusmodi, & tunc debet victus instare pro liquidatione, & aliquam summam solvere cum oblatione solvendi residuum post liquidationem, *Genuens. in praxi Curiæ Neapolitana cap.* 29. *n.* 25. *& in additione, Add. ad* Buratt. *d. dec.* 545. *n.* 7. Cell. *cit. dec.* 61. *nu.* 6. *&* 7. *& dec.* 347. *num.* 9. *par.* 10. *recent.* ubi evitatur conclusio, quia ibi constabat de condemnatione in expensis in mandato, & benè Rota *dec.* 1193. *num.* 3. *&* 4. coram Emerix Jun. Ea enim est differentia inter quantitatem liquidam, ad quam quis fuit condemnatus, & illiquidam, ut primo casu teneatur is solvere quantitatem expressam effectivè, secùs in secundo casu, quia sufficit depositum certæ summæ cum petitione liquidationis, Rota *dec.* 470. *n.* 6. coram Card. Cerro, & in hoc casu etiam contumaces dici possunt non comparentes, quia cùm sint debitores in genere, utpotè condemnati ad solvendum, & sciunt, vel scire possunt debitum, promptos se ostendere debent mandatis Judicis, cum dicta oblatione, ut benè notat Rota *dec.* 137. *n.* 9. *& seq. par.* 19. *recent.*

In secundo dubio quæsiti principalis circa fructus,
& culpas futuras, & si regulariter non possit dari de- 125
claratoria, *Gloss. in cap. Romana de sent. excomm. in* 6. *v. futuris*, ubi Doctores, & alibi occurret sermo circa hoc, nunc tantùm in praxi statuendum, quod, *ut in cit. dec.* 588. coram Buratto, quando judicatum habet tractum successivum, debent victi intimati facere oblationem verbalem de parendo temporibus suis; imò advento tempore, & non facta paritione, reviviscit declaratoria, non servatis aliis terminis, nec facta alia intimatione mandati, quia tunc tollitur suspensio illius facta per oblationem verbalem, & ligat donec sequatur paritio effectiva, Rota *dec.* 376. *n.* 7. *&* 8. *par.* 11. *& dec.* 224. *n.* 12. *ad finem par.* 16. *recent.*

Hoc tamen recipit declarationem, ut procedat, si 126
certum sit aliquod præstandum dicto futuro tempore, secus si sit illiquidum, vel liquidatio fuerit reservata, quia tunc requiritur nova contumacia, ut benè Rota *dec.* 588. *num.* 6. coram Buratto; nam verum est pro declaratoria requiri certam contumaciam, & quamlibet causam non supinam excusare, *Add. ad* Buratt. *dec.* 588. *n.* 6. *& seqq.*

CONSTITUTIO SECUNDA
LEONIS IX:
incipiens (*Cùm ex Venerabilium.*)

EPITOME BULLÆ:

LEO THOMÆ COEPISCOPO.

PОntifex Leo in hac Constitutione declaravit Episcopum Carthaginensem esse Metropolitanum totius Africæ, nec non ad Summum Pontificem spectare convocationem Conciliorum Generalium, & depositionem Episcoporum.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Africa optimè merita fuit de Fide Catholica usque ad V. Ecclesiæ Sæculum.*

2 *D. Augustinus vixit in V. Sæculo,*
Plura Concilia in Africa celebrata.
3 *Hæresis Ariana in dicto V. Sæculo inducta fuit in dictam Regionem à Vvandalis.*
4 *Episcopi Africani 334. in exilium ejecti ab Hunerico Rege.*
5 *Africa divisa erat in sex Provincias Ecclesiasticas, quæ recensentur, & de antiquo ingenti numero Episcoporum, & n.8.*
6 *Carthago destructa jam à Romanis, restaurata fuit à Cæsare.*
7 *Præfectus Prætorio constitutus fuit in dicta Civitate à Justiniano Imperatore.*
8 *Ecclesiæ Carthaginensi uti Metropoli, & Primatiali totius Africæ, obtemperabant plusquam 300. Ecclesiæ.*
9 *Qualibet Africæ Provincia habebat suos Primates, qui erant Episcopi Seniores, & hi omnes obtemperabant Primati Carthaginensi.*
10 *Archiepiscopus Carthaginensis declaratur in hac Constitutione Metropolitanus totius Africæ cum facultate consecrandi Episcopos, & congregandi Concilia Provincialia privativè ad alios Episcopos.*
11 *Concilia Generalia convocare, & Episcopos condemnare, seu deponere, ad solum Romanum Pontificem pertinere asserit in hac constitutione Leo.*
12 *Duæ tantùm Ecclesiæ Episcopales in tota Africa hodie sunt superstites.*

AFrica una ex quatuor mundi partibus, florentissima semper fuit primis Ecclesiæ Sæculis in cul-
1 tu veræ Religionis, ita ut latè frueretur Pastoribus insignibus, & instauratrix disciplinæ Christianæ meritò diceretur, præcipuè in Sæculo V. quo vixit D. Augustinus, Lucerna, non sub modio illius Regionis ardens, sed in toto Orbe Christiano coruscans. Plura
2 Concilia fuerunt in eadem Regione celebrata, ut summis valeat extolli laudibus apud Orbem Christianum, qui ex tot illorum sacris ritibus ac dogmatibus, perennis gratiæ flumen accepit: decoram tamen antiquam formam amittere cœpit Ecclesia Africana à dicto Sæ-
3 culo Quinto, quo passa fuit illa mundi pars incursionem Barbarorum, scilicet Vvandalorum, qui hæresim Arianam cum lacte sugentes, pestem illam Populis Africæ, quibus dominabantur, communicarunt. Et licèt Gensericus Rex, qui eam tenuit 37. annis, nondum Imperii tutus aliquantò leniter se gesserit, tamen Hunericus filius acriter insævìit contra Catholicos, ac ut dispersis Pastoribus, gregem magis dilaniare valeret, in exilium misit 334. Episcopos, *Victor Vitensis de persecut. Vvandal. lib. 3. in fin.* quorum plerique martyrii palmam
4 consequi meruerunt, quos longo catalogo recenset *Labbe to. 4. Conc. fol. 1127. & seqq.* ubi de Concilio Romano II. anno 487. sub Fœlice Papa III. congregato pro stabiliendo modo recipiendi Africanos lapsos in hæresim Arianam, ad gremium Ecclesiæ.

Ex his igitur liquet multas Cathedras Episcopales
5 fuisse in Africa, quæ divisa erat in sex Provincias Ecclesiasticas, idest primam Proconsularem, Africanam, seu Zeugitanam; secundam Numidiam, tertiam Byzacenam, quartam Tripolitanam, quintam Mauritaniam Septensem, seu Tingitanam, sextam Mauritaniam Cæsarensem. In prima Proconsulari residebat Carthaginensis Episcopus, qua de re Episcopi Proconsulares dicebantur, qui in ea Provincia erant. Carol. à S. Paulo *in Cronograph. Sacr. in Africa descriptione.*

Igitur Civitas illa Carthago insignis Africæ Urbs
6 post Trojanum bellum fuit condita à Didone, ut refert Eusebius, & ejus potestas tanta erat, ut majori parti cultioris Africæ dominaretur. Posteà à Romanis funditus eversa, à Cæsare fuit restaurata, Strabo *libr. 17.* Ptolomeus *lib. 4. cap. 3.*

In ea ut anteà erat Præfectus Prætorio constitutus à
7 Justiniano Imperatore, qui Vvandalis ut suprà dominantibus ejectis, Duce Belisario, pristinum decus Civitati restituit, *l. 1. Cod. de off. Præfecti Africæ*, ac statuit, ut Præfecti Carthagine residerent, uti moris est in Civitate Metropoli, ut post plures recenset Gonzal. *ad decretal. lib. 1. cap. 3. de pactis n. 5.* cum Baron. anno 439. Nam tempore incursionis Vvandalorum Præfectus Italiæ regebat miserandas Africæ reliquias Imperatori subjectas.

Numerus ingens Episcoporum, qui in Provincia Proconsulari tantùm 164. recensebantur juxta *cit. Victor.*
Vitens. lib. 1. in summa, ex Vvandalorum incursione, at- 8
que tyrannide, decrescere cœpit; Metropolis igitur erat Ecclesia Carthaginensis, cui plusquam 300. uti Primatiali obtemperabant, Cabassut. *in notit. Conc. in Conc. Carthag. 4. fol. 168.* ubi præter Primatiam Ecclesiæ Carthaginensis, in qualibet Provincia suus erat Primas peculiaris, subditus tamen Carthaginensi, nec certa Sedes fixa erat in Primatibus Provinciæ cujuslibet; sed Episcopus Provinciæ antiquior, Senex, & Primas vocabatur, ut ex
Synodis Africanis colligitur, & innuit Leo noster No- 9
nus in Epistola 4. ibi: *In singulis Africæ Provinciis antiquitus Primates constituebantur non secundùm potentiam alicujus Civitatis, sed secundùm tempus suæ ordinationis, quibus tamen præerat unus scilicet Carthaginensis Archiepiscopus; qui etiam non incongruè dici posset Metropolitanus, propter Metropolim totius Africæ Carthaginem.*

Unde idem Leo hanc Constitutionem editam anno 1053. dirigit Thomæ Episcopo in Africa, occasum Ecclesiæ Africanæ conquerens, quod in Concilio Carthaginensi 205. Episcopi interfuissent, & quinque tantùm in illa adeò ampla Regione remansissent, quos inter etsi paucos, dissidia quoque exardescerent; ideò Sum-
mus ille Pontifex declarat, quod Archiepiscopus Car- 10
thaginensis sit major in tota Africa, post Romanum Pontificem, & Metropolitanus maximus illius regionis, nec alios Episcopos habere jus consecrandi Episcopos, vel deponendi, seu Concilium Provinciale convocandi, sine illius consensu, solamque Jurisdictionem Diœcesanam retinere Episcopos prædictos in propria Ecclesia. Insuper declarat solius Romani Pontificis esse Universale Concilium convocare, & Episco-
pos condemnare, seu deponere, solùmque Episcopis 11
esse permissum eorum delicta examinare, non autem sententiam diffinitivam proferre reservatam soli Papæ, ut ex verbis Christi Domini id totum comprobat.

Ex cujus contextu colligitur majoritas Archiepisco-
pi Carthaginensis, in tota Africa. Sed de hoc jam sa- 12
tis; cùm post Leonis tempus ex quinque Cathedris Episcopalibus ibi existentibus, nunc tantùm duæ recenseantur, nempè Septensis, & Tingitana, amissa decora qualitate Primatiali, nam prima subest Olyssiponensi Metropoli, & secunda, Eborensi, ambabus Metropolitanis Ecclesiis Lusitaniæ.

Quò ad convocationem Conciliorum generalium soli Summo Pontifici reservatam, alibi dicam. In præsenti solùm circa depositionem Episcoporum, ac eorum causas majores & minores sermonem instituam.

SECTIO I.

An solus Summus Pontifex sit Judex in causa depositionis Episcoporum, & qui sint vel non Judices in causis eorum.

SUMMARIUM.

1 *Depositio, seu deponere, quid significet tam in Jure Civili, quam Canonico?*
2 *Est pœna Canonica respiciens Personas Ecclesiasticas, & quomodo differat à degradatione, at de varia ejus acceptione remissive.*
3 *Causæ Criminales Episcoporum, & eorum Depositiones, primis Ecclesiæ Sæculis peragebantur in Conciliis Generalibus, imò & Provincialibus, intellige, ut n. seqq.*

4 *A sen-*

4 *A sententia diffinitiva lata in Concilio contra Episcopos dabatur ex rescripto Imperatoris revisio, sed vide num. seqq.*

5 *Revisio prædicta reservata fuit in Sæculo IV. à Concilio Sardicensi, Summo Pontifici.*

6 *Imò anno 835. indistinctè concessa fuit appellatio à dictis Causis ad Papam, vel ejus Legatos.*

7 *Cognitio denique omnimoda hujusmodi causarum majorum reservata fuit Sedi Apostolicæ.*

8 *Depositionis sententia quòd etiam dictis primis Sæculis non ferebatur contra Episcopos, inconsulto Romano Pontifice, luculenter ostenditur.*

9 *Causæ Episcoporum terminari poterant in Conciliis Generalibus, utpotè authoritate Apostolica congregatis.*

10 *D. Gregorius Episcopis Africæ jussit, ut congregato Concilio, Maximianum Episcopum deponerent, si vera essent delicta & objecta.*

11 *Idem D. Gregorius Episcopum Malacensem ab Episcopis Hispanis depositum reintegravit, & dictos Episcopos pœna affecit.*

12 *Ex hoc facto patet, Episcopos nihil statuere potuisse contra alium Episcopum sine authoritate Summi Pontificis.*

13 *Concilia Provincialia poterant causas Episcoporum instituere, sed non terminare, sine authoritate Pontificia.*

14 *Depositiones aliquæ Episcoporum factæ inconsulto Romano Pontifice, toleratæ aliquando ab Ecclesia fuerunt pro bono pacis.*

15 *Dispositio Sardicensis Concilii, ut causæ omnes Episcoporum discuti deberent in Concilio Provinciali, intelligi debet quoad discussionem, non quoad terminationem.*

16 *Depositionis sententia, quatenus etiam legitimè lata diceretur à Conciliis Provincialibus, saltem omninò à Pontifice terminanda erat per appellationem.*

17 *Imperator nunquam jus habuit revidendi sententias latas contra Episcopos; imò ipse recurrebat ad Papam pro deponendo aliquo Episcopo.*

18 *Concilia etiam Generalia pro deponendo aliquo Episcopo, aut sententiam, aut confirmationem petebant à Romano Pontifice.*

19 *Sententia diffinitiva contra Episcopos à solo Romano Pontifice ferebatur, & eorum Causas aliquando avocabat à Concilio, aliquando remittebat.*

20 *Tria semper fuerunt soli Summo Pontifici quoad Episcopos reservata, nempè translatio, resignatio, & depositio Episcoporum.*

21 *Creatio, & depositio Episcoporum ad unam, & eamdem pertinere debent Summi Pontificis potestatem, & hoc sine dubio.*

22 *Concilium Generale legitimè congregatum potest hujusmodi causas Episcoporum cognoscere, & terminare, quando fuerit congregatum etiam ad dictum effectum.*

23 *Concilia Generalia fuerunt instrumenta, quibus Papa deposuit Episcopos.*

24 *Concilia Provincialia an saltem possint processum instruere de causis majoribus contra Episcopos? resolvitur negativè.*

25 *Causæ criminales graviores contra Episcopos ex Concilio Tridentino sunt cognoscendæ & terminandæ à solo Summo Pontifice.*

26 *Processus in hujusmodi causis solùm fieri potest à Metropolitanis aut Episcopis ex commissione Pontificis, & non alio modo, & n. seq.*

27 *Causæ Criminales minores Episcoporum cognosci, & terminari possunt in Concilio Provinciali, ex dispositione ejusdem Tridentini.*

28 *Auditor Cameræ in causis majoribus non procedit contra Episcopos loco Concilii Provincialis, sed in vim specialium facultatum.*

29 *Concilium Provinciale etiam in causis majoribus potest aliquam extrajudicialem informationem capere, & Summum Pontificem certum reddere.*

30 *Concilium Provinciale etiam si constet minori numero duodecim Episcoporum, cognoscit, & terminat causas minores criminales Episcoporum.*

31 *Committi potest à Concilio dictarum Causarum cognitio alicui Episcopo, imò etiam ex causa, alteri non Episcopo.*

32 *Causæ prædictæ minores Episcoporum nec ab Archiepiscopo, nec à Primate, nec à Patriarcha, sed solùm à Concilio Provinciali, vel à Summo Pontifice, & ejus Delegato discuti possunt.*

33 *Concilium in hujusmodi Causis non assumit rigorosè formam Judicis, sed pœnam imponit per modum correctionis.*

34 *Contra Archiepiscopum non potest procedere ad pœnas, sed potest ejus negligentiam supplere, & ejusdem defectus denunciare Papæ.*

35 *Appellationum Causas, quæ à Metropolitano ad ipsum Concilium interponuntur, cognoscere potest.*

36 *Summus Pontifex solus ad exclusionem etiam Patriarchæ, & Legati à latere, cognoscere potest de Causis Majoribus criminalibus Episcoporum, & quæ istæ sint?*

Et de minoribus, Concilium Provinciale, & S. Congr. Episcoporum; imo etiam in civilibus, ubi non requiritur formalis discussio cum processu, ib.

Auditor Sanctissimi declarat an causæ spectent ad dictam S. Cong. vel ad Judicem ordinarium, ibid.

D. Joannes Dominicus Paracciani Auditor Sanctissimi commendatur, ibid.

37 *Auditor Cameræ an possit procedere jure ordinario in Causis tam majoribus quàm minoribus Episcoporum, & proponitur ratio dubitandi.*

Resolvitur affirmativè ex Constitutionibus Gregorii XIV. & Pauli V. & num. seqq. ibid.

38 *Auditor Cameræ à dictis Constitutionibus fit Judex Ordinarius quorumcumque Prælatorum in omnibus delictis tam in urbe, quàm extra, cum facultate deveniendi contra illos ad congruas pœnas?*

39 *Constitutiones Pontificiæ continentes dispositionem contrariam dispositioni Tridentini, illi derogant, quamvis non adsit expressa derogatio.*

40 *Clausula, quod non intenditur derogari Concilii Tridentini decretis, non porrigitur ad ea, quæ statuuntur expresse contraria dicto Concilio.*

41 *Auditor Cameræ procedit contra Episcopos etiam sine aliqua commissione manu Sanctissimi signata, & nu. 81.*

42 *Verbum* quibuscumque *est terminus infinitus, & neminem excludit.*

43 *Auditor Cameræ nequit decernere monitoria contra Episcopos ad comparendum personaliter, nisi prævia commissione manu Sanctissimi signata.*

44 *Episcopi ex dispositione Concilii Tridentini nequeunt citari ad personaliter comparendum, nisi ex causa, ob quam deponendi veniant.*

Dictiones, dummodò, & ita tamen, *important conditionem, & sunt restrictivæ actus, cui opponuntur, ibid.*

45 *Episcopi residentes ex Bulla Pii V. nequeunt citari ad personaliter comparendum, nisi prævia commissione manu Papæ signata, & n. 81.*

46 *Judex ordinarius Causarum majorum Episcoporum erat in Curia etiam ante Gregorium XIV.*

47 *Auditor Cam. est Judex ordinarius etiam in Causis majoribus Episcoporum, nec ulla requiritur specialis commissio Papæ.*

48 *Auditor Cameræ deputatus fuit à Summo Pontifice in aliis occupato, Judex tam in Civilibus quàm in Criminalibus per totum Orbem, & etiam in hujusmodi Causis Episcoporum.*

49 *Concilium Tridentinum in cap.* causæ omnes *non includit causas majores Episcoporum.*

50 *Causarum minorum cognitio rectè à Pontifice tributa fuit Auditori Cameræ, quia Concilia Provincialia hodie rarè congregantur.*

51 *Causæ graviores Episcoporum solent à Papa committi*

mitti in Urbe Congregationi Epiſcoporum, vel alteri deputatæ; extra Urbem vero Metropolitano, vel aliis Epiſcopis.

52 *Epiſcopus Lugdunenſis condemnatus, & depoſitus à Commiſſariis Pontificiis, fuit deinde ab aliis Commiſſariis abſolutus.*

53 *Auditor Cameræ obtinet commiſſionem à Papa pro tranſmittendo Commiſſario ad faciendum proceſſum in dictis Cauſis.*

54 *Sacra Congregatio Epiſcoporum dictos actus exercet ſine commiſſione, facto verbo cum Sanctiſſimo per Secretarium,*

55 *Papa poteſt Delegatis committere nedum conſtructionem proceſſus, ſed etiam reliqua omnia, derogando tacitè diſpoſitioni Conciliari.*

56 *Auditoris Cameræ facultas contra Epiſcopos non habet locum in Cauſa hæreſis, nec poteſt contra Epiſcopos procedere ad pœnas depoſitionis, vel ſuſpenſionis, & de ratione.*

57 *Depoſitionis pœna contra Epiſcopos non poteſt habere locum, niſi quando præceſſit citatio perſonalis cum commiſſione manu Papæ ſignata.*

58 *Commiſſio in Curia etiam Cardinalibus fieri non ſolet, niſi cum clauſula: ſalva participatione, & approbatione Papæ.*

59 *Auditor Cameræ procedere poteſt in Cauſis majoribus contra Epiſcopos ad pœnas extraordinarias.*

60 *Pœnæ, quæ de facto impoſita fuerunt ab Auditore Cameræ cuidam Epiſcopo in Cauſa majori, approbatæ fuerunt à Congregatione, & à Papa.*

61 *Multis exemplis comprobatur facultas Auditoris Cameræ contra Epiſcopos.*

62 *Et maximè ex commiſſione facta in Cauſa Sorana contra Epiſcopum.*

63 *Delegatus Papæ cum facultate deponendi Epiſcopum non poteſt ſubdelegare.*

64 *Commiſſio, quæ datur à Papa procedendi contra Epiſcopos, an debeat continere derogationem Bullæ Pii IV.*

65 *Concilium Tridentinum diſpoſuit, ne Epiſcopi, ſive reſidentes, ſive abſentes, citari valeant, niſi pro delictis majoribus, & quare?*

66 *Bulla Pii IV. diſponit ulterius in favorem Epiſcoporum reſidentium, ne iſti citari valeant ſine ſpeciali commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata.*

67 *Bulla prædicta derogatio ſive expreſſa, ſive tacita, eſt neceſſaria ad hoc ut Commiſſarius Pontificius procedere poſſit ad Citationem perſonalem contra Epiſcopum reſidentem, ſecus verò contra non reſidentem.*

68 *Declarantur caſus à D. Raynaldo adducti, qui contrarii ſupradictæ Concluſioni videntur.*

69 *Ultra Commiſſionem generalem procedendi in Cauſis majoribus, requiritur ſpecialis pro citatione facienda, quando Epiſcopi ſunt reſidentes.*

70 *Epiſcopi abſentes, etſi citari valeant ex ſola generali Commiſſione ſine alia ſpeciali in Cauſis majoribus, hoc tamen intelligitur quando venit imponenda pœna ordinaria.*

71 *Inquiſitio duplex eſt, alia generalis, alia ſpecialis.*

72 *Diffamatio in ſpeciali Inquiſitione ſuccedit loco accuſatoris, & propterea intrat pœna ordinaria depoſitionis, ſecus verò in generali inquiſitione.*

73 *Diffamatio debet eſſe gravis nimis, antequam dentur commiſſiones pro proceſſu conficiendo contra Epiſcopos.*

74 *Inquiſitionum capita communicata fuerunt à Sacra Congregatione cuidam Epiſcopo, qui ab illis ſe expurgavit, & de modo procedendi in inquiſitione ſpeciali, & generali.*

75 *Cauſæ majores quæ dicantur?*

76 *Inquiſitores non poſſunt procedere in cauſa hæreſis contra Epiſcopum electum, & confirmatum, etſi non conſecratum, ſine ſpeciali authoritate Papæ.*

77 *Ampliatur etiam in Epiſcopo Titulari, imo etiam in electo tantum, quando fuit electus a Papa.*

78 *Limita pluribus in Cauſis, ex quibus poſſunt Inquiſitores procedere contra Epiſcopos in cauſa hæreſis.*

79 *Cenſura contra Epiſcopum Carthaginenſem in Indiis lata ab Inquiſitoribus, declaratæ fuerunt nullæ ab Innocentio Undecimo.*

80 *Inquiſitores non habent juriſdictionem in Epiſcopos, niſi in cauſa fidei, & cum ſpeciali commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata.*

81 *Conſultatio quam in hac materia dedit Supremum Conſilium Indiarum apud Regem Hiſpaniarum.*

82 *Inquiſitores poſſunt, & tenentur ſumere informationem extrajudicialem in cauſa fidei contra Epiſcopos ad effectum certiorandi Pontificem, ſed nequeunt procedere in forma judiciali.*

83 *Cardinales Inquiſitores habent facultatem procedendi contra quoſcumque etiam Epiſcopos, & Cardinales, reſervata tamen diffinitiva ſententia Summo Pontifici,*

DEpoſitio à verbo *deponere* derivatum nomen eſt,
quod Jure Civili alicui rem cuſtodiæ cauſa dare ſo-
nat, *l.1.ff.depoſiti*; aliquando etiam juxta naturale ſi- 1
gnificatum, deponere, eſt derelinquere, ſeu abſcinde- 2
re. Ita pœna Canonica, qua Clericus abſcinditur à
Hyerarchia Eccleſiaſtica, depoſitio denominatur. Si
enim deponitur ab officio, vel dignitate, depoſitus di-
citur; ſi ab ordine, degradatus. Suarez *de Cenſur. diſp.
30. ſect. 1. nu. 2.* Hæc pœna Canonica eſt ad perſonas Ec-
cleſiaſticas pertinens, ita ut omnes Prælati, Clerici
imò, & Regulares eidem ſupponi poſſint, & etiam Mo-
niales, ut in Abbatiſſa, aliiſque dignitatem, vel offi-
cium Eccleſiaſticum habentibus. Et de tali pœna fit
mentio uſque à temporibus Apoſtolorum, ut refertur *in
cap. 1. de Cleric. excommunicat. &c.* Et ſæpè in ſacris Ca-
nonibus, & Decretalibus ea legitur inflicta pro coercen-
dis delictis Clericorum, & de illa, ac varia ejus acce-
ptione latè Gibalin. *diſquiſit. 7. de Cenſ. q. 13.* Suarez *eo-
dem dict. diſp. 30. lit. A, & ſeqq.* Gonzalez *in capit. 1. de
Cleric. excom.*

Tradunt aliqui primævis Eccleſiæ Sæculis nedum 3
apud Concilia Generalia, ſed etiam in Synodis Pro-
vincialibus plures eveniſſe depoſitiones Epiſcoporum,
& in illis Cauſas omnes Criminales eorumdem fuiſſe diſ-
cuſſas, & terminatas. Socrates *lib. 2. capit. 24. & 32.*
Greg. Turon. *lib. 5. cap. 18. lib. 8. cap. 20. & lib. 10. cap.
19.* Rouſſell. *hiſt. Pontif. lib. 4. fol. 469.* Duaren. *lib. 1. de
ſacr. Eccl. Miniſtr.* & latè *Auctor de Oecum. Cathedr.
Apoſt. authoritate art. 3. diſquiſ. 6. per tot.* Et coincidunt
Canones plures apud Gratian. ac concordat Marca *in
Concordan. Sacerdotii, & Imperii lib. 7. cap. 2. n. 1.* qui
ibidem tradit potuiſſe Synodos Provinciales excommu-
nicare, & procedere uſque ad ſententiam diffinitivam 4
contra Epiſcopos, & *eodem loco cap. 3.* ſubdit anno 347.
ex Can. Concilii Sardicenſis fuiſſe reviſionem reſervatam 5
Papæ; anno tamen 835. tempore Gregorii IV. fuiſſe in
dictis Cauſis indefinitè conceſſam appellationem ad 6
Papam patet *in Can. decreto 2. qu. 6.* vel Legatos ejus, ut
ibi: Et demùm in Pontificatu Nicolai Primi anno 865. 7
fuiſſe reſervatam omnimodam cognitionem Sedi Apo-
ſtolicæ Cauſarum majorum quo ad Epiſcopos. Quod
etiam videtur innuere *Theologus Pariſien. tract. de an-
tiquis, & majoribus Epiſcoporum Cauſis per tot.*

Verùm in hac materia conſtanter aſſeri valet, etiam
primis temporibus Eccleſiæ fuiſſe conſultum Summum 8
Pontificem, antequam ſententia depoſitionis in Epiſco-
pos proferretur, ut liquet *ex tom. 1. Conc. impreſſione
Colonien.* Jo. Quintel. *fol. 303. col. 4.* & Julius Papa Pri-
mus anno 350. regnans ſic ſcripſit Orientalibus Epiſ-
copis *Epiſt. 1. Porrò dum à Sanctis Apoſtolis, ſucceſ-
ſoribuſque eorum in antiquis decretum fuerat ſtatutis,
quæ hactenus ſancta, & univerſalis Apoſtolica tenet
Eccleſia, non oportere, præter ſententiam Romani Pon-
tificis Concilia celebrare, vel Epiſcopum damnare, quo-
niam Sanctam Romanam Eccleſiam Primatem omnium
Eccleſiarum eſſe voluerunt.* Et *in Can. Nullus 1. 5. qu. 4.*
ibi: *Nullus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, & ſuo
tempore Apoſtolica authoritate convocata ſuper crimi-* 9
natio-

nationibus pulsatus audiatur, vel judicetur, vel damnetur, Gloss. *vers. authoritate*, intelligit de authoritate Sedis Apostolicæ; & Zephyrinus, qui dio anteà fuit Pontifex, nempè anno 203. optimè scripsit omnibus Episcopis Siciliæ, finem hujusmodi Causarum ad Sedem Apostolicam deferri, ut ab ea determinentur, nec anteà finiantur, quam ejus authoritate fulciantur, prout refertur *in Can. duodecim in fine* 5. *qu.* 4. & idem habetur *in Can. quamvis* Papæ Eleutherii 3. *qu.*6. ubi refertur id fuisse statutum ab Apostolis, eorumque successoribus, *& in Can. discutere ibidem*, ubi Damasus Papa dixit: *damnare Episcopos absque Sedis Apostolica authoritate minimè licet*. Ita D. Gregorius misit Hy-
10 larium Cartularium, sive Archivistam Ecclesiæ Romanæ cum literis pro Episcopis Africæ, jubens, ut Concilium Episcoporum congregarent, & processum formarent contra Maximianum Episcopum Pudentianæ, & si vera essent delicta, eum deponerent, ut ex ejus *Epistola* 82. *lib.*2. *regest.*

Imò idem D. Gregorius Episcopum Malacitanæ Ci-
11 vitatis in Hispania ab Episcopis depositum reintegravit, & deponentes mulctavit, ut refert Joannes Diaconus in ejus Vita *n.*13. 14. *&* 15. destinando Joannem defensorem ejus familiarem Judicem, qui in Hispaniam profectus dictum Januarium propriæ Sedi restituit, & depositores ejus cum eo, qui in locum ejus obrepserat, pari sententia condemnavit, quod utique non fuisset permissum, si solùm per appellationem ad ipsum spectaret revisio causæ, eùm exinde non punian-
12 tur Judices, nec subrogatus; sed quidem id egit per viam circumscriptionis actorum ex defectu juridictionis in Episcopis, qui depositionem judicare præsumpserunt. Zosimus Papa causam Proculi Massiliensis Episcopi ad se traxit. Ex tempore Joannis XV. nota est reprobatio Depositionis factæ Archiepiscopi Rhemensis per Episcopos Galliæ, ac subrogationis alterius nempè Gerberti posteà Papæ sub nomine Sylvestri II. quæ omnia fuerunt abrogata, & in integrum restitutus primus Archiepiscopus, ut notat ultra Baron. *anno* 865. idem Marca *lib.* 7. *cap.* 25. Imò Hugo Rex tunc Galliæ scripsit ad Joannem XV. *Ut intelligatis, & cognoscatis nos, & nostros, vestra nulla declinare judicia*, *in ejus Epist. relata tom.*9. *Conc. edit. Paris.*

Ex his enim oritur veritas, quod Concilia Provin-
13 cialia vix ex se poterant Causas istas Episcoporum instruere, non verò terminare per depositionem sine speciali authoritate Summi Pontificis, vel antè, vel saltem post, ut liquet ex dictis exemplis, & Canonibus, ac aliis, quæ adducuntur ab infrà citandis Doctoribus; proindè exempla contraria vel possunt considerari cum authoritate præambula Summi Pontificis, vel per-
14 missiva, stante temporum calamitate, ob persecutiones Ecclesiæ, ob quam causam Summi Pontifices ratas habuerunt aliquorum tunc temporis depositiones, ut explicat Gloss. *in Can. accusatus ver. non tamen* 3. *qu.*6. *Can. quamvis*, *Can. multum*, *Can. dudum* ibi: *aliquandò, inconsulto Romano Pontifice plerique Episcoporum damnati inveniuntur, & alii in eorum locum subrogati, quorum damnationem, & subrogationem pro bono pacis ex dispensatione tolerasse legitur Ecclesia* 3. *qu.*6. *Archidiac. Turrecremata, & Prepositus in Can. cit. accusatus*, *Abb. in cap.*3. *de sent. & re judicata num.*14. Felin. *ibidem*, *Pyringh. in Jus Canonic. tit.*1. *lib.*5. *n.*91. Barb. *de potest. Episc. alleg.*112. *n.*8. & alii, ut infrà.

15 Cæterùm quod in Canone Concilii Sardicensis disponitur, causas Episcoporum in Concilio Provinciali fore discutiendas, ne traherentur Episcopi extra Provinciam, id quippè est intelligendum respectu discussionis, non autem terminationis causæ, ita ut citra Apostolicæ Sedis oraculum ejus diffinitio sequi non possit, & in hoc sensu concordant Canones prædicti, *cum Can. denique* 6. *q.* 3. *Can. Si quis*, *Can. ultra*, *Can. accusatus* 3. *q.*6. & alii, ubi injungitur crimina Episcoporum apud Provincialia Concilia deferri; Concilium enim Sardicense intelligi non debet privativè ad supereminentem Apostolicæ Sedis authoritatem, ut notat *citat. Author Oecum. Cathed. potest.* §. 4. *n.*65.

Licèt verò reperiatur aliquando permissa potestas in Conciliis Provincialibus etiam deponendi Episcopos, 16
præsertim post Sardicense disponens primam Causæ cognitionem in Provincia apud Comprovinciales Episcopos peragendam, nihilominus semper data fuit appellatio ad Summum Pontificem, ut liquet *ex Epist.* 1. Sixti II. *ad Gratum Episcopum*, quæ reperitur registrata *tom.* 1. *Concilior. impressione Colonien. opera* Joannis Quintel. *fol.* 160. *col.* 3. ibi: *ut omnes Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent Sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, piè fulciantur, ac defendantur, & liberentur, cujus dispositioni omnes majores, & Ecclesiasticas causas, & Episcoporum judicia, antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque Canonum authoritas conservavit &c.* Et ex consimili *Epist.* 3. Sixti III. *ad Episcopos Orientales eodem tom.* 1. *Concilior. fol.* 199. *cap.*3. ibi: *Placuit etiam, ut si Episcopus accusatus appellaverit Apostolicam Sedem, id statuendum, quod ejusdem Sedis Pontifex censuerit*. Solidissimis rationibus id comprobat *cit. Author disquis.*6. *per tot.* pluribusque exemplis sequutis tam in Oriente, quàm in Occidente, ita ut verificetur ultimam terminationem 17
causæ continuò spectasse ad Summum Pontificem, & nullo modo Imperatori revisionem competiisse, sed potius ipse ad Papam supplicationem faciebat, ut aliquis Episcopus deponeretur, & ultra dictum Authorem, testis est Baron. *annal. Eccl. anno* 366. *n.*16. *Manclerus de Monarchia Ecclesiastica lib.*3. *secunda partis fol.*431. Lælius Jord. *tr. de majoribus Episcoporum Causis per tot. & præsertim cap.* 2. 3. 4. *&* 5. Card. Pallavic. *in hist. Concil. Trid. Sermon. Ital. lib.*23. *cap.*10. Davidius *in libro* Gallicè *scripto de* Judiciis Canonic. *Episcoporum*, & D. Franciscus Fernandez *de Minano in Basi Pontificiæ Jurisdictionis tr.*2. *fundam.* 2. *q.* 3. *à n.*30. §. 4. *n.*55. & præsertim *n.*74. qui rejicit *cit.* Marcam, *&* §. 5. *à n.*92. §. 8. *à n.* 177. *&* §. 9. *n.* 183.

Imò idem Concilium Generale profitetur, ipsum non 18
posse deponere Episcopos, inconsulto Papa, ut constat ex actis Concilii Ephesini, ubi habetur Concilium, suosque Episcopos, Nestorii communionem non ausos fuisse deserere ante acceptam Cœlestini Primi sedentis anno 433. sententiam, eademque Synodus reservavit eidem Cœlestino in Joannem Antiochenum, judicium. Et Orientales Episcopi scribentes ad Stephanum Papam dixerunt se ab Apostolica Sede debere corrigi, & corripi, & ab Agapito qui anteà sedit, his verbis sententiam contra Anthimum Patriarcham Constantinopolitanum petebant: *Cum Sedem Apostolicam vobis, Pater Beatissime, Deus commiserit, & firmaverit supra firmam Petram, pedes vestros rogamus Te finem perfectum imponere Divina, ac vestra sententia contra Anthimum.*

Summi igitur Pontificis requisita sententia semper 19
fuit in hujusmodi causis Episcoporum, ut non obscurè dixit Eleutherius Papa *Can. quamvis* 3. *q.*6. *Quamvis liceat apud Comprovinciales, & Metropolitanos, atque Primates Episcoporum ventilare accusationes, vel criminationes, non tamen licet diffinire, sine hujus S. Sedis authoritate, sicut ab Apostolis eorumque successoribus, multorum consensu Episcoporum jam diffinitum est.* Unde authoritas Provincialium Conciliorum, quatenus adfuisset, erat cumulativa, & subordinata judicio Papæ, qui poterat sententiam Concilii revocare, & Episcopum remittere absolutum; aliquando enim causas avocavit à Concilio, aliquando remisit, ut declarat *cit.* Maucler. *fol.* 433. Et Leo Author hujus Constitutionis fatetur in Sanctis Canonibus sancitum reperiri, nullum præter Romanum Pontificem sententiam diffinitivam contra Episcopos posse proferre. Et Innocentius III. *in cap. inter corporalia de translat. Episc.* declarat tria esse soli Papæ reservata, nempè translationem, resignatio- 20
nem, ac depositionem Episcoporum, ibi: *& ideò tria hæc quæ præmisimus, non tam Constitutione Canonica, quam institutione divina soli sunt Romano Pontifici reservata. Et in capitulo cum ex illo de translation.* ibi: *Domino instituente ad Romanam*

Ecclesiam quasi ad matrem, atque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, & Judicia Episcoporum recurrant; ita ut nullo modo id sit licitum neque Concilio Provinciali, neque Legato à latere, sed tantùm iis permittitur examinatio delicti, *cap. Inquisitores de hæreticis in* 6. & D. Bernard. *lib.* 2. *de considerat. cap.* 8. ad Eugenium Papam *scribens* ait: *Nonne si causa extiterit, tu Episcopo Cælum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam, & tradere Satanæ potes? Et Epist.* 239. ad eumdem, ubi illum his verbis urget ad depositionem Guillelmi Episcopi Eboracen. *Peremtoriam dare sententiam ad depositionem Episcoporum, Romani Pontificis noscitur esse*, & optimè Ivo Carnotensis *in Epist.* 8. ad Richerium Archiepiscopum Senonensem pro justificanda depositione Gaufredi Episcopi per Summum Pontificem facta ibi: *Cum ramus aridus, qui in radice arboris matris numquam coaluit, nec in se virens fructum fecit, magni cultoris manu excisus esset, eadem manus, quæ ramum præmortuum excidit, me non ad demembrationem, sed ad supplendum locum demortui, eidem arbori quantum in se erat, inseruit, quæ hoc & cum aliqua spe fructus, & sine vulnere matris arboris posse fieri existimavit, Cui* (scilicet Papæ) *ergo sine vestra contradictione licuit quod nocebat excidere*; scilicet deponere Episcopum Gaufredum Simoniacum. Emicat enim ratio hujus reservationis. Nam sicuti Summi Pontificis est creare, ita deponere Episcopos ipsius erit,
21 nec minor potestas dici valet inesse in ministris Ecclesiæ universalis, quàm Gentiles dabant fatuo capiti suæ Religionis, Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. Plin. 2. *lib. Epist.* 2. & ratiocinatur *cit.* Maucler. *de Monarchia Ecclesiastica lib.* 3. *secundæ partis fol.* 431. qui plures casus refert, qui quidem non desunt etiam tempore moderno, occasione depositionis Episcoporum in Gallia pro errore Jansenii prout edisserit *cit.* Author Oecum. *Cathed. &c.* §. 4.

Ex dictis igitur remanet satis firmata conclusio,
22 quod potestas deponendi Episcopos omni tempore, fuerit soli Summo Pontifici reservata. Sed quid dicendum de Concilio saltem generali? Certum est quod si fuerit Concilium ad hujusmodi effectum congregatum Apostolica authoritate, erit in ipso jus hujusmodi causas agendi, & terminandi, quia repræsentat totam Ecclesiam suo Capiti unitam: & hic est sensus *Can. nullus* 5. *quæst.* 4. ubi Gloss. *& cap. de quo vult Deo* de Judiciis, ita tamen quod si non adfuerit Summus Pontifex, requiratur sententiæ approbatio pro speciali auctoritate, *cap.* 2. *de translat. Episc.* & Bosch. Codeca *in repetit. Juris Can. tom.* 3. *in cit. cap. de quo vult Deo num.* 8. *& seqq.* nisi fuerit à Papa legitimè congregatum pro depositione alicujus Episcopi, quod & comprobatur ex præcitatis locis Synodi Ephesinæ requirentis Papæ approbationem pro condemnandis Anthimo, aliisque Episcopis, ut supra retuli. Et in Concilio Chalcedonensi sic habetur: *Sanctissimus, ac beatissimus Episcopus magnæ, & antiquæ Romæ* Leo *per nos, & præsens Concilium cum beatissimo, & omni laude celebrando Apostolo Petro, qui est Petra, & basis Ecclesiæ Cathedra, & Fidei fundamentum Orthodoxæ, spoliavit Dioscorum omni dignitate Episcopali, & omni Sacerdotum ministerio prorsus*. Evagrius *lib.* 2. *cap.* 4. Ex quibus verbis clarè resultat, Concilia
23 generalia fuisse quædam veluti instrumenta, quibus mediantibus Papa Episcopos deposuit, non autem ex se principaliter, præcisè à Papa talem habere authoritatem, & siqua exempla adducuntur, supponi debet specialis Papæ commissio seu approbatio, aut convocatio facta Apostolica authoritate etiam ad hunc effectum, ut est sensus *cit. Can. nullus* 5. *qu.* 4.

Sed potest oriri dubium, an competat Conciliis
24 Provincialibus saltem discussio hujusmodi causarum, ut videtur sentire Marca *cit. lib.* 7. *capit.* 26. *numer.* 6. & innuit D. Raynald. *in observat. lib.* 3. *capit.* 32. §. 4. *n.* 409. *& in supplet.* 5. *ejusdem cap. n.* 1. *& seqq.*

Verùm dicendum, nullo modo posse Concilia Provincialia de causis majoribus Episcoporum cognoscere, aut processus judiciales instruere, ex quibus ad pœnam depositionis, vel privationis propter delicta deveniri possit; ita docent Riccius *in praxi part.* 4. *resolut.* 492. *& in decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ part.* 4. *decis.* 142. afferens declarationem *Sacr. Congreg.* Barbosa *ad Concil. Trident. sess.* 24. *de reformation. capit.* 5. *numer.* 8. quia de causis majoribus non agit Concilium Provinciale, *Can. Concilia dist.* 17. Bott. *de Syn. part.* 3. *n.* 25. *art.* 1. Castro *de hæresi lib.* 1. *& alii*.

Nec obstant *Can. Nullus* 3. *quæst.* 4. *can. duodecim*
ibid. & can. ultra 3. *quæst.* 6. quia loquuntur quoad 25
jura antiqua, nam id cessavit post Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reformation. capit.* 5. ibi: *Causæ Criminales graviores contra Episcopos etiam hæresis quod absit, quæ privatione, aut depositione dignæ sunt, ab ipso tantum Summo Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si ejusmodi sit causa, quæ necessariò extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis aut Episcopis à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio & specialis sit, & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata, nec umquam plus his tribuat, quàm ut solum facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant, reservata eidem Sanctissimo sententia definitiva. Cæte-*
ra aliàs sub fel. record. Julii III. super his decreta, nec 26
non Constitutio sub Innocentio III. in Concilio Generali quæ incipit qualiter, & quando, *quam S. Synodus in præsenti innovat, ab omnibus observentur. Minores verò Criminales causæ Episcoporum in Concilio Provinciali tantùm cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Provinciale. Et cap.* 8. *sess.* 13. ibi: *Causæ Episcoporum cùm pro criminis objecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur*. Ex quorum
verborum contextu, apertè resultat, Concilium vo- 27
luisse non solùm decisionem, seu terminationem hujusmodi Causarum majorum reservare Summo Pontifici, sed etiam confectionem processus, & judicialem informationem, solùmque permisisse, ut hæc possit committi Episcopis per Summum Pontificem eligendis: & quo ad Concilium Provinciale, restrinxit facultatem quo ad causas minores tantùm Criminales præsertim cùm concurrat particula, *verò* adversativa, & usum fuit Concilium, quo ad utrasque Causas verbis *cognoscantur, & terminentur*, ut scilicet quò ad majores id fiat à Papa, quò ad minores, tantùm à Concilio. Si enim huic permitteretur confectio processus in majoribus, videretur assumere cognitionem reservatam Summo Pontifici. Unde non est verum, quod dicunt citati Doctores pro opinione affirmativa, ut sit licitum processum formare, & inquirere, ad effectum transmittendi Summo Pontifici, quia hæc cognitio est delictorum,
quæ fuit prohibita à Concilio unà cum terminatio- 28
ne, aliàs dictum verbum *cognoscantur* fuisset superfluum, si voluisset Concilium intelligere de sola decisione, & Auditor Cameræ non procedit in his causis loco Concilii Provincialis, sed in vim specialium Papæ facultatum, ut dicam infrà: quodque per S. Conc. Trident. statutum est, procedit etiam in Episcopo Titulari, & in electo, & confirmato licèt non consecrato, ut pluribus *cit.* Barb. *ad cap.* 5. *sess.* 24. *Concil. Trident. numer.* 3. *&* 4. quia verè sunt in eodem culmine dignitatis, *cap.* 2. *de translat. Episcopi*, ita etiam in Episcopo deposito ac privato, quia remanet cum eodem charactere indelebili, sed non procedit quoad Abbates, & inferiores Episcopo, *de Marinis. resolut. quotid. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 7. in quibus remanet dispositio Juris communis, quia Concilium nihil in hoc determinavit, cùm Abbatia non constituat Ordinem diversum à Sacerdotio, quamvis habeat prærogativas aliquas juxta deducta per Card. de Luca *de pens. disc.* 81. *n.* 7.

Hinc in causa Episcopi Concubinarii expressè à Concilio datur facultas Concilio Provin-

vinciali admonendi tantùm, & referendi S. Pontifici, *ut cap. 14. sess. 25. de reform.* ibi: *Episcopi, quod absit, si ab hujusmodi crimine non abstinuerint, & in Synodo Provinciali admoniti se non emendaverint, ipso facto sint suspensi, & si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per privationem, si opus fuerit, in eos animadvertat.*

Fateor tamen, quod Concilium posset aliquam in-
29 formationem extrajudicialem capere, & Summum Pontificem certum reddere, ut judicialem demandet, & ita intelligendus est Fagn. *in cap. Sicut olim numer. 44. & 45. de accusationibus*, prout etiam alii Doctores, qui admittunt posse capere informationem, quia intelligi debent de summaria, & extrajudiciali, non autem de vera cognitione judiciali.

In Causis tamen minoribus Criminalibus, est qui-
30 dem permissum Concilio Provinciali procedere contra Episcopum, prout semper in usu fuit, idque ipsum Tridentinum confirmavit expressè in *cit. cap. 5.* & ita docent Doctores, Hieronymus Venero *in exam. Episc. lib. 4. cap. 18. num. 2.* Tondut. 3. *part. resol. Can. cap. 122.* Navar. *lib. 1. tit. 18.* Barbos. *cit. cap. 5. Conc. Trid. num. 7. & de pot. Episc. allegat. 112. num. 15.* Ricc. *in prax. p. 4. resol. 492.* ubi citati Doctores dicunt, fuisse decisum à S. Congr. Fagn. *cit. cap. Sicut olim num. 46. & seqq. de accusationibus*, etiam si non adfuerit numerus duodecim Episcoporum, à jure requisitus, cùm raró talis numerus in Concilio Provinciali adsit, & ibi, & non alibi cognosci, & terminari possunt; imò si propter breve temporis spatium nequiverint terminari in Con-
31 cilio, possunt committi Episcopis, vel Metropolitano, ut ex verbis *cit. cap. 5. sess. 24. S. Concil. Trident. Genuens. in prax. cap. 89. num. 9.* relata ibi declaratione S. Congregationis; & rursus docet, posse ab eodem Concilio talium Causarum terminationem aliis non Episcopis committi, si adsit aliqua causa, cùm regulariter ob reverentiam Ordinis Pontificalis committi debeant Episcopis, Fagnan. *cit. cap. Sicut olim num. 47. de accusat.* qui quidem Delegati adhuc completo Concilio poterunt procedere, ad notata in *cap. Gratum, & cap. Relatum de off. delegat.* Quarant. *in summa, verbo Concilium Provinciale num. 11. in addit.*

Sicque in solo Concilio Provinciali possunt hujus-
32 modi Causæ minores discuti, exclusis omninò Archiepiscopo, Primate, & Patriarcha, & quocumque alio; usum fuit enim Concilium verbo *tantùm* ibi: *in Concilio Provinciali tantùm*: nisi fuerit Summus Pontifex, vel ejus Delegatus, quia restrictiva *tantùm* non est, nisi ad excludendos inferiores Papa, Fagn. *cit. cap. Sicut olim nu. 46.* qui *nu. 48.* ad-
33 vertit, ut tam Concilium, quàm ejus Deputati non ad majorem, quàm ad charitativam correctionem procedere debeant; sed non videtur hoc ita indistinctè firmari, quia verè Concilium potest pœnas imponere Episcopis transgressoribus, ut clarè habetur in *sess. 23. cap. 1. S. Conc. Trid.* ibi: *Ad eundem tamen cum Concilio Provinciali spectabit judicare de licentiis à se, vel à Suffraganeo datis, & videre nequis eo jure abutatur, & pœnis Canonicis errantes puniantur, & in cap. 3. sess. 24. de reform.* ibi: *& aliis pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi absque ulla spe veniæ mulctentur.* Imò etiam pronunciare possunt aliqua informatione extrajudicialiter sumpta, & verè nequit considerari formale judicium,
34 sed potiùs per viam correctionis, & pœnæ impositionis per modum œconomicum; quoad Archiepiscopum tamen censeo nullo modo posse Concilium procedere contra ipsum, ut advertit Quaranta *in sum. Bullar. v. Concilium Provinciale num. 11. vers. trigesimo tertio*, & idem Fagn. *num. 42. & seqq.* Unde non possunt Concilia Provincialia devenire ad pœnas graves, cùm sint instituta ad corrigendum *dist. 18. in principio*: & habent potestatem excommunicandi Episcopos, Quarant. *in sum. v. Concilium Provinciale num. 11.* Sed supplere possunt negligentiam illorum, *Can. Si Metropolitanus 6. quæst. 4.* & denunciare Papæ eorum defectus, prout 35
poterunt cognoscere de causis appellationum à Metropolitano interpositis ad ipsa Concilia, Gloss. *in Can. multis ver. ad majorem 17. dist. Genuens. cit. cap. 89. num. 7. & 10.* Sed contrarium docet Fagn. *cit. num. 41. & 47. in fine*, quod possint cognoscere de Causis Metropolitani, & benè quidem, cùm in Concilio Provinciali omnes querelæ Provinciæ deferantur, *Can. de Conciliis 18. distinct.* Sed distinguendum puto: Aut agitur de cognitione negligentiæ Metropolitani, & consulendo illi remediis opportunis, & posset agere, secus ad effectum imponendi pœnam, sed solùm certiorandi Summum Pontificem, ut mulctetur, si agatur de persona ipsius Metropolitani, *cap. grave de prabend.* ibi: *Metropolitani verò delictum, Superioris Judicio relinquatur ex parte Concilii nuntiandum*, ubi Gonzal. *v. Metropolitani Gen. in prax. n. 7. & 10.* Quaranta *cit. loco. Et d. Can. de Conciliis* non disponit contrarium; imò dicit quod existente causa fratrum, scilicet Episcoporum, & ca non possit expediri per Concilium, deferatur Metropolitano, causa enim ipsius nequit coram eodem deferri, nec Conc. Tridentinum disponit de causis Metropolitani, & sic intelligi debet quoad causas minores Criminales, scilicet prout de jure; quod tamen intelligendum puto limitari in casibus, in quibus Concilium nominatis Archiepiscopis tantùm dat facultatem inobedientes mulctandi Provinciali Synodo, ut in *cap. 3. sess. 24. de refor.* Ita si res demandata à Concilio æquè pertineat ad Metropolitanos, & Episcopos, & facultas detur Concilio Provinciali transgressores monendi, ut in Episcopo Concubinario in *cap. 14. sess. 25. de reformat.* tunc utitur auctoritate speciali Concilium Provinciale, & in his terminis intelligi potest Fagn. *cit. num. 42.* Ita nequit excommunicari Archiepiscopus à d. Concilio: *idem* Quaranta *cit. num. 11. quæsit. 13. in addit.*

Firmum itaque remanet, debere solum Summum
Pontificem cognoscere Causas Episcoporum majo- 36
res, quæ sunt in quibus depositio, aut privatio intrare possunt, minores verò Concilium Provinciale tantùm, ut statuitur *in cit. cap. 5. sess. 24. de reform. Conc. Tridentini.* Nec non in *cap. 8. sess. 13. de reform.* & concludunt Doctores citati, Arnaldus Albertin. *cap. quoniam de hæreticis*, Barbos. *in cap. si quis de accusat.* Burgos *tract. de irregularitate par. 6.* Kochier. *de Jurisdictione Ordinarii in exemptos par. 1. quæst. 41.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.* Gloss. 41. *num. 21.* Bosquet. *ad Epist. 137. lib. 3. Innocentii III.* Marca *cit. lib. 4. cap. 17.* Vivius *Commun. opin.* 581. Clar. *in prax. lib. 5. quæst. 35. num. 13.* itaut nec etiam id possit Patriarcha, Primas, Nuntius, aut Legatus à Latere, sine speciali commissione Papæ; Barbos. *alleg. 21. de potest. Episc. numere 5. & 4.*

Animadvertendum tamen est, quod etsi in Conciliis Provincialibus adsit facultas cognoscendi Causas minores Episcoporum, tamen ob rarum eorum conventum, optimè S. M. Sixtus V. erexit Congregationem S. R. E. Cardinalium super consultationibus Episcoporum in Constitutione incip. *Eximie 74.* inter Bullas dicti Pontificis in *Bullario to. 2. Congreg. 12.* eidemque dedit facultatem cognoscendi controversias Episcoporum etiam à Subditis promotas, & in praxi ita servatur, præviis recursibus contra Episcopos, supplicibusque libellis Partium: & Eminentissimi PP. cum matura consideratione, & diligenti informatione extrajudiciali passim rescripta edunt opportuna quo ad excessus, vel indemnitatem Episcoporum. Eadem Congregatio cognoscit, & judicat quoque Causas Civiles contra eosdem Episcopos. Idque summa ratione fuit per d. Summum Pontificem institutum, ad con-

foven-

fovendam concordiam inter Prælatos, & subditos.
Cum hoc tamen, quod dicta Sac. Congregatio juxta
facultates expressas in præallegata Bulla erectionis,
procedit tantùm in Causis, in quibus non requiritur
discussio formalis processus; in tali enim casu non
se ingerit; prout ita fuit quoque declaratum in *re-
formatione ultima S. M. Innocentii XII.* Ita ut, vel
ipsa Sacra Congregatio remittat causas contentiosas
ad Judices suos, vel fit Citatio coram Auditore
Sanctissimi, qui supereminet in declaratione Cau-
sarum, an spectent ad Sacras Congregationes, vel
ad Judices Ordinarios, idque agit habita conside-
ratione circumstantiarum specialium, maturoque ju-
dicio, omnibus perspectis, ut solet facere præser-
tim D. Joannes Dominicus Paraccianus in præsen-
tiarum Auditor Sanctissimi Domini Nostri, virtute,
prudentia, animique humanitate, apud omnes gra-
tissimus, quique post munera diversa laudabiliter
præstita in Romana Curia justè à Sanctissimo Do-
mino præelectus fuit ad tantum præcipuum munus
ex Signaturæ Justitiæ Tribunali, ubi mecum Vo-
tantem egit pluribus annis recta justitiæ administra-
tione clarus.

Quæri tamen potest, an Auditor Cameræ sit Ju-
37 dex Causarum Criminalium Episcoporum?

Videtur enim primò, non esse neque majorum,
neque minorum. Primæ enim fuerunt per Conci-
lium reservatæ soli Summo Pontifici, itaut, vel per
se cognoscantur, si agitantur in Curia; vel per
alios Episcopos ab ipso delegandos, si extra Cu-
riam committantur, ut in *cit. cap. 5. sess. 24. &*
etiam in *cit. cap. 8. sess. 13. de reform.* ibi: *Causæ
Episcoporum cum pro criminis objecti qualitate com-
parere debeant, coram Pontifice Maximo referantur,
ac per ipsum terminentur*; proindè nequit dari in
alio facultas, nisi speciali commissione manu San-
ctissimi signata.

Quo ad causas minores Criminales, fuit supra-
dictum, spectare tantùm ad Concilium Provinciale
privativè, etiam quo ad Patriarchas, & Primates
unde Tridentinum in *cit. cap. 5.* usum fuit verbo
*tantum cognoscantur, & terminentur in Concilio Pro-
vinciali, vel à deputatis per ipsum.*

His tamem non obstantibus, dicendum est, A. C.
quo ad Causas majores, & eò magis quo ad Cau-
sas minores posse procedere.

Hoc probatur ex Constitutione Gregorii XIV. re-
lata apud *Salustium Tyberium in praxi* §. 12. &
38 alia Pauli V. incip. *Eximia tom. 3. Bullar.* inter
alias ejusdem la 28. §. 12. in quibus A. C. declara-
tur Judex Ordinarius quorumcumque Prælatorum
exemptorum, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Pri-
matiali, vel majori dignitate Ecclesiastica præditos,
tam per accusationem, quàm denunciationem, in-
stigationem, & inquisitionem, in casu omnium,
& singulorum, ac quorumcumque, & quantum-
cumque enormium criminum, delictorum, & ex-
cessuum tam in Urbe, quàm extra commissorum,
nec non quod ad pœnas contra culpabiles repertos
juxta excessuum exigentiam devenire valeat.

Nec obstat, quod dictæ Constitutiones non de-
rogent Concilio, quod nequeant intelligi de deli-
ctis majoribus, quia in eisdem præservatur, ut ne-
queant vocari Episcopi ad comparendum, nisi præ-
via Commissione manu Sanctissimi signata, ut in §. 13.

Nam quo ad primum, valida est responsio, nul-
39 lam requiri derogationem expressam Concilio Tri-
dentino propter expressam præservationem authori-
tatis Apostolicæ Sedis, *in cap. ult. sess. 25. de refor.*
sufficit enim quod Pontifex statuerit contrarium di-
spositioni Conciliari, ut declaravit S. M. Pius V. &
Sac. Congr. Concilii pluries, Fagn. *in cap. Nulla
numer. 86. de concessione praben.* Barbos. *ad Concil.
Trid. cap. 21. sess. 25. de refor.* Garcias *de benef.
par. 4. cap. 5. num.* 36. ubi refert hanc esse praxim
Cancellariæ, & stylum Romanæ Curiæ, Ferentill.
ad Buratt. *dec.* 463. & sæpè alibi dicam.

Et quamvis in dictis Constitutionibus adsit Clau-
sula per illas non intendi Concilii Tridentini decre-
tis in aliquo derogari, hoc quidem intelligi debet, 40
præter ea quæ ibi contraria statuuntur expresse ci-
dem Concilio, Rot. *cor.* Caval. *decis.* 601. *num.* 3.
Idem Add. ad Buratt. *decis.* 463. *nu.* 5. quod enim
Papa voluerit expressè dare facultatem procedendi 41
Auditori Cameræ sine aliqua commissione manu ipsius
signata requisita à Concilio, liquet, quia utitur ver-
bis: *omnibus, & singulis quibuscumque criminibus,
& quantumcumque enormibus delictis, & excessibus,*
quæ verba singula universalitatem casuum important, 42
& præsertim de verbo *quibuscumque*, ut non exclu-
dat aliquem, & sit terminus infinitus, *l. a procura-
tore Cod. Mandati*, Gloss. *v. quicumque in cap. Qui-
cumque de sent. excomm. in 6.* Gom. *in reg. de trien.
quæst. 1. vers. tamen istis*, Decian. *cons. 41. nu. 48.
lib. 2. & cons. 35. numer. 23. lib. 3.* Coccin. *decis.*
1680. *num.* 9. in terminis *Const. seu Bulla Baronum.*
Ulteriùs hoc liquet ex verbis subsequentibus; nam
Summi Pontifices in dictis Bullis post concessam
tot verbis, ut dixi, universalibus facultatem A. C. 43
procedendi contra Episcopos in delictis, addit ver-
ba: *dummodo monitoria contra Episcopos, vel alios
eorum superiores, scilicet Archiepiscopos, &c. ad com-
parendum personaliter nonnisi prævia commissione ma-
nu nostra signata decernas*, & loco verbi *dummo-
do* posuit Paulus V. *ita tamen, quod monitoria, &c.*
Cùm etenim *Concilium Trident. cap. 6. cit. sess. 13.
de reform.* expressè demandaverit nequaquam Episco- 44
pos posse moneri, aut citari ad personaliter compa-
rendum, nisi ex causa, ob quam deponendi sive pri-
vandi venirent, etsi ex officio, aut per inquisitio-
nem, seu denunciationem, sive alio quovis modo
procedatur; hinc Summi Pontifices, dum limita-
runt facultates datas A. C. procedendi, ut ipsi non
liceat Episcopos citare sine commissione manu Pa-
pæ signata, insurgit evidens ratio, quod universa-
lis facultas comprehendat etiam delicta majora, ob
quæ esset irroganda pœna privationis, seu deposi-
tionis, in quibus casibus tantùm à Concilio fuit de-
mandatum posse Episcopos citari ad personaliter com-
parendum, aliàs fuisset superflua dicta limitatio, si
universalis concessio, cui fuit adjecta, restringi de-
beret ad causas minores non dignas dictis pœnis,
quia in istis ex Jure Concilii non possunt citari Epi-
scopi, & sic cùm Concilium adhibuerit verba *dum-
modo* & *ita tamen*, quæ adjecta dispositioni, impor-
tant conditionem, prout de dictione *dummodo* tra-
dit Barbosa *dict.* 95. *num.* 6. & dixit Rota *decis.*
1017. *coram Seraph. num.* 4. & quo ad dictionem *ita
tamen*, quod sit restrictiva, & limitativa actus, cui
apponitur, *idem* Barbos. *diction.* 173. *num.* 3. & S. M.
Pius V. in reformatione Tribunalium *Const. incip.
Inter multiplices*, post *Ridolph. in praxi fol.* 662. §. 8.
injunxerit Auditori Cameræ, ut non decernat con-
tra Episcopos dicta Monitoria ad personaliter compa-
rendum, id unque fuisset frustraneum, si illi non
competeret facultas in causis majoribus, ex prædictis.

Hoc idem priùs statuerat Pius IV. in ejus Bul-
la *la* 10. inter impressas in Bullario *tom.* 2. Ibi 45
enim §. 3. mandavit, residentes Episcopos non pos-
se citari ad personaliter comparendum in Urbe per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, nisi
speciali commissione manu Papæ signata, ex quo
desumo argumentum, quod etiam ante Gregorium
XIV. erat in Curia Judex Ordinarius hujusmodi cau-
sarum graviorum, quem posteà confirmarunt Sum- 46
mi Pontifices novis concessionibus, non obstante
Concilio, cui derogare voluerunt in ea parte, qua
injunxerat Causas majores tractari in Curia coram
Summo Pontifice.

Remanet igitur firmum, Auditorem Cameræ ha-
bere jurisdictionem etiam quoad Causas majores con- 47
tra Episcopos jure ordinario, nec proinde requiri
specialem commissionem Papæ, & sic ipse poterit
processare, & inquirere, ut docent Fagn. *cap. per-*

venit

venit il primo à num. 25. & seqq. de test. cogen. & num. 30. in fine refert resolutionem Congregationis deputatæ anno 1647. tempore S. M. Innocentii X. ubi fuit declaratus validus Processus contra Episcopum factus in Causa ex gravioribus, Raynald. *Syntax. Criminal. lib. 3. cap. 32. §. 4. num. 400. & seqq. & in observat. Crim. ad cit. cap. supplet. 5. num. 1. & supplet. 7. num. 7.* Qui Auctor per plures annos Locumtenentis Criminalis Tribunalis A. C. summa cum laude munus exercuit, & propterea facultatis ejusmodi optimè informatus, examinans ulteriùs in *d. obs. 32. §. 4. num. 393. & seqq.* assertionem Guazz. *num. 1. defens. 13. cap. 1. num. 3.* quod in Tribunali A. C. non expediuntur Commissarii contra Episcopos, nisi habita expressa Commissione à Sanctiss. & facta in litteris mentione talis ordinis, ait, quod licèt soleat priùs oretenus agi cum eodem Sanctiss. eo quod incongruum sit ut A. C. contra Episcopos personas adeo graduatas quidquam inconsulto Pontifice in scriptis redigat, & si possit ex propriis facultatibus id agere, non tamen est necessaria specialis commissio in scriptis, nisi in casu transmissionis monitorii ad personaliter comparendum.

Optima quidem ratione oportuit id fieri. Siqui-
48 dem cùm Summus Pontifex versari debeat in pluribus negotiis, & quidem urgentissimis, sicuti hoc fuit motivum pro deputatione A. C. in aliis negotiis, ita fuit ipsi commissa jurisdictio tam ampla tam in Criminalibus, quàm in Civilibus in toto Orbe, ut notat *Ridolph. in origine dicti Officii in praxi cap. 1. par. 1. post Vestr. lib. 2. cap. 4. num. 1. & seqq.* Nec obstat dispositio Conc. Trident. *in cap.*
49 *causæ omnes 20. sess. 24. de reform.* quod causæ debeant in partibus decidi in prima instantia, quia non includit causas majores Criminales, quas idem Concilium præservavit Summo Pontifici, ut suprà dixi, unde potest Papa alteri committere in Curia. Quo verò ad minores, cùm Concilia Provincialia
50 raro convocentur, potuit justè dari hæc facultas A. C. Judici ordinario exemptorum, & in Concilio expressè reservatæ fuerunt Causæ, quæ secundùm Canonicas sanctiones in Curia debent terminari; ultra quod in partibus nullus adest Judex ordinarius in hujusmodi causis.

Verùm solet Papa ad consulendum dignitati, &
51 decori Pontificali, in cujus ordine etiam ipse est uti Episcopus, ejusmodi graviores Causas delegare, vel Sacræ Congregationi Episcoporum, vel alicui deputato ex quibusdam S. R. E. Cardinalibus unà cum Prælatis, prout præsertim tempore S. M. Innocentii XII. usu probatum vidimus, & in casu Cardinalium deputatorum tantùm, plures deputationes recensentur. Extra tamen Curiam solent committi Metropolitano, vel aliis Episcopis ad formam Concilii. Hinc tempore S. M. Urbani VIII. ad instantiam Regis Gallorum Ludovici XIII. fuerunt deputati Commissarii quatuor Episcopi Galliæ pro causa Criminis Status Episcopi Lugdunensis Renati de
52 Riaux, qui fabricato Processu, sententiam promulgarunt sub die ultima Maii 1635. spoliando eum Episcopatu, in cujus locum alius fuit subrogatus à Papa ad nominationem Regis: sed posteà tempore Innocentii X. fuerunt alii Commissarii deputati in gradu appellationis, à quibus fuit prædictus Episcopus absolutus per sententiam die 6. Septembris 1646. Sed
53 in praxi Auditor Cameræ etiam solet obtinere commissionem Papæ pro transmittendo Commissario ad faciendum processum contra Episcopum, & S. Con-
54 greg. Episcopi solet hujusmodi actus exercere sine Commissione, facto verbo cum Sanctissimo per D. Secretarium.

Observa tamen quod Concilium demandat Com-
55 missariis, tantùm constructionem processus, reservata sententia Summo Pontifici: non idcircò Pontifici est modus præclusus omnia Commissariis delegare, si voluerit, prævia tamen Commissione ejus manu signata, derogando tacitè Concilio, ut in terminis similibus supplicationis manu Papæ signatæ dixit Garcias *de Benef. par. 4. cap. 5. num. 34.*

Prædicta facultas Auditoris Cameræ contra Episco-
pos non habet locum in causa Hæresis, quia quoad 56
istam est reservata Summo Pontifici cognitio omnimoda etiam privativè ad Inquisitores, ut infra dicam, & constat ex Constitutione S. M. Pii V. *la ottantesima seconda incip. Si de protegendis to. 2. Bullar. §. 6.*

Rursùs dicta facultas Auditoris Cameræ quo ad
causas majores, non includit, ut is possit ad pœnas 57
depositionis, privationis, vel suspensionis devenire contra Episcopum culpabilem, sine speciali Commissione Papæ, & si in dictis facultatibus fuerit expressè dictum, posse procedi ad pœnas, juxta exigentiam delictorum, quia hæc verba intelliguntur, præcisa pœna depositionis, & privationis, ex ea ratione, quia cùm Papa expressè sibi reservaverit Commissionem dandam in casu, quo deberet Episcopus citari ad comparendum personaliter, eò magis dicendum est sibi reservasse inflictionem pœnarum depositionis, & privationis, ob quas infligendas tantùm, ut dixi, possunt Episcopi citari ad personaliter comparendum; tum etiam quia Concilium duo demandavit divisim; unum in *cit. capit. 5. sess. 24.* quod Causæ graviores ab ipso Summo Pontifice in Curia cognoscantur; & alterum in *cit. cap. 8. sess. 13. de reform.* quod Causæ Episcoporum, si pro criminis objecti qualitate comparere ipsi debeant, coram Papa referantur, & per ipsum terminentur; proinde & si derogetur Concilio quo ad cognitionem demandatam, non intelligitur derogatum quo ad relationem & terminationem reservatas Papæ in causis, in quibus Episcopi comparere debent, quæ sunt depositione, & privatione dignæ, ut suprà *cap. 6. ejusdem sess. 13.* Concilium dixerat.

Hinc in Commissionibus quibuscumque directis
in Curia etiam si sint S. R. E. Cardinales, solet ap- 58
poni Clausula *Salva participatione, & expressa approbatione, & deliberatione Papæ*, & subinde profertur sententia, post factam relationem Summo Pontifici, & approbatam resolutionem, ut ex tenore Commissionis, & sententiæ in causa cujusdam Episcopi, quam refert cit. Raynald. *cit. observ. ad cap. 32. supplet. 7. post num. 276.*

Poterit tamen Auditor Cameræ procedere contra Episcopos culpabiles ad alias pœnas extraordinarias
pro delictis majoribus ex verbis dictarum facultatum 59
cùm limitatio tantùm habeat locum in dicta pœna ordinaria depositionis, seu privationis, ex rationibus adductis, & ita in terminis declaravit *cit.* Congregatio deputata, relata per Fagn. *cap. pervenit in fine de Testibus cogen.* Cùm etenim quidam Episcopus
inquisitus de gravibus delictis fuisset processatus co- 60
ram A. C., fuit ab hoc ei indicta pœna relegationis in Monasterium Nursiæ, suspensionis à Divinis, & ab exercitio Jurisdictionis per triennium, & deinde ad Beneplacitum Papæ, dicta Congregatio censuit, benè fuisse judicatum per Auditorem Cameræ, & ita referendum Sanctissimo, non obstantibus oppositionibus pro parte Episcopi factis, quod non potuerat Auditor Cameræ ad dictam pœnam extraordinariam procedere.

Multis aliis exemplis comprobatur dicta facultas
Auditoris Cameræ. Siquidem anno 1642. cum solo 61
Pontificis oraculo, & sine Commissione, fuit processum contra Archiepiscopum Tranen. ad instantiam Fisci, & Capituli dictæ Cathedralis per acta nunc Franciſchini. Anno 1647. contra Episcopum Guardiæ ad instantiam Fisci, & D. Josephi della Rocca pro causa gravissima, etiam sine Pontificis oraculo processum. Anno 1661. contra Archiepiscopum Beneventi; quæ, & alia quæ possent referri, fuerunt extracta ab officiis dicti Auditoris Cameræ, & deducta à Fisco in causa Sorana contra Reverendissimum Episcopum anno 1701. Et licèt adsint aliqua,

in

in quibus Auditor Cameræ processit cum commis-
sione Papæ, imò etiam cum commissione Sacræ Con-
gregationis Episcoporum; non per hoc tamen cen-
setur controversa ejus auctoritas, nam id evenit,
quia directò fuerunt habiti recursus ad Summum Pon-
tificem, vel ad dictam Sacram Congregationem, à
quibus postmodum fuit commissa causa Auditori Ca-
meræ, ad excitandam potiùs ejus jurisdictionem,
quàm ad novam concedendam; nam, si illam non
haberet, non poterat procedere in dictis aliis causis,
absque ulla commissione; & idem certum evincitur
62 ex ipsa commissione facta Auditori Cameræ in dicta
causa Sorana, in qua expressè legitur ejus radicalis
potestas ibi: *& aliàs Tribunal R. P. A. C. ex facul-
tatibus sibi indultis omnimodam valeret exercere juris-
dictionem tam contra præfatum R. P. Episcopum So-
ranum, quàm contra ipsius qualitercumque complices,
nihilominus ne in re adeò gravi ulla valeat excitari
dubietas, & ulla opponi quovis tempore contra com-
petentiam cavillatio &c.* Ex quibus quidem verbis
patet commissionem potiùs ex abundanti, & ad re-
movendas cavillationes fuisse impetratam, quàm ex
necessitate, excepta evocatione Episcopi extra Diœ-
cesim, flagrante inquisitione, & quoties videretur
pro justitiæ implemento expedire, pro qua fuit neces-
saria Signatura commissionis, propter obstaculum
Sanctionis Conciliaris in facultatibus per Constitu-
tiones Apostolicas Auditori Cameræ communicatis
expressè reservatæ, & ob dictum potissimum finem
63 fuit expedita. Et hic advertendum Delegatum Papæ
cum facultate deponendi Episcopum non posse sub-
delegare, ut ex Felyn. *in cap. non potest. num. 4. de
sentent. & re judic.* docet, Barbos. *cit. Alleg. 112. n. 3. 4.*

Sed numquid commissio debeat continere dero-
64 gationem Bullæ Pii IV., ubi demandatur, ut non pos-
sint vocari Episcopi ad comparendum personaliter à
quocumque Judice Ordinario, vel Delegato, ex quo-
libet delicto, etiam atroci, & ex quo veniret pri-
vandus, nisi ex speciali commissione Papæ manu
ipsius signata.

In hoc est certum, quod nedum Concilium *citat.
cap. 6. sess. 13. de reform.* sed etiam *S. M. Pius IV.
cit. Const. decima* præscripserunt modum citationis
contra Episcopos, hac tamen differentia, quod pri-
65 mum mandaverit, non fieri, nisi in casu delicti, ex
quo veniret quis deponendus, seu privandus; secun-
da verò quod non fiat à quocumque Judice Ordina-
rio, vel delegato, nisi ex speciali commissione Sum-
mi Pontificis; inter istas enim dispositiones est dif-
ferentia, quia prima respicit Episcopos tam in Eccle-
siis residentes, quàm absentes, nam motum fuit
Concilium ex duplici ratione, ne citandus scilicet
magno Ecclesiæ incommodo Gregem relinquere co-
gatur, & ne vagari Episcopus videatur cum diminu-
tione Episcopalis dignitatis, & tantùm restringit dis-
positionem, ut non valeat citari pro aliis delictis,
quàm pro majoribus, in quibus pœna privationis, vel
66 depositionis intraret; Bulla verò Piana, in qua fuit
injuncta residentia Episcopis, ad eamque alliciens Pa-
pa plura privilegia concessit, ad inducendum etiam
privilegium in favorem residentiæ restrinxit, ut non
possint citari ad comparendum in Romana Curia si-
ne speciali Commissione Pontificia residentes in Epi-
scopatibus; ideòque Concilium loquitur de non re-
sidentibus, cùm residentes, etiamsi sit Causa atro-
cissima, ex Bulla Piana non possint citari sine Com-
missione Pontificia, & ratio est, quia Concilium
non derogat dictæ Constitutioni, & potest utraque
dispositio compari; ut scilicet Episcopi non possent
67 citari, nisi ob causam majorem ad formam Concilii,
& residentes, neque valeant citari nisi mediante
Commissione Papæ, & istam differentiam assignant,
Gonzal. *ad regul. Cancell.* Gloss. 41. *num.* 4. *&* 5. &
Barbosa *ad cap. 5. sess. 24. de reform. num. 1. & cap.
6. sess. 13. num. unico, & de Episc. alleg. 112. nu-
mer. 6. & 7.*

Unde si Papa Commissionem dirigat alicui pro cau-
sa majori, puto non esse necessariam derogationem,
neque expressam, neque tacitam dictæ Bullæ Pianæ,
ut valeat Judex procedere, quia dicta Bulla non dis-
ponit de his. Si tamen Delegatus vellet procedere ad
citationem, dico quod, vel requiritur derogatio ta-
cita, vel expressa Bullæ Pianæ, vel quod Commissio
adsit specialis super facultate citandi Episcopum ad
personaliter comparendum, si tamen Episcopi fuerint
residentes, secùs verò si ab Ecclesiis propriis absint.

Moveor ita, quia duplex est impedimentum, sci-
licet Concilii Tridentini, & Bullæ; unde, etsi per
Commissionem videatur data facultas procedendi in
Causis majoribus, non obstante Concilio disponente
per Papam cognosci, & sic data facultate cognoscen-
di in causa, in qua privatio, vel depositio intret, con-
sequenter venit facultas citandi ad formam Concilia-
ris dispositionis permittentis Citationem in dictis ca-
sibus; sed quia, ut dixi, adest impedimentum Bullæ
Pianæ, quo ad Episcopos residentes; ideò debet hoc
tolli, vel per derogationem, vel per Commissionem
manu Sanctissimi præcisè facientis mentionem de fa-
cultate citandi etiam residentes; hæc enim expressio
uti contraria Bullæ Pianæ facit eam cessare, stante
Clausula, *non obstantibus*; imò sine hac, quia cùm
Bulla nihil aliud imponat, nisi Commissionem, non
abrogatur Bulla, sed adimpletur; proindè si Episco-
pus non fuerit residens, poterit quidem citari, cum
Commissione generali Pontificis cognoscendi causam
majorem. Nec obstat Piana, ut dixi, loquens de resi-
dentibus, neque Concilium, quia, cùm agatur de
causa majori digna depositione, vel privatione, Con-
cilium non prohibet citationem.

Nec obstat Raynald. *cit. supplet.* 7. quia ibi loqui-
tur de Episcopo in Urbe, & sic extra residentiam, 68
& ita intelligendi sunt casus relati ab ipso *num. 6.*
quod in Commissionibus aliàs datis in Urbe non fue-
rit derogatum Bullæ Pianæ, vel quia derogatio eve-
nerit tacitè, vel quia non fuit deventum ad citatio-
nem contra residentes, quia verè commissio non suf-
ficit super processu, sed requiritur specialis super cita- 69
tione facienda; quod rursus patet, quia cùm Bulla
loquatur de Judice Ordinario, & Delegato, ut non
possint procedere sine speciali Commissione contra re-
sidentes, ad citationem, supponit jam facultates ipsis
Judicibus communicatas ad cognoscendas causas;
ergo ultra Commissionem generalem pro cognitione
causarum vult, & requirit specialem pro citatione;
contra tamen absentes, ut dixi, potest fieri sine alia
commissione, dummodò tamen sit causa gravis, in 70
qua possit imponi pœna depositionis, vel privationis
ad formam Concilii Tridentini; proinde si proceda-
tur per inquisitionem in causa puta Simoniæ, quo
casu intrat solùm pœna extraordinaria suspensionis,
& non depositionis, posset dubitari, an esset locus
citationi ad personaliter comparendum? Sed optimè
respondet cit. Raynald. *supplet. 7. num.* 208. *& seqq.*
quod duplici modo potest dici procedi per Inquisitio- 71
nem, scilicet, vel per modum generalem, vel spe-
cialem; primus erit, si superior puta Summus Pon-
tifex mittit aliquem Visitatorem ad inquirendum, &
visitandum; specialis, quando prævio clamore subdi-
torum, Papa primò instructum se reddit de excessi-
bus commissis per Episcopum, mediis relationibus
Metropolitani, vel aliorum Episcoporum secretò re-
ceptis, & deinde committit judicialem processum;
in primo enim casu dicitur processus per inquisitio-
nem, secùs in secundo, quia diffamatio succedit 72
tunc loco accusatoris; unde in secundo hoc casu
erit locus depositioni, ot concordant Textus *in cap.
dilectus 2. de Simonia cum cap. inquisitionis de accusat.
& cap. veniens, cap. de regularibus de Simonia.*

Nec obstat dispositio *cap. qualiter, & quando de
accusat.* imò confovet, quia ibi statuitur, ut acce- 73
dente infamia possit procedi ad pœnam, si fuerit facta
inquisitio secundo modo ut suprà explicata, quæ
tamen

tamen diffamatio debet esse in Prælatis judicandis talis, ut sine scandalo non possit dissimulari, cùm facilè contra eos subditi delicta impingant, quia non possunt omnibus placere, cùm ex officio increpent, suspendant, ligent, ob quod incurrunt odium, & invidiam multorum: & eamdem dispositionem citat. Textus hoc demandantis præservavit *Concilium Tridentinum in cit. cap. 5. sess. 24.* in quo præscribitur forma procedendi contra Episcopos, & ita ut dixi observatur in praxi, quia Summus Pontifex priùs extrajudicialiter se informat à pluribus viris integris, & præsertim Episcopis, & deinde dat com-
74 missiones pro processu conficiendo: imò in causa
Rhegien. Sacra Congregatio Episcoporum communicavit Capitula Inquisitionum contra Archiepiscopum, qui se expurgavit congruentibus, & justificatis responsionibus, unde eadem Sacra Congregatio anno 1699. rescripsit *non esse locum ulteriori indagini*, quorum rationes latè examinat Fagn. *in dict. cap. qualiter, & quando*, præsertim quod debeant communicari Capitula, si agatur de Inquisitione speciali contra unum, & pro certis criminibus, secus in generali pro Statu Ecclesiæ, & quod debet vocari ad se expurgandum, quia debet esse præsens, Raynal. *cap. 32. §. 4. 5. num.* 416. Pyrhing. *tit. de purgat. Canonica §. 6. num.* 39.

Quæ autem sint Causæ majores, de quibus lo-
75 quitur Concilium, vide Menoch. *de arbitr. Cas.*
266. Vener. *exam. Episc. lib. 4. cap. 18. num. 4.* Lælius Jordan. *cit. tract. de Episc. caus. major. cap. 1. & 2.* Nempè delicta, quæ de jure requirunt depositionem, seu privationem, puta hæresis, læsæ majestatis contra Papam, vel Regem, assassinii, falsificationis litterarum Apostolicarum, agrorum depopulationis, inobedientiæ Summi Pontificis, Simoniæ realis, stupri Monialis, falsificationis monetæ, & aliorum, de quibus Barbos. *cit. alleg.* 112. *numer. 6.*

Sed hìc occurrit dubium, an Inquisitores valeant
76 Episcopos punire, vel saltem procedere ad processum
conficiendum in materia hæresis? sed quidquid dicant aliqui, communis est opinio negativa ex Text. *in cap. Inquisitores de hæreticis in 6.* & adest Bulla citata *Pii V. la* 82. §. 6. ita ut requiratur specialis authoritas Papæ, Diana *par. 4. tract. 8. resol. 21. in antiquis part. 5. tract. 9. resol.* 51. Barbosa *ad cap. 5. sess. 24. de reform.* Concilii Tridentini, ubi plures cumulat, Molin. *de Just. disp. 28. num. 19. Corona de Offic. Sanctæ Inquis. part. 1. tit. 5. §. 9. nu.* 75. Castropal. *tract. 4. disp. 8. punct. 12. §. 2. nu. 6.* Barbosa *cit. part. 3. de offic. & pot. Episc. allegat.* 112. *num.* 13. Lel. Jord. *de majorib. Episcopi Causis ad Papam deferendis cap. 12. num. 2. & 14.* Et stante Concilio Tridentino *cit. cap. 5. sess. 24. de refor.* Matthias à *Corona de pot. & dignit. Cardinalitia tract. 4. cap. 6. num. 1.* Del Bene *de S. Offic. dubit.* 195. *sect. 3. num. 2. & 15.* & semper hoc privilegium dignitati Episcopali tributum fuisse dixit Pegna *ad Eymericum direct. Inquisit. part. 3. quest. 27. coram 76.* ita ut nec Episcopum possint Inquisitores accusatum capere, vel transmittere ad Papam, *ut cit.* Barbos. *& a Corona.*

Quod ampliatur etiam in Episcopo titulari, & ele-
77 cto, ac confirmato, licèt non consecrato, ut plures
citando docuit Barbos. *cit. allegat. 112. num. 14. & ad Concil. Trid. cap. 5. sess. 24. de reform. num. 3.* Sed quid in electo, non autem confirmato? & videtur non procedere dicta prohibitio, quia Episcopus electus, & non confirmatus, nullam habet auctoritatem, & Ecclesia tunc dicitur viduata, *cap. 2. de translat.* nam tunc verè datur conjugium, si fuerit confirmatus. Sed hoc limitatur, si fuerit electus à Papa, à quo recipit etiam electus confirmationem, ut *cit.* Barbosa *dict. allegat. num. 16. & à Corona* docent.

Plures tamen fallentias adducunt Doctores ad di-
78 ctam prohibitionem, ne scilicet Inquisitores possint
procedere in Episcopum hæreticum; & primò quatenus Episcopus sit suspectus de fuga, quia tunc poterit carcerari; tamen talis facultas strictissimè est usurpanda. Secundò, si hæresis fuerit notoria, quod declara, si actu sit timor subversionis, ut si fideles seduceret, aut quem similem actum patraret, non verò quod fuerit notoriè diffamatus, quia in primo casu poterit carcerari ab Inquisitoribus, non autem in secundo. Tertiò, si specialiter à Papa fuerit commissio facta. Quartò, si aliquod damnum imminens fidei causaret, & mora esset præjudicialis, ut referunt Farinac. *de heresi quest. 186. à num.* 114. Barbosa *cit. alleg. 112. num. 14. vers. multipliciter, à Corona latè cit. loco num. 2. & seqq.* & latè etiam Passergin. *ad cit. cap. Inquisitores à num. 1. cum sequ. & num. 5.* ubi in hac materia tutius esse agendum docet in favorem Episcoporum.

Hìc addere censui casum, qui evenit anno 1686.
circiter in Indiis in Episcopum Carthaginen. Cùm 79
enim iste fuerit publicè declaratus excommunicatus ab Inquisitore, Censuras nullas fuisse protulit Sanctissimus Pontifex Innocentius XI. ut constat ex Epistola Cardinalis Cybo, tunc ministri primi ejusdem ex Oraculo, prout moris est, Papæ, quæ Epistola fuit sub datum Romæ 24. Januarii 1687. directa eidem Episcopo, in qua adsunt inter cætera, hæc verba: *Dichiarando di già la Santità sua nulle le Scommuniche de gl' Inquisitori contro di lei, per non haver' il Tribunale dell' Inquisitione autorità sopra i Vescovi,*
se non in materia di fede, e ricercandosi ance in 80
questo caso special commissione segnata dal Santissimo Pontefice, e valide le fulminate da V. S. Illustrissima contro l' Inquisitore istesso.

Imò, cùm dissentiones illæ fuerint relatæ in Supremo Consilio Indiarum apud Regem Catholicum, hæc consultatio prodivit, in qua post enunciatam exemptionem Episcoporum ab Inquisitione Generali fundatam in legibus, Conciliis, Bullis Apostolicis, & com-
muni Doctorum Censura, adsunt hæc verba: *Et in* 81
quello, che riguarda, che la Maestà Vostra interponga la sua suprema autorità, e Regia protettiona, acciochè venga sospesa l'esecutione di quello, ch' è stato ordinato da Sua Santità, per essere contrario alle Bolle Apostoliche, & alli Privilegii dell' Inquisitione, le di cui Cause non possone portarsi à Roma: Dice il Conseglio dell' Indie, non essere di parere, che habbia alcuna ragione in quest' istanza il Conseglio dell' Inquisitione, e non essore questo un caso, nel quale la Maestà Vostra deve interporre la sua Regia autorità, stante il non esser commessa all' Inquisitione la cognitione delle cause degli Vescovi, & esser questa riservata à Sua Santità, e toccare alla Maestà Vostra la protettione dell' essentione de' Vescovi, mediante la dispositione del Concilio di Trento; prout hoc constat ex quodam libro Typis impresso Romæ anno 1695. in Sacra Congregatione deputata ad favorem dicti Episcopi Carthaginen.

Sed numquid poterint Inquisitores capere informationem ad effectum certiorandi Papam? & affirmant Sousa *de solicitan. tract. 1. cap. 3. num. 4. & 5.* & alii
relati *à Corona cit. num.* 3. tamen distinguendum est; 82
aut enim agitur de pura informatione extrajudiciali, ut Papa possit se reddere instructum de Causa, ut valeat providere, & certum, quod possunt hoc facere Inquisitores, & ita intelligendi sunt Doctores, imò tenentur ex vi proprii muneris id agere, & liquet ex verbis ipsius Text. *cap. Inquisitores* ibi: *Si tamen Inquisitores ipsi Episcopos sciverint, vel invenerint circa crimen hereseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos, id tenebuntur Sedi Apostolicæ nuntiare.* Si enim Papa non solùm in casu scientiæ, sed inventionis, vult Inquisitores denunciare debere Episcopos, præsupponendum est, posse sine figura Judicii invenire delicta, quod utique nequit verificari, nisi informatione aliqua præmissa, imò possunt revelationes contra Episcopos recipere, cùm nequeant cogi ad denunciandum Supremo Tribunali, ita

Pal-

Passerin. *in cap. Inquisitores num.* 2. ubi alii citantur *de haret. in* 6. Aut Inquisitores volunt procedere ad formationem processus judicialis, & hoc non est eis permissum, etiam si velint id facere pro referenda causa Summo Pontifici, & pro reddendo illum instructum, ut docent Farinac. *cit. quæst.* 186. *num.* 14. *A Corona*, Barbos. & alii suprà citati, quos refert *cit.* Raynaldus *cap.* 32. *à num.* 411. *& seqq.* §. 4.

83 Quoad verò Cardinales Sac. Congreg. S. Officii Generales Inquisitores, adest expressa facultas procedendi contra quoscumque etiam Episcopali, imò Cardinalitia dignitate præditos, ut in Bulla Pii IV. *Constit.* 67. incipit *Romanus Pontifex anno* 1563. licèt aliqui per errorem Pio V. tribuant, ut advertit Cherubin. *ad Bullam Pii IV. Cum nos* 69. Schol. 2. *tom.* 2. *pag.* 23. ita tamen ut completo processu reservetur ultima sententia Summo Pontifici, Farinacc. *quæst.* 186. *num.* 123. Passerin. *ad cit. cap. Inquisitores num.* 6. Sed quid dicendum quoad familiares Episcoporum, an possint procedere Inquisitores, alibi dicam.

SECTIO II.

Quæ requirantur ad validitatem processus, & probationem contra Episcopos in eorum delictis?

SUMMARIUM.

1 *Inscriptio accusatoris ad pœnam talionis, quando proceditur per accusationem, cum fama præventiva, & clamorosa insinuatione, quando per viam inquisitionis, an requiratur in causis contra Episcopum, & num præventiva Capitulorum manifestatio sit necessaria? & num. seqq.*

2 *Et videntur omnia requiri.*

3 *Sed contrarium in praxi servatur, intellige ut in n. n. seqq.*

4 *Talionis pœna ex generali consuetudine in desuetudinem abiit.*

5 *Circumscripta consuetudine de jure non fuit existimata necessaria accusatoris inscriptio.*

6 *Processus ex omissione illius non vitiatur, cùm suppleatur à jure, ut accusator sit ad d. pœnam obligatus.*

7 *Absque difficultate procedit, quando per reum non fuit petita.*

8 *Forma verificandi præventivam infamiam non est præscripta à jure, & proinde residet in arbitrio Judicis, & Summi Pontificis.*

9 *Præventiva Capitulorum communicatio quatenus esset necessaria, locum haberet, petente reo.*

10 *Præventiva publicatio dictorum testium antequam deponant, imperceptibilis videtur.*

11 *Præventiva Capitulorum manifestatio hodie non est necessaria ad defensionem ex nova forma processus.*

12 *Refert exemplum de Episcopo Serano pro validitate processus.*

13 *Testes contra Episcopos debent esse bona conversationis, & famæ, ac contestes.*

14 *Videtur requiri numerus septuaginta duorum testium deponentium, & duodecim Episcoporum judicantium.*

15 *Numerus prædictus fuit à Jure dumtaxat inductus in speciale privilegium Episcoporum Cardinalium, & aliorum ministrorum Romanæ Curiæ.*

16 *Testes duo si sint omni exceptione majores, sufficiunt pro condemnando Episcopo, & num. seqq.*

17 *Dispositio* Canon. Præsul. *exigentis septuaginta duos testes pro condemnatione Episcopi, recessit ab Aula, & contrarium in praxi observatur, & quare?*

18 *Testium major numerus est adhibendus pro Causa graviori, ex qua Episcopus vel deponi, vel degradari debeat.*

19 *Numerus prædictus testium, sicut & duodecim Episcoporum Judicantium, remittitur arbitrio, & prudentiæ Pontificis juxta facti circumstantias.*

20 *Testium qualitates requisita à Concilio pro condemnando Episcopo, videntur esse probanda de Jure per Fiscum illas adducentem.*

21 *Contrarium in praxi observatur, & de Jure etiam verius videtur.*

22 *Idoneitas, & bona conversatio, & fama requisita in testibus per Canones, & Concilium non est probanda, cùm de Jure præsumatur, & n. seq.*

23 *Superlativa aliqua qualitas si requiratur, non præsumitur, sed est probanda.*

24 *Episcopus repellere nequit suum familiarem à testimonio, sub prætextu, quod non sit bonæ famæ; sed repellere illum potest Judex ex officio.*

25 *Testes contra Episcopos non sunt passim recipiendi homines abjectæ conditionis; sed in eorum causis debet maxima circumspectione procedi.*

26 *Mos qui servatur in Curia, antequam instruantur causa contra Episcopos.*

27 *Subditi sicuti non debent proprios Episcopos ex levi causa vexare, ita nec debent negligere illorum graves excessus Summo Pontifici deferre.*

28 *Testes criminosi & singulares an admittantur ad testimonium ferendum contra Episcopos.*

29 *Testes criminosi nec semiplenam probationem faciunt contra Episcopos, quoad pœnam ordinariam depositionis; benè tamen quoad pœnam extraordinariam, & num.* 119.

30 *Episcopus reus vigore Conciliaris dispositionis nequit condemnari, nisi sit confessus, aut convictus testibus fide dignis.*

31 *Textus in* cap. per tuas il 1. de simon. *declaratur, & n.* 134.

32 *Testes criminosi quomodo & quando sint admittendi contra Prælatos, sive Regulares, sive Sæculares.*

33 *Testes criminosi, & socii criminis admittuntur si agatur de pœna extraordinaria.*

34 *Confidentia crimen probari potest contra Episcopos, & Cardinales, per testes singulares, & socios criminis, etiam pro pœna privationis perpetua beneficiorum, & 126.*

35 *Testes singulares singularitate diversificativa, an de Jure communi plenè probent, ut possit infligi pœna ordinaria, an solùm pœna extraordinaria, vel tortura remissivè.*

36 *Testes singulares singularitate obstativa nullo modo probant; & de materia remissivè.*

37 *Testes in terminis Concilii Tridentini contra Episcopos debent esse omninò contestes pro infligenda pœna ordinaria depositionis.*

38 *Concilii Tridentini dispositio non intrat, quando agitur de irroganda pœna extraordinaria, & proinde possunt admitti testes singulares eo modo, quo permittitur à Jure communi, & num.* 128.

39 *Dicta dispositio Concilii, quoad testium contestualitatem, habet etiam locum in delictis exceptuatis, nempè simonia, & heresis.*

40 *Bulla Pii V. disponens, posse confidentia crimen probari per testes singulares etiam quoad pœnam ordinariam perpetuæ privationis, derogavit Concilio Tridentino.*

41 *Dispositio prædicta Bullæ an se extendat ad simoniam remissivè.*

Agentes de causis Episcoporum, eorumque depositione, quæritur, num in hujusmodi causis, quando proceditur per viam accusationis, accusa- 1
tor

tor debeat se inscribere ad pœnam talionis; & quan-
do per viam inquisitionis, an debeat præcedere fa-
ma, & clamorosa insinuatio; & an sint manife-
standa Episcopo inquisito omnia capitula super qui-
bus est inquirendum, cum dictis, & nominibus te-
stium, ut facultatem habeat se defendendi, & ex-
purgandi?

Et videntur omnia requiri ad validitatem Proces-
2 sus; nam quoad primum videtur adesse tex. *in cap.*
qualiter, & quando 2. de accusat. cap. licet Heli de
Sim. Can. Quisquis 2. quæst. 8. ubi Gloss. *can.* 8. 3.
quæst. 9. Can. Nullus §. inscriptio 4. quæst. 4. Can.
Qui calumniam 5. quæst. 6. Synod. Constant. Can. 6.
Hostien. *in d. cap. Qualiter, & quando num. 12. &*
sub num. 21. & in cap. Inquisitionis num. 46. Joan.
Andr. *in eodem cap. Qualiter, & quando col. 4. v.*
Malignè, Farinac. *cons. 75. num.* 23. Quoad secun-
dum videtur loqui tex. *in cap. Inquisitionis §. ter-*
tia dubitationis de accusat. cit. cap. qualiter, & quan-
de §. Contra quos, d. cap. licet Heli post princ. Et
quoad tertium videntur facere idem tex. *in cap. Qua-*
liter, & quando, ibique Gloss. Host. *nu.* 15. Anchar.
num. 18. Socc. *num.* 639. *&* 640. Fagn. *num.* 29.
Gemin. *in cap. 1. num. 3. & in cap. 2. num. 4. de*
accusat. in 6. Can. Eorum 11. quæst. 3. & ibi Gloss.
v. intelligas, & quæ superiùs diximus *nu.* 89.

Verùm his non obstantibus, contrarium in pra-
3 xi servatur. Quoad primum, siquidem pœnæ ta-
lionis asperitates ex generali omnium Tribunalium,
& Principatuum consensu in desuetudinem abjerunt.
Bart. *in l. 7. num. 12. de accusat.* Menoch. *de ar-*
bitr. lib. 2. casu 322. num. 3. Cabal. *resol. crim. ca-*
su 166. num. 2. Villagut. *in prax. crim. cap. 6. concl.*
1. in princ. Guazz. *defens. 3. cap. 3. num. 13. vers.*
sed circa illud, Zuff. *de legitim. proces. quæst. 27. nu.*
8. Raynal. *observ. crim. p. 3. cap. 34. §. 8. num.* 3.
Idque non absque ratione introductum, cùm nulli
invenirentur, qui ob difficultatem probationum,
cum tanto periculo ad accusandum accederent, ut
4 tradunt communiter Bald. *in l. qui crimen col. fin. nu.*
23. *vers. nam posset, Cod. de his qui accus. non poss.*
Felyn. *in cap. Super his num. 5. de accusat.* Honded.
cons. 112. nu. 43. lib. 1. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap.*
9. num. 3. Gandin. *in tract. de malef. rubr. qualiter fiat*
accusatio num. 6. Clar. in praxi crim. §. fin. quæst. 12.
num. 17. Zuff. *de legitim. proces. quæst. 27. num.* 9. &
optimè Scacc. *de jud. lib. 1. cap. 51. nu.* 13.

Imo etiam circumscripta contraria consuetudine,
5 solemnitas inscriptionis in libello numquam necessa-
ria existimata fuit, omissa namque semper subintel-
ligitur ex dispositione legali, ut per Gloss. *in l. in*
causis Cod. de accusat. & pluribus relatis firmat *Clar.*
§. fin. quæst. 12. nu. 18. vers. de jure autem civ. nec
vitiatur processus ex ipsius omissione ob probabilem
6 accusatoris calumniam, cum suppleatur à lege, ut
accusator semper maneat obligatus ad dictam pœ-
nam talionis, & ad prosequutionem accusationis,
ut de communi opinione tenet Card. Alex. *in Can.*
de accusat. 2. num. 8. col. 3. in fine, Foller. *in pract.*
crim. Can. ver. accusat. porrect. cap. 3. numer. 50.
Boss. *in tit. de inquis. nu. 14. in fin.* & absque dif-
ficultate prædicta procedunt, quando per reum non
7 fuit petita, neque supposita, ut censeatur eidem
renunciasse, quapropter de nullitate redarguere pro-
cessum non valet, Guaz. *defen. 3. cap. 3. in fin.*
Scacc. *lib. 1. de jud. cap. 51. num. 11. vers. unde si*
Processus in fin.

Quoad secundum de præventiva necessaria infa-
8 mia, ex clamorosa insinuatione ad inquisitionem,
cùm per Conciliarem sanctionem non sit præscripta
certa forma eam verificandi, residet in arbitrio Judi-
cis, & præsertim Summi Pontificis, coram quo so-
lent hujusmodi causæ agitari, & proinde nullatenus
est habenda in consideratione prædicta exceptio, ex
traditis per Fagnan. *in cap. Pervenit il primo de*
test. cogen.

Quoad tertium verò de præventiva communicatio-
ne Capitulorum, quatenus esset necessaria, suum lo- 9
cum haberet, quando à reo illa peterentur, vel ex-
ciperetur de eorum manifestatione, illo verò tacente
hujusmodi communicatio non est de substantia proces-
sus, ita ut amplius de illius nullitate excipi non va-
leat, ut explicando *cit. tex. in cap. Qualiter, &*
quando, monet Petrus Anchar. *in cap. 1. num. 3. de*
accus. in 6. Panorm. *in d. cap. Qualiter, & quando*
num. 10. & 13. ubi, quod processus non est nullus,
si reus non petierit Capitula; imò quoad dicta, & 10
nomina testium, eorum præventiva publicatio per
Conciliarem sanctionem præscripta prætendi non po-
test, cùm imperceptibile sit, quod publicari debeat
depositio, antequam testis examini se subjiciat, &
respectu præventivæ Capitulorum notitiæ, ea non est 11
de necessitate defensionis, quam sufficienter parare
potest inquisitus, postquam fuerit de prætensis crimi-
nibus interrogatus, vel post publicationem processus,
quæ fit ad effectum, ut ille se defendere valeat, & ita
in praxi non videtur practicabilis ista exceptio, cùm
semper facultas se defendendi habeatur, licèt mutata
forma ex moderno usu processus, ut advertit Felyn.
in cap. dilecti num. 7. extra de except. Seysell. *in l. ut*
vim num. 6. lect. 1. in sect. 2. num. 11. à fin. in praxi
jud. §. 31. num. 5. & seqq. Cart. *de exec. senten. cap.* 12
3. nu. 34. & 37. Guazz. *defens. 29. cap. 4. nu. 8. in*
fin. §. Sed per, &c. & juxta prædicta, disputato acer-
rimè articulo coram Auditore Cameræ in crim. in So-
rana pro fisco, & adhæren. contra Reverendissimum
Episcopum prætendentem nullitatem processus, fuit
dictum constare de validitate processus die 3. Octo-
bris 1701.

In eisdem causis contra Episcopos etiam ex mente
S. Conc. Tridentini requiruntur testes bonæ conver- 13
sationis, & famæ, imò contestes, ut consulendo de-
cori Episcoporum statutum fuit *sess. 13. de reform.*
cap. 7. & quod aliàs non recipiantur, & si odio, te-
meritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravi-
bus pœnis mulctentur. Unde plura insurgunt dubia,
& Primum quot Testes requirantur; Secundum ad
quem spectet probatio, quòd habuerint Testes qua-
litates prædictas; Tertium an sufficiant testes singula-
res, & socii criminis?

Quoad primum, videtur esse requisitus numerus
septuaginta duorum Testium ad deponendum Episco- 14
pum, imò duodecim Episcoporum judicantium, *Can.*
Nullam 2. quæst. 5. ibi: *Nullam damnationem Epi-*
scoporum unquam esse censemus, nisi aut ante legiti-
mum numerum Episcoporum, qui fit per duodecim
Episcopos, aut certè probata sententia per septua-
ginta duos Testes idoneos, qui tales sint, qui accu-
sare possint, quod etiam *injungitur in Can. Præsul*
eadem Causa, & quæst. & ita fuit observatum in
accusatione Marcellini Papæ in Synodo Sinuessana
ad exemplum libræ occiduæ, quæ septuaginta duos
solidos continebat, ut refert Joannes Darti in De-
creto *Caus. 2. quæst. 1.* & latè de dictæ libræ significa-
tione, Gonzal. *ad lib. 2. Decretal. cap. 23. num. 6. de*
testibus, qui dicit, usque à tempore D. Sylvestri Pa-
pæ fuisse statutum, Episcopum non damnari nisi se-
ptuaginta duobus Testibus, Presbyterum Cardinalem
nisi sexaginta quatuor, & Diaconum Cardinalem vi-
ginti septem, ex *cit. Can. Præsul. & Can. Nullam*; de
quo illa assignatur ratio, nempè ex numero septua-
ginta duorum discipulorum, quos Christus sibi ele-
git, tum quia in Sacra Scriptura maximo in hono-
re habitus fuit talis numerus. Sed congruentiùs de
hoc triplex ratio assignari potest, prima quod plus
credatur Episcopis, quàm pluribus testibus, secunda
quod Episcopi pro justitiæ administratione plures ha-
beant infestos, & tertia, quia non minùs deni-
grantur Ecclesiæ propriæ, quàm personæ Episcopo-
rum per horum condemnationem, idcircò cautiùs
contra eos procedendum est.

Contrarium tamen est statuendum, non esse sci-
licet necessarium talem numerum, cùm præcitati 15
textus loquantur de Episcopis Cardinalibus, aliisque
Mini-

Ministris Ecclesiæ Romanæ etiam Cardinalibus, unde fuit privilegium proprium Romanæ Ecclesiæ Ministrorum, propter atroces persecutiones, quas ii patiebantur ab Infidelibus, quòd apud primam Sedem commorarentur, & sic magis in odio erant; hinc priùs à dictis Canonibus contrarium generaliter fuit statutum, quod sufficiant duo Testes, ut idem Gra-
16 tian. comprobat initio *quæst.* 5. *caus.* 2. & ita docent Doctores de dictis Canonibus loquentes, *Abb. & Hostien. cit. per* Fagn. *in cap. Cum esses* 144. *de testamentis*, & ex eodem Gratian. *cit. caus. & quæst. ait idem* Fagn. *num.* 145. saltem intelligendum esse quod dixerunt citati Canones in contrarium, quatenus Testes non fuerint omni exceptione majores, nam alioquin testes laudabilis vitæ, & si minori numero etiam duobus, sufficiunt ad Episcopi condemnationem, Gratian. *discept.* 226. *nu.* 25. & lex ipsa divina statuit, numerum duorum, vel trium sufficere, & probat Gratian. *in princ. dictæ quæstionis* 5. ibi: *In ore duorum, vel trium est omne verbum*; lex autem Canonica potest declarare qualitatem Testium, ut nisi sint omni exceptione majores, requiratur major numerus, secus si sint idonei, ut apud *cit. Doctores*, præsertim Fagn.

Sed quidquid sit de dispositione *Can. Præsul.* tam
17 rigorosa; certum est fuisse reprobatam, vel ex eo quia est contraria Sacris Canonibus aliter dicentibus, ut notat Dart. *cit. loc. versic. Cæterum*, vel ex eo quod in praxi, sic approbante Summo Pontifice, servatur posse Episcopum condemnari per duos, vel tres testes idoneos, ut dixerunt Fagn. *cit. loc. in fin. Roman. singular.* 207. *in fine*, *& ibi Adden.* recessisse ab aula dictam formulam. Guazzin. *reorum defens.* 33. *cap.* 14. *numer.* 5. *Jul. Clar. in pract. qu.* 66. *num.* 5. *ubi Addens ad eum litt. Q.* refert, ita fuisse servatum in condemnatione Cardinalis Carafæ jussu Pii IV. Crotus *de testib. num.* 225. Barbatia *de præstant.* Card. *quæst.* 11. *num.* 1. Farinacc. *quæst.* 63. *num.* 244. idque patet etiam ex Concil. Trident. *cit. cap.* 7. *sess.* 13. *de ref.* ubi non statuitur talis numerus, sed voluit eos contestes, & optimis qualitatibus præditos, quod difficiliùs in septuaginta duobus Testibus posset verificari, præsertim contextualitas; & quatenus aliquis rigor major initio Ecclesiæ fuerit, evenit quia tunc depositiones fiebant per modum aliquem extrajudicialem in Conciliis ex permissione Papæ, secus autem hoc tempore, quo fiunt, vel coram Papa, vel coram ejus Delegato, instructo judiciali processu cum termino ad reprobandum Testes, & se defendendum: ita etiam numerum duo-
18 decim Episcoporum judicantium non fuisse requisitum ex necessitate dicendum est, sed ex congruitate, in honorem scilicet Episcopalis culminis, Barbos. *mox cit. num.* 10. & sic totum hoc remittitur Summi Pontificis arbitrio, & prudentiæ, cùm de hoc nihil disposuerit Concilium, sed tantùm quod possit Papa delegare Episcopos, non assignando numerum,
19 prout nec Concilium aliud disposuit circa id, quod debeat esse concors Judicantium judicium juxta disposita in *Can.* 1. 6. *quæst.* 4. unde cùm nil innovaverit, videtur id reservatum, ut docet Barb. *cit. alleg.* 113. *de pot. Episc. num.* 8. *vers. Tertio*, nisi tamen ex commissione aliter eliciatur, vel reservetur ultimum judicium Papæ, & ex usu commissionis tale concors judicium non est necessarium.

Quoad secundum dubium, videtur incumbere Fi-
20 sco, qualitatem Testium à Concilio requisitam probare; quando enim aliqua qualitas à jure requiritur, ab eam allegante debet probari; cùm enim Fiscus testes producat contra reum, sicuti debet producere cum qualitatibus requisitis, ita has debet probare, ut docuerunt Mascard. *de probat. lib.* 3. *Conclus.* 1360. *num.* 7. Farinac. *ex communi opinione in tit. de indic. & tortura quæst.* 47. *nu.* 211. *& seqq.* & in terminis Testium contra Episcopos *Vermigliol. Cons. Crim.* 148. *num.* 15.

Verùm, quidquid sit de jure, certum est in praxi id non admitti, ut teneatur Fiscus probare qualita- 21
tem Testium, prout *cit.* Farinac. *quæst.* 47. *nu.* 215. dixit. Etenim recessit ab usu quod olim testes faciebant, duplex præstando juramentum, unum de veritate dicenda, & alterum quod nec amore, nec odio, nec propria utilitate testificabantur, ex verbis forsan dicti Concilii, Et si odio, temeritate, aut cupiditate deposuerint, gravibus pœnis mulctentur.

Tamen præcisa observantia etiam de jure potest sustineri probationem illam non incumbere Fisco, quia tam Canones antiqui, *ut Can. accusatio* 18. 2. *quæst.* 7. quàm etiam ipse *Canon Præsul* loquuntur tantùm de testibus idoneis, discrepando dumtaxat circa numerum, ut dixi. Ita etiam Concilio Tridentino *cit. cap.* 7. quod scilicet Testes sint bonæ conversationis, & fa-
mæ, requisita idoneitate simpliciter, non requiritur 22
probatio, cùm quilibet præsumatur idoneus. Secùs autem esset, quatenus jus vellet in Testibus qualita-
tem superlativam, quæ non præsumitur, ut in termi- 23
nis, si requirat testes omni exceptione majores, docent contrarii Doctores adducti: prout etiam si diceret, undique idoneos Testes recipi, seu optimæ famæ, & hujusmodi, superlativum enim non præsumitur, ut optimè Farinac. *quæst.* 62. *num.* 6. *Hodiern.* ad Surd. *dec.* 177. *num.* 8. & in terminis *capit. cùm esses de Testamentis*, in quo Papa requirit Testes idoneos, non debere articulari, & probari qualitatem testium, qui idonei dicuntur, quatenus nulla exceptione legitima repelli possint, dixit Rota *decis.* 369. *part.* 9. *tom.* 2. *recen.* Et in terminis causarum hujusmodi, in praxi docet Raynald. *in supplet.* 7. *ad obser.* 32. *num.* 143. cùm ipse fuerit relator plurium similium Causarum in Congregationibus deputatis; & hìc etiam adverto non posse Episcopum, fa-
miliarem suum repellere à testimonio tamquam non 24
bonæ famæ, quia nequit reprobare quem approbavit *cap. nulli de accusat.* & hoc specialiter est sancitum in odium, & pœnam Episcoporum tolerantium in sua Domo criminosos, & inhonestos; potest tamen Judex ex officio repellere talem testem, si non ob commodum accusati, saltem ob dignitatem judicantis, & honorem dignitatis judicatæ, Gloss. *ibid.* Piringh. *in jus Canonic. lib.* 5. *tit.* 5. §. 5. *numer.* 26. optima tamen ratione debet in hac re consuli decori Episcopali, prout tot jura nedum antiqua, sed novissima, præ-
sertim Concilium Tridentinum totis viribus incul- 25
cant, ut non recipiantur passim homines infimæ conditionis satis obnoxii, vel subornationi subjecti ob pecuniam, vel ob timorem Dominorum temporalium, qui solent vexationibus urgere Pastores Ecclesiarum, ut donec causæ eorum agitentur per absentiam Episcoporum, ipsis licitum sit quid velint agere in detrimentum Ecclesiasticæ jurisdictionis, & ulteriùs post condemnationem Præsulum formidabiles se reddant successoribus, qui ultra quàm debent formidolosi fiunt, & sic duplex emolumentum in his judiciis acquirunt, & præsertim debet servari, quod sanctissimè Concilium injunxit, ut mulctentur Testes, qui odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint; in hac enim materia non debet tam Criminalibus regulis duci, quàm Canonicis statutis ad hoc laudabiliter editis: sacerdotaliter enim ad investigandam veritatem propter Deum accingi debet, ut
in his Causis Episcoporum fuit dictum *in Can. sicut* 26
45. 2. *quæst.* 8. Hinc in *Can. qui crimen.* 2. *quæst.* 8. dicitur, *qui crimen objicit scribat se probaturum, & qui non probaverit quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur*. Laudandus igitur est mos, qui servatur in Curia, quod antequam instruantur Causæ contra Episcopos, solent plures instructiones requiri à viris probis, imò & Episcopis, ac Metropolitanis, ut possit, veritate perspecta, in judicium negotium deduci, juxta *Can. Clericos, aut laicos* 2. *quæst.* 7. ibi: *Clericos, aut laicos passim accusantes, & sine probatione Episcopos, aut Clericos, ad accusationem non recipiendos decernimus, nisi priùs discutiatur eorum existimationis opinio*. Et sicuti non est permittendum

tendum Episcopos à subditis vexari pro qualibet re
27 levi, ita etiam non debent terreri subditi, ne ipsum
accusent in Criminibus, ita enim Prælatorum delicta
28 subditi nulla dissimulatione negligere debent, *cit. Can.*
sicut 45. ibi: *Nam si quis in hoc piger, aut negligens*
esse præsumpserit, dictis Criminibus apud Deum se no-
verit esse participem, cujus zelo ad perscrutandas
subtiliter nefandi facinoris causas non movetur, & de-
bent auribus Romani Pontificis deferri excessus, Can.
quas propter 47. *eadem causa, & qu.* ibi: *sive Epi-*
scopum, sive Presbyterum, sive Diaconum viderit
excedentem, & non protinus ad aures Romani Pon-
tificis deferre curaverit. Sicut inquit *D. Greg.* rela-
tus *in cap. admonendi* 2. *qu.* 8. *Admonendi sunt subdi-*
ti, ne plusquàm expedit sint subjecti, ne cùm stu-
deant plusquam necesse est hominibus subjici, compel-
lantur vitia eorum venerari.

Ad tertium, dubium dicendum videtur requiri testes,
29 qui non sint criminosi, ista enim non habent qualita-
tes requisitas à Concilio, nempè bonæ famæ, & exi-
stimationis; unde non debent admitti, prout etiam
ii, qui non contestantur dictum inter ipsos, prout
sunt singulares ex mente ejusdem Concilii.

Tamen in hac materia distinguendi sunt casus. Aut
agitur ad infligendam pœnam ordinariam depositionis,
vel privationis perpetuæ, quæ æquiparantur à Con-
cilio, & tunc criminosi, & socii criminis, non va-
lent probationem facere, neque semiplenam, quam-
vis purgati cum tortura. Aut agitur quoad pœnam
extraordinariam, & tunc possunt admitti ex forma
juris præscripta.

Primum enim probatur ex dicta Conciliari expressa
dispositione, quæ debet observari, uti inductiva no-
væ formæ, cùm non possit Episcopus condemnari ob
præsumptiones, & adminicula, ut fuit mens Con-
30 cilii, sed debet reus esse confessus, vel convictus testi-
bus fide dignis, & ideo nequit Episcopus torqueri pro
habenda veritate, Farinac. *qu.* 41. *nu.* 68. Passerin. *in*
pract. qu. 2. *art.* 4. *nu.* 68. Raynald. *cit. supplet.* 7. *n.* 190.

Nec obstat Textus *in Cap. per tuas* 2. *de Simon.*
31 Imò favet, quia in ipso Pontifex limitat conclusio-
nem, non admitti scilicet testes criminosos in delicto
Simoniæ, si agatur pro pœna depositionis, quod non
procedit quoad Judicium civile tantùm, ut ab admi-
nistratione removeretur tamquam immeritus, & dam-
nosus, & Gloss. *ibid. ver. distinguenda, & ver. tali-*
ter, optimè firmat etiam in delictis exceptuatis non
debere admitti Testes criminosos, in judicio crimina-
li, scilicet pro depositione. Pro remotione tamen,
seu civiliter possunt admitti cum adminiculis de æqui-
tate, non de rigore, si agatur contra Prælatos Regu-
lares infamatos, si autem contra sæculares strictiùs
procedi debet in admissione, semper tamen citra pœ-
32 nam ordinariam, Criminale enim Judicium Textus
ibi intelligit, ubi imponitur pena ordinaria, commen-
surata scilicet excessui, nempe depositio, ut optimè
Abbas *cit. Text. nu.* 13. *ubi Add. Hostien. ibidem*,
ubi ponit id arbitrio Judicis, & plures consideratio-
nes, quando sint admittendi etiam contra sæcularem
Prælatum infamatum, si agatur pro remotione tantùm
Fagn. *ibidem nu.* 24. & 25. Barbos. *ibid. nu.* 1. Imò si
agatur criminaliter, scilicet ad pœnam privationis,
non facit fidem socius criminis, quia tunc pœna con-
digna decernetur, ut explicando Textum *in cap.* 1. *de*
Testibus in 6. docuerunt Barbos. *nu.* 2. *ibid.* Seraphin.
dec. 1029. *num.* 4. & Ubald. *sen. dec.* 500. *repetit. in*
dec. 93. *nu.* 3. *& seq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Sed si agatur de pœna extraordinaria, tunc verum
33 est posse admitti Criminosos socios criminis, ea for-
ma, quæ præscribitur à Jure, quia in tali casu non
applicatur dispositio Concilii loquentis de pœna or-
dinaria depositionis, vel perpetuæ privationis, ut in
cap. 6. *sess.* 13. *& cap.* 5. *sess.* 24. *de refor.* unde relin-
quit in dispositione Juris quoad pœnas minores; pro
quo notandum *cap.* 7. *sess.* 13. ibi: *Seu alias in causa*
principali contra Episcopum. Quod esset superfluum,
si non importaret causam depositionis, vel privatio-
nis perpetuæ, quia eam antea expresserat in causa
Criminali. Et rursus confirmatur ex *Constit.* 85. in-
cipit *Intolerabilis* S. M. Pii V. §. 4. 6. & 7. ubi sta- 34
tuitur, ut Crimen confidentiæ possit probari per
præsumptiones, testesque singulares, ac socios Cri-
minis contra Episcopos, & Cardinales pro pœna
privationis perpetuæ beneficiorum; si enim hic mo-
dus probandi ex jure resultaret, frustratoria esset talis
dispositio Bullæ, in qua fuit derogatum omnibus Con-
stitutionibus in contrarium.

Ita etiam erit dicendum quoad contestualitatem.
Nam secundùm jus commune, & Criminalistas est
dubium, an Testes singulares singularitate diversifi- 35
cativa possint plenè probare delictum, pro irrogatio-
ne pœnæ ordinariæ, vel tantùm ad torturam, seu
pro pœna extraordinaria, cùm obstativi nullo modo 36
probent, & adminiculativi ad torturam, vel ad pœ-
nam extraordinariam tantùm, ut latè Castropal. *to.* 1.
tra. 4. *disp.* 8. *punct.* 15. §. 4. *nu.* 15. Farin. *quæst.* 64.
num. 306. & de materia agunt Passerin. *in Tribunal.*
Regul. quæst. 13. *art.* 3. Flores Diez de Mena *pract.*
qu. 3. *lib.* 3. *qu.* 22. *num.* 40. *& seqq.* Cevall. *Comm.*
contra Commun. quæst. 280. *nu.* 18. Sousa *in tract. de*
testibus singularibus post tract. Aphorismorum Inquisit.
sect. 2. Hurtad. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 4. Bordon.
tom. 5. *in Prax. crim. cap.* 19. Verricell. *tract. mor.*
quæst. 44. *& seq.* ubi distinguuntur testes singulares
in diversas species, & inquiritur, quam probationem
faciant, & pro qua pœna imponenda. In delictis ta-
men occultis, & difficilis probationis, admittuntur sal-
tem diversificativi, præsertim ejusdem speciei delicti,
ut latè Raynald. *cit. supplet.* 7. *nu.* 8. & pluribus sub-
sequentibus, & antecedentibus, & in crimine simo-
niæ *num.* 157.

Sed quidquid sit de jure communi, in terminis
Concilii, certum est requiri testes, contestes, & ple-
nam probationem facientes; non verò sufficiunt 37
præsumptiones, aut conjecturæ, semper tamen cum
intellectu, si agatur pro pœna depositionis, aut priva-
tionis perpetuæ. Unde quatenus agatur de alia pœna 38
extraordinaria, non intrat Concilium, sed erit proce-
dendum ad formam juris, quando possit procedi ad
talem pœnam majorem, vel minorem, juxta qualita-
tem singularitatis, & numerum testium, ut disputant
citati Doctores.

Prædictis suffragari videtur, quod novissimè scri-
psit Dominus Raynaldus in hac materia satis versatus
cit. suplet. 7. *dub.* 2. *& seqq.* & præsertim *dub.* 5. *à nu.*
150. ubi casus quos refert, omnes continent pœnas
extraordinarias, & quamvis ibi dicat Concil. non lo-
qui quoad crimina exceptuata, prout est illud simo-
niæ, & hæresis, juxta dicta in *cap. per tuas litteras*
de simonia, ex eo, quod Concilium talia delicta 39
non explicet; tamen id non subsistit, quia Concilium
loquitur indefinitè de causis Episcoporum, in quibus
pœna depositionis, vel privationis sit irroganda.
Imò cum S. M. Pius V. *cit. constit.* 85. contra Com- 40
mittentes confidentiam expressè demandaverit testes
singulares admitti ad plenè probandum contra Episco-
pos, & sic posse procedi ad privationem Beneficio-
rum perpetuam in Bulla pro pœna indictam, elicitur,
id non fuisse jure Concilii, cui Pontifex derogavit,
quod agnovit dictus Raynaldus, qui se restrinxit ad
pœnas extraordinarias, & quod d. Bulla se extendat 41
ad simoniam, dixit *dub.* 2. *nu.* 42. *& seqq.* Sed quid-
quid sit de tali extensione, & de quibus Testibus sin-
gularibus debeat intelligi Constitutio illa, dicam in
ejus Commentario (Deo dante) certum est non
posse firmari dari pœnam depositionis, vel privatio-
nis perpetuæ contra Episcopum ex Testibus singu-
laribus, quia directè obstat Concilium, nisi ex ali-
qua speciali constitutione aliter à Papa fuerit cautum,
prout etiam quoad Testes socios Criminis dixi supra.

SECTIO III.

Quando possit, & debeat deveniri ad pœnas extraordinarias contra Episcopos, & quænam sint illæ?

SUMMARIUM.

1 *Pœna extraordinaria imponi possunt Episcopis, si stante singularitate testium deveniri non potest ad pœnas ordinarias.*

2 *Pœna extraordinaria quæ sit, remittitur arbitrio Judicis, attentis circumstantiis causæ, & processus.*

3 *Pœna extraordinaria perpetua suspensionis à jurisdictione, vel à muneribus Ordinis Episcopalis, an possit Episcopo irrogari, & quando, nu. 5.*

4 *Pœna extraordinaria est pœna inferior pœna de jure delicto debita, & dependet à Judicis arbitrio.*

5 *Depositio ab Episcopatu, & privatio æquiparantur.*

6 *Suspensio perpetua imponi potest Episcopo in pœnam extraordinariam, si pœna ordinaria pro ejus delicto esset depositio.*

7 Text. in cap. Per tuas, il primo de Simon, *loquens de Judicio Civili, habet etiam locum in Criminali.*

8 *Judicii Civilis nomine in dicto textu intelligitur, quando agitur pro infligenda pœna extraordinaria delicto, Criminalis verò quando agitur pro pœna ordinaria.*

9 *Depositionis, seu degradationis pœna ordinaria debita delicto, non habet locum, quando proceditur per inquisitionem, sed loco illius subintrat pœna extraordinaria perpetuæ remotionis.*

10 *Eadem pœna extraordinaria remotionis, locum habet quando ex defectu plenæ probationis deveniri non potest ad pœnam ordinariam depositionis.*

11 *Dicta pœna extraordinaria remotionis nequit imponi, si pœna ordinaria esset minor depositione.*

12 *Delicta per inquisitionem detecta, non pœna ordinaria, sed minori, & extraordinaria puniri debent.*

13 *Limitatur tamen prædicta conclusio in homicidio, & Simonia, ex quibus etiam per inquisitionem deveniri potest ad pœnam ordinariam depositionis.*

14 *Pœna extraordinaria, spectatis circumstantiis augeri potest usque ad perpetuam remotionem, & adducuntur nonnullæ circumstantiæ.*

15 *Episcopus Nolanus ad quas pœnas condemnatus fuit à S. Congr. deputata.*

16 *Parochus potest in pœnam extraordinariam perpetuo suspendi, nec inducitur ex hac suspensione Ecclesiæ Parochialis vacatio.*

17 *Remotionis perpetuæ pœna extraordinaria non est tam facilè imponenda.*

18 *Episcopus condemnatus ad perpetuam suspensionem ab Ordine, & Jurisdictione, an cogi possit per Papam ad resignandum suum Episcopatum, & resolvitur affirmativè nu. seqq. & respondetur objecto nu. 25.*

19 *Nova Episcopi electio in quo casu locum habeat, post sententiam suspensionis, seu remotionis perpetuæ.*

20 *Dicta nova electio regulariter locum non habet, nisi concurrat depositio, vel privatio prioris Episcopi.*

21 *Papa potest deponere Episcopum, justa existente causa, & si illum sine aliqua sua culpa removeat, tenetur dare cambium.*

22 *Potest etiam ex justa causa nedum deponere, sed illum cogere ad resignandum.*

23 *Utilitas Ecclesiæ, vel ipsius Episcopi est causa cur ipse possit à Papa ad resignandum compelli.*

24 *Episcopus, stante scandalo Populari, cogi potest ad resignandum.*

25 *Depositio datur pro delicto, coactio ad resignandum pro scandalo.*

26 *Diffamatio delicti Episcopi, & scandalum ortum ex ejus condemnatione in perpetuam suspensionem, sunt justa causa, ut possit ad resignandum compelli.*

27 *Episcopus variis modis compelli potest per Papam ad hanc resignationem faciendam, & primo si moneatur ad resignandum.*

28 *Et si dicto præcepto Pontificis fuerit inobediens, tunc in pœnam inobedientiæ deponi potest.*

29 *Præsertim si in præcepto apposita sit pœna indignationis Papæ.*

30 *Papa inhibere potest Episcopo, quando iste non vult resignare, ut in perpetuum se abstineat ab administratione Episcopatus, & in hoc casu provideri potest Ecclesia de novo Episcopo.*

31 *Papa an possit authoritate absoluta Episcopum privare suo Episcopatu sine justa causa, discrepant Doctores.*

32 *Papa est dominus omnium beneficiorum.*

33 *Papa potest in Foro fori authoritate absoluta Episcopum privare sine justa causa, sed peccat.*

34 *Episcopus deponi potest sine propria culpa, dummodò concurrat causa boni publici, vel Ecclesiæ.*

35 *Et in hoc casu debet illi dari cambium.*

36 *Papa procedens de plenitudine potestatis, & ex motu proprio, privare potest Episcopum criminosum etiam non convictum, vel confessum, & absque defensionibus.*

37 *Ad dictam depositionem moveri potest Pontifex ex circumstantiis, & causis aliunde quam ex processu sibi notis.*

38 *Casus refertur in quo, etsi Pontifex processerit ex plenitudine potestatis, tamen defensiones concessit Episcopo, & si modum probationum restrinxerit.*

39 *Congrua assignari debet Episcopo ad resignandum coacto, etiam ex culpa propria.*

40 *Congrua quæ assignatur Episcopo resignanti sine propria culpa, debet esse pinguis, & Conciliaris, & non purè alimentaris.*

41 *Illa verò quæ assignatur Episcopo resignanti ex propria culpa, restringitur ad puram alimoniam.*

42 *Alimonia prædicta non taxatur eodem modo, ac taxatur Episcopis spontè resignantibus, quibus in Regno solet dari Ducatorum 800.*

43 *Videtur remissa arbitrio, & prudentiæ Summi Pontificis juxta facti circumstantias.*

44 *Stante incapacitate Ecclesiæ quisnam sit præferendus, an Episcopus, qui coactè renunciavit, in pensione sibi reservata pro congrua; an Episcopus titularis pro sua congrua sive conciliari sive alimentari?*

45 *Præferendus est titularis, si huic fuit expressè reservata congrua cum pensionis onere ad favorem resignantis.*

46 *Sed si fuit derogatum congruæ Conciliari, tunc Episcopus titularis non potest prætendere nisi congruam alimentarem, computatis redditibus, si quos habet Patrimoniales.*

47 *Congrua resignantis an diminui possit in supradicto casu, si alio modo secundus Episcopus titularis non possit habere suam congruam alimentarem, vel ex redditibus Ecclesiæ, vel ex Patrimonialibus.*

48 *Videtur dicendum esse præferendum primum Episcopum resignantem tamquam primum sponsum.*

Verior

Verior est contraria sententia ex subsequenti ratione.

49 *Congrua debetur nedum in gratiam Episcopi, sed etiam Ecclesiæ, cujus secundus Episcopus est actualis sponsus, & cui actu inservit.*

50 *Fructus assignantur Episcopo ab Ecclesia, & à Populo pro servitio, & gubernio, quod ab ipso Episcopo habetur.*

51 *Congrua debetur Rectori actu deservienti ad instar expensarum, quæ pro cultura, & recollectione fiunt.*

52 *Cultus Ecclesiæ, & Cura Populi facilè desererentur, si Episcopus inserviens, aliunde cibum quærere deberet, & n. 55.*

53 *Episcopus titularis præfertur pro sua congrua reservatario fructuum, & Pensionariis, quia ille agit de causa onerosa, hi verò de lucrativa.*

54 *Eadem ratione præferri quoque debet Episcopus qui resignavit.*

55 *Episcopus, qui resignavit, cum minori dedecore aliunde victum quærere potest, quàm ille, qui actu Ecclesiam gubernat.*

56 *Ecclesia, & subditi jus habent, ut gubernentur ab actuali Episcopo, prævia assignatione fructuum.*

57 *Pensio reservata Episcopo amoto, ab Episcopo successore, motu proprio, & cum clausula ne umquam reducatur in controversiam, nec ullo modo adversus eam juris, aut facti remedium, vel oris aperitio impetrari possit, & cum aliis clausulis prægnantibus, non potest amplius impugnari sub prætextu, quod ipsi successori non remaneat congrua.*

58 *In casu prædicto denegata fuit à Rota admissio testium ad probandum Statum Ecclesiæ, nisi prius obtenta per Episcopum successorem oris aperitione, & reductione ad viam juris.*

59 *Clausulæ supradictæ operantur, ut nullus Judex possit cognoscere, an debeat præservari congrua titularis, nisi prævia oris aperitione.*

60 *Congrua titularis, seclusis prædictis clausulis, videtur de Mandato Rotæ esse de jure præferenda Congruæ Episcopi amoti, vel Pensionarii.*

AD pœnas verò extraordinarias posse deveniri censeo testibus ultra formam Conciliarem, ac
2 conjecturis, & præsumptionibus, ad formam tamen juris, tum quia Concilium loquitur, ut supra dixi, de pœna depositionis, vel privationis, & sic in reliquis militare videtur jus commune, tum quia inverosimile est, sapientissimos illos PP. voluisse Episcopum uti innocentem abire, si ex præsumptionibus, & probationibus imperfectis ex qualitate testium, vel dictorum constet aliqualiter de ejus reatu, eò fortiùs in delictis difficilis probationis usurarum, & similium, ea majori ratione, quod nequit Episcopus torqueri, ut dixi, ut valeat ab eo confessio recipi, & sic loco torturæ datur pœna extraordinaria, ut docent in his terminis citat. Raynald. num. 191. & Fagnan. *in cap. pervenit num. 22. in fin. de Testibus cogen.* ubi in delictis adulterii, stupri, & similium requirentibus pœnam ordinariam depositionis, posset ex defectu plenæ probationis dari extraordinaria pœna, & *numer. fin.* adducit resolutionem Congregationis deputatæ.

Sed ista pœna extraordinaria quæ sit, disputant
2 Doctores, & arbitrio Judicis remittunt, facti circumstantiis scrutatis, testiumque dictis aliisque adminiculis pensatis.

Verum hic oritur dubium, an contra Episcopum
3 possit irrogari pœna extraordinaria remotionis à jurisdictione, vel à muneribus Ordinis Episcopalis?

Pro quo explanando, dicendum, quod pœna
4 extraordinaria à Criminalistis ea vocatur, quæ est inferior pœna Juris alicui delicto imposita; imò etiam diversæ speciei, Guazzin. *Keor. defens. 32. cap. 14.* Vergigliol. *cons. 68. nu. 9.* & majoritas, vel minoritas pœnæ extraordinariæ dependet ab arbitrio Judicis pensatis probationibus, an majorem, vel minorem certitudinem delicti importent, nec dari potest certa regula; considerari enim debet qualitas delicti, an sit de exceptis, vel occultis &c. in quibus minores probationes sufficiunt.

Hinc si pœna ordinaria sit degradatio, seu depositio ab Officio, seu Episcopatu, sive privatio, quæ 5
æquiparantur, Fagnan. *in cap. qualit., & quando nu. 76. de accusat.* tunc potest dari pœna extraordinaria 6
suspensionis etiam in perpetuum ab administratione, & ordine, quia non est in eadem specie ordinariæ, & cùm pœna extraordinaria regulari debeat à Judice secundùm circumstantias delicti, & probationum, ut docuit Turrecrem. *in Can. dictum num. 5. in fin. 81. dist.* hinc poterit ad perpetuam suspensionem deveniri, si circumstantiæ id exigant.

Quod probatur *ex cit. cap. per tuas il 1. de Simonia*, ubi Pontifex dicit temperantia æquitatis se condemnare Prælatum ad pœnam suspensionis, cùm ex defectu probationum ad pœnam depositionis nequeat Judex procedere. Nec obstat quod Textus procedat in 7
Judicio Civili, tum quia fortior ratio est in Criminali, nam in isto proceditur ad pœnam graviorem, quàm in Civili, licèt secùs fiat in probationibus, quæ leviores admittuntur in Civili; tum quia verè Textus Civile Judicium intelligit, si non fiat ad accusationem partis, & pro pœna imponenda æquiparata delicto, quia tunc vocatur criminale Judicium tam- 8
quam ad vindictam promotum. Si verò fiat Judicium pro bono Reipublicæ ad removendum Prælatum ab officio ob damnum quod infert, quia hoc casu proceditur ob bonum publicum, licèt agatur de crimine, dicitur agi civiliter, ut optimè Abb. *cit. cap. per tuas num. 1. & Adden. litt. C.* dicit quod intelligatur civiliter agi, quatenus agatur, non pro pœna ordinaria, & coæquali culpæ, sed pro commodo Ecclesiæ particularis; dicitur tamen criminaliter, si agatur pro pœna ordinaria depositionis, nam hoc respicit interesse Ecclesiæ universalis. Sed quidquid sit de intelligentia hujusmodi Judiciorum, ut apud Passer. *in cap. 1. de Testibus in 6.* signanter *nu. 10. & 11.* sufficit ex præfato Textu *in cap. per tuas* elici, posse procedi ad remotionem, sine plena probatione. Si enim hoc admittitur in judicio Civili, eò fortiùs dicendum in Criminali, quatenus non agatur ad pœnam ordinariam.

Confirmatur rursus *ex cap. qualiter, & quando il secondo de accusat.* ubi Pontifex statuit, ut in delictis, 9
in quibus proceditur per inquisitionem, si gravis fuerit excessus, etsi non degradetur ab ordine (quod idem est ac non deponatur, seu privetur) *ab administratione tamen amoveatur omnino, quod est secundum sententiam Evangelicam, à villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem*, ubi Fagn. *nu. 75.* Cùm enim per inquisitionem factus reus nequeat condemnari ad pœnam ordinariam, *cap. inquisitionis de accusat.* Ergo si Textus loco pœnæ extraordinariæ ponit remotionem perpetuam ibi *omnino*, quare nequit eadem pœna extraordinaria dari ob defectum probationum ad imponendam 10
pœnam ordinariam, quæ esset depositio? Ex his enim elicitur, quod si pœna delicti esset alia minor deposi- 11
tione, non est congrua pro extraordinaria, remotio ex prædicta ratione, quia debet esse minor, & de pœna remotionis per triennium ob non probationem plenam, dixit Fagn. *cap. pervenit num. 22. in fin.* juncta resolutione Congregationis deputatæ *num. fin. de test. cogend.* & alios casus animadvertit Raynald. *cit. suppler. 7. num. 149. ver. Clar.*

Quare cùm in delictis per inquisitionem detectis nequeat dari pœna ordinaria, sed minus illa puniantur, *ut in cit. cap. Inquisitionis de accusat. & concordantibus adductis à* Gonzalez. Barbos. & Fagn. *num. 75. & 76.* 12
ideò ex defectu probationum pœna extraordinaria debet esse minor eadem, quæ erit danda in Judicio

accusationis, quod limitant Doctores in Simonia, &
homicidio, *ex cit. text. cap. Inquisitionis*, ut optimè
13 explicat *cit.* Gonzal. *ibid. & cap. dilectus 29. de Si-
monia num.* 3. itaut in his etiamsi agatur per Inqui-
sitionem, imponi possit pœna ordinaria, quæ est de-
positio, dummodò sit Inquisitio specialis, ut suprà
etiam dixi. Unde hoc posito, poterit Episcopus Si-
moniacus per Inquisitionem specialem repertus, de-
poni. Et sic ex deficientia plenæ probationis poterit
condemnari ad pœnam extraordinariam, quæ spe-
14 ctatis circumstantiis augeri potest ad perpetuam re-
motionem, præsertim si agatur de pluribus deli-
ctis in unum Simoniæ confluentibus, & sic in pro-
batione cujuscumque adsit semiplena probatio. Ta-
men quoad delictum in genere, probationes uniuntur
ad augendam hujusmodi pœnam extraordinariam, ac
concurrente diffamatione, etsi non formiter proba-
ta. Et in facto cum hujusmodi circumstantiis Con-
gregatio deputata Cardinalium in *Nolana* contra
15 Episcopum die 4. Januarii 1695. censuit prævia sus-
pensione in perpetuum à collatione Ordinum, &
exercitio Pontificalium, ac ab omni, & quacumque
Jurisdictione, & munere Episcopali, esse Episcopum
detrudendum per decennium, & ultra in Monaste-
rium à Sanctissimo Domino Nostro designandum,
nec non condemnandum ad restituendum pecunias in-
debitè perceptas, & confessatas, reservato, quoad
non confessatas, jure partibus interesse habentibus,
& interim eumdem Episcopum monendum, ut de
& super his consulat conscientiæ suæ, ac insuper
requirendum dictum Episcopum, ut Ecclesiam, seu
Episcopatum dimittat, eoque dimittere renuente
posse eumdem à Sanctissimo Domino Nostro cogi
ad dimittendum, & in executionem, & pro effe-
ctu coactionis hujusmodi, Ecclesiam, & Episcopa-
tum alteri conferri, proviso eodem Episcopo de
congrua substentatione, sive ex fructibus Ecclesiæ
ejusdem, sive aliunde, & in quantitate, arbitrio ejus-
dem Sanctissimi taxanda: imò in casu citato apud
Fagnan. *in cap. pervenit num. fin. de testibus cogendis*,
etsi fuerit indicta pœna Episcopo extraordinaria,
scilicet suspensionis ab ordine, & jurisdictione, &
detrusionis in Monasterium per triennium, tamen
fuit dictum, & deinde ad beneplacitum Sanctissimi;
unde satis cognovit potuisse infligi pœnam extraor-
dinariam, etiam perpetuam pro facti qualitate, &
16 in terminis Curati, seu Parochi, ut possit etiam
suspendi perpetuò à Cura in pœnam extraordina-
riam: Rota *cor.* Pamphil. *dec.* 675. *num. 6. & 7.*
ubi non exinde induci vacationem Ecclesiæ Paro-
chilis, & Rota in Reatina Archipresbyteratus 13.
Januarii 1698. *§. quin obstare coram D. Muto, quæ
est decisio 40. numer. 4. post* Antonell. *de Jurib. &
oneribus Cler.*

Cæterùm non ita de facili ad hanc pœnam extraor-
17 dinariam perpetuæ remotionis debet deveniri, cùm
satis fuerit animadversum ab Eminentissimis illis Pa-
tribus *in cit. Nolana*, an esset infligenda, ut cau-
sam refert Dominus Raynaldus, qui fuit relator, &
dum jam opus hoc præparaverim, Typis impressit
librum *observ. Crimin.* aliàs editorum supplemento-
rum, *& suppl. 7. ad cap.* 32. posuit plura ex restri-
ctu processus dictæ Causæ reperta ad aggravationem
pœnæ extraordinariæ usque ad remotionem perpe-
tuam conducentia, & *num.* 197. ponit decretum per
extensum, & sic prævenit Typis tradendo.

Oritur tamen dubium, an possit per Papam cogi
18 ad resignandum aliquis Episcopus suum Episcopatum
in dicto casu?

Dico posse, & debere Episcopum id agere. Mo-
19 veor, quia post sententiam remotionis perpetuæ,
seu suspensionis, erit locus novæ electioni Episcopi,
si fiat ob delictum, infamiam importans, secùs si
infamiam non inducat, ut docet Fagnan. *in cit. cap.
qualiter, & quando num. 96. & 97.* cùm regulariter
20 nequeat dari locus novæ electioni, nisi concurrat
depositio, vel privatio, ut ipse inouit, & suprà
dixi quo ad Parochos; ergo justè poterit Papa co-
gere Episcopum condemnatum ad perpetuam suspen-
sionem ab Ordine, & Jurisdictione, ad resignandum,
prout Episcopus, Parochum.

Secundò hoc probatur, quia si Papa potest depone-
re Episcopum, justa existente causa, ut ait Gloss. *in* 21
cap. per principalem 9. quæst. 3. & explicando Glos-
sam differit Fagn. *in cap. quanto de translat. Episc.
num.* 78. Abb. *in cap. sua nobis de confirmat. util. vel
inutil. num.* 13. *ubi Add.* quod teneatur dare cam-
bium, si remotio fiat sine culpa Prælati, aliàs non
tenetur, & plenè *in quæst. 1. num. 17. Roman. sing.*
376. & plures casus opportunè enumerant Baron. *in
annal. ann.* 1201. & Bellarmin. *de Rom. Pontifice lib.
2. cap. 18. v. de depositione*; quæ major causa erit in-
famia, quæ inducitur contra remotionem, & suspen-
sionem perpetuam?

Tertiò est certum, quod Papa possit nedum depo-
nere, sed etiam cogere Episcopum ad resignandum, si 22
justa concurrat causa, ut *in cap. ex litteris 10. de ex-
cess. Prælat.* & clarè *in cap. quidam de renunciation.*
ubi Gloss. *v. compellendos*, & ratio compellendi est
utilitas Ecclesiæ, & ipsius Episcopi, quam Episco-
pus io cessione præsumitur habuisse. Si enim po- 23
test cogi ex justa præsumptione, eò magis poterit
si adsit non præsumptivè, sed certò justa causa, &
hujusmodi Prælatus ad Ecclesiam non redeat, &
ita docuerunt *Innoc. in cap. nisi cum pridem nu. 5.
vers. Nono dicimus de renunciat.*, quem sequuntur
*Host. ibid. Abbas in cap. quæsitum num. 6. de rer.
permut. Roman. cons. 315. & Singul.* 803. ubi *Add.*
Ricciull. *de Jur. person. lib. 9. cap. 5. nu.* 8. Barbo-
sa *in cit. cap. nisi cum pridem num.* 14. ubi alii addu-
cuntur, & communis opinio hæc Innocentii repu-
tatur, licèt aliqui supponant Jasonem contrarium *in
l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Si enim Episcopus
potest deponi, poterit eò fortiùs cogi ad resignan-
dum id, quod potest ei auferri, Passerin. *tom. 1. de sta-
tu homin. qu. 185. art. 4. num.* 79.

Quartò est indubitatum posse Episcopum cogi ad
resignandum, stante scandalo populari, ut docent
ultra *cit.* Doctores, Paris. *de resignat. lib. 5. qu. 3. nu.* 24
161. Plures allegat, & refert, & sic fuisse servatum
Fagn. *in cap. nisi cum pridem num. 73. de renunciat.*
ubi quod potest esse tale scandalum, ut Episcopus
non solùm possit, sed teneatur resignare. Si enim te-
netur, ergo potest cogi, & idem dicunt Jo. Andr.
ibid. num. 19. Cardin. in §. pro grav. Abb. *cit. cap.
sua nobis num.* 13.

Difficultas tamen est contra prædicta, si enim Epi-
scopus ex defectu probationum nequit condemnari ad
depositionem; ergo non erit causa sufficiens ad co-
gendum, ut resignet. Sed tollitur; nam depositio ir- 25
rogatur pro delicto, coactio ad resignandum, ob scan-
dalum, quod oritur ex infamia Episcopi condemnan-
di, qui removetur ob delictum, ut suprà dixi. Un-
de etsi ex semiplenis probationibus non oriatur
plena probatio, tamen ex dictis erit locus suspen-
sioni ab Ordine, & Jurisdictione etiam perpetuæ, ex
qua oritur diffamatio delicti, & scandalum in Po- 26
pulo, quod dat justam causam Episcopo resignan-
di, & si noluerit, potest cogi, cùm Papa debeat
consulere Ecclesiarum utilitati, & necessitati, qua-
rum alterutra exigitur omninò ad dissolvendum vin-
culum matrimoniale inter Episcopum, & Eccle-
siam, ut docent citati Doctores, *& Lotter. de re benef.
lib. 2. quæst. 22. nu.* 47. & ita fuit servatum in dicta
causa, & in aliis, quas refert Pignat. *cons. 38. tom. 7.
num.* 8. & docet latè Raynald. *lib. 3. obs. cap. 32. §.
4. & 5. num. 427. & seqq.*

Sed quomodò possit procedi ad istam coactionem?
Et primus modus erit, si Episcopus moneatur ad re- 27
nunciandum, & inobediens sit; existente enim justa
causa præcepti, ut esset causa condemnationis in
pœnam extraordinariam suspensionis perpetuæ, da-
tur locus depositioni, & novæ provisioni Ecclesiæ, 28
præsertim si in præcepto facto adsit pœna indi-
gnatio-

gnationis Papæ, Raynald. *cit.* §. 4. *num.* 434. *& seq.*
29 Hinc Passerin. *cit. qu.* 185. *art.* 4. *num.* 44. consulit,
ut Episcopus spontè cedat ante depositionem, quia
prudentiæ est adscribendum, si spontanea dimissione
præveniret spoliationem, & depositio in casu coa-
ctionis non est in pœnam principalis delicti, sed in
pœnam non paritionis præcepto justè à Papa facto,
ut resignet, stante scandalo, cui præcepto Episcopus
debet parere. Alter modus assignatur à Raynaldo
loc. citat. sequente opinionem Bormondi *tract. de*
publ. Concubinar. §. *vel alterius præeminentiæ num.*
30 32. nempe quod Papa inhibeat Episcopo, ut in per-
petuum abstineat ab administratione Episcopatus, &
tunc licèt non sit vera, & realis depositio, cùm ve-
rè sit Episcopus, tamen potest Papa providere Eccle-
siam de novo Episcopo, cui coincidit, quod dixit Fa-
gnan. *cit. cap. qualiter*, *& quando num.* 97.

Aliquando etiam Papa solet Episcopum crimino-
sum privare; vel auctoritate absoluta, & sine aliquo
31 ordine, & tunc discrepant Doctores, an possit id
facere sine justa causa. Et cùm sit dominus omnium
32 beneficiorum, aliqui affirmant *ex cit.* Glos. *in cap.*
per principalem 9. quæst. 3. Alii negant dicentes di-
ctam Glossam non explicare, an fuerit, vel ne cau-
sa, & intelligi, quatenus in dubio censenda sit ad-
fuisse causa, ut apud Fagn. *in cap. quanto num.* 78.
de translat. Episcopi, qui tamen *num.* 79. ait posse
33 auctoritate absoluta, & in foro fori, sed peccare si
non adfuerit causa, & latè vide And. Barbat. *in cap.*
quoad translationem num. 92. *& seq. de Off. Legati*,
Romanum sing. 376. Abb. *cit. cap. sua nobis num.* 13.
& seq. ubi Adden. quod potest deponi Episcopus sine
34 causa scilicet ex facto ejusdem, non autem sine ulla
alia causa, quæ debet esse pro bono universalis Ec-
clesiæ, ut est casus *cap.* 1. *de Parochiis*, *& ibi not.*
35 Abb. *num.* 2. *& idem in quæst.* 1. incipit *Episcopus*, ita
tamen, ut deposito ex alia causa, detur cambium,
ut infrà dicam. Vel etiam aliquando privat authori-
tate ordinaria, & debet citari pars. Et primo casu
36 debet procedi per motum proprium, & absque de-
fensionibus fieri valet, ut distinguit Pignatell. *cit. con-*
sult. 38. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 7. qui ponit exempla re-
centiora, ex quibus liquet Summum Pontificem pri-
vasse Episcopos ob aliqua delicta scandalosa, cùm non
fuerint neque confessi, neque convicti, sed ex cir-
37 cumstantiis, non solùm ex processu deductis, ve-
rùm aliundè quæsitis, animus Pontificis ad hujusmo-
di actum fuit inductus. Verum tamen est, quod om-
nes casus recentes percutiunt Episcopum coactum re-
signare, ut in casibus tempore S. M. Innocentii X.
Urbani VIII. & Clementis X. ultimus verò ibi ad-
ductus est Innocentii XI. contra Episcopum Hie-
tacen. quem Papa privavit motu proprio, & de ple-
nitudine potestatis. Et quamvis Pignatell. *ibi num.*
9. dicat, quando proceditur per hujusmodi mo-
tum proprium, non requiri citationem, neque de-
38 fensionem admitti, tamen in dicta causa aliter fuit
practicatum, cùm reverà fuerit Episcopus auditus
coram Judicibus deputatis pro ea causa, & defen-
siones concessæ extiterint; sed ob suspicionem su-
bornationis, & aliis de causis, Papa restrinxit mo-
dum probationum defensivarum, ut refert Ray-
nald. *in supplet.* 7. *dict. observ.* 32. *numer.* 154. *&*
ibid. post num. 276. ponit Brevis formulam dictæ pri-
vationis sequutæ.

Assignatur tamen congrua hujusmodi Episcopis,
39 qui coacti resignant, ut in citato decreto in Nola-
na fuit dictum, ac Episcopus monitus, statim ob-
temperavit resignando Episcopatum, ac Sanctissimus
reservavit eidem congruam ducat. 300. monetæ Re-
gni. Congrua enim debetur, etsi Episcopus renunciet
ex culpa propria, quia non debet mendicare cum
dedecore totius Ordinis. Pax Jordan. *tom.* 1. *prælud.*
8. *num.* 72. Paris. *loco suprad. num.* 76. *Innoc. in cit.*
cap. nisi cum pridem num. 3. & Barbos. *ibid. num.* 14.
Passerin. *in cit. qu.* 185. *art.* 4. *num.* 72. qui referunt
observantiam tempore Xisti V. & Urbani VIII. &

ultra casum in dicta Nolana, id testatur in aliis casi-
bus Pignatell. *cit. cons.* 38. *in fin. tom.* 7. Tamen ali-
quod discrimen est in casu renunciationis ob culpam
propriam, & illius, quæ fit ob culpam plebis, vel
ex causa intrinseca justa. Secundo enim casu, vel
debet dari recompensatio æqualis, ut dicunt citati
Doctores, vel debet assignari congrua, habito res- 40
pectu ad Ecclesiam, quam dimittit, & ad qualita-
tem dimittentis, ita ut debeatur congrua Concilia-
ris, vel saltem non alimentaris simpliciter, restri-
cta scilicet ad puram alimoniam. In primo casu
nequit prætendi, nisi ea restricta ad alimoniam, 41
non quidem, ut solet reservari Episcopis simpliciter
resignantibus, quæ solet esse ducatorum octingento- 42
rum juxta morem Regionis in Regno Neapolis, sed
minor, quia Episcopus, qui cogitur resignare,
supponitur ob culpam condemnatus, & ut pluri-
mum cum pœna etiam intrusionis in Monasterio, &
sic minor congrua eidem debetur, & ita in praxi ser-
vatur, quia dicto Episcopo Nolano fuerunt assignati
tantùm ducati 300. hoc tamen videtur remissum arbi-
trio Summi Pontificis ex facti circumstantiis regulan- 43
do, ne vilescat dignitas Episcopalis, & ut Episco-
pus tamquam reus ex Ecclesiæ redditibus alatur non
tamquam sponsus.

Dubium incidit, an Episcopo coactè renunciante
Episcopatui, eidemque reservata aliqua pensione pro 44
ejus congrua, successore autem excipiente de insuffi-
cientia redditiuum Ecclesiæ, quæritur, uter eorum sit
præferendus in eisdem redditibus?

In hoc distinguendi sunt casus, aut agitur de titu-
lari, qui obtinuit Ecclesiam cum pensionis onere ad 45
favorem resignantis cum præservatione congruæ pro
ipso obtinente Ecclesiam, & tali casu nulla cadit dif-
ficultas, ut priùs hic debeat deducere suam con-
gruam Conciliarem stante expressa voluntate Papæ,
& resignantis acceptatione, ut in terminis reserva-
tarii omnium fructuum, Rota *dec.* 763. *numer.* 1.
part. 2. *recent.* & facit Rota *dec.* 342. *part.* 14. *recent.*
Et de resignatario cum conditione, ut præferatur
resignanti, etsi Episcopo Regulari, ac proinde pau-
peri, Rota *dec.* 261. *nu.* 3. *vers. de præsumptione* co-
ràm Buratto, ubi supponitur hoc, stante præservativa
apposita in litteris pensionis ad favorem resignantis,
dummodò remaneant mille pro titulari, & ideò ibi
tenuit Rota pro resignante ad substinendam pensio-
nem, quia constitit remanere mille pro Episcopo
titulari, etsi pensio fuerit reservata resignanti ob di-
gnitatis decus substinendum, & ob alimenta, stan-
te paupertate resignantis uti Regularis; nam aliàs si
fuisset reservata diviti, non diceretur ob alimenta fa-
cta reservatio; ut benè distinxit *Add. ad cit. decis.*
Buratti *num.* 12. Et tamen etsi in dicto casu esset re-
servatio ob alimenta, prælatus fuit titularis, quia
aderat clausula præservativa, dummodo remaneant
mille pro isto. Et Card. de Luca *de pension. disc.*
19. *in fine* dixit præferri titularem, imò etiam pensio-
narium, si habeat obligatum ipsum titularem alteri
pensionario non habenti titularem obligatum, etsi
sit in pensione anterior, quia sicuti daretur prælatio
titulari, ita pensionario secundo ex persona titu-
laris.

Aut fuit derogatum congruæ Conciliari scut. mil-
le, & tunc non intelligitur derogatum congruæ ali- 46
mentariæ, nisi expressè Papa id dicat, Rota *dict. decis.*
342. *num.* 4. *& seq. part.* 14. *recent.* *& dec.* 531.
num. 3. *& seq.* coram Emerix Jun. ubi de clausulis ta-
lem derogationem importantibus, & tali casu non
potest titularis petere congruam familiarem scut. mil-
le contra resignantem, qui debet habere suam por-
tionem integram, etsi non remaneant mille pro
dicto titulari, sed poterit quidem obtinere con-
gruam alimentariam, cui non cenfetur, nec dero-
gatum, nec renunciatum, computatis tamen reddi-
tibus propriis ipsius titularis resignatarii, si adsit obli-
gatio propria, ac suorum bonorum, ut prosequitur
cit. dec. 342. *num. fin.* & de ea fit mentio per Card.

de Luca *disc. 16. de pens.* scribens in dicta causa, quòd procedat in quacumque renunciatione tam coactiva, quàm voluntaria.

Verùm quærendum est, si non sufficerent bona pa-
47 trimonialia unita cum fructibus Ecclesiæ ad præservandam congruam alimentariam, & solvendam pensionem reservatam ad favorem alterius, vel resignantis, quæ congrua debeat diminui, titularisne, & resignatarii, vel pensio resignantis, tam si agatur de resignatione coacta, vel voluntaria, quàm si agatur de titulari successore, qui nullam obligationem emiserit de solvendo, aut de pensione reservata motu proprio ad favorem Episcopi suspensi, & coacti ad resignandum ut suprà, vel quomodo congrua sit privilegiata, vel non?

In hoc videtur primò dicendum, esse præferendum primum titularem; quia ipse in sua congrua po-
48 tior dicitur in fructibus Ecclesiæ; cùm enim fuerit ejus primus Sponsus, habet omnia jura Ecclesiæ obligata, antequam habeat secundus. Concurrit etiam idem motivum, ne is mendicare cogatur contra decus proprii Status Episcopalis, cùm remaneat verus Episcopus, etiam post resignationem. Tamen contrariam sententiam puto veriorem, quia congrua est à Jure concessa nedum in gratiam Episcopi, sed Ecclesiæ, cujus sunt fructus; unde, quidquid sit,
49 si ratione personæ magis sit præferendus primus, quàm secundus Episcopus; tamen, cùm respectu secundi actu deservientis consideretur utilitas Ecclesiæ, cujus sunt fructus, imò populorum, qui tales fructus Episcopis constituere, ut gubernarentur ab
50 ipsis, magis videtur privilegiatus hic secundus, cùm congrua ista Rectori actu deservienti debita, sit declaranda ad instar illarum expensarum, quæ pro cul-
51 tura, & recollectione fiunt, ad tex. *in cap. cum secundum de prabend. & cap. 1. eodem tit. in 6.* Card. de Luca *cit. disc. 16. num. 7.* cùm debeat considerari, ne deseratur cultus Ecclesiæ, cum damno populorum,
52 qui destituerentur à proprio Pastore, ubi hic inserviens cogeretur aliunde sibi cibum quærere, ut optimè innuit Card. de Luca *de pens. disc. 17. num. 11. & disc. 19. numer. 11.* ubi tradit præferri alimenta futura præteritis, & facit Rota *cit. decis. 763. nu. 1. par. 2. recent.*

Ad rationes adductas, respondetur quod non eadem est ratio primi Episcopi, & secundi actu inservientis; quia sicuti in hoc cum reservatario fru-
53 ctuum, & pensionarius præfertur congrua Episcopi titularis, quia agit hic de causa onerosa, & ille de
54 lucrativa, ita in pari casu, majus onus est illius, qui deservit, quàm ejus, qui potest aliunde victum quærere, prout facere potest primus Episcopus, non au-
55 tem secundus, quia esset in damnum decoris Episcopalis, quod etsi etiam consideretur in Episcopo primo sine gubernio, magis tamen urget in illo actuali, ne abjectus vexetur à Subditis, & vilipendio sit Principibus Sæcularibus. Sed illud maximè est considerabile, quod Episcopus quærendo sibi aliunde victum, damnificaret ejus absentia ipsam Ecclesiam, & Subditos jus habentes, ut ab ipso gubernentur,
56 ob præviam assignationem fructuum Ecclesiæ per eorum antecessores factam, & sic hæc sola differentia est inter Titularem, qui consensit & se obligavit, ac successorem non se obligantem, ut primo casu in congruam debeant computari patrimonialia, secus in secundo, & quod in hoc debeat considerari præjudicium Populi ob deficientiam congruæ, quæ potest consensu Titularis limitari, non autem ita diminui, ut cogatur deserere servitium Ecclesiæ, optimè *Adden. ad dec. 429. num. 8.* coram Ludovisio, Gratian. *discept. 399. num. 11. & seqq.* & meliùs *decis. 347. num. 11. & decis. 392. num. 16. & 17. par. 13. recent. & decis. 318. nu. 13.* coram Emerix Jun. ubi etiam de Parocho.

Hinc reservata pensione Episcopo Termularum pro ejus congrua per S. M. Alexandrum VII. anno 1682. eò quod à gubernio Ecclesiæ fuisset remotus, Episcopus Successor, etsi obligatus ad solvendum de proprio, nihilominus sub prætextu, quod pro ipso 57
non remanierit congrua, institit coram Auditore Cameræ, pro admissione Testium ad probandum Statum Ecclesiæ, prout examinati fuere; sed devoluta Causa ad S. Rotam coram Bon. Mem. Emerix, quamvis die 27. Junii dicti anni inter impressas *dec. 496.* pro examine novorum Testium fuerit resolutum, tamen die 16. Martii ejusdem anni coram eodem *decis. 531. Termularum congrue* fuit id denegatum, ex eo, quia pensio fuerat reservata motu pro- 58
prio Papæ vetante pensionem ex quacumque causa, vel ex quocumque capite etiam in Corpore Juris clauso numquam posse reduci in jus, vel controversiam vocari, aut adversus eam quodcumque Juris, vel facti remedium, aut oris aperitionem impetrari, cum clausula *sublata, & decreta irritanti* operantibus in Judicibus jurisdictionis, & in partibus actionis impedimentum. Quare dicta Rota etiam præclusit omnem viam illius solutionem effugiendi, nisi priùs obtenta aperitione oris, & reductione ad viam Juris; Felyn. *in cap. nonnulli num. 22. de rescriptis*, Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 37. num. 1.* Bonden. *collect. legal. 34. num. 55. & seqq. fol. 16. &* Rot. *in Romana pensionis* 8. Februarii 1669. coram Bon. Mem. Card. Vice-Comite, *& in cit. decis. Termular. §. In præsenti, & §. Sequenti num. 2. & 3.* ubi advertitur, quod cùm Papa ultra supradictas clausulas expressè declaraverit, non posse dici de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis, vel alio defectu, etiam inexcogitato, & subtilissimo, vel ex quocumque capite etiam in corpore Juris clauso; id operatur, ut nullus Judex possit cognoscere, an 59
debeat præservari congrua Titulari, & sic interpretari intentionem Papæ sine oris aperitione; quia indirectè admittendo probationes, an adsint fructus superabundantes, ultra congruam Episcopi Titularis, vel ne, esset indirectè impugnare pensionem, clausulis tam prægnantibus reservatam, cum prohibitione eidem derogandi.

Quare in eadem decisione libet observare S. Rotam non dubitasse de jure Episcopum potuisse proba- 60
tiones assumere, quod fructus Ecclesiæ non excederent congruam propriam, & sic istam fore privilegiatam. Sed ex capite injustitiæ admissionem articulorum denegavit, stantibus clausulis prægnantibus prædictis, quarum vigore probationes non fuissent profuturæ, ut ibidem advertitur, ac prædicta procedunt in qualibet pensione contra habentem Curam Animarum, cui semper debetur congrua, Rota *decis. 318. nu. 1.* coram Emerix Jun.

SECTIO IV.

An revocata sententia depositionis possit Episcopus redire ad suam Ecclesiam?

SUMMARIUM.

1 *Episcopus per Commissarios Papæ depositus, an si deinde fuerit dicta sententia depositionis justè revocata, possit regressum ad suam Ecclesiam habere, non obstante quod illa fuerit jam de alio successore provisa?*
2 *Casus prædictus evenit in Gallia in personam Episcopi Lugdunensis, & de ejus exitu.*
3 *Disputatio prædicta à nemine adhuc tacta reperitur; proponuntur rationes negativæ à nu. seqq. & affirmativæ à nu. 5.*
4 *Restitutus à Principe non recuperat bona publicata, si hæc reperiantur legitimè translata in alium.*
5 *Mors civilis æquiparatur naturali.*
6 *Prælatus nequit constitui ad certum tempus.*
7 *Beneficia non dantur sub conditione.*
8 *Matrimonium carnale non potest contrahi sub aliqua conditione.*

9 *Epi-*

9 *Epiſcopus nullus removendus eſt à propria Eccleſia, niſi gravem culpam commiſerit, intellige, ut nu. 34. 3. ſect. & inferius nu. 27. & 69.*

10 *Depoſitio quæ innocentiam onerat, non culpam caſtigat, inanis eſt.*

11 *Epiſcopus captus ab hoſtibus, & deinde reverſus, recuperat ſuam Eccleſiam à ſubſtituto.*

12 *Argumentum à Matrimonio carnali ad ſpirituale, valet, ſed non ſemper.*

13 *Maritus rediens à captivitate recuperat ſuam uxorem alteri deſponſatam, dum ipſe mortuus credebatur.*

14 *Prælatus eodem modo etiam recuperat ſuam Eccleſiam alteri bona fide deſponſatam.*

15 *Epiſcopus depoſitus à Judicibus non legitimis dicitur ſpoliatus, & ſecundus proviſus dicitur intruſus.*

16 *Epiſcopi duo in eadem Diœceſi eſſe non poſſunt, ſed vide nu. 217.*

17 *Depoſitionis ſententia lata pendente recurſu ad Summum Pontificem admiſſo in ſuſpenſivo, eſt nulla, & ſecundus proviſus dicitur intruſus.*

18 *Sententia nulla, habetur pro non lata, & nunquam tranſit in judicatum.*

19 *Sententia nulla etiam contumacialis non habet vim ſententiæ.*

30 *Privatio Beneficii facta in contumaciam per ſententiam nullam eſt nulla, & poſſeſſor non privatur poſſeſſione.*

21 *Beneficii Parochialis impetratio ob privationem eſt nulla, ſi tempore impetrationis, privationis ſententia erat per appellationem ſuſpenſa.*

22 *Epiſcopus depoſitus, ex peculiari gratia Papæ in gradu Epiſcopali repoſitus, non recuperat ſuam Eccleſiam alteri commiſſam.*

23 *Bona publicata non recuperantur per pœnitentiam, niſi Princeps ſpecialiter reſtituerit ad priſtina bona.*

24 *Reſtituere poteſt Princeps ad priſtina bona, niſi fuerint in alium alienata.*

25 *Reſtitutionis gratia facta à Papa non importat recuperationem præceptoriæ, ſi illa ob privationem fuerit alteri collata.*

26 *Prælatus remotus, & deinde reſtitutus, redit ad ſuam Eccleſiam, ſi interim non reperiatur alter inſtallatus, dummodò non adſit ſcandalum.*

27 *Papa ratione ſcandali poteſt Epiſcopum removere etiam ſine illius culpa.*

28 *Epiſcopus hæreticus rediens ad fidem acquirit partem ſuæ Diœceſis dividendam cum Epiſcopo ſubſtituto, ex* cap. ſi Epiſcopus de Paroch.

29 *Diſpoſitio dicti* cap. Si Epiſcopus *fuit edita in Concilio Africano ex ſpecialibus cauſis pro reducendis Epiſcopis Donatiſtis, & propterea non continet jus.*

30 *Papa ex ſpeciali, & magna cauſa poteſt conſtituere duos Epiſcopos in eadem Diœceſi, & non aliter.*

31 *Privatus Beneficio ſolet à Papa ex graviſſima cauſa reſtitui plenariè ad illud etiam poſt proviſionem alteri factam.*

32 *Papa utitur plenaria facultate derogandi juri tertii ſolum ob bonum publicum.*

33 *Epiſcopus depoſitus per ſententiam à qua ipſe non appellavit, non poteſt deindè regreſſum prætendere ad ſuam priſtinam Eccleſiam, ſi hæc fuerit alteri deſponſata, etiam quod ſententia ſuæ depoſitionis fuerit declarata injuſta.*

34 *Actus non retrotrahitur in præjudicium tertii, cui fuit jus quæſitum.*

35 *Sententia à qua non reclamatur, cenſetur libero conſenſu acceptata.*

36 *Epiſcopatus, ut poſſit alteri conferri, ſufficit ſcientia, & acquieſcentia primi Epiſcopi.*

37 *Sententia in Cauſa Matrimoniali nunquam tranſit in rem judicatam, ſed detecto errore poteſt quandocumque revocari.*

38 *Probationes in Cauſa Matrimoniali poſſunt quandocumque admitti etiam poſt rem judicatam.*

39 *Matrimonium carnale conſummatum inter Catholicos non poteſt à Papa diſſolvi.*

40 *Cauſa Matrimonialis ſemper revideri poteſt per modum querelæ etiam poſt ſecundum Matrimonium contractum poſt rem judicatam annullativam primi.*

41 *Per ſecundum Matrimonium confovetur peccatum, ſtante validitate primi.*

42 *Conjugium ſpirituale diſſolvi poteſt per Papam juſta exiſtente cauſa.*

43 *Argumentum à Matrimonio carnali ad ſpirituale non eſt in omnibus validum.*

44 *Conjugium ſpirituale diſſolvi poteſt cum cauſa, & cum conſenſu Papæ, & Epiſcopi.*

45 *Sententia lata ſuper validitate Matrimonii, à qua non fuit appellatum, poteſt de conſenſu partium remanere ſine effectu, ſed declara, ut ibi.*

46 *Nullitas Matrimonii in judicio deducta ab uno ex conjugibus, cenſetur novo, & tacito conſenſu remiſſa, ſi iſte à contraria ſententia non appellaverit.*

47 *Res judicata, licèt non inducatur in cauſa matrimoniali quoad faciendum Matrimonium nullum, inducitur tamen quoad ordinem, condemnationem expenſarum, adjudicationem bonorum, & quoad reliqua omnia quæ dependent ex facto Conjugum.*

48 *Epiſcopus non reclamando à ſententia depoſitionis, cenſetur tacito conſenſu illi aſſenſiſſe.*

49 *Conſenſus tacitus reſultans ex re judicata eſt aliquando fortior quàm expreſſus.*

50 *Conſenſus expreſſus licèt à nemine mortī dari poſſit, poteſt nihilominus dari tacitus reſultans ex non interpoſita appellatione à ſententia mortis.*

51 *Sententia mortis tranſacta in rem judicatam non poteſt revideri ſine ſpeciali reſcripto Principis.*

52 *Reſtitutio in integrum adverſus rem judicatam, non datur in præjudicium juris tertio quæſiti, niſi ob publicam utilitatem.*

53 *Beneficiatus privatus per ſententiam contumacialem, poteſt infra annum comparere, & revocata ſententia, recuperat beneficia etiam alteri poſt dictam ſententiam collata.*

54 *Sententia contumacialis etſi non probet delictum, tamen inducit vacationem beneficii, & ſubſtinetur proviſio.*

55 *Declara, dummodo ſit lata præviis probationibus, & fuerit Papæ expoſita vacatio, non ob delictum, ſed ob ſententiam privationis.*

56 *Proviſio prædicta in vim ſententiæ contumacialis, cenſetur reſolubiliter facta, quatenus reus infra annum comparuerit.*

57 *Proviſus ob privationem contumacis, ſi infra annum obierit, Beneficium non vacat per obitum.*

58 *Contumacia purgatur per comparitionem contumacis infra annum, & probata ſua innocentia, & revocata ſententia privationis, recuperat Beneficia.*

59 *Revocata ſententia per Judicem competentem, deinde agendum eſt in Rota pro recuperatione Beneficii.*

60 *Contumax poſt annum non auditur, niſi cum Clauſula:* Sine præjudicio Fiſco incorporatorum.

Clauſula prædicta importat etiam reſervationem Beneficiorum collatorum.

61 *Contumaci ex Conſtitutione Pii V. indulgetur annus ad ſe purgandum, & recuperandum amiſſa; limitata conſtitutione Pii IV. concedentis tantùm ſex menſes.*

62 *Contumax si tacendo acquiescat per annum, censetur cessisse juri suo, nec deindè recuperat id quod amisit,*

63 *Depositiones Episcoporum numquam solent fieri in vim sententiæ contumacialis, sed prævia, vel renunciatione, vel formali probatione delicti.*

64 *Provisio Ecclesiæ Episcopalis si aliquando fiat à Papa in vim sententiæ contumacialis, non censetur facta resolubiliter, sicut in aliis Beneficiis,*

65 *Episcopi solùm deferre debent Annulos, & non alii Prelati, & Beneficiati, & quare?*

66 *Episcopi contrahunt Matrimonium spirituale cum Ecclesia; Prelati verò inferiores, quasi Matrimonium,*

67 *Papa solet absolutum dominium exercere magis in aliis Beneficiis, quàm in Episcopatibus.*

68 *Episcopus depositus per sententiam etiam contumacialem non habet amplius regressum ad Ecclesiam provisam de novo Pastore,*

69 *Episcopus, etsi non possit sine culpa, authoritate ordinaria regulariter deponi; potest tamen, quando fuit declaratus culpabilis per sententiam depositionis, cui ipse acquievit.*

70 *Provisio facta à Papa illius Ecclesiæ, cujus Pastor fuit captus ab hostibus, censetur tacitè conditionalis, quatenus dictus Pastor non redierit,*

71 *Episcopus rediens ab hostibus, acquirit jure postliminii dictam suam Ecclesiam, & secundus provisus habebit à Papa cambium.*

72 *Episcopus diffamatus de delicto per sententiam, & depositus, etiam quod non acquieverit sententiæ, & fuerit deindè detecta sua innocentia, an recuperet pristinam Ecclesiam, est remissum arbitrio Papæ,*

73 *Papa potest deponere Episcopum, & illum transferre ad aliam Ecclesiam propter utilitatem publicam, vel Ecclesiæ,*

74 *Diffamatus semel de delicto per sententiam, etiam si deinde absolvatur, non remanet immunis à macula diffamationis, & à suspicione delicti.*

75 *Episcopus diffamatus, & absolutus, & si non sit reponendus in eadem Ecclesia, à qua fuit remotus, est tamen de alia investiendus.*

76 *Episcopus ad aliam Ecclesiam sine proprio consensu transferri non potest, sed cogi potest causative,*

77 *Papa potest secundum Episcopum substitutum removere, & primum jam remotum reponere, ut sic ejus innocentia magis inotescat.*

78 *Papa Episcopum Hæreticum, ad Fidem redeuntem, ad partem sui Episcopatus reintegravit, ex justa causa removendo ab illa secundum Episcopum provisum,*

79 *Papa potest propter bonum Ecclesiæ duos Episcopatus unire, & duos Episcopos in eadem Diœcesi ponere.*

80 *Conjugium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam, non contrahitur propter bonum Episcopi, sed propter bonum Ecclesiæ.*

Episcopus post sententiam suspensionis celebrans an sit irregularis, & quid post circumscriptam dictam sententiam? ibidem,

DUbium alterum hîc insurgit satis novum, si
scilicet Episcopus fuerit depositus per Commis-
1 sarios Papæ, & servatis servandis electus, ac con-
firmatus successor, causa postmodum de mandato
Summi Pontificis in gradu restitutionis in integrum
revisa per alios Commissarios, fuerit per eosdem
revocata sententia depositionis ex causa justa, pos-
sit ne primus Episcopus jure petere regressum ad
suam Ecclesiam, remoto Episcopo subrogato?
Casus evenit in Gallia, ut suprà innui; dum
enim Renatus de Riaux Episcopus Lugdunensis cri- 2
mine status fuerit accusatus, illius Regni habenas
regente Cardinali de Riebelieu, fuerunt quatuor
Episcopi Galliæ deputati Commissarii per S. M. Ur-
banum VIII. in dicta causa ad instantiam Regis, &
fabricato processu, fuit promulgata sententia deposi-
tionis anno 1635. contra eumdem, declarans Epi
scopatum vacantem, proindè electus fuit alter in
ejus locum prævia nominatione Regis, per Sum-
mum Pontificem. Subindè post quinque annos,
Episcopus depositus appellavit à dicta sententia ad
S. M. Innoc. X. qui itidem deputavit septem alios
Commissarios pro revisione Causæ, qua quidem
examinata, fuit absolutus præfatus Episcopus Lug-
dunen. anno 1646. idcircò instando pro reditu ad
Episcopatum, se opponente subrogato, qui conti
nuavit usquequò ad Ecclesiam Dolensem fuit tran-
slatus, & sic vacante iterum Lugdunensi, hanc
obtinuit Renatus, qui fuerat jam absolutus, ut re-
fert *Maymburg. hist. del Pontificato di S. Gregorio fol. 35. Gallico idiomate conscripta, damnatæ tamen memoriæ.*
In hac disputatione quamvis usque adhuc nullum
viderim Doctorem, qui eam tangat lato calamo, 3
tamen aliqua dicere propono ex monito Pauli de
Cast. *in leg. Clodius 96. num. 7. ff. de acquirenda hæ-
reditate* ibi: *Sed perniciosus sit talis timor, ubi ad-
est tam bona ratio, & miserrimus est intellectus, nol-
le consulere nisi ubi reperitur determinatum à Docto-
ribus, qualiter enim scientia nostra fuisset augmenta-
ta, si ita fecissent antiqui?*
Videtur enim dicendum in quæstione proposita nul-
lum jus competere primo Episcopo ad Ecclesiam, à 4
qua is remotus fuit, ex pluribus, & primò quia si
quis, cujus bona fuerunt ob delictum publicata, re-
stituitur, non recuperat bona legitimè in alium trans-
lata, *Argum. cap. Quamvis de rescript. in 6. & ex
text. in cap. Si Episcopus de Paroch. notat Abbas ibid.
num.* 1. ergo cùm post depositionem primi Episcopi,
fuerit jus quæsitum secundo, nequit per restitutio-
nem illius isti præjudicari. Secundò mors civilis 5
æquiparatur naturali; undè provisus censetur subro-
gatus, ac si Episcopatum receperit per obitum illius,
facit textus *cap. Si Episcopus 3. de supplen. negligen-
tia Prælat. in 6.* Tertiò Prælatus non potest constitui 6
ad certum tempus, nec Beneficia sub conditione
dantur, *Can. Quamvis 7. quæst. 1. Can. Sanctorum 70.* 7
dist. Sicuti nec Matrimonium Carnale fit ad tempus
Can. Solet quæri 32. quæst. 2. ubi Gloss. *ver. usque ad* 8
mortem. Sicque cùm secundus Episcopus fuerit talis
renunciatus; usque ad obitum debet permanere, nul-
la urgente purificatione conditionis.
In contrarium tamen urgere possunt rationes. Pri-
mò nullum removendum esse à suo officio, nisi gra- 9
vem culpam commiserit, *Can. Satis perversum 56.
dist. Can. Inventum 16. quæst.* 7. ergo inanis ac si
non facta censetur illa depositio, quæ innocentiam 10
onerat, non culpam castigat. Secundò si Episcopus
capiatur ab hostibus, & detur substitutus, si redierit,
potest recuperare suam Ecclesiam secundùm Archid. 11
Hugon. & alios *in Can. Pastoralis 7. quæst.* 1. &
facit *Can. Cum per bellicam 34. quæst. prima*, &
plenè firmat Fagn. *in cap. Per tuas il 1. num. 27. &
plur. seqq. de Simonia*, ubi latè materiam tractat de
hoc jure postliminii in Prælato redeunte à captivita-
te, & firmat pluribus textibus, & rationibus ipsum
admitti ad Ecclesiæ gubernium, rejecto secundo in-
titulato, quod procedere dixit nedum in Episcopis
aliisque Prælatis sæcularibus, sed etiam in Regulari-
bus electivis, idem igitur dicendum, si redierit à 12
morte civili depositionis. Tertiò demum arguere li-
cet à Matrimonio Carnali ad spirituale, prout arguit
*Can. Sicut caus. 7. quæst. 1. Can. inter Corporalia de
translat. Episc.* undè ficuti Marito reverso ex capti- 13
vitate reddi debet uxor, etsi alteri viro nupta, inte-
rim credens primum virum esse mortuum, ut est
text. *in cit. Can. Cum per bellicam, Innoc. in Can. Se-
quenti 34. quæst.* 1. ita quoque Prælato redeunti à ca- 14

ptivi-

privitate reddenda est propria Ecclesia, ex eadem ta-
tione, quia Ecclesia fuit alteri desponsata bona fide,
credens ejus sponsum fuisse mortuum: ergo eadem
prorsus ratione dicendum in casu proposito, quia
Episcopus secundus fuit datus cum credulitate quod
primus mortuus fuerit civiliter. Hinc si aliquis Ab-
bas relegatus redierit à relegatione, debet redire ad
suam Abbatiam, & si ab Abbate Generali alteri colla-
tam, ex textu in *l. 1. C. de sent. pass. & rest.* ita si obti-
nuerit plenariam restitutionem, ut plenè probat Pi-
gnat. *tom.* 10. *consult.* 66. & alibi erit sermo de hujus-
modi Prælatis ac Episcopis à captivitate redeunti-
bus.

His positis, pro utraque opinione distinguendi
sunt casus pro majori claritate. Primus est, quatenus
15 depositio non fuerit facta à legitimis Judicibus, &
tunc certum est ex defectu jurisdictionis actum cor-
ruere; undè primus Episcopus numquam potest dici
legitimè spoliatus, sicque secundus Episcopus potiùs
dicendus est intrusus, cùm nequeant dari duo Epis-
16 copi in una Diœcesi, ut est casus relatus in Epist. 74.
S. Basilii Magni de Eustathio Sebasteno deposito in
Synodo Constantinopolitana à non habente faculta
tem, idcircò is recursum habuit ad Liberium Papam,
à quo litteras obtinuit, per quas restitueretur, ut no-
tat Auctor Oecum. Cathed. Apost. *art.* 3. *disq.* 6. §.
2. *num.* 39. Ita erit, si pendente recursu ad Summum
17 Pontificem, sententia depositionis ferretur, à qua ap-
pellatione interposita, & admissa in suspensivo, no-
vus installetur Episcopus, ut in casu Flaviani restituti
per Leonem Papam, & si condemnati per ejus Lega-
tos, qui appellationem admiserant, ut ex *epist.* 41. 42.
& 45. dicti Sancti, *refert cit. Auctor. ibid.* §. 4. *n.* 74.
Cujus quidem ratio est, quia sententia nulla habetur
18 pro non facta, & numquam transit in judicatum, *l. Si
expressim*, ubi Bart. & *alii ff. de appellat.* Lotter. *de
re benef. lib.* 3. *q.* 18. *num.* 115. ubi de sententia nulla
ex defectu jurisdictionis, Coccin. *decis.* 491. *num.* 2.
& Card. Cerr. *decis.* 743. *num.* 2. quod quidem proce-
dit in sententia nulla etiam contumaciali, Raynald.
19 *observ. Crimin. tom.* 1. *ad cap.* 7. *supplet.* 5. *num.* 2. &
in terminis privationis Beneficii, quod si ea fiat in
20 contumaciam, & sententia sit nulla, ut nullum ope-
retur effectum, adeoque possessor nullo modo posses-
sione privatus existat, tradit Card. de Luca *de benef.
disc.* 73. *num.* 8. & *ibid. disc.* 92. *num.* 2. *ad* 10. Rota
dec. 4. *num. fin.* coram Mohedano, ubi de privatione
facta per Papam sine citatione, *de restitut. spoliato-
rum*, & *dec.* 408. *num.* 9. 13. & 14. coram Bichio,
ubi talis sententia habetur, ac si non fuisset sententia
privationis, & *dec.* 236. *num.* 6. *p.* 15. *recen.* & in
terminis sententiæ privationis Parochialis, à qua fuit
appellatum, quod provisio, pendente appellatione,
sequuta, fuerit nulla, etsi sententia deindè fuerit con-
21 firmata, quia attendi debet status tempore novæ pro-
visionis, quo sententia erat per appellationem suspen-
sa, dicta Rota in Reatina Archipresbyteratus 13. Ja-
nuarii 1698. coram D. Muto impressa post Antonel.
de juribus, & oneribus Cler. *dec.* 40. undè non exi-
stente sententia depositionis, secundus Episcopus di-
citur intrusus in Episcopatu quem alter tenet, facit
text. in cap. fin. de excessib. Prælat.

Secundus casus est, quando Papa ex gratia, & ex
22 misericordia Episcopum justè depositum, remittat in
gradu Episcopali, & tunc dico, non posse dictum
Episcopum, jus habere ad suam Ecclesiam, nam il-
lud jus semel amissum, non debet retractari in præju-
dicium alterius, ut in terminis bonorum publicatio-
23 nis factæ à jure, vel ab homine, ut non recuperen-
tur bona per pœnitentiam, nisi Princeps præcisè re-
stituat ad pristina bona, quod facere solet, dummodò
24 non fuerint in alium alienata, optimè *Abb. in capit.
Quia diligentia num.* 9. *de elect.* & meliùs *in cap. Si
Episcopus de Paroch. num.* 1. *suprà in pr. object. cit.*
pro prima opinione, & in terminis cujusdam Præce-
25 ptoriæ Beneficii Ecclesiastici, ut gratia restitutionis
facta per Papam, non importet illam dictæ Præcepto-
riæ, si fuerit ob privationem alteri collata, Rota *decis.*
5. *num.* 3. & 4. coram Mohedano *de restitut. Spoliat.*
de quo articulo videnda est *decis. in Bonon. success.* 7.
Junii 1694. coram D. Caprara, ubi firmatur non posse
præjudicari Tertio habenti jus intermedium, & quam-
vis gratia fuerit plenaria, posset dici restitui ad bona ne-
dum confiscata, sed alteri quæsita, juxta *dec.* 125. co-
ram Merlino, & nos alibi dicemus, tamen non lo-
quitur in his rebus spiritualibus, in quibus novum
conjugium, & nexus spiritualis sit factus cum novo
proviso, & in simplici Abbate non potest considerari
hic nexus spiritualis. Si tamen Prælatus fuerit tantùm 26
remotus, erit locus reditui, si alter non fuerit instal-
latus, id autem dependet an adsit scandalum, vel ne,
quia & si Episcopus post pœnitentiam non debeat
quo ad Deum despici, tamen quo ad Ecclesiam mili-
tantem propter peccatum, in quod notoriè incidit,
despicitur, ut notavit *Abbas cit. cap. Quia diligentia
num.* 5. & sic intrat quod supra dixi, ut possit Papa 27
ratione scandali removere Episcopum, qui tenetur de-
serere Episcopatum, etiam si non concurrat ejus cul-
pa: ergo eò magis in hoc casu non debet redire ad
Episcopatum, à quo fuit remotus ob delictum, si
gratia Papæ fuerit rehabilitatus.

Nec obstat Textus in *cap. Si Episcopus de Paroch.* 28
ubi Episcopus hæreticus rediens ad Fidem, acquirit
partem suæ Diœcesis dividendam cum Episcopo sub-
stituto in ejus locum, ut tamen reintegretur primus
Episcopus, & notat Fagn. *in cit. cap. Per tuas il pri-
mo n.* 33. *vers. ad unitatem de Simonia.*

Nam dictus Textus fuit latus in Concilio Africa- 29
no, in quo Episcopi Catholici zelo Religionis ducti,
magnoperè nisi sunt Episcopos Donatistas lucrifacere,
& pro utilitate Ecclesiæ Catholicæ, eo pacto, eosdem
renuentes allicere, ut retento Episcopali honore Ec-
clesias proprias recuperarent, divisa inter ipsos, &
substitutos Episcopos jurisdictione. Undè Gloss. *1. ib.*
dicit, quod hodie non fit hæc dispensatio; & quod
hæc decretalis non contineat jus, tradit Joannes An-
dreas subdens illam raro esse practicabilem, cùm ho-
die in his casibus Ecclesia soleat providere restiturum
de alia dignitate.

Itaque dispositio dictæ Decretalis, urgente illius
temporis necessitate, fuit quidem rationabilis, bono-
que publico innixa, utpote quæ revocavit Donatistas
errantes ad Catholicæ veritatis unionem; non tamen
idcircò illa uti specialis in casu particulari, est exten-
denda ad alios casus, consimilem rationem non con-
tinentibus, & Episcopus non redit ad Ecclesiam jure
suo, quia remansit spoliatus stante delicto, & nova
electione Episcopi, sed misericorditer tantùm, &
dispensativè admissus forma prædicta dennò ad guber-
nium Ecclesiæ, ut notant Canonistæ latè citati à Fagn.
in cap. ad abolendam num. 32. *vers. quartò de hæretic.*,
prout in simili ex causa potest Papa constituere duos 30
Episcopos in eadem Diœcesi, ut notat *Abb. in citat.
cap. si Episcopus num.* 2. & 3. quare jure ordinario,
& sine causa speciali non poterat primus Episcopus
reintegratus jus habere in prima Ecclesia, jam alteri
collata ob privationem, & in terminis Beneficii Ec-
clesiastici, ut ex gravissima tantùm causa soleat Pa- 31
pa restituere condemnatum plenariè post provisionem
Beneficii, docet Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 169.
& solùm utitur hac plenaria facultate derogandi Juri 32
tertii ob bonum pacis, & publicum, ut optimè etiam
in dec. cit. 5. coram Mohedano *nu.* 3. & *dec.* 6. *per
tot. de rest. spoliat.* ergo eò magis erit dicendum quo-
ad Ecclesias Episcoporum, in quibus conjugium spi-
rituale, & major nexus consideratur, quàm in sim-
plici beneficio, reservata tamen auctoritate expressè
interposita Summi Pontificis.

Tertius casus erit, si sententia fuerit lata à legiti-
mis Judicibus declarans esse locum depositioni, seu
remotioni Episcopi, ipse verò, vel non appellet, vel
monitus, & coactus à Papa renunciet, juxtà formam
suprà probatam, & deindè per revisionem causæ con-
cessam à Summo Pontifice, fuerit sententia deposi-
tio-

tionis injusta declarata. Et tunc dico, nullum jus
33 posse habere Episcopum ad primam Ecclesiam, sed
debere recipere cambium à Summo Pontifice: ratio
est, quia cum ipse acquieverit judicato, vel tacitè,
non appellando, vel expressè, consentiendo novæ pro-
visioni Ecclesiæ, nequit retrotrahi actus in præjudi-
34 cium illius Episcopi noviter electi, cui jus fuit jam
quæsitum, ut in terminis Beneficii Seraph. dec. 354.
num. 6. provisio enim Papæ fuit pura, & proindè ne-
quit annullari; Beneficia quippè sub conditiooe non
dantur, juxta Text. alias citatos in can. quamvis 7. q. 1.
can. Sanctorum 70. dist. & in hoc sensu fuit casus su-
periùs relatus de Episcopo Lugdunen. qui depositus,
cùm à sententia non appellaverit, visus fuit illi acquie-
visse, & subrogationi alterius Episcopi consensisse; à
sententia enim non reclamando censetur quis tacito,
35 sed libero consensu illam acceptasse, Rota dec. 304. n. 2.
& dec. 33. nu. 20. par. 17. rec. & in terminis, quod
sufficiat Episcopi acquiescentia, & scientia, ut possit
36 Episcopatus alteri conferri, dicunt Jo. Andr. in cap.
quod ob gratiam num. 5. de reg. Jur. in 6. Abb. cons.
101. nu. 4. vers. dum videtur lib. 2. Fagnan. cap. quan-
to num. 98. de translat. Episc. & optimè Rota decis.
177. num. 13. part. 11. recent. & eadem coram Bichio
dec. 472. num. 10. & sequen. & num. 17. ubi quod cessio
potest fieri coram quocumque, si præcesserit senten-
tia privationis.

Nec obstat quod in causa matrimoniali etiamsi quis
37 non appellaverit, tamen numquam sententia transit
in judicatum, sed detecto errore, quandocumque po-
test illa revocari, etsi novum conjugium fuerit sequu-
tum, itaut sponsi debeant redire ad primum, cap. la-
tor. cap. Consanguinei de sent. & re judic. latè Sanch.
de matrim. lib. 7. disput. 100. per tot. Gratian. discept.
155. num. 36. Tusch. pract. Concl. litt. M. concl. 144.
num. 27. & concl. 154. num. 29. Covar. de sponsal. par.
2. cap. 8. §. 12. nu. 12. & seq. Pax. Jordan. elucubr. 13. lib.
14. tit. 24. de sent. num. 103. & seqq. Gail. pract. observ.
lib. 1. observ. 112. num. 11. Pamph. dec. 381. numer. 9. &
ibi Add. num. 16. Rota dec. 67. num. 4. ubi traduntur
probationes in causa matrimoniali quandocumque es-
38 se admittendæ etiam post rem judicatam, part. 14. rec.
& in Colonien. matrimonii 5. Maii 1692. §. omissio nam-
que coram Bon. Mem. Card. Caccia. Hinc, cùm quæ-
dam mulier ob arctitudinem obtinuerit declarari nul-
lum matrimonium, tamen post aliquot annos, etsi
cum periculo, potens facta, matrimonium cum alio
contraxerit, proposito dubio in Sacr. Congregatione
Concilii in Derthusen. Matrimonii 9. Decembris 1684.
an dicta mulier potuerit contrahere secundum matri-
monium, fuit responsum negativè, quia dicta senten-
tia uti erronea non valuit, detecta aptitudine ad co-
pulam, Tambur. oper. mor. tom. 2. tract. 1. cap. 13. lib.
8. §. 4. num. 14. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 99. qu.
2. numer. 15. ad 19. ergo idem erit dicendum quoad
conjugium spirituale, quod est inter Prælatum, &
Ecclesiam, itaut non possit præjudicari per appella-
tionem, aut alium actum non factum.

Verùm, etsi à matrimonio carnali ad spirituale,
validum sit argumentum, tamen in pluribus distant,
39 quia matrimonium carnale nequit à Papa dissolvi
juxta illud: quod Deus conjunxit, homo non separet
si tamen sit consummatum, & inter Catholicos. Fa-
gnan. cap. quanto num. 54. & 55. de translat. Episcop.
cap. 2. de convers. conjugat. Cùm de matrimonio tan-
tùm rato, aliter alibi dicendum erit. Hinc est quod
40 causa matrimonialis semper potest revideri etiam post
secundum matrimonium factum post rem judicatam
annullativam primi, per modum tamen querelæ por-
rigendæ eidem Judici, vel Papæ, aut ejus Legato,
ut apud cit. Doctores, & prætertim Sanch.

Idque ne facto hominum, vel negligentia judican-
41 tium, consoveatur peccatum per secundum matrimo-
nium, existente validitate primi, ut in cap. lator. de
sent. & re judicata, ubi Gloss. & cap. Causam matri-
monii de probat. ubi Gloss. ver. pars cap. fraternitatis
de frigid. & malef. Abb. ibid. num. 1. 2. & 18. & in
cit. cap. lator. num. 9. Felin. & Imola ibid. Valasc. 2.
tom. cons. 142. num. 6. & tamen potest Papæ auctorita-
te conjugium spirituale dissolvi, justa existente causa 42
cap. quanto de translat. Episcop. & suprà diximus, sic
Episcopus potest renunciare Episcopatui, cap. quidam
de renunciat. quod non potest facere Vir erga Uxo-
rem, & è contra.

Unde non est usquequaque validum argumentum
deductum ex ratione à Doctoribus considerata, quia 43
secundum matrimonium in casu validitatis primi, esset
adulterinum, & nutritivum peccati, cùm primi disso-
lutio non dependeat à partium consensu; matrimo- 44
nium verò spirituale potest dissolvi existente aliqua cau-
sa, & consensu tam Papæ, quàm Episcopi, ut vide-
tur in translationibus, & resignationibus; arctius enim
est vinculum matrimonii carnalis, quàm spiritualis.
Gloss. in cap. inter corporalia vers. fortiùs de translat.
Episc. Abb. in q. 1. col. 4. n. 7.

Hinc etiam in Causa matrimoniali, lata sententia
super validitate matrimonii; si ab ea non fuerit appel- 45
latum, nihilominùs ex consensu partium remanere po-
test sine effectu rei judicatæ, dummodò vitium sen-
tentiæ possit per partes remitti, tacito consensu, sine
peccato, nam acquiescendo sententiæ, videntur de
novo contrahere, Felin. in cap. lator. num. 2. cit. Viv.
comm. opin. lib. 7. tit. 14. E. G. Si quis nullitatem ma- 46
trimonii in judicium deduxerit, vel quia passus fuerit
metum, vel quia ignoraverit servitutem alterius con-
jugis, & succumbens in Causa, non appellaverit, ta-
cito consensu videtur remittere illud suum jus, pro- 47
prio, & novo consensu. Hinc est quod etsi Causa ma-
trimonialis non transeat in judicatum quoad effectum,
transit tamen quoad ordinem, & sic per non appella-
tionem, inducitur res judicata. Idem quoque dicen-
dum quoad condemnationem expensarum, vel adju-
dicationem bonorum factam, cùm hæc dependeant à
facto conjugum, in quo possunt sese præjudicare, Gloss.
fin. cap. Lator. de sent. & re judic. Abbas cons. 60. num.
2. col. 2. Felin. in cit. cap. lator. Covarr. in 4. decretal.
2. part. cap. 8. §. 12. n. 19. Sanch. de matrim. lib. 7. disput.
100. n. 11. Barb. vot. dec. 2. n. 93.

Ita ergo potest Episcopus depositus, ejus propria 48
acquiescentia, non reclamando à sententia depositio-
nis, sibimet præjudicare, tacitè consentiendo novæ ele-
ctioni Episcopi, adeò ut in hujus præjudicium, is
nequeat contra rem judicatam ulteriùs dare querelam,
vel revisionem petere; est enim aliquando fortior con- 49
sensus tacitus resultans ex re judicata, quàm expressus;
hinc videmus, quod licèt nemo suæ morti assensum
expressum dare queat, cùm nemo habeat suæ vitæ do- 50
minium, l. liber. homo ff. ad leg. Aquiliam, potest ta-
men quis dare tacitum assensum sententiæ mortis
contra ipsum latæ, ab ea non appellando, & in pœ-
nam mortis tacitè consentiendo, l. ad finem ff. de quæ-
stionibus l. divi ff. de pœnis, ita ut requiratur Principis
rescriptum, ut causa possit revideri, quod quidem res-
criptum restitutionis in integrum regulariter non da- 51
tur in præjudicium juris alteri quæsiti, & quoad bo- 52
na alteri alienata, nisi ob publicam utilitatem, ut ex
Lotter. & decisionibus Mohedani fuit suprà dictum quo-
ad Beneficia simplicia, & fortiùs dicendum respectu
illorum in quibus datur nexus conjugii spiritualis.

Sed quid dicendum, si sententia privationis fuerit
contumacialis? Hoc casu dico, quod si sententia fue- 53
rit privationis beneficii, tunc potest privatus ante la-
psum anni comparere, & instare pro illius revocatio-
ne, qua sequuta recuperat etiam beneficia, quamvis
fuissent alteri collata post sententiam contumacialem
Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 18. numer. 163. & seq.
Rota dec. 472. num. 9. 11. & 12. coram Bichio num. 6.
& seq. dicitur sententia contumacialis, etiam non
probato delicto, inducere vacationem beneficii, & sub-
stineri provisionem alteri factam, si Papæ fuerit nar- 54
rata privatio, ob dictam sententiam, secus si fuerit 55
dictum, commisisse homicidium; prout quatenus sen-
tentia non sit super pœna ob non paritionem moni-
torii, sed super delicto, præviis probationibus. Ita- 56
que

que provisio sequuta vigore sententiæ privationis in
contumaciam latæ, dicitur resolubiliter facta, qua-
tenus scilicet reus intra annum non comparuerit,
ut in cit. decis. numer. 9. & hoc docet eadem Ro-
ta coram Priol. *dec.* 60. *per tot.* & præsertim *num.*
5. *& dec.* 40. *num.* 9. *per tot.* ubi etiam advertitur quod
57 si interim provisus ob privationem contumacis obje-
rit, tunc nequit provideri Beneficium per obitum,
quia purgata contumacia intra annum, resolvitur
sententia contumacialis privationis, atque probata
innocentia, ac canonizata per sententiam revocato-
58 riam contumacialis, provisus recuperat Beneficia,
remotis inde subrogatis per provisionem resolubi-
lem, & in terminis Parochialis, Card. de Luca *de
benef. disc.* 73. *num.* 4. *& seq. ac dec.* 236. *num.* 10. *&
seq. part.* 13. *recen.* ita tamen, ut sententia debeat re-
59 vocari per Judicem Criminalem competentem, &
posteà agendum est in Rota pro recuperatione Be-
neficii, ut Spada *conf.* 70. *num.* 3. *& per tot. & incit.
dec. num.* 9. Ex quibus etiam auctoritatibus firmatur
60 quod post annum si privatus forsan petierit audi-
ri, tunc in admissione solet semper apponi clausula
à Papa, *sine præjudicio Fisco incorporatorum*, quæ
clausula importat etiam reservationem beneficiorum
collatorum, quia aliàs esset derogare juri quæsito al-
teri, ut in his terminis *Lotter. cit. qu.* 18. *num.* 166.
Seraph. *dec.* 354. *num.* 6. *&* 18. & in citatis decisioni-
bus, *& dec.* 8. *num.* 10. *&* 11. *part.* 11. *recen.* Tam
enim ex jure communi *in l.* 1. *§. ult. ff. de requir.
reis*, Farinac. *conf.* 14. *num.* 6. *&* 7. *Lotter. cit. quæst.*
18. *num.* 163. quàm ex *Constit.* Pii V. *la* 9. *§. Cum-*
61 *que* etiam, indulgetur contumaci, ut possit suam
innocentiam patefacere, & ea patefacta, recupera-
re amissa. Et quamvis Pius IV. *in const.* 52. limita-
verit tempus comparitionis ad sex menses, tamen
Pius V. ut suprà ad annum iterùm illud produxit,
ut notat Rota *cit. dec.* 40. *num.* 8. coram Priolo,
Si tamen labatur annus, sibi imputet contumax,
62 qui tacendo, acquievit sententiæ contumaciali, &
ejus executioni, nimirum provisioni beneficii alteri
factæ, & sic videtur cessisse suum jus, ut suprà di-
xi, cùm non debeant beneficia esse temporalia, qua
de re nequit ipse recuperare id quod sui contuma-
cia, & acquiescentia amisit, ut in citatis decisioni-
bus, & præsertim coram Priolo *la* 60. *&* 236. *part.*
15. & sic Papa non admittit reum ad se expurgan-
dum post annum in præjudicium provisi, nisi ex gra-
tia speciali, & pro bono universali, ut suprà innui.

Quoad privationes, seu depositiones Episcopo-
63 rum, nequit considerari ista sententia contumacia-
lis, quia non de facili ad illam deveniri potest,
& non solet provideri Ecclesiæ, nisi vel facta renun-
ciatione, vel probato formiter delicto, ut in citatis
juribus, & præsertim in Sacro Concilio Tridentino,
quod requirit plenam probationem in hujusmodi de-
positione, & privatione. Et quatenus verè contrà
Episcopum absentem, & nolentem comparere, pro-
cederetur in contumaciam probato delicto, tunc
Papa non censetur providisse Ecclesiæ resolubiliter,
64 prout in aliis beneficiis, in quibus magis solet in
hoc indulgere reis, inter quos, & eorum Ecclesias
non intercedit ille nexus spiritualis tam strictus,
prout in Episcopatibus, *cap. quanto de translatione
Episc. cap. requisisti de testamentis*, Fagn. *cit. num.* 5.
& 64. *& num.* 6. *&* 7. ubi tradit Episcopos solùm
de jure posse deferre annulos, non alios Beneficiatos,
65 nec Prælatos, sed aliàs occurrit sermo de annulorum
delatione, D. Thom. *in* 4. *dist. art.* 20. *quæst.* 1. *& in*
4. *sent. dist.* 29. *quæst.* 3. *art.* 3. *in corpore*, ubi do-
cet solum Episcopum esse sponsum, & contrahere
matrimonium spirituale, alios Prælatos inferiores ne-
66 quaquam, sed tantùm quasi matrimonium contrahe-
re; unde in aliis beneficiis Papa solet exercere ma-
67 gis absolutum dominium, quàm in Episcopatibus,
& sic majori facilitate possunt illa resolubiliter con-
ferri, & tolli, ut ad rem dictus *Lotr. cit. qu.* 18. *num.*
170. *& lib.* 2. *quæst.* 22. *n.* 9. & sic dicerem, quod la-
ta sententia depositionis contra Episcopum non com- 68
parentem, servatis servandis, & proviso de novo Pa-
store Ecclesia, non datur ampliùs ad illam regressus,
sed debet alio modo Episcopo provideri, nisi aliter ex
bono communi, Summo Pontifici videbitur, ut suprà
tetigi, & hic subnectam.

Nec obstant argumenta in contrarium adducta pro
secunda opinione *a num.* 196. Non primum, quia ve- 69
rum est, non posse Episcopum deponi sine culpa, au-
ctoritate ordinaria, juxta quam supponitur processisse
Summum Pontificem, in dicto casu, ut suprà ego fas-
sus fui: sed vis stat quòd culpa erat detecta, & per
sententiam confirmata, cuique ipse Episcopus acquie-
vit, ita ut Ecclesia jam pro vacante dicebatur ex con-
sensu ipsius Episcopi, ut suprà probavi.

Ad secundum valdè differt casus Episcopi ab hosti-
bus capti à casu præsenti; nam ille jure postliminii
acquirit omnia, & non potest elici consensus ipsius,
neque tacitus, neque expressus, cujus respectu Papa 70
Ecclesiam providerit, & potius ista provisio supponi-
tur conditionalis, conditione à jure intellecta, qua-
tenus verus Pastor non redierit, ut optimè disserit *cit.*
Fagn. *cap. per tuas il* 1. *num.* 32. *& seq. de Simonia*,
prout etiam matrimonium, quod contrahitur à spon-
sa cum credulitate mortis Viri in captivitate detenti,
si redierit Vir primus, evanescit. Stante igitur defe-
ctu consensus, & conditionali provisione secundùm 71
intellectum juris, adveniente Prælato, debet secundus
ab Ecclesia recedere, & habere à Papa aliud cam-
bium, ut ratiocinatur optimè Fagn. *his rationibus in
cit. cap. per tuas nu.* 32. *& seq. de Simonia*, & ex præ-
fatis insurgit responsio ad tertium objectum quoad Ma-
trimonium carnale.

In hac tamen re, ultra prædictas rationes, posset
alia considerari omnes transgrediens, ut etiam in ca- 72
su, quo Episcopus depositus appellaverit ad Papam,
& Papa noluerit admittere appellationem, quo ca-
su videtur cessare ille præsumptus, & tacitus con-
sensus, in quo fundantur omnia supradicta, adhuc
non sit locus eidem deposito ad jure petendam pri-
mam Ecclesiam, etiam canonizata ejus innocentia,
cùm id sit remissum arbitrio Pontificis. Et ratio est,
quia, si verum est, ut paulò antè probavi, quod Pa- 73
pa potest deponere Episcopum sine causa respiciente
ejus culpam, & transferre Episcopum ad aliam Eccle-
siam sine ejus consensu, dummodò concurrat causa
alia extrinseca utilitatis Ecclesiæ, & publici boni, ut
latè firmat Fagn. *cit. cap. quanto à num.* 101. *& seq.
de translat. Episc.* multò fortiùs poterit, attenta ea-
dem utilitate, in specie nostri casus, quo Episcopus
jam fuit diffamatus de delicto, etsi per sententiam ex 74
capite innocentiæ latam absolutus purgaverit maculam
juris, non tamen illam facti ad declinandam homi-
num opinionem malè conceptam, *Can. laici distin.* 33.
can. tantis, Daniel. *dist.* 81. *cap. omnipotens de accu-
sat.* & docent *Abb. in cap. quia diligentia num.* 8. *de
elect.* & Navar. *conf.* 6. *de accusat.* adeoque non ob-
stante absolutione ex capite innocentiæ, nisi constet
inquisitionem factam fuisse per calumniam, semper
remanet macula diffamationis, & quamvis inquisitus
immunis remaneat à delicto, non tamen abest à sus-
picione delicti, *Thesaur. de pœnis Eccl. part.* 2. *tom.* 7.
vers. religiosi, *sæpè* Rota *dec.* 693. *num.* 16. coram Bi-
chio *dec.* 267. *numer.* 14. *& seq. part.* 12. *recent.* Ista
enim populi existimatio tanti fit, ut valeat urgere Pa-
pam ad Episcopum non reponendum in eodem statu,
& sicuti potest Pontifex ex justa causa illum removere,
ita fortiùs non concedere eumdem Episcopatum, præ-
sertim in præjudicium secundi provisi; potest tamen 75
eidem alium Episcopatum elargiri non obstante dicta
diffamatione, tùm quia doctrinæ allegatæ loquuntur
pro assecutione novi beneficii in concursu alterius non
inquisiti, tùm quia sententia absolutoria non transivit
in judicatum, ut advertunt Doctores citati. Siquidem
data sententia absolutoria, remanet jus primævum in
Episcopo ad Episcopatum recuperandum, & sic non
agitur de illo quærendo, sed quia Papa ex legitima
cau-

causa illum reponere in prima Ecclesia non vult,
potest dare recambium, prout in casu, si Papa aliquem
vellit amovere sine culpa, ut latè *Abbas in*
cit. qu. 1. ut suprà diximus. Advertendum tamen,
76 quod debet concurrere consensus novus Episcopi pro
nova Ecclesia, ut animadvertit in terminis translationis,
Fagn. *cit. cap. quanto num. 119. de translat.*
quamvis idem dicat, posse cogi Episcopum causativè,
quatenus scilicet tollendo primum Episcopatum,
aliam Ecclesiam assumere cogatur.

E' contra verò posset Papa secundum Episcopum
77 removere, si causa justa urgeat, ut primus innocens,
macula expurgata, in totum ad suam Ecclesiam
reducatur, in triumphum justitiæ, ne foveatur
perversitas injustæ vexationis, idque locum habet,
si verè constiterit ex calumnia processum fuisse, nam
tali pacto satisfit bono, & utilitati Ecclesiæ, tùm
particularis, tùm universalis, quod notat Navar. *cit.*
conf. 6. in terminis fortioribus novi beneficii acquirendi,
non obstante jure quæsito secundo proviso,
hinc *in cap. 1. de Parochiis alias cit.* Papa substitutum
Episcopum privavit parte Diœcesis ad favorem
78 primi justa causa existente, imò poterat in totum
privare, ut notat *Abb. ibid.* ergo si id evenit in favorem
Episcopi hæretici ad fidem reversi, & admissi
in Episcopatu ex omnimoda indulgentia Papæ, tantò
magis erit dicendum ad favorem ejus, qui innocens
reputatur, & jure tanquam postliminii acquirit
suum jus in Ecclesia, ut benè arguit Fagnan. *cit.*
cap. per tuas num. 33. *in fine*; Papa enim ex causa
79 potest unire duos Episcopatus, & viceversa duos
Episcopos in una Diœcesi ponere; idque sine consensu
Episcoporum, & sine culpa eorum, ut dicunt
citati Doctores *in cap. 1. de Parochiis, & cap. quanto
de translat. Episc.* dummodò accedat causa universalis,
vel particularis Ecclesiæ. Ratio est, quia
spirituale conjugium inter Episcopum, & Ecclesiam
80 non contrahitur propter bonum privatum ipsius,
sed propter bonum Ecclesiæ, & sic non ut ei præsit,
sed ut prosit, *can. qui Episcopatum, can. in scripturis
8. quæst.* 1. quod non est in matrimonio carnali;
unde existente justa causa pro utilitate Ecclesiæ,
& populorum, erit liberum Papæ, Episcopum
transferre, & removere: ergo eo magis eum non
reponere potest, cùm jam servatis servandis fuerit
alter installatus, & è contra poterit reponere primum,
translato secundo Episcopo in aliam Ecclesiam,
si ei ita videbitur, ex iis, quæ in consimilibus
dicit Fagn. *cit. cap. quanto nu.* 120. *de translat.
Episc.*

Si autem Episcopus post sententiam privationis, & suspensionis ordinationem celebraverit, vel ministraverit, fit irregularis, sicuti quilibet sacerdos, Fagnan. *cap. Tuæ num.* 23. *de Cler. per saltum promoto*, & declaravit S. Congr. Concilii *in Eugubina* 1. Septembris 1685. Si tamen sententia fuerit revocata, vel circumscripta, posteà autem ista secunda declaratoria innocentiæ confirmata, an interim celebrans teneatur petere dispensationem Irregularitatis? *Sacra Congregatio Concilii in Aretina* 8. Maji 1688. dixit *ad mentem*, & mens fuit, ut si orator celebrasset, post notitiam circumscriptionis sententiæ posset dispensari, sin minus, non indigeret.

SECTIO V.

De Causis Civilibus Episcoporum quis sit Judex; & quoad Censuras contra eos.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi an possint conveniri coram Aud. Cam. in prima instantia, & pluribus num. sequentibus.*

2 *Possunt conveniri coram Aud. Cam. sine dubio in causis cum obligatione Camerali.*

Quis sit Judex in dictis causis obligationis Cameralis indistinctè, & in Curia? ibid.

3 *Dispositio* S. Conc. Trident. cap. 20. sess. 24. de reform. *non obstat prædictis, & quomodo procedat, & n. n. seq.*

4 *Auditor Cameræ ex quibus Constitutionibus obtinuit facultatem cognoscendi causas cum obligatione Camerali.*

5 *Auditor Cameræ nequit avocare causas cum obligatione Camerali à Judicibus de partibus.*

6 *Datur tamen tantùm cumulativa, imo variatio coram Aud. Cam. & de stylo extensionis formæ Cameræ, an fiat, & alia quoad Censuras.*

7 *Episcopi ratione contractus, rei sitæ, & apprehensionis in Curia, conveniuntur coram Audit. Cam. & quid ratione delicti? remissivè.*

Quid autem de Episcopo apprehenso in Curia, qui accesserit ad limina Apostolorum, ibid.

8 *Archiepiscopus an sit Judex ordinarius Episcoporum Suffraganeorum in Causis Civilibus; & adducuntur opiniones diversæ, & n. n. seqq.*

9 *Judice ordinario existente in partibus, nequit Aud. Cam. procedere in prima instantia, nec de consensu Ordinarii, si partes non conveniant.*

10 *Potest appellari ad Aud. Cam. relicto Metropolitano à Judicatis Episcopi Suffraganei.*

11 *Archiepiscopus non est Judex ordinarius Diœcesis Suffraganei, & hujus subditorum.*

12 *Episcopus nequit convenire suum subditum coram Metropolitano, & quid fiat in casu suspicionis?*

13 *Quomodò agendum in causis Episcoporum propriis circa Judices, & de variis casibus.*

Et primò de causis ubi Episcopus sit suspectus ratione interesse, ibid.

14 *Quid in causis, ubi de consensu aditur Aud. Cam.*

15 *Et quid in causis ubi Episcopus est actor, vel reus, & ipse vel pars dissentiat judicari ab Audit. Cam. an queat cogi coram Metropolitano? & num. seqq.*

16 *Explicantur Canones, qui adduci possunt ad favorem Archiepiscopi, loqui de Concilio Provinciali, & num. seqq.*

17 *Ob desuetudinem Conciliorum Provincialium, Metropolitani consueverunt cognoscere de Causis Civilibus Episcoporum.*

18 *Adducitur Epistola S. Cong. Epist. in hac materia, quod causæ Civiles prædictæ non debeant cognosci coram Metropolitano.*

19 *Limitatur, si adesset consuetudo ad favorem Metropolitani, quæ sufficeret ordinaria sine titulo.*

20 *Quid dicendum quoad Vicarios Suffraganeorum, an eorum causæ Criminales, vel Civiles debeant, vel possint cognosci coram Metropolitano?*

21 *Distinguuntur casus, & declarantur doctrina.*

22 *Aud. Cam. est Judex in causis civilibus Episcoporum, & n. n. antecedentibus.*

23 *Legatus etiam erit Judex cumulativè cum Audit. Cam. & de stylo Signaturæ in his causis rescribendi quoad Judices.*

S. Cong. Episcoporum judicat quoad causas istas Episcoporum, & quando ibid.

24 *Judex delegatus Papæ ad aliud effectum nequit procedere contra Episcopos, ubi declaratio S. Cong. Concilii.*

Ita quoad Censuras, ubi alia declaratio, ibid.

25 *Sed si Suffraganeus Episcopus fuerit depositus, suspensus, aut excommunicatus, an Archiepiscopus exercere possit jurisdictionem ordinariam in ejus Diœcesi?*

26 *An in dictis casibus possit constitui Vicarius Capitularis?*

Adducuntur opiniones, & rationes, ibid.

Quid, Episcopo longè absente, vel capto à Paganis, ibid.

27 *Opinio Auctoris in omnibus dictis casibus, & primò de casu depositionis, & privationis, & n. n. seqq.*

28 *Quid*

28 Quid in casu suspensionis tantum, vel ob absentiam?

29 Explicatur textus in Cap. Si Episcopus de suppl. negl. Prælat. in 6. de Episcopo capto à Saracenis, & n. 35. & seqq.

30 Praxis Vicariorum Apostolicorum in casu Episcopi suspensi à jurisdictionis exercitio.

31 Respondetur contrariis, ac explicantur objecta.

32 Absente de longinquo Episcopo, si moriatur Vicarius Generalis, quis gubernare debeat, Capitulum, vel Archidiaconus?

33 Electio Vicarii tunc spectat ad Summum Pontificem, interim gubernante Capitulo, donec Papa adeatur, in exclusionem Archidiaconi.

Limita, si adsit consuetudo ad favorem Archidiaconi, ibid.

34 Quid dicendum in Capitulis Nullius, an procedat dicta regula firmata quoad Episcopos, si Abbas sit privatus, vel suspensus?

An possit constitui Vicarius Capitularis in hujusmodi Ecclesiis Nullius? ibid.

35 An Episcopo capto ab hereticis, ita tamen, ut possit cum eo haberi communicatio à Diœcesanis per Epistolas, sit locus electioni Vicarii Capitularis?

36 Episcopo à Saracenis capto, non existente in ejus Cathedrali Capitulo, ad quem spectet electio Vicarii? & n. seqq.

Explicatur textus S. Conc. Trident. cap. 16. sess. 24. de reform. circa electionem Vicarii Capitularis, & facultatem in hoc Metropolitani, ibid. & n. n. seqq.

37 An vacante Sede Metropolitana electio Vicarii Capitularis, quæ spectaret ad Archiepiscopum devolvatur ad Capitulum Metropolitanum? & n. seqq.

38 Capitulum Metropolitana habet jurisdictionem in Ecclesias Suffraganeas.

Quæ transeant in Capitulum Metropolitanum vel non in obitu Archiepiscopi circa Jus Metropoliticum? ibid.

Vicarius Metropolitana Ecclesia Capitularis quoad Ecclesias Suffraganeas, & Episcopos ibid.

39 Capitulum habet jurisdictionem habitualem, quam reassumit Sede vacante.

40 Archidiaconus potest præscribere jus gubernandi tempore Sedis Vacantis.

41 Vicarius Archiepiscopi, hoc præsente nequit constituere Vicarium Capitularem in Ecclesia Suffraganea.

42 Electo Vicario Apostolico, si moriatur Episcopus, non est locus Vicario Capitulari.

43 Solet S. Cong. aliquando mittere Vicarium Apostolicum Sede Vacante, quo casu cessat Vicarius Capitularis.

44 Episcopi exempti, vel Metropolitani conveniri possunt coram Aud. Cam. qui est Judex exemptorum.

45 In eorum Causis dari solet aliquando Breve delegatorium Episcopo viciniori.

46 Commissio dictarum Causarum committi solet in Curia, quoties Episcopus inficiari potest de usura, & agitur cum Persona potenti, etiam quod agatur civiliter.

47 Dispositio cap. causæ omnes, quoties non adest Ordinarius in partibus, non habet locum.

48 Causæ graves vertentes inter Personas illustres, & potentes, committi solent in Curia etiam in prima instantia.

49 Causæ prædictæ committi solent in Rota, etiam in prima, præsertim si sint inter Episcopos contendentes de jurisdictione, vel inter Episcopum, & inferiorem Prælatum.

50 Jurisdictionis controversia inter Archipresbyterum, & Vicarium, remissa fuit à Signatura ad Rotam.

51 Majores Causæ vel ratione materiæ, vel ratione Personæ, videnda sunt apud Sedem Apostolicam.

52 Nuntius Apostolicus an sit Judex competens, Causarum Episcoporum, distinguitur n. seq.

53 In Causis Criminalibus majoribus non est competens, sed requiritur specialis commissio Summi Pontificis.

54 In Causis Minoribus, & Civilibus, si habeat facultatem Legati à Latere, est Judex competens, & habet jurisdictionem in Episcopos exemptos.

55 Præventio in hujusmodi Causis datur inter Nuntios, & Aud. Cam.

56 Appellatio à judicatis dictorum Nunciorum, vel Legatorum, admittitur ab Aud. Cam.

57 Appellatio à judicatis Episcoporum admittitur apud Nuntios, si habeant facultates Legati à Latere.

58 Nuntii vigore dictarum facultatum gerunt figuram Metropolitani, seu Primatis.

59 Nuntius Neapolis non habet facultates Legati à Latere, sed est solùm Generalis Subcollector, & habet jurisdictionem in solis causis subcollectionum.

60 Episcopus an possit ab alio Episcopo, vel à suo Metropolitano excommunicari, vel alia censura affici?

61 Metropolitanus potest suos Episcopos Suffraganeos excommunicare, & aliis Censuris plectere, etiam inconsulto Romano Pontifice.

62 Declaratio censurarum fieri etiam potest contra exemptum.

63 Metropolitanus est Judex, Pastor, & Episcopus suorum Suffraganeorum.

64 Metropolitanus nequit Episcopum Suffraganeum excommunicare, nisi prius illum interdicto, & suspensioni subjiciat, juxta ordinationem præscriptam in cap. Quia Pontificali de off. deleg. in 6.

65 Ordo prædictus est semper servandus, nisi aliud suaserit ejusdem Suffraganei contumacia, sive culpa.

66 Ordo prædictus est observandus etiam contra Episcopum non consecratum.

67 Auditor Cameræ non solet procedere contra Episcopos, vel alios Prælatos superiores, ad excommunicationem, sed solùm ad interdictum.

Hoc idem etiam observat cum constitutis in dignitate sæculari.

68 Nisi tamen sint obligati in forma Cameræ, quia tunc concurrit protervia.

69 Auditor Cameræ non procedit ad declaratoriam contra constitutos in majori dignitate Ecclesiastica, vel sæculari, nisi facto verbo cum Sanctissimo, & de ejus licentia.

70 Excommunicatio lata, non servato dicto ordine text. in cap. Quia Pontificali, an sit valida?

71 Excommunicatio post Concilium Tridentinum non est ferenda contra Suffraganeos, nisi in subsidium post pœnas pecuniarias.

72 Vicarius Metropolitani potest procedere ad excommunicationem contra Suffraganeum, absente Metropolitano, secus vero illo præsente.

73 Sed contra Episcopum non consecratum, procedit etiam, Metropolitano præsente, & n. n. seqq.

74 Excommunicatio aliter à prædicto Vicario lata est valida, sed ipse esset puniendus.

75 Officiales, & Nuntii Sedis Apostolicæ, nequeunt censuris affici, nisi de expressa licentia Papæ, juxta extravag. cum Matthæus de hæretic.

76 Dispositio dictæ extravag. cum Matthæus procedit tam in ordinariis, quàm delegatis Judicibus, imò etiam in Inquisitoribus.

77 Episcopi non comprehenduntur sub dispositione dictæ Extravagantis cum Matthæus, concedentis exemptionem Nuntiis, & aliis Officialibus Sedis Apostolicæ.

78 Sub

78 *Sub dispositione dicta Extravagantis comprehenduntur officiales, Sedi Apostolica immediatè servientes, non tamen officiales inferiores.*

79 *Metropolitanus, & ejus Vicarius Generalis possunt comminari Episcopis Suffraganeis pœnam interdicti ab ingressu Ecclesia.*

80 *Vicarius Generalis Metropolitani an possit dictam pœnam, & alias censuras comminari, etiam præsente Metropolitano, vel promulgare.*

81 *Vicarius Metropolitani est superior Episcoporum Suffraganeorum quoad jurisdictionem.*

82 *Episcopi Suffraganei possunt à Vicario Metropolitani censuris affici.*

83 *Sed hoc ultimum limitatur, non procedere, præsente Archiepiscopo, & quare?*

84 *Comminatio censurarum, cum non contineat pœnam in actu, nec sit publica, potest fieri à Vicario, etiam præsente Archiepiscopo.*

85 *Auditor Camera passim comminatur censuras contra Episcopos, sed eas non fulminat sine mandato Papa.*

86 *An id quod dictum est de Vicario Archiepiscopi, procedat etiam in ejusdem Archiepiscopi delegato?*

87 *Delegatus Archiepiscopi non potest censuras comminari contra Suffraganeos.*

Est inferior Vicario quoad authoritatem, ibid.

88 *Archiepiscopus licèt de jure possit censuris innodare Suffraganeos, de congruentia tamen debet anteà consulere Papam.*

89 *Censura alias lata, rarò à Sacr. Congr. approbantur.*

90 *Censura lata ab Archiepiscopo Surrentino in suum Suffraganeum, non fuerunt à S. Congr. improbata, sed solùm declarata nulla ob defectum citationis.*

91 *Censura lata à dicto Episcopo Suffraganeo contra ipsum Archiepiscopum fuerunt improbata ab eadem Sacr. Congr. & redargutus fuit Episcopus.*

92 *Episcopus non potest ab alio Episcopo excommunicari, nisi ratione delicti fiat illi subditus.*

93 *Episcopus transgrediens legem Diœcesanam alterius Episcopi, qua contineat pœnam excommunicationis, habetur jure privati.*

94 *Hoc idem dicendum est etiam in Archiepiscopo, qui ratione delicti fit minor Episcopo, dummodo iste non sit suus Suffraganeus.*

95 *Episcopo in aliena Diœcesi non licet accedere ad Monasteria Monialium.*

96 *Episcopus nequit prædicare in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarii, & ita observatum fuit Neapoli jussu Clementis VIII.*

97 *Episcopus Diœcesanus procedere potest ad censuras contra alium Episcopum offendentem suam jurisdictionem.*

98 *Archiepiscopus an possit aliquando excommunicari à suo Episcopo Suffraganeo?*

99 *Resolvitur non posse, ratione sua superioritatis erga Suffraganeum.*

100 *Archiepiscopus nec etiam ratione delicti potest fieri subditus suo proprio Suffraganeo.*

101 *Suffraganeus attentans aliquid contra proprium Archiepiscopum est puniendus.*

102 *Suffraganeus, qui excommunicavit suum Archiepiscopum, vocatus fuit ad Urbem, ut se justificaret.*

103 *Archiepiscopus, qui ultra morem Clericalem processit contra Episcopum Suffraganeum, acriter monitus fuit à Sacr. Congreg.*

104 *Resolutio S. Congreg. quoad censuras Episcopi Vicani contra Archiepiscopum Surrentinum.*

105 *Episcopi Suffraganei irreverentes & inobedientes erga proprium Metropolitanum puniri debent tamquam perjuri.*

106 *Episcopus Suffraganeus potest declarare incursum in censuram latam à jure suum proprium Archiepiscopum, si iste delinquat in illius jurisdictionem.*

107 *Suffraganeus in dicto casu nullam censetur exercere jurisdictionem in proprium Archiepiscopum.*

108 *Hoc procedit, dummodò Suffraganeus nullo modo procedat judicialiter.*

109 *Suffraganeus ob reverentiam debitam proprio Metropolitano, debet omninò abstinere à publicatione cedulonum contra eumdem, sed debet certiorare Sedem Apostolicam.*

110 *Nec etiam sub prætexu defensionis, vim vi repellendo, nisi quando periculum est in mora, nec patet recursus ad Superiorem.*

111 *Episcopi non comprehenduntur sub generali pœna suspensionis, & interdicti, nisi sint specialiter nominati.*

HIc opportunè est quærendum, an Episcopus
conveniri possit in prima instantia coram Au- 1
ditore Cameræ in Causis Civilibus, & an in eisdem Causis Archiepiscopus sit Judex Suffraganeorum?

In has controversia plura sunt explicanda pro rei dilucidatione, & hujusmodi dubiorum variè occurrentium.

Primò igitur est advertendum, dubium non urge-
re quoad obligationes in forma Cameræ, quia verè 2
possunt Episcopi conveniri coram Auditore Cameræ, qui est Judex obligationis Cameralis saltem cumulativè cum aliis obivis locorum, & inter quascumque personas contractæ, quamvis in Curia sit privativè exceptis privilegiis Tribunalis Emioent. Vicarii quoad Clericos ratione Beneficii, vel originis, Romanos, Locorumque piorum, & Curiæ Capitolinæ, quo ad Cives, & incolas Urbis, in quibus casibus expressis datur cumulativa, Ridolph. *in prax. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 36. *& seqq.* de quo alibi erit sermo. Unde stante facultate concessa à Summis Pontificibus dicto Auditori Cameræ, dubium non est, ut indefinitè ea uti possit contra quoscumque, non posita limitatione, & sic poterit Creditor agere coram Auditore Cameræ contra Episcopum in Causis continentibus obligationem Cameralem in prima instantia, prout practicatur contra quoscumque exemptos, etiam Archiepiscopos, Patriarchas, & Nuntios, ac Cardinales, quia Creditores habent electionem fori, ut infrà dicam.

Nec obstat dispositio S. Conc. Triden. C. 20. *sess.*
24. *de reform.* ut Causæ omnes cognoscantur in pri- 3
ma instantia coram Ordinariis locorum, nam in eodem Concilio cavetur id minimè procedere in Causis, quæ juxta Canonicas Sanctiones apud S. Sedem sunt tractandæ ibi: *Ab his excipiantur Causa, qua juxta Canonicas Sanctiones apud S. Sedem sunt tractanda*: Inter quas sunt omnes, quæ vel ex jure communi, aut speciali Ecclesiæ, & Summorum Pontificum dispositione in Urbe sunt cognoscendæ,
& sic cùm Constitutio S. M. Pii IV. incipit *Ad exi-* 4
mia 33. *in Ordine to.* 3. *Bullarii* §. 4. facultatem concesserit Auditori Cameræ cognoscendi causas cum obligatione Camerali etiam inter exteros, & quascumque personas, & ubilibet factas, anno 1561. Pontificatus illius anno secundo, & postmodum anno quinto Pontificatus, Constitutionem idem Papa promulgaverit, ut Decreta S. Conc. Trident. super reformatione non obligarent, nisi à Kal. Maji 1564. ut in ejus Bulla *incip. sicut* 80. *in ordine*, remanet firmum posse Aud. Cameræ uti dicto privilegio confirmato deinde ab aliis Summis Pontificibus, præsertim à S. M. Paulo V. *Const.* 28. *incip. eximia* §. 6. & alia recenset *cit.* Ridolph. Præterea accedit alia ratio, quia cùm obligatio Cameralis sit stricta quædam obligatio hic in Curia assueta, videtur quis se ultrò supponere etiam illius Judici, adeoque non obstante dispositione Conciliari, potest Auditor Cameræ procedere contra quoscumque, ut docent Lancell. *de att. lit. pend. cap.* 4. *lim.* 15. *num.* 3. *& cap.* 20. *lim.* 26. Zacch. *de oblig. Camerali qu.* 7. *num.* 15. *&* 16. Gratian. *discept.* 118. *in fra.*

fin. Ricc. *in prax. ref.* 342. Barb. *ad Conc. Trid. cit. cap.* 20. *num.* 5. *& de pot. Episc. alleg.* 81. *num.* 19. ubi benè insurgit contra Salgad. *de Suppl. ad S. S. par.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 7. qui id negat asserendo dicta privilegia fuisse à Concilio abrogata, nam non advertit ad ea, quæ diximus. Ultra quod, & si essent contra Concilium, quis dubitat Papam potuisse derogare illis, sine expressa derogatione, cùm sufficiat derogatio generalis, vel quod actus sit incompatibilis cum ipsa dispositione Conciliari? Rot. *dec.* 260. *n.* 9. *part.* 7. *recen.* & ita in locis etiam Hispaniæ, & Siciliæ ac alibi procedit Auditor Cameræ in prima instantia, quatenus ab actore adeatur in his causis, ut pluribus exemplis testatur *cit.* Barb. *n.* 19. *in fin.* & passim in Curia practicatur, & *dec.* 115. post Zacch. *de oblig. Camerali, & dec.* 572. coram S. M. Innocentio X. ubi de obligatione Episcopi in Hispania, & in Rota etiam dictæ causæ cum obligatione Camerali dependentes ab iis, quæ agitantur in eodem Tribunali, cognoscuntur, quo casu eadem procedere potest in hujusmodi obligationibus Cameralibus, vel quatenus Signatura Justitiæ committat illi cum facultatibus Auditoris Cameræ, ut solet fieri, si agatur de causa connexa cum ea quæ pendet in Rota, ita si commisit non facta mentione obligationis Cameralis Auditor Cameræ potest procedere absque vitio attentatorum, *dec.* 572. coram S. M. Innocentio X. *& Add. num.* 5. ubi de facultatibus Auditoris Cameræ, & ibi agebatur de obligatione facta in Hispania in forma Cameræ, & Rota dixit, quod intelligi debet ad formam Cameræ Apostolicæ.

5 Ratio prædictorum est, quia in vim obligationis Cameralis habet quis electionem fori, sed non videtur indistinctè verum quod dicit Barbosa *citatis locis* sequendo Lancellot. & Gratian. *supr. cit.* quod nimirum possit Auditor Cameræ avocare dictas causas cum obligatione Camerali, & inhibere Ordinariis ne procedant in illis, cùm Ordinarii non prohibeantur procedere in eisdem causis intentatis coram ipsis, nam ipse Auditor Cameræ privativam habet tantùm in Curia, exceptis suprà expressis casibus in Tribunali Vicarii, & Capitolinæ Curiæ, imò neque potest reassumere causas cum dicta obligatione ab aliis Tribunalibus dependentes, ut dixi, & docuit Penia *dec.* 169. ubi dicitur idem esse, quando una sententia parit exceptionem rei judicatæ in alia causa, sed cùm Judicibus nempè extra Curiam habet solùm cumulativam, quia Bullæ dictam privativam in primo casu tantùm concedunt, ut in Constitutione Pii IV. §. 5. & alibi, & ita dixerunt Zacch. *cit. loc. num.* 48. Panimol. *dec.* 12. *adnot.* 1. *n.* 9. & firmavit Rota *dec.* 462. coram Buratto, ubi id firmatur ex verbis Bullæ ac aliis, nec non ex observantia, *& dec.* 537. *num.* 4. *&* 5. coram eodem; & quoad Censuras solus Auditor Cameræ procedit, ut in dictis Bullis, & alibi dixi.

6 Datur tamen ex vi dictæ cumulativæ electio fori, ut dixi, & est praxis, Card. de Luca *de Jurisd. disc.* 114. *num.* 9. *& ad Conc. Trid. disc.* 33. *num.* 14. Rota *dec.* 110. *n.* 2. *par.* 10. & etiam fori Episcopalis quoad laicos, *cit. disc.* 114. *nu.* 9. ac prævalet privilegio, *leg. un. Cod. quando Imperator disc.* 71. *de Jurisd. num.* 10. Panimoll. *dec.* 12. *adnot.* 1. *n. n.* 7. *&* 8. & sic posset Creditor post intentatam Causam coram Judice de partibus in vim obligationis Cameralis coram Auditore Cameræ agere, ut docent Lancell. *cit. limit.* 25. *num.* 8. *& cap.* 20. *limitat.* 16. Gratian. *cit. num. fin.* Zacch. *de oblig. Camerali qu.* 11. Rota *dec.* 200. *num.* 12. *post ejusd. tract.* ubi dixit refici expensas per variationem à Judicio ordinario. Nec est verum quod dixit Rota *dec.* 56. *num.* 9. *&* 10. post Zacch. *cit.* quod non possit variare lite contestata, quia ista decisio procedit stante Commissione Papæ, ut erat casus ibidem, & sic datur variatio etiam post contestatam litem, refectis expensis & transportatis actis. Ratio autem dictæ variationis est, quia in ventre ejusdem obligationis renunciatur Juri disponenti, ut Judicium finiatur in loco, in quo fuit cœptum, nam potest ad libitum creditoris, debitor conveniri, & arrestari, donec sibi satisfiat, ut notat *cit.* Lancell. *n.* 4. ita ut excludantur attentata, si pendente executione dictæ obligationis coram Judice de partibus, petatur executio coram Auditore Cameræ, & ita praxis servat. Imò quia Auditor Cameræ solus procedit ad Censuras, Zach. *de oblig. Camerali q.* 12. *nu.* 1. hinc post obtentum mandatum coram alio Judice, potest instari coram Auditore Cameræ pro Censuris Capuc. *in praxi part.* 1. *cap.* 2. *art.* 3. *num.* 46. *&* 47. & hoc casu non reficiuntur expensæ, Zacch. *cit. qu.* 11. *num.* 27. & extenditur forma Cameræ ante Censuras, & ita in praxi servatur à diligentibus quoad Censuras, quamvis etiam omittatur extensio, antiquato stylo ob formulam magis strictam, ut dicit Card. de Luca *de Judiciis disc.* 42. *num.* 23. & ita juxta antiquum stylum intelligi debet de extensione, ut suprà dixi in Commentario antecedenti *sect.* 3. *num.* 60. & contra Episcopos non proceditur ad excommunicationem, sed ad interdictum, prout contra Communitates dixi etiam in Commentario antecedenti, sed etiam quoad Communitatem requiritur Papæ licentia, Zacch. *cit. q.* 12. *n.* 2. *&* 3.

7 Secundo si agatur de Episcopo, vel ratione contractus, aut rei sitæ, vel alio modo, quo forum sortiri potest, ipse Auditor Cameræ est Judex. Ita de apprehenso in Curia dicendum ratione privilegii communis Patriæ, ut aliàs dicemus, & in terminis Episcopi est textus *in cap. licet fin. de foro compet.* quibus modis forum Urbis sortiendi non est derogatum à Concilio Tridentino ex dictis rationibus suprà deductis, & plenè Fagn. *cit. cap. licet num.* 25. *& seq.* Unde positis his, certum est Auditorem Cameræ esse Judicem Episcoporum, & similium in Urbe existentium, vel apprehensorum, & in terminis Episcopi Ultramontani apprehensi in Curia, Card. de Luca *disc.* 891. *per tot. de Jurisd.* cum resolutione Signaturæ Justitiæ, quod tamen limitatur, si accesserit ad limina Apostolica visitanda, vel alia justa ratione, quia habet in dicto casu jus revocandi domum, ut disponitur in eodem *cap. licet*, & Card. de Luca *cit. disc. num.* 5. *& fin.* ubi quando possit in hoc etiam attentis circumstantiis contra apprehensum judicari, præsertim si concurrat damnum irreparabile creditoris, prout concurrebat in casu Episcopi Ultramontani debitoris. An autem talis apprehensio procedat etiam quoad laicos non subditos Papæ, agunt *cit.* Fagnan. *cap. licet*, & Card. de Luca *cit. disc.* 89. & nos latè alibi dicemus. Et ratione delicti jam suprà dixi Auditorem Cameræ esse Judicem competentem omnium Episcoporum, præsertim si sit causa Criminalis minor, in qua absque dubio, etiam sine Commissione procedit, ratione verò rei sitæ, vel contractus similiter procedet ex dispositione *cit.* Textus *in cap. licet de foro compet.* non obstante Concilio Tridentino, quod vel non disponit de causis Civilibus, vel censetur illi derogatum per Bullas committentes cognitionem omnium Causarum hujusmodi Prælatorum ipsi Auditori Cameræ.

Demum si agatur de aliquo Judicio præciso à dictis casibus, vel etiam de obligatione Camerali in casu quo actor nolit convenire Episcopum coram Auditore Cameræ, sed coram suo Judice in partibus, quid dicendum?

Restringitur difficultas, pro qua explicanda primò erit discutienda veritas alterius difficultatis: An Archiepiscopus sit Judex Ordinarius Suffraganeorum in causis civilibus?

8 In hoc varias opiniones reperi, ita ut mirum sit, quòd ita inter se Doctores certent; aliis dicentibus debere conveniri Episcopum coram Metropolitano, aliis negantibus. Affirmant itaque itidem asserendo Metropolitanum esse Judicem Ordinarium Episcoporum suffraganeorum, *Abb. in cap. Pastoralis nu.* 2. *de offic. Ordin.* Barb. *ibid. num.* 4. *& alii*, & idem Barb. *de jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 46. Fagnan. *cap. sicut num.* 8. *de excess. Prælat.* Gratian. *discept.* 169. *num.* 14. Gen. *in praxi cap.* 88. *num.* 1. Quaranta *in Summ.*

Bul-

Bullar. v. Archiepisc. auctoritas nu. 10, de Marinis *resol. quotid. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 1. Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 8. *num.* 98. *vers.* In hac, Passerin. *ad cap.* Romana 1. *num.* 4. *de offic. Ordinarii in* 6. Van-Espen. Jur. Can. Un. *part.* 1. *tit.* 19. *num.* 4. 11. 12. & 16. Zipæus *in jure novo tit. de for. comp. num.* 2. ubi de ista auctoritate Archiepiscopi in Gallia, & Flandria, quamvis per injuriam Senatus usurpare soleat quoad hujusmodi causas civiles, Gonzal. *ad reg. Cancell.* Gloss. 42, *num.* 16. nisi tamen agatur de Episcopo exempto, & immediatè subjecto Sedi Apostolicæ, itaut procedant ulteriùs præfati Doctores asserentes, ut possit Metropolitanus carcerare, & punire Vicarium Generalem suffraganei, si delinquat quoad proprium officium, secùs non, ut apud *cit.* de Marinis, Quarant. Gratian.

Alii asserunt quod non possint cogi Episcopi subire judicium Archiepiscopi in Civilibus; ita Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 22. *num.* 94. & *sequ.* Barbosa ad Concil. Trid. *sess.* 13. *cap.* 8. *num.* 2. & *cit. cap.* 7. *n.* 46. *in fin.* ubi refert Decretum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium in Rhegien. 31. Maii 1588. & in Summ. Apostol. *dec. v. Archiepiscopus num.* 12. Ventrigl. *in praxi annot.* 40. *part.* 1. §. *un. numer.* 31. *vers.* & *hac opinio videtur*, Passerin. *in capit. Romana* 1. *n.* 14. *de suppl. neglig. Prælat. in* 6. ubi affert declarationem Sac. Congregationis.

9 Unde posita prima opinione nequit Auditor Cameræ cognoscere de hujusmodi causis, quia cessat ejus Jurisdictio, quotiescumque in partibus adest Judex Ordinarius, & procedit in tali casu dispositio Concilii Tridentini *in capit. causa omnes suprà cit.* & benè Fagnan. *cap. de priore num.* 22. 32. & 34. *de appell.* & *cap. licet num.* 36. *in fine de foro comp.* Cardin. de Luca *in relat. Rom. Cur. disc.* 34. *num.* 6. & *disc.* 80. *num.* 7. & videtur supponi *in cit. disc.* 89. *de Jurisd. ab ipso* Card. de Luca, Auditorem Cameræ non esse Judicem Ordinarium primæ instantiæ contra Episcopum, aliàs dicit ipse, quod frustratoria fuisset disputatio articuli apprehensionis in Curia, & quatenùs unus ex litigantibus renuat in prima instantia conveniri, vel convenire coram Auditore Cameræ, non potest cogi, si sit primus Judex Ordinarius in partibus, nam dispositio citati Textus Conciliaris, nedum est lata ad favorem Ordinariorum, sed litigantium, ne inviti trahantur extra Diœcesim, cùm id durum esset ex pluribus damnis inde emergentibus, quæ consideravit S. Synodus Tridentina, itaut quod neque sufficiat consensus proprii Ordinarii, reluctante parte, ut resolvit Sac. Congregatio Concilii 27. Junii 1585. quam refert Grat. *discep.* 837. *num.* 22. & quòd Episcopus non debeat vocari coram Auditore Cameræ, ipso reluctante, agit Card. de Luca *disc.* 80. *de Jurisd.* ubi de Episcopo Ferrarien.

10 Nec obstat quod possit subditus Suffraganei, relicto Judicio Metropolitani, appellare à sententia Episcopi ad Auditorem Cameræ, *Abb. cap. Dilecti* 66. *n.* 11. *vers. Quartus Casus de appellat.* ubi Franch. *num.* 7. *vers. de accidentibus in fin.* Pax Jordan. *var. lucubr. tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 474. Scaccia *de appell. q.* 7. *num.* 46. Scialoja *de for. compet. cap.* 51. *num.* 57. Altimar. *de nullit. tom.* 1. *rubr.* 3. *quæst.* 25. *num.* 25. Pellegr. *in prax. Vicar. p.* 3. *sect.* 1. *num.* 5. Fagn. *in cap. Studuisti num.* 49. *de offic. leg.* Nam id procedit, quia Archie-
11 piscopus non est Judex Ordinarius Diœcesis Suffraganeorum, *Card. in Clemen. Pastoralis col.* 2. *de offic. Jud. Ordin.* sed tantùm in Causa devoluta per appellationem, Fagnan. *cit. cap. de priore num.* 33. ideò sub verbo *Ordinarii in cit. cap. Causa omnes, Concil. Trident.* non venit Metropolitanus. Unde non est prohibitum, ut Causæ extrahantur in secunda instantia, nec potest cogi appellans appellare coram Metropolitano, & ita praxis obtinet, atque servatum in Signatura Justitiæ vidi pluries, dum ibi fui Votans, ex qua ratione nec poterit Episcopus convenire suum
12 subditum coram Metropolitano, quia ejus subditus talis non est respectu Archiepiscopi, nisi in casu devolutæ appellationis, & sic nequit habere Archiepiscopum pro Judice, sed debent eligi arbitri, ut apud Passerin. *in cap. si contra nu.* 34. *de offic. Jud. deleg. in* 6. *Ventrigl. cit. num.* 31. prout in casu suspicionis delegati Episcopi, si suspicio sit ex causa personæ Episcopi, secus si ex persona Delegati, prout & Vicarii, quia tunc cognoscit Episcopus de causa suspicionis, vel poterit Episcopus alium deputare partibus non suspectum, Thom. *dec.* 247. *num.* 59. & *seqq.* Sperell. *decis.* 93. *in fin.*

Ad dubium igitur propositum, an Archiepiscopus
sit Judex Suffraganeorum, à quo aliud dependet, nem- 13
pè, quis sit Judex eorum in causis Civilibus? Dico distinguendos esse casus; aut enim agitur de Causa, quæ vertitur inter subditum, & Episcopum, in quo iste potest esse Judex, sed recusabilis tantùm ratione interesse, vel suspicionis particularis, & tunc debent eligi arbitri, ad quos eligendos poterit etiam cogi ab Archiepiscopo, ut distinguunt Auctores citati pro prima, & secunda opinione, præsertim Scaccia, Ventriglia, Lotter. & alii, & loco arbitrorum, qui nunc præsertim citra Montes in desuetudinem abierunt, successit recursus ad Signaturam Justitiæ, quæ deputat Judicem in partibus, vel dat adjunctum partibus non suspectum, vel committit in Rota, si gravitas rei id exigat, ut dixi in præterito Commentario, & dicam infra, & docuerunt Marchesan. *de Commiss. par.* 2. §. 1. *num.* 27. & 31. *fol.* 378. Card. de Luca *de Jurisd. disc.* 80. *number.* 7. nec potest subditus in vim *l. unic. Codic. Quando Imperator* eligere forum Archiepiscopi, licèt sit privilegiatus, ut ex declaratione S. Congr. Concilii *in Baren. Anno* 1628. dixit Card. de Luca *de Jurisdictione disc.* 57. *n.* 15.

Secundò si agatur de Causa, quæ movetur à sub- 14
dito, vel extero, contra Episcopum coram Auditore Cameræ, tunc ex eadem ratione de communi ipsarum partium consensu, poterit Auditor Cameræ cognoscere, ut docent Fagnan. & *alii citati suprà* §. *Unde*, limitantes hoc casu regulam, ut Causæ debeant in partibus cognosci, ex *cit. Text. cap. Causa omnes.* Unde, etsi Archiepiscopus juxta opinionem affirmativam sit Judex Ordinarius, nihilominus istas causas vigore consensus, Auditor Cameræ potest cognoscere.

Si verò Episcopus sit actor, tunc velut in causa pro-
pria nequit judicare, nec datur locus Adjuncto, ut 15
dixi in Commentario antecedenti. Itaque, vel datur Judex à Signatura, vel potest convenire subditum coram Nuntio, ut est casus *dec.* 104. *aliàs* 11. coram Cæsare de Grassis *de sent.* & *re jud.* vel coram Auditore Cameræ, ut infrà dicam, non autem coram Metropolitano, quia is non est Judex subditorum Episcopi, nisi in casu devolutæ jurisdictionis, ut dixi suprà. Si verò Episcopus sit reus, ut est casus dicti *disc.* 80. Card. de Luca, dicendum etiam est non posse cogi Episcopum respondere coram Metropolitano, ut firmant Doctores pro secunda opinione, & ratio est quia Metropolitanus non habet jurisdictionem, nisi in iis, quæ à jure ei sunt permissa, Gloss. *in Clemen. si una v. Mensæ suæ de reb. Eccles. non alien. cap. Inter corporalia* §. *Sed neque vers.* & *quod non est de translat. Episc. cap. duo sunt de off. ordin.* Gloss. *in cap. Venerabili* 52. *ver. Constiterit de sent. excom.* Felin. *in cap. Pastoralis in principio de off. Jud. Ordin.* & *cap. Cum ex offic. num.* 7. *de præscript.* & quatenus à Sacris Canonibus videatur concessa jurisdictio Metropolitano, ea est, vel in casu appellationis à Judicio Episcoporum, vel in casu supplendi ejus negligentiam, ut monuit Hilarius Papa Ascanium Metropolitanum in *Epist. relata in tom.* 4. *Concil. col.* 1037. *Tuæ sollicitudinis est frater charissime omnia tibi debita auctoritate tueri,* & *illicitis non modo non præbere assensum; sed etiam cuncta, quæ contra regulam facta repereris, coercere;* scilicet per totam Provinciam, & Gratian. *in Can.* 9. *quæst.* 3. *in fine,* & *observat* Van-Espen. *cit. tit.* 19. *cap.* 4. *num.* 13. non autem potest procedere directè in causis particularibus contra ipsos, ut luculenter

Lotter,

Lotter. *cit. quæst.* 22. *per tot.* adeoque Hostiens. *in capit.* 1. *de Suppl. neglig. Prælat. in* 6. per dictum *cap.* 2. *de translat. Episc.* dixit sufficere responsum dare Archiepiscopo, quod casus iste non videtur concessus, & adest resolutio S. Congr. apud Quarant. *in Summ. Bull. v. Archiepisc. authoritas num.* 20. quæ sic habet: *Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ in Suffraganeos, eorumve subditos non judicent, nisi in casibus à jure expressis.* Canones ve-
16 rò ex adverso citati, neropè *Can. cognovimus* 18. *qu.* 2. & alii loquuntur de recursu à gravaminibus Episcoporum. *Can. si Clericus* 11. *q.* 1. procedit de casu præciso ibi: *Si fuerit negotium ipsius Episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium: Si quis verò contra hoc fecerit, Canonum correctionibus subjaceat. Et si Clericus adversus suum, vel alium Episcopum habeat causam, apud audientiam Synodi Provinciæ conqueratur*, ubi Gloss. *v. Synodi*, intelligit de Synodis Provincialibus. Nec minus *cap. Venerabili* 32. *de sent. excom.* quia, ut advertit Gonzal. *ibidem num.* 3. Archiepiscopus solus non excommunicavit, sed id peregit unà cum Concilio Provinciali, & in ipso *cit. cap. Pastoralis* 11. tale Jus Archiepiscopi, respectu Episcoporum restringitur quoad legem Metropolitanam, ibi: *Cùm in eum (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat potestatem, licèt Episcopus suus eidem sit Metropolitana lege subjectus*, ly enim *Metropolitana*, indicat legem ratione juris Archiepiscopalis.

Verum tamen est, quod cùm Concilia Provin-
17 cialia, quæ bis in anno fieri consueverant, *Can. de Conciliis* 2. *dist.* 18. & alio Commentario dicam, ferè in desuetudinem cœperint abire, ideò verificari potest, quod Metropolitani aliquando tale jus exercuerint, ut benè Gloss. *cit. cap. si quis Clericus v. Synodi in fine* notat, & in hoc sensu ob non convocationem Concilii Provincialis aliquæ accusationes, & causæ fiebant coram Metropolitanis, sed non idcircò verificatur aliquod jus specialiter concessum. Novissimè tamen Sacrum Concilium Tridentinum *in cit. cap.* 5. *sess.* 24. Episcoporum causas minores criminales tantùm in Concilio Provinciali discutiendas mandavit, sed non loquitur de Civilibus, ut erroneè ibi docuerat Barbosa, cùm verè illæ remanserint reservatæ sub dispositione juris antiqui, quo cognoscebantur, vel in Provinciali Concilio, vel coram Metropolitano, non uti tali, sed uti Capiti ipsius Provincialis Concilii, ob hujus non facilem convocationem. Unde stante communi opinione Doctorum, & quod nulla lex absolutè Metropolitano tale jus concedat expressè, sed tantùm ob non convocationem Conciliorum permissum, dicendum hodiè non posse Metropolitanum in hoc se ingerere, ut præcisè demandavit Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium in Epistola scripta Archiepiscopo Rhegien. infra registranda. Ita quoque servat praxis, quæ est rerum magistra, præsertim in his casibus citra Montes, ob non frequentem convocationem Conciliorum Provincialium, Card. de Luca *adnot.* Conc. Trid. *disc.* 30. *num.* 1. & dicam alio loco. Imò in terminis Episcopi Ferrarien. *in disc.* 80. Card. de Luca *de Jurisd.* non fuit motivata remissio ad Metropolitanum Ravennaten. sed tantùm an deberet causa discuti coram Legato à latere, vel Aud. Cam. nec Signatura voluit decidere spectare ad Legatum. Et quod istæ Causæ decidantur in prima instantia in Curia, dicit idem Cardin. de Luca *cit. disc.* 80. *n.* 2. *& in relat. Rom. Cur. disc.* 34. *n.* 7. Tenor Epistolæ Sac. Congregationis est:

Reggio, All' Arcivescovo. Com' anco non hanno po-
18 *tuto approvare, che V. S. possa persuadersi d' esser Giudice competente in Cause Civili, che si pretendesse di agitare con il Vescovo, poichè la sua giuridizione non si estende à questo particolare, come che V. S. haverà potuto vedere ne i Decreti del Concilio di Trento. Che è quanto m' occorre, e Nostro Signore conservi V. S. in suo santo servitio.* Di Roma li 31. Maggio 1588.

Limitantur tamen prædicta, ubi adesset consuetudo, 19
ut hujusmodi Causæ revideantur coram Archiepiscopo, quia tunc videtur servanda, cùm non extet lex præcisè contrarium disponens, imò potiùs antiqua observantia videtur favere Archiepiscopis loco Conciliorum Provincialium post desuetudinem eorum, & verè nedum in Italia, sed etiam ultra montes non facilè congregantur, ut advertit in Flandria Van-Espen. *cit. par.* 1. *tit.* 19. *cap.* 4. *n.* 7. nec Epistola Sac. Congregationis fuit per modum Decreti Generalis, quod generaliter afficeret. Imò Sac. Congregatio in ea non excludit observantiam, aut jus aliquod, sed tantùm recenset; quod Concilium id non præbet Archiepiscopis; quod verum est, sed itidem est verum, quod neque denegavit, quia causas Criminales majores dixit spectare ad Summum Pontificem, minores verò ad Concilium Provinciale, nil disponendo de Civilibus, ut suprà adverti. Imò etiam post eam plures Auctores etiam nostræ Curiæ practici Jus Metropoliticum defendunt, cum Canonistis supra citatis pro prima opinione, hinc non video quare talis consuetudo non sit substinenda in favorem Archiepiscopi. Nec Concilium Tridentinum adversatur, quia nullum verbum facit de Archiepiscopo, nec de Causis Civilibus, quæ consuetudo sufficeret ordinaria sine titulo, cùm nullum Jus sit expressè contrarium, ut benè in consimilibus terminis Rota *dec.* 731. *n.* 9. *&* *dec.* 764. etiam *nu.* 9. *& per tot.* coram Emerix Jun. prout si ex consensu, partes Metropolitanum adiverint, qui cùm sit Judex Ecclesiasticus, non potest dubitari, ut valeat Jurisdictio prorogari.

Quod verò pertinet ad Vicarios suffraganeorum, 20
quotiescumque delinquunt in officio respiciente auctoritatem Archiepiscopi, possent ab hoc puniri, secus verò si extra tale munus, vel in delictis privatis, & Causis Civilibus propriis, tunc enim Episcopus erit Judex, reservata appellatione Metropolitano, ut distinguendo docent Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 22. *nu.*
100. *& seq.* Gratian. *discept.* 16. *nu.* 14. Campanil. *in di-* 21
vers. Jur. Can. rubr. 11. *cap.* 23. *nu.* 157. ubi ex declaratione Sacr. Congr. Episcoporum contra Archiepiscopum Salernitanum cum Vicario Acheruntino, Ventrigl. *cit. adnot.* 49. *§. un. nu.* 36. Et sic non sufficit quod sit intuitu Officii delictum, ut apud de Luca *ad cit.* Gratian. *n.* 4. Sed ut sit delictum influens in Jus quod spectet ad Metropolitanum, vel connexum in causa devoluta ad ipsum ratione juris Metropolitici, ut erat casus *cit.* de Marinis, nam aliàs considerari debet uti subditus Episcopo, & uti talis nequit ab Archiepiscopo plecti, nisi in casu devolutæ cognitionis per negligentiam Suffraganei, ut benè apud *cit.* Campanil. *concludenter*. Et Pascuccius licèt *in comp.* Pignatell. *v. Suffraganei fol.* 407. referat declarationem Sacr. Congregationis Episcoporum, Metropolitanum esse in prima instantia Judicem competentem in Causis contra Officiales suffraganeorum, attamen loquitur in casu particulari, in quo poterat considerari læsio juris Metropolitici.

Unde concludendum Aud. Cam. esse Judicem hu- 22
jusmodi Causarum Episcoporum. Si tamen in partibus adsit aliquis Legatus habens facultatem contra exem-
ptos, in isto casu solet Signatura aliquando remittere 23
Causam illi, ne litigantes cogantur litem agere extra lares, sin minus coram Aud. Cam. quia dispositio Conciliaris *in cap. Causæ omnes* procedit quando in partibus adest Ordinarius Judex, sed ex æquitate solet Signatura remittere, Card. de Luca *cit. disc.* 80. & aliquando denegare pro circumstantiis facti, ut dicam infrà, & vidi observari, dum eram Votans in illo Tribunali. Ita aliquando committitur in partibus Causa per Breve alteri Episcopo, & sic poterit Episcopus conveniri coram Legato à latere, vel Nuntio, si tamen iste haberet facultatem Legati à latere, ut dicam infrà, & facit Rota *decis.* 361. *part.* 1. *div.* & de Legato Ferrariæ in causa Cardinalis Donghi, Cardin. de Luca *de Jurisd. disc.* 80. *num.* 7. Datur tamen præventio inter Nuntium, & Aud. Cam. Fagn. *in cap. de pri-*

ore num. 22. *de appell.* Animadvertendum hic rurſus eſt, quod in Cauſis Civilibus Epiſcoporum ſoleat etiam Sacr. Congregatio Epiſcoporum procedere ex ejus Inſtituto, ubi non requiritur formalis proceſſus, ut ſupra dixi loquendo etiam de cauſis minoribus Criminalibus in hoc Commentario *ſect.*1.*n.*36.

In hac materia Cauſarum Epiſcoporum, nec po-
24 teſt Judex delegatus ad alios effectus contra eos procedere, ut occurrit caſus noviſſimè in Sacr. Congregatione Concilii in Melevitana attentatorum, nempè cùm fuerit quidam proviſus de Dignitate Theſaurarii dictæ Eccleſiæ Melevitanæ, cùmque prætenderet habere uti Theſaurarius Claves Reliquiarum, quarum unam retinebat Epiſcopus, obtinuit ab executore deputato in litteris ſuæ proviſionis Pœnitentiario ſcilicet dictæ Eccleſiæ S. Officii parentato Decretum contra Epiſcopum pro traditione Clavium, aliàs aperiri expenſis iſtius, non obſtantibus proteſtationibus ejuſdem Epiſcopi. Unde propoſitis Dubiis *in dict.* Sac. Congregatione 20. Junii 1704.

Primo, an Canonicus Pœnitentiarius procedere potuerit ad inſtantiam Theſaurarii contra Epiſcopum pro prætenſa traditione Clavium? Secundò, an aliqua pœna dicti Canonici Pœnitentiarius, & Theſaurarius, & Officiales ſint puniendi? Tertio, an acta originalia dicto Epiſcopo ſint conſignanda?

Ad primum reſpondit negativè, Ad ſecundum, Canonici, Pœnitentiarius, & Theſaurarius, necnon Notarius accedant ad Urbem, & D. Profecretario juxta mentem cum D. Aſſeſſore S. Officii, Ad tertium affirmativè. Imò priùs *ſub die prima Decembris* 1703. reſcripſit, *circumſcriptis actis per aſſertum Judicem geſtis, Epiſcopus eidem præfigat terminum ad deducendum jura in Sacr. Congregatione. Et in Turritana Cenſurarum.* Cùm fuerint ad invicem latæ Cenſuræ inter Archiepiſcopum, & Judicem Delegatum Sacr. Congr. Concil. die 3. menſis Septembris 1703. reſcripſit *Cenſuras Archiepiſcopi ſuſtineri; latas verò à Canonico Antonio Sotgiu fuiſſe nullas, & temerarias, & Archiepiſcopus procedat ad ulteriora contra contumaces, implorato etiam brachio ſæculari.* Et ſub die 10. Januarii 1703. *ſtetit in deciſis, præterquam quoad Cenſuras latas ob non exhibitionem litterarum ſuæ delegationis.*

Sed hìc inſurgit dubitatio, An Archiepiſcopus poſ-
25 ſit exercere juriſdictionem in Diœceſibus ſuffraganeorum, ſi ſuffraganeus fuerit depoſitus, vel ſuſpenſus, aut excommunicatus? Et dico negativè ex clara Cenſura textus *in cap. Romana* 1. *de ſuppl. negl. Prælat. in* 6. ubi expreſsè ſtatuitur, quod Epiſcopo excommunicato, non devolvatur Jus ad Metropolitanum; quia id à jure non eſt diſpoſitum, & bene Gloſſ. *ver. Culpis*, quodque Archiepiſcopus poteſt ſupplere in caſu negligentiæ Epiſcopi, non autem in caſu delicti, & bene reſpondit *cap.* 2. *de temp. Ordin. in* 6. quod permittitur, Epiſcopo ſuſpenſo notoriè exiſtente, Clericis viciniorem adire, ut dicam in Commentario *ad Conſt. un.* Urbani II. quia id fuit ſpecialiter proviſum, ultra quod nec ibi providit ad favorem Archiepiſcopi; & quod Archiepiſcopus in caſibus prædictis non poſſit ſe ingerere, probant Canoniſtæ *in cit. cap.* 2. ubi Barboſa, Paſſerin. & alii *ibid.* & quod capto à Paganis Epiſcopo, non devolvatur juriſdictio ad Archiepiſcopum, quia non eſt caſus ob negligentiam Epiſcopi, Paul. Layman. *quæſt. Can. de Prælat. Eccl. elect. quæſt.* 104. *litt. A.* & Fermoſin. *de pot. Cap.* Sede Vacante *q.* 2. *n.* 8.

Sed numquid poſſit conſtitui Vicarius Capitularis
26 in dictis Caſibus privationis, depoſitionis, ſeu ſuſpenſionis Epiſcopi? Videtur enim poſſe, & debere, quia tunc ſtatim ceſſat juriſdictio Vicarii Generalis *cap.* 1. *de Offic. Vicarii in* 6. Sbrozz. *de Offic. Vic. lib.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 1. Surd. *Conſ.* 50. *numer.* 31. Marchet. *de Vic. Capit. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 33. & proindè ne remaneat Eccleſia ſine gubernio, debet illa provideri de Vicario Capitulari, nam quotieſcumque Eccleſia eſt viduata Paſtore, vel verè per mortem, aut interpretativè per incapacitatem Prælati, puta ſi ſit hæreticus, excommunicatus, vel ſuſpenſus, dicetur Eccleſia vacare, quia utroque caſu inutilis eſt, Hoſtien. *in Sum. tit. Ne* Sede Vacante, §. *Quot modis*, & facit Textus *in cap. quia diverſitatem de conceſs. præb.* quo Epiſcopus ſuſpenſus dicitur impeditus, ne exerceat juriſdictionem, & *cap.* 1. *de Paroch.* ubi Gloſſ. nam idem eſt non habere, ac inutilem & invalidum habere Prælatum ad gubernandum, *cap. inter corporalia*, §. *Sed neque de translat. Epiſc.* & in terminis Procuratoris, ut non dicatur habere, ſi quis habeat illum impotentem, *l.* 1. §. *penult.* ibi: *& quidem non eſſe actorem, vel Syndicum, tunc quoque intelligimus, cùm is abſit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis ſit ad agendum, ff. quod cujuſque univ. nomin.* & mulier habens Virum inhabilem, habet electionem fori, quia cenſetur Vidua, Novar. *de electione fori ſect.* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 1. *verſ. impropriè* Ridolph. *in praxi part.* 3. *capit.* 4. *num.* 105. & æquiparatur vacationi ob mortem, dum Eccleſia vacat per incapacitatem, quia cenſetur Epiſcopus quaſi mortuus ad effectum gubernii, Gloſſ. *in cap. ſi Epiſcopus ver. ſed Capitulum de ſuppl. negl. Prælat. in* 6. & ibi bene dicitur quod Epiſcopo à Paganis capto, vel à ſchiſmaticis, debeat Capitulum Cathedralis exercere juriſdictionem ibi: *Sed Capitulum, ac ſi Sedes per mortem vacaret illius, in ſpiritualibus, & temporalibus miniſtrare debebit*, & ſupra innui de diſpoſitione dicti Textus, Diana *part.* 8. *tract.* 4. *reſolut.* 4. *verſ.* idem, Moneta *de comm. ultim. vol. cap.* 5. *numer.* 429. Barboſa *cit. capit. ſi Epiſcopus num.* 12. & 13. Panvin. *de pot. Cap.* Sede Vacante *quæſt.* 1. *numer.* 4. Paul. Laym. *in quæſt. Canon. de Prælat. Eccl. elect. quæſt.* 104. *litt. A.* Fermoſin. *cit. de poteſt. Capit.* Sede Vacante *quæſt.* 2. *num.* 7. & 8. ita in caſu longæ abſentiæ, quia utroque caſu habetur pro mortuo naturaliter, & facit Barboſa *num.* 15. *in cap. Un.* §. *fin. Ne* Sede Vacante, Quod ſi collatio alicujus beneficii ſpectaret ad aliquem cum conſilio Epiſcopi, iſto autem mortuo, ſeu in remotis agente, poterit beneficium provideri ſine ipſo. Et in terminis quòd Epiſcopo impedito exercere juriſdictionem ob ſuſpenſionem, vel ob aliquod Canonicum impedimentum ſpectet ad Capitulum eligere Vicarium Capitularem, docuerunt *cit.* per Fagnan. *cap. quia diverſitatem nu.* 17. *& ſeqq. de conceſs. Præbend. latè* Fermoſin. *de Capit.* Sede Vacante *tract.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 7. *& ſequen.* Cardin. de Luca *de juriſd. diſc.* 54. *num.* 6. *& adnot.* ad Conc. Trid. *diſc.* 31. *num.* 38. Unde cùm Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. demandaverit, quod Sede Vacante eligatur Vicarius Capitularis, ea diſpoſitio intelligitur de vacatione, vel ob mortem, vel ob aliam cauſam.

Contrarium tamen poſſet dici *ex cap. Romana* 1. *de ſuppl. negl. Prælat. in* 6. ubi Epiſcopis ſuffraganeis excommunicatis ab Archiepiſcopo, & per iſtum promulgato edicto, ut ſtante tali excommunicatione impediente illis exercitium juriſdictionis accedere deberent eorumdem ſubditi ad ipſum Metropolitanum pro audiendis, & terminandis cauſis, Innoc. IV. illud revocavit, & ad Archiepiſcopum non ſpectare talem juriſdictionem declaravit, ea quippè ratione, quòd id non inveniatur à jure conceſſum. Utique ſi ſpectaret tale jus ad Capitulum, non per negativam juriſdictionis Archiepiſcopalis, ſed per affirmativam juriſdictionis Capituli jus Metropolitani excluſiſſet, latè Fagn. *cit. cap. Quia diverſitatem nu.* 25. *& ſeq.*

Hæc autem dubia quo meliùs elucidentur, diſtinguendi ſunt caſus; aut enim Epiſcopus eſt de- 27
poſitus, & privatus, itaut ſit locus novæ electioni, & dico, tunc poſſe eligi Vicarium Capitularem, quia cenſetur mortuus omninò quoad Epiſcopatum ex Text. claro *in cap. inter corporalia ver. non enim de translat. Epiſc.* prout in caſu vacationis per translationem, vel renunciationem, quia per depoſi-

positionem solvitur vinculum, prout fit per obi-
tum, seu per cessionem, aut translationem, & tunc
verè videtur vacare Sedes, ut notant Domin. *cap. si
Episcopus num.* 5. Passerin. *ibid. numer.* 16. *de supplen.
negl. Prælat. in* 6. Ventrigl. *in prax. part.*2. *adnot.*15.
§. 1. *num.* 2. Fagnan. *cap. quanto num.* 117. *de transl.
Episc. lib.* 1. & in casu Episcopi hæretici, etsi non
moriatur naturaliter, tamen quia privatur Episcopa-
tu, ipso jure dicitur Sedes vacare æquè, ac si mor-
tuus fuerit naturaliter, Fagnan. *cap. ad abolendam n.*
37. *in fin. de hæret. & cap. quia diversitatem num.* 24.
ubi ad propositum refert declarationem Sacr. Congr.
sub die 14. Januarii 1588. quod Episcopo existente
notoriè hæretico, facultas concedendi dimissorias
pertineat ad Capitulum, ubi idem Auctor *num.* 34.
advertit, quod ideò spectat jurisdictio ad Capitulum,
quia Ecclesia dicitur vacare verè, non interpreta-
tivè.
28 Aut Episcopus est suspensus, firmo remanente vin-
culo cum Ecclesia, itaut non valeat exercere jurisdi-
ctionem, vel ob impedimentum juris, vel facti,
aut ob absentiam, & similia, & tunc spectat electio
Vicarii ad Papam, ut ultra *cit.* Marchet. *de Vicar. Ca-
pit. part.* 1. *tit.* 1. *num.* 33. Antonel. *de regim. Eccl.
lib.* 4. *cap. ult. num.* 52. §. *excommunicato verò Episco-
po*, & non ad Capitulum, quod tantùm habet jus in
casu Sedis Vacantis verè, & non interpretativè. Nec
obstat *cit. cap. si Episcopus de supplen. neglig. Prælat.*
quia ibi specialiter fuit cautum in favorem Capituli,
29 si Episcopus fuerit captus à Paganis, aliàs si de jure
communi id esset, frustratoria fuisset dispositio dicti
Textus, quæ utpotè lata in casu particulari, non po-
test trahi ad alios casus, ut notat Passerin. *ibid. numer.*
15. & latè Fagnan. *cit. cap. quia diversitatem num.* 25.
& seq. imò textus ille tantùm providit, ut gubernetur
Ecclesia à Capitulo, donec quantò citiùs per ipsum
Sedes Apostolica consulatur, ubi Gloss. *ibi ver. ordi-
nari, aliter providendi, vel fortè Visitatorem dando*,
& fuit illa Decretalis emanata ad exclusionem Archie-
piscopi, ut debeat interim gubernare Capitulum, quia
verè Ecclesia non vacat per talem captivitatem Epis-
copi, Fagnan. *cap. per tuas num.* 13. *& seq. & num.* 21.
de Simonia, Cardin. de Luca *de Benef. disc.* 16. *numer.*
11. de Luca ad Ventrigl. *annot.* 15. §. 1. *par.* 2. *num.* 1.
quodque id sit provisionale remedium, ne Ecclesia
30 remaneat sine gubernio, donec Papa provideat, do-
cent *cit.* Doctores, & quoad Episcopos suspensos à
Jurisdictionis exercitio. Itaque praxis servat mittendi
Vicarios Apostolicos per Sac. Congreg. Episcoporum,
juxta facultatem ipsi impartitam in Constitut. Sixti V.
Immensa 74. *Congreg.* 12. Fagn. *cit. num.* 25. *& seq. &
num.* 32. ubi in casu Episcopi suspensi à jurisdictione,
seu excommunicati, Hostiens. *in cap.* 1. *num.* 8. *de Of-
fic. Vicarii in* 6. ubi Gloss. *vers. ipsius*, quod sit ade-
31 undus Papa, prout etiam ex alio impedimento Epis-
copi, Papa providet de Coadjutore. Nec obstat *cap.
inter corporalia*, §. *Sed neque de translat. Episcopi*,
imò hoc confirmat jus Sedis Apostolicæ, quia ibi di-
citur quod posset dici viduata Ecclesia habens Pasto-
rem inutilem, juxta modum loquendi, ubi Gloss. *mar-
gin. id est usum*, ergo propriè non dicitur viduata,
& benè Cardin. de Luca *cit. disc.* 16. *num.* 11. *de be-
nef.* & cùm potestas Capituli sit in casu veræ vaca-
tionis, dum Concilium utitur verbis Sede Vacante,
quæ intelligi debent, soluto conjugio spirituali, ita-
ut sit locus novæ provisioni; Hostiens. *verò*, *& alii
citati* pro prima opinione possunt intelligi, ut ha-
beatur Ecclesia pro vacante, ad effectum, ut interim
nihil innovetur, quia idem est non habere defenso-
rem, & habere inutilem, ita Textus *in cap. unic. Ne*
Sede Vacante, ubi Barbosa *cit. numer.* 15. procedit.
Quod si collatio beneficii spectat ad Episcopum, &
Capitulum simul, si ille esset in remotis partibus,
devolveretur totum jus isti, quia hoc evenit ob jus
non decrescendi, & proinde è contra incapace exi-
stente Capitulo, totum jus consolidatur in Episcopo;
in casu autem jurisdictionis non devolvitur ad Capi-

tulum, nisi Sede vacante, quæ sit talis per dissolu-
tionem vinculi spiritualis.
Demum, Cardin. de Luca *cit. disc.* 54. *de Jurisd.*
procedit in exclusionem Episcopi, vel Archiepiscopi
in loco Nullius, & pro remedio provisionali, donec
Papa providerit, quia interim non debet gubernium
sine capite, & acephalum remanere, ut ipse declarat
numer. 4. *vers. Quidquid, & num.* 5. ex qua causa di-
cit permitti Capitulo gubernium Diœcesis, si Vica- 32
rius Generalis moriatur, absente de longinquo Epis-
copo, ut *ibi num.* 7. Pellegrin. *in prax. Vicarior. p.* 1.
sect. 4. *subsection.* 5. *num.* 1. & Neapoli practicatum tem-
pore obitus Cardinalis de Capua Legati in Polonia
Summi Pontificis, refert Genuens. *in prax. cap.* 86.
num. 11. & ita docent Ventrigl. *cit. annot.* 15. §. 1. *n.*
3. Fermosin. *de pot. Capit. quæst.* 2. *numer.* 17. Diana
p. 8. *tract.* 4. *resol.* 4. licèt contrarium dicat Marchet.
in prax. Vicar. par. 1. *tit.* 1. *numer.* 32. quod sit fru-
stratoria talis doctrina ex Decreto S. Congr. in Mes-
sanen. 11. Jannarii 1616. apud Nicol. *in flosc. v. Vica-
rius Capitularis numer.* 57. refert de Luca ad Ventrigl.
cit. numer. 2. subjungens, quod donec adeatur Papa,
administrabit Archidiaconus uti Vicarius natus, Pellegr.
cit. sect. 1. *p.* 4. *subsect.* 1. *n.* 23.
Verùm posset dici, quòd verè electio Vicarii spe- 33
ctet ad Papam, sed donec consulatur, ne gubernium
deseratur, fieri potest à Capitulo, cùm potestas Ar-
chidiaconi antiquitùs concessa, videatur usu abroga-
ta, ut idem Marchet. *dixerat num.* 13. *& num.* 14. ni-
si adesset consuetudo in contrarium; imò fortiùs, et-
si Archidiaconus in casu veræ vacationis remaneret
Vicarius, non esset in casu fictæ, ut cum pluribus
ibi citatis Card. de Luca *annot.* Conc. Trid. *disc.* 31. *n.* 9.
Præfata regula, ut deposito Episcopo, sit locus
Vicario Capitulari, non autem illo suspenso, seu ex- 34
communicato, procedit quoque in Capitulis Nullius,
in quibus Ecclesiæ Prælatus fungitur Jure Ordinarii,
secus si agatur de inferiore Prælato, Card. de Luca *de
Jurisd. disc.* 54. *num.* 2. & ad Concil. Trident. *disc.* 31.
num. 39. Fagnan. *in cap. his quæ num.* 48. *in fin. de ma-
jor. & obed.* Rota *dec.* 346. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* Verum
tamen est, quod non elicitur id ex Decreto Concilii,
ut supponit Card. de Luca, quia *in cap.* 16. *sess.* 24.
cit. loquitur de Ecclesia Episcopali exempta à Metro-
politano, ut devolvatur electio Vicarii Capitularis ad
viciniorem Episcopum, aliàs si loqueretur de Eccle-
sia Nullius, spectaret ad Metropolitanum; & verè,
quod non comprehendat istas Ecclesias non Cathedra-
les, etsi haberet Prælatus Jura Episcopalia, ex decla-
ratione S. Congr. dixerunt Fagnan. *cit. cap. his, quæ
num.* 77. *de majorit. & obed.* Garcias *de benef. p.* 5. *cap.*
7. *num.* 20. Barbosa *ad cit. cap.* Concil. Trident. *num.* 30.
sed talis electio permittitur ex consuetudine, ut Fagn.
cit. num. 48. & supponit *in cap. quia diversitatem num.*
52. *ver. Sexto* in Archipresbytero Altamuræ, juncto *n.*
16. *vers. emersit*, idem Cardin. de Luca *disc.* 31. *num.*
38. *annot.* Conc. Trident. dixit, eligi Vicarium, nisi
adsit consuetudo in contrarium, & negligente Capi-
tulo, devolvitur ad Metropolitanum, si Ecclesia non
sit exempta ab ipso, vel ad viciniorem, quatenus sub
Metropolitano non extiterit.
Dum supra dixi, quòd capto Episcopo à Paganis 35
fiat locus electioni Vicarii Capitularis, itaut cesset sta-
tim Jurisdictio Vicarii Generalis Episcopi capti, fuit
dubitatum in S. Congreg. Concilii in Hibernien. *Ad-
ministrationis* 7. Augusti 1683. An in casu, quo Epis-
copus ab hæreticis captus detineatur, ita ut possit cum
subditis agere per litteras, & nuncios, Jurisdictio de-
voluta sit ad Capitulum? S. Cong. respondit Jurisdictio-
nem non esse suspensam. Motivum enim fuit, quia
cessabat ratio dicti textus fundata in eo, quòd Episco-
pus nequeat habere libertatem administrandi eo modo,
quo censeretur habere, si esset naturaliter mortuus, ut
notat Passerin. *in cit.* Textu *cap. Si Episcopus nu.* 10. *de
suppl. neglig. Prælat. in* 6. quod proinde non procedit, si
Episcopus sit captus apud fideles.
Sed an deposito, & privato Episcopo, non exi-

stente Capitulo in ejus Cathedrali, sit locus electio-
36 ni Vicarii Capitularis, & per quem sit eligendus ?
Pro quo dubio explicando, clara est dispositio S.
Conc. Trident. *cit. cap. 16. sess. 24. de reform.* quod
scilicet Ecclesia vacante eligatur Vicarius à Capitulo
infra octo dies, secus autem electio devolvatur ad
Metropolitanum, quatenus Ecclesia non sit exem-
pta, quo casu eligi debeat à viciniore Episcopo; &
vacante Metropolitana, eligatur ab antiquiore Epis-
copo, unde in casu prædicto non existentiæ Capituli,
spectat electio ad Metropolitanum, ut docuerunt
Marchet. *de Vic. cap. tit. 1. p. 1. infra numer.* 8. Ni-
col. *in floscul. ver. Metropolitanus à numer.* 8. & ita
declaravit S. Cong. Concilii in Hibernien. administra-
tionis die 28. Augusti 1683. *Secundò : An vacante
Suffraganea Ecclesia, quæ Capitulo careat, illius admi-
nistratio, & Vicarii deputatio pertineat ad Metropoli-
tanum ? Et quatenus Metropolitana Ecclesia Pastore ca-*
37 *reat. Tertiò, An pertineat ad Capitulum Ecclesiæ
Metropolitanæ, vel potius ad antiquiorem Suffraga-
neum Episcopum ? S. Cong. die prædicta respondit. Ad
primum affirmativè. Ad secundum, ad Capitulum Me-
tropolitanæ.*

Ratio enim resolutionis quoad secundum dubium,
videtur inniti præfatæ Conciliari Constitutioni, quæ
dat Archiepiscopo facultatem in casu non electionis
factæ à Capitulo infra octo dies, Barbosa ad idem *cap.
16. num. 32. & de potest. Episc. p. 1. tit. 4. de Archie-
piscopi præstantia num.* 60. quodque si moriatur Vi-
carius electus ab Archiepiscopo, detur denuò facultas
Capitulo eligendi infra octo dies, Marchet. *de Vic. cap.
tit. 2. p. 1. num. 15. & 16.* ubi, quod non possit Ca-
pitulum purgare moram præsertim post deputationem
factam à Metropolitano, qui si eam non fecerit, de-
putatur Vicarius à S. Congr. Pellegr. *in praxi p. 1.
sect. 4. subsect. 1. num. 29. & cit.* Marchet. *num.* 19.
ubi affert declarationem S. Cong. Conc.

Nec obstat, quod Concilium supponat devolvi jus
ad Metropolitanum, quatenus Capitulum non eligat,
& non quatenus non adsit, quia Concilium provi-
dere voluit Ecclesiæ vacanti, & sic quotiescumque
non possit provideri de Vicario per Capitulum, vel
non existens, vel negligens, suppleri voluit per Me-
tropolitanum; ibi *etsi secus factum fuerit*, hoc est si
non fuerit electus, quod verificatur in utroque
casu.

38 Quoad secundum dubium etiam fuit justa resolutio,
quia Capitulum Metropolitanæ habet superioritatem
in Ecclesias Suffraganeas, ut benè *in Extravag. Sal-
vator de prabend. & dign. ubi in vers. Et quia*, eximit
Papa Ecclesiam Tholosanam ab omni jurisdictione,
& subjectione Archiepiscopi, & Capituli Ecclesiæ
Narbonensis, & sic supponit jurisdictionem Ecclesiæ
Suffraganeæ, Capitulo Metropolitano, Barbosa *de off.
& pot. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 6. num. 12. vers. Quod
Metropolitana Ecclesia*, Marchet. *de Vic. cap. tit. 35.
num. 10. & seq.* Undè & si Concilium non expri-
mat casum Capituli Metropolitani, ut supplere pos-
sit negligentiam Ecclesiæ Suffraganeæ in constitutio-
ne Vicarii Capitularis, non est dubitandum, quia in-
telligi debet venire sub nomine Archiepiscopi, quia
devolvitur totum jus istius ad Capitulum. Nec vide-
tur verum, quod dixerunt Lotter. *de re benef. lib. 1.
quæst. 9. num.* 47. Marchet. *cit. p. 2. tit. 12. nu.* 16. quod
non transit in Capitulum Metropolitanæ id, quod
competit Archiepiscopo, uti Metropolim obtinenti,
sed uti Episcopo; nam contrarium est clarissimum,
quia Vicarius Capitularis habet potestatem in Eccle-
sias Suffraganeorum in appellationibus, ut ipse Mar-
chet. fatetur *ead. p. 2. tit. 35. num.* 10. ex declaratione S.
Congr. Nicol. *in lucubr. utriusque Jur. p. 2. lib. 1. tit. 31.
num. 4. & p. 1. tit. 10. num.* 19. reiiciens Piasecium
contrarium dicentem, & monetur tantùm Vicarius
Capitularis, ut reverenter tractet Suffraganeos, ut
refert idem Nicol. Et quamvis verum sit, quod non
possit Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ congrega-
re Concilium Provinciale, ut dicam infra in Com-
mentario ad Const. primam Honorii Secundi, id
evenit, quia Concilium id demandat ipsi Archie-
piscopo, & eo non valente, ad Episcopum Suffra-
ganeum antiquiorem, ut ibi dicam, imò ante Con-
cilium competebat hoc jus Capitulo, Quaranta *in sum.
Bull. v. Concilium Provinciale ante numer.* 3. Barbosa
cap. 16. sess. 24. Conc. Trident. *numer.* 4. Capitulum
enim habet jurisdictionem habitualem, itaut mortuo
Episcopo, vel Archiepiscopo per jus accrescendi re- 39
assumit jurisdictionem, Gloss. *v. vacanti in cap. finali
de suppl. neglig. Prælat.* & sic succedit in omnibus,
præter in iis, quæ jure speciali fuerunt prohibita, vel
commissa personaliter Archiepiscopo, Cardin. de Luca
*disc. 19. numer. 6. de praem. & disc. 20. num. 12.
& disc. 22. num.* 6. Rota *decis. 696. num.* 1. coram
Emerix. Jun. *& dec. 731. & 764. num.* 10. coram eo-
dem: in quibus tamen ultimis Decisionibus tantùm di- 40
citur, posse præscribi per Archidiaconum, vel aliam
Dignitatem contra Capitulum Jus administrandi, Se-
de Vacante, concurrente quadragenaria tantùm,
etiam sine titulo, quia non resistit vehementer jus,
sed potiùs aliquo modo permittit Archidiacono acqui-
sitionem talis Jurisdictionis.

Vicarius tamen Archiepiscopi, isto præsente, ne- 41
quit Vicarium constituere in Ecclesia Suffraganea,
quem potest, eo absente, ut prosequitur idem Mar-
chet. *p. 1. tit. 1. numer.* 11. ex Nicolio *cit. lib. 1. tit.
28. num.* 11. Si autem eligatur Vicarius Apostolicus
in casibus prædictis Episcopi impediti, & deindè mo- 42
riatur Episcopus, tunc Capitulum non potest eligere
novum Vicarium Capitularem, & proindè solet S.
Congr. prohibere, ut refert Nicolius *in flosc. v. Vi-
carius §. 2. numer. 18. & 19.* & post eum Marchet.
cit. p. 3. tit. 36. num. 16. & 17. & priùs *num.* 10.
etiam solet S. Congr. mittere Vicarium Apostolicum 43
tempore Sedis vacantis, justis causis, præsertim si
agatur de longa vacatione, ut de ista facultate exerce-
ri solita à S. Cong. Episcoporum, juxta eidem com-
municatam jurisdictionem, præcisè pro deputatione
Vicarii Apostolici in Diœcesibus in erectione dictæ
Congregationis facta à San. Mem. Sixto Quinto *in
ejus Constitution. incip. Immensa super Institutione
quindecim Congregationum in Congreg. duodecima pro
consultationibus Episcoporum*, quo casu cessat Vicarius
Capitularis, Piasec. *in praxi Episcoporum in proœm. nu.
22. §. ad superioritatem in fin. & cit.* Marchet.

Sed cùm fuerit actum de Judice Episcoporum in
civilibus, ne omittamus aliquid, quid dicendum si 44
agatur de conveniendo Episcopo exempto, & im-
mediatè subjecto Sedi Apostolicæ, & nulli Metropo-
litano, Suffraganeo ? Et ita si agatur in causis Me-
tropolitani, in his nulla cadit difficultas, ut debeat
procedere Aud. Cam. vel Legatus à latere, nam cùm
adsit defectus Ordinarii à Concilio requisiti in parti-
bus, benè potest procedere Aud. Cam. qui est Judex
exemptorum; vel etiam datur aliquod Breve alteri 45
Episcopo non suspecto extra Curiam. Imò Causæ in
quibus Episcopus aliquis potest inficiari de usura, etiam- 46
si agatur civiliter, cùm versetur cum Episcopo de
re gravi, & cum colitigante etiam potente, com-
mitti solent in Curia, imò etiam in Rota, ut evenit
in Calaritana Usurarum 13. Junii 1697. Ponente D.
Prospero Columna in Signatura Justitiæ, in qua age-
batur de contractu quodam sapiente usuram, ut præ-
tendebatur in facto per Archiepiscopum, opponente
parte, ut daretur aliud Breve subrogatorium Judicis
Delegati in partibus concessi, & per Archiepisco-
pum suspecti allegati. Ratio fuit quia non intrat dis-
positio *cap. Causæ omnes* Concil. Trid. quando non 47
adest Ordinarius in partibus, prout in hoc casu,
quia Archiepiscopus Calaritanus est Primas totius
Sardiniæ; nam quando Causæ sunt inter personas
illustres ac potentes, seu agitur de re gravi, passim
etiam in prima instantia committuntur in Curia, 48
ut in Causis beneficialibus, & spiritualibus docet
optimè Fagnan. *in cap. licet num. 36. de for. compet.*
Ita in Rota solent committi Causæ magni momenti 49
etiam

etiam in prima, si agatur præsertim inter potentiores,
& signanter inter Episcopos contendentes de Juris-
dictione in aliquo loco. Imò etiamsi Causa sit in-
ter Episcopum, & inferiorem Prælatum jus præten-
dentem; *ut cit.* Card. de Luca *de Jurisd. disc.* 1. *in ini-
tio*, & dixit Rota *in dec. Leodien. Jurisdictionis* 11.
Aprilis 1698. in princ. coram D. Molines ibi: *Fo-
renses Jurisdictionum controversias inter Episcopos,
aliosque Prælatos inferiores in spiritualibus cau-
sis exortas privativè quo ad cætera Catholici Orbis
Tribunalia plerumque audit Romana Curia*. Et in
causa *Nullius*, seu *Aquisgranen. Jurisdictionis*, inter
50 Archipresbyterum Aquisgranen. & Vicarium conten-
dentes de Jurisdictione, fuit per Signaturam Justitiæ
remissa Causa in prima Instantia ad Rotam die 26.
Junii 1698. Ponente D. Sylva, cùm pars petiisset
eam fieri coram Nuntio.

Quæ observantia est fundata in ratione, quia ma-
jores Causæ sunt videndæ apud Sedem Apostolicam,
51 vel ratione materiæ, vel ratione personæ, *& citat.
cap. Causa omnes Sac. Conc. Trid.* præservavit expres-
sè Causas in Curia, quæ ibi secundùm Canonicas
Sanctiones cognosci deberent, ut latè tuetur Fagn.
cit. cap. licet n. 29. *& sequen.* & nos alibi dicemus.

Sed quid dicendum de Nuncio Apostolico, an sit
52 competens Causarum Episcoporum?

In hoc sunt distinguendi casus; Vel agitur de
53 Causis Criminalibus majoribus, & requiritur specia-
lis commissio, & facultas Summi Pontificis: aut
de minoribus, & Civilibus, & certum est Nun-
54 tium, seu Legatum, qui tamen habeat facultatem
Legati à latere, ex speciali facultate habere Jurisdi-
ctionem in exemptos, qui non habent in partibus
Superiores, prout in his terminis Rota *decis.* 361.
part. 1. *divers.* & Cardin. de Luca *de Jurisd. disc.* 80.
numer. 7. *cit.* Fagnan. *in cap. de Priore numer.* 22. *de
55 appell.* ubi dari præventionem inter Audit. Cam. &
Nuntios, & à Judicatis dictorum Legatorum dari
56 appellationem ad Aud. Cam. Illi enim Nuncii solent
habere facultates amplas, itaut ad eos appelletur à
57 judicatis Episcoporum, eodem modo, quo fit ad Me-
tropolitanum, seu Primatem, quorum figuram ge-
runt, ut alio loco recensendo facultates Nunciorum
58 dicam. Quid autem si adsit Privilegium exemptio-
nis, etiam à Legatis Apostolicis, juxta *dec. Coccin.*
83. quoad Benedictinos, alibi dicam, ubi de Judici-
bus Regularium exemptorum, secus autem de Nun-
tiis, qui figuram Legati à latere non faciunt, ut est
ille Regni Neapolis, & animadvertit Cardin. de Lu-
ca *in adnot. ad Conc. Trid. disc.* 33. *num.* 23. *& seq.*
& cum dicta distinctione procedit *Capon. controv.* 5.
59 *numer.* 23. *& sequen.* ubi dicit quod non ex qualitate
Nuntii, quæ importat, esse Oratorem, inducatur fa-
cultas Legati, quodque Nuntius Neapolis sit Gene-
ralis Subcollector tantùm habens jurisdictionem in
Causis dictam subcollectoriam concernentibus.

Hic demùm poterit inquiri, an Episcopus possit
60 excommunicari, suspendi, & interdici ab aliquo
Episcopo, vel etiam à Metropolitano, cùm hujus-
modi pœnæ inter Criminales ponantur. Quo ad Me-
tropolitanum namque erga Episcopos suffraganeos,
61 certi juris est posse, juxta Textum *in cap. Venerabilis
de sent. excom.* ubi Abbas *cap.* 1. *§. fin. de offic. ordin.
in* 6. ubi Gloss. *can. fin.* 12. *dist. & cap. Romana* 1. *de
suppl. neglig. Prælat. in* 6. ubi de casu excommunica-
ti Suffraganei, Gemin. *in cap. ut litigantes de offic. Or-
dinarii in* 6. Barb. *de offic. & potest. Episcop. part.* 1.
tit. 4. *numer.* 15. *& de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.*
26. Quarant. *in Summ. Bullar. ver. Archiepisc. aucto-
ritas numer.* 8. Ventrigl. *in annot. cit.* 49. *numer.* 30.
tom. 1. Genuens. *in prax. Cur. Archiepisc. cap.* 88. *nu.*
5. Passerin. *super* 6. *decretal. cap.* 1. *§. officiales num.*
25. *de Offic. Ordin.* de Luca ad Gratian. *discept.* 169.
num. 6. Cardin. de Luca *de jurisd. disc.* 52. *num.* 10.
ubi magis communem opinionem receptam esse ait,
ut Archiepiscopus possit etiam inconsulto Romano
Pontifice excommunicare, ac aliis Censuris plecte-
re Episcopos Suffraganeos, quod eò magis procedit
in declarando Censuras à Jure inflictas, quæ decla- 62
ratio fieri potest contra etiam exemptum, ut aliàs
dixi, Pignatell. *consl.* 22. *n.* 3. *tom.* 8.

Ratio est clara, quia Archiepiscopus est superior
totius Provinciæ, ac Episcoporum suffraganeorum, 63
can. 5. *distin.* 21. *cap. cum inferior de major. & obed.*
ibique Gloss. *ver. parentem*, Quarant. *cit. n.* 6. Alphons.
de Leon. *de Censuris recoll.* 2. *num.* 301. Ventrigl. *in
prax. annot.* 40. *num.* 42. Tamen antequam ad prola-
tionem Sententiæ excommunicationis possit Metro- 64
politanus contra Episcopum devenire, ob reveren-
tiam Ordinis Pontificalis, debet servare ordinem præ-
scriptum ab Alexandro Quarto *in cap. quia Pontifi-
cali de Off. Delegat. in* 6. quòd priùs scilicet interdi-
cto subiiciatur Episcopus, & suspensioni, nisi tamen 65
tanta sit protervia ejusdem Episcopi cognoscenda Ju-
dicis arbitrio, ut in eodem *textu in fine* ibi: *Nisi
forte aliàs fieri suaserit nimia contumaciæ protervitas,
sive culpa*, *ibique* Gloss. *ver. aliter* explicat casum in-
juriantis Superiorem, Joan. And. Anchar. Butr. Fran-
ch. *in cap.* 1. *§. fin. de offic. delegat. in* 6. Ventrigl. *cit.
annot.* 49. *§. unic. num.* 38. Genuens. *in cit. cap.* 88. *nu.*
6. qui ordo erit servandus etiam cum Episcopo non 66
consecrato; imò ipse Aud. Cam. hoc idem ex stylo
practicare videtur, ut procedat contra Episcopos,
& alios Prælatos Superiores ad pœnam Interdicti, 67
nec soleat excommunicare, Ridolph. *part.* 1. *cap.* 14.
numer. 255. & supra dixi in Commentario anteceden- 68
ti etiam quoad Rotam. Si tamen fuerint obligati in
forma Reverendæ Cameræ Apostolicæ, possent ex-
communicari, quia tunc concurrit protervia, ut di-
xi in dicto Commentario, sed de stylo non solet re-
gulariter fieri, Gallef. *de oblig. Camerali, quæst.* 36. *n.*
20. *& seqq.* Ridolph. *cit. numer.* 275. *in fin.* non ta-
men procedit Aud. Cam. ad declaratoriam contra eos- 69
dem in Dignitate Ecclesiastica majori constitutos, vel
etiam contra sæculares Magnates, & Prælatos, ac Of-
ficiales Papæ, sine verbo cum Sanctissimo, & sine
hujus expressa licentia, Salust. Tiber. *in praxi libr.* 1.
cap. 31. *numer.* 12. Ridolph. *cit. numer.* 276. & dixi ut
supra.

Sed quid dicendum, an prolata sententia excom-
municationis contra formam dicti Textus, sustinea- 70
tur? Affirmant Doctores ex Gloss. *in cit. cap. quia Pon-
tificali ver. aliter.* & citati repetentes *ad dict. cap.* qui-
bus adde Barb. & Passerin. *num.* 22. Genuens. *in pra-
xi cit. cap.* 88. *num.* 6. Hodie tamen post Conc. Trid.
cap. 3. *sess.* 25. *de reform.* excommunicatio est ferenda
tantùm in subsidium, ut dixi in antecedenti Com-
mentario, & priùs procedi debet ad pœnas pecunia- 71
rias, & ita in praxi observare Curiam Archiepiscopa-
lem Neapolis contra Suffraganeos, testatur *cit. Ge-
nuens. n.* 6.

Prædicta autem facultas in Metropolita excommu- 72
nicandi Suffraganeos, an verificetur etiam in Vicario
Archiepiscopi? Et distinctio est, quod aut Archiepis-
copus est absens à Provincia, & poterit Vicarius Me-
tropolitanus illud agere, secùs in præsentia Archie-
piscopi, vel si sit propè illam, quia tunc non po-
terit, prout nec suspendere, aut interdicere, *ut in §.
fin. cit. cap.* 1. *de offic. ord. & post* Glossam *ver. non at-
tentent*, Barb. *ib. n.* 8. Ventrigl. *de jurisd. Archiepiscopi
cap.* 141. *n.* 3. *& in prax. annot.* 49. *n.* 39. Merolla *Theol.
mor. to.* 3. *disp.* 7. *cap.* 5. *de jurisd. Archiepiscopi nu.* 344.
Barb. *de jur. Eccl. to.* 1. *cap.* 7. *n.* 28. Genuens. *cit. cap.* 88.
n. 6. ubi, quod si Episcopus non fuerit consecratus, 73
poterit à Vicario excommunicari etiam Archiepisco-
po præsente, Barb. & alii *in cit. textu num.* 8. Sed an
Vicario excommunicante Suffraganeum, esset vali- 74
da Censura, itaut requiratur absolutio? Et affirmati-
vè est dicendum per Gloss. *in cit. cap.* 1. *ver. non at-
tentent*, quam sequuntur Doctores apud Fagnan. *cap.
responso n.* 94. *& n.* 112. *de sent. excomm.* Genuens. *cit.
num.* 6. Et ratio est secundùm Gloss. quia si legislator
prohibuerit actum, tamen hoc speciale est in ex-
communicatione, ut etiam injustè lata, & contra

ordinem, valeat *can.* 1. 11. *q.* 3. Et quomodo hoc sit
intelligendum, dixi supra in Commentario anteceden-
ti. Tamen contra prædicta posset obstare textus *in*
Extravag. cum Matthæus de hæreticis, ubi cavetur
non posse procedi contra Officiales, & Nuntios Se-
75 dis Apostolicæ ad Censuras, sine expressa licentia
Papæ, quod procedit tam in Ordinariis, quam De-
legatis Judicibus, imò etiam Inquisitoribus, ex hoc
76 textu adducto. Idem dicit Ridolph. *loco supra cita-*
to agere Aud. Cam. quoad Episcopos, Cardinalis de
Luca *in libro Italico Il Vescovo Prattico cap.* 36. *n.*
9. & Pax. Jordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 155. Ergo
videtur non posse Vicarius Censuris subjicere suffra-
ganeum, imò neque comminari Censuras, cùm non
possit eas exequi.

Sed his non obstantibus, vera sunt prædicta à
nobis firmata, quia est communis opinio indistin-
ctè concedens hanc facultatem Vicario, absente Ar-
chiepiscopo, & ultra citatos docet Pegas *de compet.*
inter Archiepiscopum, & Capitulum part. 1. *cap.* 47.
n. 26. *ad textum clarum cit. cap.* 1. *§. fin. de offi. ordin.*
77 *in* 6. Nec obstat *cit.* Textus *in Extravag.* quia loqui-
tur de Nuntiis, & similibus Officialibus Sedis Apo-
stolicæ, non autem de Episcopis, ut videtur in-
nuere Cuch. *Instit. lib.* 4. *tit.* 6. *§. verum*, ubi ad firman-
dam hanc exemptionem in Episcopis, adducit tex-
tum *in cap. Inquisitores de hæreticis in* 6. ut suprà
etiam retuli ad firmandam illam pro Nuntiis, & Of-
ficialibus Sedis Apostolicæ, refert *cit.* Textum *in Ex-*
travaganti; ergo dispar est ratio; Alagona *in Com-*
pendio juris dict. titulo fol. 661. Barb. *ibid. nu.* 2. *& alii*
ab ipso citati. Et quod procedat in Officialibus, qui
78 immediatè serviant Sedi Apostolicæ, & mediantibus
Brevibus tantùm, optimè Sperell. *dec.* 160. *nu.* 52. &
53. ubi nec comprehendi Officiales inferiores. Imò
dictum argumentum probaret plus, quia neque Ar-
chiepiscopus posset Censuris plectere suffraganeos,
quod est contra veritatem; hinc Aud. Cam. ex stylo
habet dictum usum non procedendi ad Censuras,
nisi facto verbo cum Sanctissimo, ut sunt verba ejus-
dem Salustii, & Ridolph. ibi; *ex stylo*, maxima ra-
tione, cùm, stante sola communicatione facultatum
SS. Pontificum, habeat facultatem contra Episcopos,
ut supra dixi.

Hinc, cùm in Sacra Congregatione Concilii fue-
79 rit dubitatum in *Massalubrensi jurisdictionis*, *An*
Metropolitanus possit in litteris compulsorialibus, &
hujusmodi comminari Episcopis suffraganeis pœnam in-
terdicti ab ingressu Ecclesiæ? Secundo, an Vicarius Ge-
neralis idem possit? Fuit affirmative ad utrumque
responsum die 26. Junii 1688. Et quoad Vicarium
posset dici procedere dicta resolutio etiam præsente
80 Archiepiscopo, quia etsi nequeat Censuras promul-
gare, potest tamen comminari; cùm dispar ratio sit
inter utrumque, nam non dubitatur Vicarium Metro-
81 politanum esse superiorem suffraganeorum jurisdictio-
ne; tùm quia coram ipso possunt Causæ appellatio-
82 num cognosci; tùm etiam, quia potest etiam pro-
cedere contra eos ad Censuras, Gloss. *in cit. cap.* 1.
83 *ver. attentent de offic. ordin. in* 6. Et quamvis limite-
tur, præsente Archiepiscopo, hoc tantùm evenit,
ut consulatur magis dignitati Episcoporum, ne publi-
cè appareant Cedulones subscripti à Vicario; com-
84 minatio tamen non est publica, nec continet pœ-
nam in actu secundo; hinc videmus Aud. Cam. com-
85 minari Censuras contra Episcopos passim, non au-
tem fulminare eas sine mandato Papæ, ut dixi, &
tandem cùm dicta prohibitio ferendi Censuras, præ-
sente Archiepiscopo, sit restrictiva juris, *ut in citat.*
Gloss. *ubi supra*, strictè debet intelligi, tamen Sacr.
Congreg. prædicta sub die 18. Septembris 1688. ad-
didit secundo dubio, *posse absente Metropolitano*.

Quid autem erit dicendum in Delegato Archiepis-
86 copi? Idem certè, quod in Vicario Generali, ut
expressè Gloss. *ver. observari*, *cit. cap.* 1. cùm major
sit jurisdictio Vicarii facientis idem Tribunal cum
Archiepiscopo, & sic, quod procedit in uno, po-
test procedere in altero; sed id habet locum in re-
strictiva, de qua loquitur Textus, ut non possit
censurare Episcopos, præsente Archiepisco; nec quo-
ad comminationem videtur quod potest facere, nisi 87
speciali auctoritate, ex eadem ratione Glossæ, quia
non habet tantam auctoritatem uti Vicarius.

Cæterùm prædicta sunt vera in ratione juris, ut 88
Episcopi possint censuris innodari ab Archiepiscopo
Metropolitano, sed de congruentia debet consuli
Sacr. Congr. ut notat Pax. Jordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6.
numer. 185. Cardin. de Luca *in miscell. Eccl. disc.* 1.
numer. 78. ubi quod agendum est cum magna consi-
deratione. Et quamvis, quoad declarationem Cen-
surarum juris, magis facilè procedi potest, ut notat
idem Cardin. de Luca in his terminis *disc.* 52. *de ju-*
risd. numer. 10. *in fine*, & rarò in Urbe, & in Sa-
cris Congregationibus similes Censuræ approbentur, 89
verum tamen est, quod cùm anno 1696. Archiepis-
copus Surrentinus declarasset excommunicatum Epis-
copum Vici Æquensis Suffraganeum, Sac. Congreg.
Concilii die 22. Septembris *dicti anni* resolvit Cen- 90
suras esse nullas latas contra dictum Episcopum. Si
enim talem auctoritatem denegasset Archiepiscopo
censurandi Suffraganeum, dixisset Censuras non sub-
stineri, sed tantùm dixit esse nullas, ob defectum Ci-
tationis, nec Archiepiscopus redargutus fuit. Et è
contra, quia Episcopus excommunicaverat Archie- 91
piscopum, quia verè agnovit deficientiam jurisdi-
ctionis, rescripsit, Censuras Episcopi non substine-
ri, & redargutus extitit Episcopus. Quare videntur
de jure validæ Censuræ debito ordine prolatæ contra
Suffraganeos per Metropolitas, licèt circumspectè
infligendæ sint.

Episcopus verò alium Episcopum, cùm nullam
habeat jurisdictionem in eumdem, nequit excom-
municare, cùm par in parem non habeat impe- 92
rium, nisi tamen ratione delicti Episcopus fieret sub-
ditus, & de foro alterius Episcopi, non observando
scilicet legem Diœcesanam, quæ contineat pœnam 93
excommunicationis, quia tunc Episcopus habetur ju-
re privati, exemplo Præsidis, si Provinciam suam
excesserit, *l.* 3. *ff. de offic. Præsidis*. Quod etiam dici
debet in Archiepiscopo legem Diœcesanam non ob- 94
servante in aliena Diœcesi, dummodò non sit Epis-
copi suffraganei, Navar. *cons.* 14. *numer.* 4. *de Clan-*
destina desponsatione lib. 4. post Gloss. *in cap.* 1. *ver.*
excommunicentur in fine de raptor. quia ratione de-
licti efficitur minor, *Abb. in citat. capit.* 1. *in fin.*
Innoc. in cap. cum inferior de major. & obed. & for-
tiùs in Episcopo Titulari, qui sit Canonicus, quia
subest Visitationi Ordinarii ad instar aliorum Cano-
nicorum, Selva *in select. Cas. cap.* 29. *num.* 3. addu-
cens resolutionem Sacr. Congr. in Florentina 24.
Julii 1632. Barbosa *ad capit.* 5. *sess.* 24. *de refor-*
mat. num. 6. & in terminis ingredientium Monaste-
ria non subdita, Navar. *de regular. Comment.* 4. *part.*
14. *numer.* 39. necnon quoad accessum ad Monaste-
rium Monialium, ut non liceat Episcopo in aliena 95
Diœcesi, Gratian. *discept.* 393. *num.* 1. *& sequen.* ubi
etiam de Archiepiscopo delinquente in Diœcesi alte- 96
rius, vel Episcopi non suffraganei, ita ut non va-
leat Episcopus prædicare in aliena Diœcesi sine li-
centia Ordinarii; hinc obtenta licentia anno 1600.
ab Episcopo Aliphano prædicandi tempore Quadra-
gesimæ in Ecclesia D. Annunciatæ Neapolis à Cle-
mente VIII. disceptatum fuit, an petere deberet li-
centiam ab Archiepiscopo Neapolitano, quam pe-
tere renuebat Episcopus sub prætextu privilegii Epis-
copalis prædicandi per universum Mundum, *Matth.*
ultim. Canon. in novo 21. *distin.* sed idem Clemens
mandavit, ut observetur *capit.* 2. *sess.* 5. *de reform.*
Concil. Trident. & sic Episcopus petiit licentiam à
Vicario, ut prædicare valeret; prout refert *Gemens.*
in praxi cap. 58. *per tot.* Et in terminis quod potest
Censuris procedi ab Episcopo Diœcesano contra
Episcopum offendentem illius jurisdictionem, do- 97
cuerunt *Alter. de Censur. lib.* 3. *disput.* 10. *cap.* 5. &
decla-

declaravit Sac. Congregatio Concilii in Baren. 27. Februarii 1627. quam refert Pignatell. *tom. 1. consul.* 170. *n. 8. in fine*. Verùm Sac. Congr. & Romana Curia non benè de tali exercitio sentit, sed potiùs cupit, ut certioretur eadem Sacr. Congreg. vel Papa, ob decus Ordinis Episcopalis, & ne veniant jurgia inter Ecclesiæ culmina scandalum parientia. Hinc in Neapolitana 16. Maii 1699. Sacr. Congreg. Concilii censuit, *Ad sextum dubium, quid juris haberet Archiepiscopus contra transgressores aliquorum contentorum in primis dubiis? Respondit, quoad Regulares posse procedere ad formam Concilii, quoad vero Episcopos, Archiepiscopus moneat, & si moniti non destiterint, certioret Sacram Congregationem*. Itaque eò magis dicendum de Episcopo non Cardinali.

Cæterùm prædicta intelligi debent, ut Episcopi teneantur lege Diœcesana alterius Episcopi eorum statui tamen compatibili; sed cùm sint exempti, & immeditè subjecti Papæ, *ut in cit. sess. 24. cap. 5. & sess. 13. cap. 8.* Sacri Concilii Tridentini, quoad Censuras hominis, nullus potest eos excommunicare, nisi Superior sit, puta Metropolitanus ratione juris Metropolitici; quo verò ad illam juris, poterit quidem declarari excommunicatus Episcopus, imò Archiepiscopus ab Episcopo Diœcesano; ita pro defensione vim vi repellendo; sed id non admittitur ultrò, sine consultatione Papæ, vel S. Congregationis.

Pulchra addi potest quæstio, an possit Archiepisco-
98 pus excommunicari ab ejus Episcopo Suffraganeo,
cùm Doctores firmantes Archiepiscopum delinquen-
tem in Diœcesi Episcopi posse ab hoc puniri, non in-
telligant de proprio Archiepiscopo; hinc dicendum
nullam habere facultatem Episcopum Suffraganeum in
99 suum Metropolitanum, cùm justum non sit minorem
posse majorem coercere, quia inferior superiorem sol-
vere, & ligare nequit, ut docent in terminis Felin.
in cit. cap. Cum inferior n. 1. & 2. Innoc. ibid. de major.
& obed. quod Archiepiscopus delinquens in Episcopa-
tu Suffraganei non possit puniri ab hoc, quia sem-
per ipso inferior est, Abb. *in cap. 1. de raptor. in fin.* &
consonat Textus *in Can. Cum inferior dist. 21.* Alphon.
de Leon. *de Censuris recollet. 2. num.* 301. Pignatell. *con-*
sult. 22. n. 1. tom. 8. Fuschus *de Visit. lib. 2. cap. 20. num. 11.*
in fin. ibi: *Dummodo non sit suus Archiepiscopus*, Lauret.
tr. de Jud. suspect. cap. 4. num. 34. & repetentes ad cit. cap.
Cum inferior.

Nec quidquam valet objectum, quod ratione deli-
100 cti efficiatur subditus Episcopo, quia id non potest
procedere in eo, qui habet superioritatem, ut docent
præfati Doctores, & procedit Card. de Luca *disc. 29.*
de Jurisd. & disc. 47. & 48. Ricciul. *lib. 4. cap. 61. nu.*
37. cum seqq. & num. 45. & 46. proindè esset puniendus
Suffraganeus aliquid attentans contra proprium Ar-
101 chiepiscopum, prout fuisse vocatum ad Urbem ex-
communicantem Archiepiscopum, testantur exempla
102 relata, cum resolutionibus S. Congreg. in Montis
Politiani, & Liparensi, per Pignatell. *consult. 22. to.*
8. & consult. 33. tom. 1. in Tarentina, & Oritana,
die 14. Januarii 1653. S. Congreg. Immunitatis cen-
suit Episcopum Oritanum *accedere debere ad Urbem,*
ut se justificet, Archiepiscopus vero acriter moneatur;
ex eo quia Archiepiscopus non se continuit contra
103 Episcopum, eò quod personaliter cum hominibus ar-
matis ad Civitatem Oriæ accesserit, & alia fecerit
non congrua statui Clericali, quia non debebat custo-
dire Ecclesiam more castrorum. Et in *citata* Surren-
tina, *seu Vicana Censurarum* die 22. Septembris 1696.
S. Congr. Concilii censuit, Censuras Episcopi Vica-
104 ni in Archiepiscopum Surrentinum Metropolitanum
prolatas, non substineri, & ad mentem, quæ fuit,
ut circumscriptis, & abolitis actis dictarum Censu-
rarum, Episcopus de dicta circumscriptione, & abo-
litione reverenter certioret Archiepiscopum. Hinc
deberet Suffraganeus puniri tamquam perjurus, quia
105 in consecratione juravit reverentiam, & obedien-
tiam versus Metropolitanum, & in Bulla Episcopis
Suffraganeis directa hæc habentur: *Mandantes qua-*
tenus eidem Archiepiscopo tamquam membrum capiti obsequentes ei exhibeatis obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam. Quarant. *in Summ. Bullar. ver. Archiepisc. auctoritas n. 6.* Ventrigl. *de Jurisd. Archiep. annot. 49. n. 42. §. un.* & inferiores Archiepiscopo dicuntur Suffraganei, *cap. inferior. dist. 21.* Alphons. de Leon. *de Censur. recoll. 2. f. 107. col. 2. in principio.*

Unicus tamen casus posset considerari, quando
nempè agatur de censura lata à Jure, quia tunc cùm 106
Episcopus Suffraganeus tantùm declaret Archiepisco-
pum incursum, nulla posset considerari jurisdictio,
juxta *text. in Clem. 1. de privil. in princ. ubi Abb. nu.* 107
22. & latè Felin. *in cap. non potest de sent. & re judic.*
& Fagn. *in eod. cap.* Card. de Luca *disc. 43. num. 7. &*
in Annot. ad Sac. Conc. Trident. Alter. to. 1. de Censur.
lib. 3. cap. 5. §. Sed quæro, ubi in terminis si major de-
linquat in jurisdictione minoris violando legem al-
terius, qui superior sit utroque, *Archid. in cap. 2. de*
Const. in 6. Ita tamen hoc potuisset intelligi, quate-
nus nullo modo procedatur judicialiter, ut benè ex-
plicant Fagn. *nu. 12. & 13. & seq. cum resolutionibus* 108
Sacr. Congr. Concilii, Pignatel. *consult. 52. n. 2. tom. 9.*
Card. de Luca *in Miscell. Eccles. disc. 13. & 14. & de*
Jurisd. disc. 29. & in annot. Sac. Conc. Trid. disc. 43. n. 7.
de quo modo procedendi contra non subditum, su-
pra dixi in antecedenti Commentario. Ego tamen
putarem, quod ob reverentiam, omninò Suffraga-
neus abstinere se debeat à publicatione Cedulonum 109.
contra proprium Metropolitanum, sed certioret Se-
dem Apostolicam, ut dixit Pignatell. *consult. 30. tom.*
1. & Sacr. Cong. in Conversanen. 13. Julii 1646. *re-*
lat. à Nicol. in floscul. ver. Episcopus n. 21. ibi: *Non*
debet contra alium Episcopum Cedulones affigere, ne- 110.
que sub prætextu defensionis suæ jurisdictionis, præser-
tim quando patet recursus ad Superiorem. Et in termi-
nis magis amplis de Cardinali Archiepiscopo contra
Episcopum non Suffraganeum, dixit Sac. Congr. *in*
Neapolitana supra cit. n. 69. Hinc si periculum esset in
mora, posset vim vi repellendo se tueri Episcopus,
ut docet Ricciul. *de Jure personarum lib. 4. cap. 61. n.*
46. & seqq. juxta Text. *in Can. jus naturale dist. 1.*

Episcopos tamen, congruit ultimò notandum,
non incurrere aliquam pœnam suspensionis, vel in- 111
terdicti, nisi sint specialiter nominati, clarè fuit dis-
positum in *cap. quia periculosum de sent. excommuni-*
cationis in 6. quod intelligendum est etiam de Ar-
chiepiscopis, & Patriarchis, qui omnes conveniunt in dicto nomine, dictumque textum procedere tantùm in suspensione, & interdicto, non autem in excommunicatione, monet Gloss. *ibid. ver. suspensionis*; nam verè includuntur in dispositione *Can. Si quis suadente Diab. & cap. pro humano de homicidio in 6.* & clara sunt verba dicti Textus *cap. Quia periculosum* restricta ad suspensionem, & interdictum, Bellett. *disquis. Cleric. de discipl. Cler. §. 2. n. 47. & 48.* ubi etiam de Cardinalibus Sayr. *in Cas. Conscien. Thesaur. lib. 1. cap. 8. n. 25.* Barb. *ad cit. cap. Quia periculosum n. 1.* quidquid dicat Peyrin. *in Const. 2. Julii II. §. 13. num. 47.* Plures tamen casus adsunt in Jure, quibus Episcopi comprehensi sunt dicendi, vel ex generalitate verborum, vel ex subjecta materia; putà si loquatur de ordinatione, aliisque ad munus Episcoporum spectantibus, tunc enim non requiritur specialis mentio, ut latè recensendo casus, docet Barb. *de potest. Episcopi alleg. 111. p. 3. num. 1.* cum sequentibus, ad quem lectorem remitto, ut finem huic Commentario satis prolixo imponam.

CONSTITUTIO UNICA

ALEXANDRI II.

incipiens (*Nullis*.)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER RUSTICO PRIORI, & Congregationi Campi Amabilis.

Suſcipit Congregationem Monachorum Eremitarum Camaldulenſium ſub protectione Sedis Apoſtolicæ. Præcipit obſervantiam Vitæ Eremiticæ, & ſolitariæ. Tandem licentiam Monachis impartitur, ut Ordines à Viciniori Epiſcopo recipere poſſint, ſi eorum Ordinarius ſit Simoniaca labe infectus.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Mortuo Nicolao II. Schiſma ſupervenit in electione Pontificis.*
2 *Opera, & juſſu Henrici Imperatoris fuit electus in Pſeudo-Pontificem Cadaolus Pallavicinus ſub nomine Honorii II.*
3 *A Cardinalibus, & Populo Romano fuit electus in verum Pontificem Anſelmus de Bedagio ſub nomine ſupradicto Alexandri II.*
4 *Conſecratio dicti Pontificis.*
5 *Bellum inter Alexandrum, & Cadaolum.*
6 *Gothefridi adventus pro ſedandis controverſiis.*
7 *Excommunicatio ab Alexandro fulminata contra Cadaolum, & ab iſto contra Alexandrum, nec non nova belli indictio.*
8 *In fugam actis militibus Cadaoli, fuit indictum Concilium pro extirpando Schiſmate, in quo fuit condemnatus Cadaolus, & pax reſtituta Eccleſiæ.*
9 *Vita laudabilia Alexandri II. recenſentur, atque plurium Conciliorum convocationes ab eodem facta.*
10 *Ordo Camaldulenſium receptus ab hoc Pontifice ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & de dicti Ordinis origine.*
11 *S. Romualdus Fundator Eremi, & Ordinis Camaldulenſium, & de ejuſdem Ordinis propagatione.*
12 *Camaldulenſium Religio olim in duas Congregationes diviſa, nempè Cænobitarum, & Conventualium.*
13 *Duæ etiam Congregationes à dicta Religione hodie conſtituuntur, una Eremitarum Sacri Eremi Hetruriæ, altera Monachorum S. Michaelis Murani.*
14 *Diſtinguuntur dictæ Congregationes propter diſtinctos Superiores, à quibus recipiunt habitus, quibus utuntur.*
15 *Monachi S. Michaelis Murani, quibus veſtibus induantur, & quot Monaſteria Romæ habeant.*
16 *Eremitæ dicti S. Eremi utuntur cucullo anguſtiori, nutriunt barbam, eorum Superior appellatur Major, & ipſi non appellantur Fratres, ſed Domni.*
17 *Major dictorum Eremitarum habet uſum Pontificalium, ad inſtar Abbatum Monachorum.*
18 *Dictæ duæ Congregationes iterum unitæ ab Urbano VIII. adhuc deinde diviſa remanſerunt.*
19 *Alia unio facta ab Urbano VIII. dictorum Eremitarum cum Congregatione Montis Coronæ, & cum alia Eremitarum propè Taurinum, diſſoluta etiam fuit à Clemente IX.*
20 *Tres aliæ ſunt Congregationes, quæ ultra prædictas ab eodem fonte S. Romualdi dimanant.*
21 *Prima eſt Congregatio Montis Coronæ, cujus Inſtitutor fuit Paulus Juſtinianus Venetus, & de Hiſtoria dictæ Inſtitutionis.*
22 *Eremitæ dictæ novæ Congregationis, qui vulgò dicuntur* Grotani, *non poſſunt gerere cucullum, ſed ejus loco pallium, juxta conventionem habitam cum Prioribus Eremitis.*
23 *Congregatio prædicta in quinque locis dumtaxat prius reſtricta, latè deinde propagari cœpit per Poloniam, Germaniam, & Hungariam.*
24 *Regitur cum privilegiis obtentis ab uno Superiore ſub nomine Majoris, cui privilegia Abbatis S. Benedicti conceſſa fuerunt, citra tamen facultatem utendi Mitra, & Baculo.*
25 *Secunda eſt Congregatio Pedemontana Eremitarum Taurini.*
26 *Tertia eſt Congregatio Eremitarum Galliæ, cujus Inſtitutor fuit Bonifacius de Antonio.*
27 *Viri Sanctitate Illuſtres, qui in dicta Religione S. Romualdi floruerunt.*
28 *Scriptores Celeberrimi, qui in dicta etiam Religione claruerunt, enumerantur inter alios, Gregorius IX. Decretalium Compilator, Gratianus Decreti Collector, & Abbas Panormitanus, juxta aliquos hiſtoricos.*
29 *De pluribus contentis in hac Conſtitutione remiſſivè.*

VIta functo Nicolao II. ingens ſeditio de novo
Pontifice creando, Clerum, populumque Ro- 1
manum invaſit. Alii enim Cæſare Henrico inconſulto, Pontificem dicere conſtituerant; alii verò more per id temporis in aliquot Romanorum Pontificum creationibus uſurpato, ex Cæſaris voluntate Pontificem creari petebant, quorum caput Hugo Candidus Tridentinus Presbyter Cardinalis erat. Cæſar maximo
Epiſcoporum Conventu Baſileæ habito, peculiaribus 2
auctoribus Giberto Corrigia Parmenſe Cæſareæ Aulæ Cancellario, Placentino, & Vercellen. Epiſcopis, Cadaolum Pallavicinum Epiſcopum Parmenſem abſentem, Summum Pontificem deſignari curavit, qui electionis Decretum probans, Honorii II. nomen accepit, eique plures præſertim Longobardi Epiſcopi obtemperarunt: quæ dum in Germania gererentur, Cardinalium, & Populi Romani pars major, auctore Hilprando Archidiacono, qui unus omnium maxi-
mè laboravit Anſelmum de Bedagio nobilem Medio- 3
lanenſem doctrina, & vitæ integritate illuſtrem, Anſelmi viri olim in ea Urbe primarii filium, tunc Epiſcopum Lucenſem, & abſentem, Romanum Ponti-
ficem renunciarunt. Is dudum Canonicus Regularis in 4
Monaſterio Lateranenſi factus, & ex eo Ordine ad Eccleſiam Lucenſem promotus fuerat, Luca accitus, Romam illicò venit, ubi antequam Cadaolus, ut conſecraretur, accederet, *pridie Kalendas Octobris die Dominico* in Baſilica S. Petri ab Epiſcopis Cardinalibus inauguratus Alexandri II. appellationem ſibi indidit. Hæc audiens Cadaolus, Imperatorem Auguſtæ
morantem adiit, & inſignia Pontificalia illi ab Urbe 5
tranſmiſſa uſurpans, ſe Pontificem Maximum appellabat, & ad Bellum contra Alexandrum gerendum in Italiam venit, & haud contemnendis Longobardorum copiis comparatis, armata manu, Romam, ut Apoſtolicam Sedem vi conſequeretur, acceſſit, cui à Cincio quodam nobili Romano Stephani Præfecti filio, Urbs Leonina, Arx S. Angeli, Pons Milvius prodita fuere, quæ valido præſidio ab eo munita fuit. Cadaolo ſuper veniente in pratis Neronianis gravis pugna committitur, qua multi utrinque cecidere, pars tamen Cadaoli prævalere viſa eſt plurimis Alexandrinorum cæſis; Alexander tunc Laterani armato præſidio ſe continebat. Superveniens interim Dux Gothe-
fridus ambas partes diſcedere ab armis curavit, ſuaſit- 6
que ut ea controverſia non ferro, ſed jure finiretur,

Quæ-

Quievere aliquantisper factiones, Alexander media
Quadragesima anno 1063. Synodo Episcoporum La-
7 terani coacta, Cadaolum excommunicavit. Cadao-
lus Parmam reversus idem cum consentientibus Epi-
scopis adversus Alexandrum fecit, majorique exer-
citu coacto, anno, qui sequutus est, ad Urbis op-
pugnationem rediit. At verò erumpentibus Roma-
nis cum Gothefridi Ducis copiis, tantus terror Ho-
norianos invasit, ut omnes in fugam acti fuerint.
8 Sed cùm Schisma in longum protraheretur, indicto
Concilio in Civitate Mantuæ anno 1064. quo ad-
venit ex Germania Vannus Archiepiscopus Colo-
nien, cui Regni administratio, & pueri Imperatoris
tutela ab Imperii Principibus, Matre Agnete exclusa,
commissæ fuerant, fuit formiter à tota Synodo
Cadaolus condemnatus, & Alexander ut legitimus
Pontifex acclamatus, ac omnes Episcopi, & præ-
sertim Longobardi, qui ejus creationem maximè op-
pugnaverant, ut verum Christi Vicarium venerati
sunt, quos blandissimè alloquutos, sibi amicissimos,
fidos dimisit, rebus omnibus ex sententia composi-
tis, & Mantuana Synodo absoluta, Alexander Ro-
mam versus iter cœpit, Cadaolus Parmam, & alii
ad Urbes suas reversi sunt, Ciaccon. *in vita Pontific.
tom. 1. pag.* 831.

Hic autem Pontifex tam egregiis fuit insculptus
9. moribus, totque insignibus exornatus virtutibus, ut
ferè sit supra laudem, fortitudo, zelus, pietas, &
constantia, quibus enituit. Sanè cum omnium ve-
rum Patrem, ac rectum Judicem declararunt. Ut
benignum Patrem, plures agnoverunt, præsertim
tot Schismatici ad ejus pedes provoluti, veniam
impetrarunt. Fortem Judicem expertus fuit Henricus
Imperator, cui jussit Romam venire, ut ab obje-
ctis criminibus se expurgaret; & denique uti Judex,
& Pater in plerisque Conciliis apparuit congregatis
præcipuè ad Simoniacam labem tunc grassantem pro-
fligandam. Vitam tandem cum morte commutavit
10. Kalendas Maji 1073. Vir quidem & Pontifex ab
omnibus laudatus, sed nondum satis.

Inter reliqua verò sua Paternæ providentiæ opera,
10 meritò præsentis Constitutionis promulgatio repo-
nenda est. Cùm enim Congregationem Eremitarum
Camaldulensium in Campo Amabili tunc summo vi-
gore vigentem aspiceret, non defuit eam tamquam
novam Ecclesiæ Alumnam amplecti, & Apostolicæ
protectionis umbra confovere, ad quam rem, præ-
sentem dedit Constitutionem.

Hujus porrò Sacri Camaldulensis Ordinis, & Ere-
11 mi erector, & institutor fuerat pluribus ante annis
Romualdus, è nobilissimo Sanguine Longobardo-
rum Ravennæ ortus. Is Monachus Benedictinus
cum annos quadraginta Eremum quamdam habitasset
in Aquitania, ac ibidem Monasticum Ordinem, &
Eremiticum propagasset, petens deindè Italiam, in
Agro Aretino consedit, ac in remotissimo loco,
qui propter amœnitatem, Campus Amabilis dice-
batur, suam primam instruxit Eremum, ubi unà
cùm sociis habitans, initium dedit anno 973. Con-
gregationi Camaldulensi, sic dictæ à Maldulo Do-
mino, & largitore prædicti Campi Amabilis non
longè à Florentia inter Apennini juga: vel si aliis
credimus, primordia dedit anno 967. Pontifice Joan-
ne XIII. Imperatoribus Occidentis Othone, Orien-
tis Nicephoro Phoca.

Nec tam sancti instituti propagatio diu fuit pro-
tracta; Sanctitas enim Institutoris in vita, ejusque
miracula in morte plurimos impellebat ad Camal-
dulensium habitum assumendum, & ad proprias
fortunas, Cœnobiis extructis certatim offerendas.
Et sic per annos quadraginta quinque à Sancti Ro-
mualdi obitu stetit præfatus Ordo, nulla Pontificia,
sed Episcopi solius approbatione, donec Alexander
II. in præsenti Constitutione dictum Eremum Cam-
pi Amabilis cum omnibus aliis Hospitiis adjacenti-
bus sub Sedis Apostolicæ protectione recepit anno
1062.

Quamquam verò hæc Religio diù in uno corpo-
re, & sub eodem Capite steterit; attamen statim
collabescente observantia Constitutionum, quæ à B.
Rodulpho IV. Eremi Priore datæ fuerant, factum 12
est, ut veluti in duo Corpora divideretur; nam
ex una, quæ erat Congregatio, duæ emerserunt,
una sub nomine Eremitarum, & Observantium, il-
lorum scilicet, qui priscum, strictumque vivendi
institutum arctiùs retinnere; altera sub nomine
Conventualium, qui largiori vita, in victus, &
vestitus, atque conversationis ratione uti consue-
verunt. Caput Conventualium, & totius Ordinis
erat sacra Eremus; Caput verò Eremitarum erat S.
Michael Murani, sub cujus Congregatione multa
Monasteria, ac loca adjacebant, in quibus vita Ere-
mitica colebatur.

Verùm licèt anno 1513. *ex Constitutione Leonis
X. incip. Etsi à Summo*, præfatæ Congregationes
iterum unitæ fuerint; attamen deinde denuò separa-
tæ fuerunt *à Paullo III. in Constitutione* 1. *incip.
Rationi tertio Non. Novembris* 1524. & ita hodiè
duas distinctas constituunt Congregationes; una 13
nempè est Congregatio Eremitarum Sacræ Eremi
Hetruriæ; altera est Congregatio Monachorum S.
Michaelis de Murano. Plurima hæ duæ Congrega-
tiones obtinent privilegia à Gregorio XIII. *in Constit.
96. incip. Cum interna*, confirmata à Gregorio XIV.
Constit. 18. incip. Ex injuncto, & à Clemente VIII.
in Constit. incipien. Officii nostri die 3. Augusti
1594.

Reguntur verò hæ duæ Congregationes unaquæ-
que à propriis Superioribus, & distinguuntur etiam 14
in vestibus, nam Monachi S. Michaelis de Mura-
rano, habent proprium Generalem singulis trien-
niis eligendum, induuntur vestibus albi coloris,
tunica, scapulario, & cucullo, ac albo etiam ga-
lero, & habent Romæ duo Monasteria, unum ad 15
S. Gregorium in Monte Cœlio, alterum in *Vico Plum-
bi*, non longè à Palatio Columnensium, sub Invo-
catione S. Romualdi: quod potiùs Hospitium, quàm
Monasterium dici debet. Eremitæ verò dictæ Sacræ 16
Eremi, deferunt quidem cucullum, sed angustiorem,
& barbam nutriunt, eorumque Superior non appel-
latur Generalis, sed Major, retinent nihilominus spe-
ciem aliquam Monachorum, cùm intitulentur non
Fratres, sed Domni, & eorum Major habet usum
Pontificalium ad instar Abbatum Monachorum. Et 17
licèt Urbanus Octavus prævia Bulla 30. Aprilis 1626.
iterùm univerit, stante consensu utriusque, Congre- 18
gationem Monachorum, & Eremitarum dicti Ere-
mi, certis quibusdam conventionibus pro recto gu-
bernio initis inter illos; tamen denuò fuerunt in duo
membra divisæ, prout hodiè conservantur; imò idem 19
Urbanus VIII. etiam univit Eremitas, ac loca dicti
Eremi, qui etiam Hetruriæ dicitur, cum Congrega-
tione Montis Coronæ, ac etiam cum alia Camaldu-
lensium Eremitarum propè Taurinum, quam unio-
nem deindè dissolvit Clemens IX. *anno 1667.* ut in
ejus Bulla *la 15. incip. Illius, qui charitas, in Bulla-
rio tom. 6.*

Porrò ultra has duas Congregationes, adsunt etiam
aliæ tres, quæ etiam ex eodem fonte S. Romualdi 20
dimanant; tamen unaquæque diversam facit Rempu-
blicam, & propriis regitur Institutis. Prima est 21
Congregatio, quæ Montis Coronæ, aliàs *Grotana*
vulgò appellatur. Hujus Congregationis institutor
fuit Paulus Justinianus Patritius Venetus *anno* 1520.
qui divinæ gloriæ zelo arreptus, litteras Apostolicas
impetravit à Leone X. ut Religionem Camaldulen-
sem tàm per Italiam, quàm extra per Terram San-
ctam, ac etiam per Indos sibi dilatare liceret. Hic
post diuturnam peregrinationem, speluncarum qua-
rumdam propè Oppidum Massacium Habitator fa-
ctus, quibusdam ex Eremitis Camaldulæ in socios as-
sumptis, exiguam excitavit Congregationem, quæ
postmodum cujusdam Galeatii nobilis, & opulentis-
simi Juvenis munificentia aucta, non mediocrem
per-

persecutionem, à Camaldulis Eremitis deindè passa
est, à quibus habitus Camaldulensis fuit eidem in-
22 terdictus. Sed tc per pios viros composita, ad hanc
conventionem deventum fuit, ut prædicti novæ
Congregationis Eremitæ, qui *Grotani*, seu *Montis
Coronæ* dicebantur, cucullum deponerent, palliumque
ejus loco semper gestarent, ut testatur *Augustin.
Camalduen. in Histor. Camaldul. part. 1. lib. 3. cap.*
18. & à Vicario Generali Ordinis Camaldulensium
23 quinque loca prædictæ novæ Congregationi con-
cessa fuerunt, & sic instituta remansit Congregatio
Eremitarum S. Romualdi, seu Montis Coronæ à
propriis Prælatis separatim regenda, quæ deinceps
in Polonia etiam, Germania, atque Hungaria simul
cum aliis florere cœpit, & à Clemente VII. approba-
ta fuit *anno* 1528. *in Constit. in ordine la* 23. & ite-
24 rùm confirmata à Paulo Tertio *in Constit.* 1. in qui-
bus conceditur, ut prædicta Congregatio ab uno
Superiore sub nomine Majoris regatur, eidem privile-
gia Abbatum Sancti Benedicti conceduntur, citra ta-
men facultatem utendi mitra, & baculo, ac aliis
Pootificalibus, necnon datur facultas Capitula con-
gregandi, barbam deferendi, & alia, de quibus suo
loco dicemus.
Secunda est Congregatio Pedemontana Eremita-
25 rum Taurini, quam Ven. Alexander de Ceva sub
initio elapsi Sæculi erexit. Tertia denique est Eremi-
26 tarum Galliæ, quas Venerabilis Pater Bonifacius de
Antonio anno 1626. instituit, accedente, anno
1633. die 19. Aprilis, auctoritate Urbani Octavi
gesta omnia confirmantis.
Noo defueruot in hac Religione splendidissima Il-
27 lustrium Virorum radia circum Dei Ecclesiam do-
ctrina, & sanctitate coruscantia. Enumerantur enim
circiter quadraginta inter Beatorum Fastos adscripti,
inter quos ultra Sanctum Romualdum, fuit etiam S.
Petrus Damianus, Sanctitate, & doctrina conspi-
cuus, ac Ambrosius ille Camaldulensis, quem sua
egregia scripta; & gesta, notissimum apud omnes
fecerunt. Fuit enim unum ex præcipuis fulcimentis
quibus Eugenii IV. auctoritas in suis à Concilio Ba-
sileensi habitis vexationibus substentata fuit. De his,
& toto Camaldulensium Ordine, videri possunt *Augu-
stin. Camaldulens. in Histor. dicta Religion. Paulus Ma-
rigia de orig. Religion. lib. 1. cap.* 25. Chassan. *in ca-
talog. Glor. par. 4. consider.* 4. Silv. Razzius *de Sacr.
Erem. Camaldulens.* Antonin. *part. 2. tit. 1. cap.* 15.
Gualter. *in Tabula Chronographic. Sæcul.* 10. *ann.* 967.
Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 12. cap.* 21. Tamburin.
de jur. Abbat. tom. 2. disput. 24. quæst. 5. numer. 15.
Barbos. *de jur. Eccles. tom. 1. cap. 41. num. 46. & in*
28 *summ. Apost. decis. ver. Eremitæ Camaldulenses*. Mul-
ti etiam, iique non vulgares scriptores, inter Ca-
maldulenses collocant Gratianum Clusinum Decreti
Collectorem; Celeberrimus etiam Pontifex Gregorius
Noous decretalium compilator Abbas Camaldulensis
Monasterii S. Sylvestri hujus Ordinis fuisse fertur à
Ludovico Jacobillo *de Sanctis Umbriæ*. Nicolaum
etiam Tudeschium, vulgò Abbatem Panormitanum
insignem Decretalium Commentatorem, Camaldu-
lensem Abbatem fuisse Monasterii Rosæ Senarum, re-
fert *Petrus Ricordatus in Histor. Monastica*, aliique
penes citatos, quibus fidem, quam merentur, relin-
quo. Et de Camaldulensibus Reformatis, vide etiam
ultra allegatos *Platum de bono stat. Religion. lib. 2.
cap.* 22. Cardioal. Baron. *ann. 974. & 977. Hierony-
mum Roman de Republica Christiana lib. 6. cap. 9.
Miranda in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 4. art.* 2.
Ex his apparet discretio qualitatis hujus Religionis.
29 Et cùm *in* §. 1. Papa suscipiat Eremum sub sua prote-
ctione, ut dixi, hoc importat exemptionem ab Or-
dinario, ut in alio Comment. de consimili privilegio
dicam. *Et in* §. 2. enumerationem ponit locorum
sub Eremo, & primò jussit, quod à nemine pertur-
betur, in confirmationem exemptionis, ut alibi dicam
de hujusmodi privilegio communi cum aliis Religio-
nibus.

SECTIO I.

De Vita Eremitica, quam innuit hæc Constitutio, & de illius differentia à Cœnobitica.

SUMMARIUM.

1 *Vitæ Contemplativæ observantia præcipitur in hac Constitutione à Pontifice Congregationi Camaldulensium.*
Camaldulenses sunt Eremitæ, & an participent de Cœnobitis, & de Anachoretis? plura ibid.
2 *Vita Cœnobitica, & Solitaria quomodo inter se differant, & unde originem ducant?*
3 *Status Religiosus institutus primò fuit à Christo Domino, & ab Apostolis statim assumptus.*
4 *Apostoli in dicto Religioso statu, vitam contemplativam, & activam simul ducebant.*
5 *Orationi, & contemplationi signanter vacabant, quando onus prædicationis suscepturi erant.*
6 *Apostoli, imò & Christus Psalmodiis, & Hymnorum Cantui etiam vacarunt.*
7 *Hymnus est Cantus continens Dei laudem.*
8 *Apostoli dum docebant, & prædicabant, exercebant quoque vitam activam.*
9 *Vita contemplativa, & activa simul Apostolorum, exemplum dedit fidelibus, ut priùs vitam Cœnobiticam, deindè Solitariam instituerent.*
10 *Primi fideles vitam communem simul agebant in fervore charitatis.*
11 *Ad evitandam persecutorum tyrannidem, solitaria, deindè secretiora loca habitare cœperunt.*
12 *Cœnobiticæ, & Eremiticæ Vitæ origo ab ipso initio nascentis Ecclesiæ exorta fuisse deducitur.*
13 *Vita Cœnobitica à D. Marco Evangelista primò instituta, & deinde destituta, à Divis Basilio, Benedicto, & ab aliis iterum reparata fuit.*
14 *Eremitarum institutum, etsi antiquissimum, tamen specialis memoria ejus institutionis non habetur, nisi à D. Paulo primo Eremita.*
15 *Vita Cœnobitica differt ab Eremitica, sicut via à termino, medium à fine, & imperfectum à perfecto.*
16 *Status Eremitarum est status perfectorum, status verò Cœnobitarum est status tendentium ad perfectionem.*
17 *Vita Eremitica perfectionem præsupponit, & ideò non est indistinctè ab omnibus assumenda, sed ab iis qui diligenter se exercuerunt in Cœnobiis.*
18 *Vita solitaria praeminentiam habet supra quamcumque vitam socialem Monachorum, & Regularium.*
Objecta contraria supradictæ Conclusioni adducuntur, & n. n. seqq.
19 *Religio, quò statui Episcoporum propinquior, eò perfectior.*
20 *Status Episcoporum est omnium perfectissimus, & consistit in docendo, & prædicando.*
21 *Religio, quæ ordinatur ad docendum, & prædicandum, est perfectior.*
22 *Vita contemplativa perfectior est activa.*
23 *Vita mixta, nempè activa simul, & contemplativa, perfectior est contemplativa tantùm.*
24 *Deus ab iis magis glorificatur, qui aliorum plurima, & majora peccata, vel impediunt, vel extirpant.*

25 *Vir-*

25 *Virtus Charitatis est perfectior virtute Religionis, quia prima est virtus Theologica, secunda moralis.*

26 *Abnegatio propriæ voluntatis majoris est meriti, quàm reliquæ Pœnitentiarum asperitates.*

27 *Vita Eremitica est omnium perfectissima, non quia facit, sed quia præsupponit perfectionem.*

28 *Est periculosissima, si à non satis perfectis viris, & virtutibus plenis assumatur.*

29 *Vita Claustralis, sive Cœnobitica planior est, & securior. Vita verò Eremitica perfectior, sed minùs tuta.*

30 *Differentia unius Religionis ab alia principaliter attenditur ex parte finis, secundariò ex parte exercitii.*

31 *Sententia B. Antonii, qui prætulit discretionem jejuniis, & vigiliis, & similibus.*

32 *Opus vitæ activæ est duplex.*

33 *Majus est illuminare, quàm lucere solùm.*

34 *Opus vitæ activæ consistens in sola occupatione exteriori, est minus cæteris, nisi in casu necessitatis summum gradum obtineat.*

35 *Religiones, quæ ordinantur ad docendum, & prædicandum.*

36 *Secundum gradum obtinent, quæ ordinantur ad contemplationem, & tertium quæ ad occupationem exteriorem.*

37 *Vita Eremitica debitè assumpta potior est quacumque alia, quia continet vitam contemplativam & activam, & quomodò, numer. seqq.*

38 *Probatur prædicta assertio Divi Augustini, & aliorum doctrinis.*

39 *Probatur etiam exemplis.*

40. *Eremitæ etiam de facto incumbunt animarum saluti.*

41 *Dilectio Dei quò magis crescit, eò magis etiam crescit dilectio Proximi.*

42 *Eremitæ in eorum solitudine, adhuc proximi saluti incumbunt, & plura bona spiritualia eidem, eorum orationibus impetrant, & num. seqq.*

43 *Beati in Cœlis, maximam hominum curam, & dilectionem retinent.*

44 *Incertum est, an primi Eremitæ Sancti emiserint tria vota in manibus Episcopi.*

45 *Supradicta intelliguntur de iis Eremitis, qui verum statum Religiosum ab initio, mediante professione trium votorum constituebant.*

46 *Eremitæ nostri temporis non constituunt statum diversæ Religionis, & quare?*

47 *Vota Religiosa, & solemnis professio, non possunt emitti hodie, nisi in Religione approbata à Papa.*

48 *Distinctio inter Religionem Cœnobiticam, & Eremiticam, quo modo non possit verè dari in eadem Religione.*

49 *Eremitæ, qui ex propria Religionis Cœnobio transeunt cum licentia Superioris ad Eremum, non constituunt diversum statum Religiosum, sed distinctum, & perfectiorem gradum, & num. seq.*

50 *Charitas dividitur in Charitatem incipientium, proficientium, & perfectorum.*

51 *Vita Eremitica est perfectior Cœnobitica, non quoad perfectiorem statum, sed quoad perfectiorem gradum intra eamdem sphæram propriæ Religionis, ad quam pertinet.*

52 *Eremitæ si comparentur illi Religioni quam professi fuerunt, sunt quidem perfectiora individua; sed si comparentur ad aliam Religionem perfectiorem, semper remanent inferiores.*

53 *Explicatur doctrina D. Thomæ.*
Hæretici insultantes vitæ Eremiticæ, & solitariæ, agitantur, ibid.

54 *Vita solitaria Eremitarum est imitativa Vitæ Christi, & Apostolorum.*

55 *Christus Dominus vitam contemplativam duxit, & per 30. annos semper fuit in contemplatione, & silentio.*

56 *Anima Christi à primo instanti suæ Conceptionis habuit scientiam Beatorum, quæ consistit in clara visione Dei.*

57 *Christus duxit etiam vitam activam, prædicando, & docendo.*

58 *Duxit etiam vitam pauperrimam.*

59 *Duxit quoque vitam austeram.*

60 *Vestibus etiam vilibus indutus fuit.*

IN §. 4. hujus Bullæ decernit Pontifex, ut Eremus, sive Oratorium Campi Amabilis semper in
Eremitico tramite, & contemplativæ vitæ celsitu- 1
dine perseveret, nec liceat umquam Abbatem ibi
poni, aut Cœnobium fieri, sed semper solitariæ
vitæ locus ipse sit deditus. Camaldulenses igitur
non solùm sunt veri Eremitæ, ut constat ex verbis nostri Pontificis Alexandri, sed etiam participant de Cœnobitis, quia simul conveniunt, nam habent cellas divisim locatas per nemora, Boerius *de statu, & vita Eremitarum num. 12. & 18. tom. 13. inter tract. magnos p. 2. pag. 432. col. 2.* ubi etiam Anachoretas vocat, qui etiam Hesychastæ & secessores appellantur, *Auth. de Monachis §. Cogitandum ubi* Glos. *v. hesychastæ*. Et de Anachoretis quo ad originem, & differentiam, quodque à vita Cœnobitica aliquando ad Anachoriticam pervolabant, & quando redibant ad Cœnobiticam, vel directè à sæculo ad illam pergebant, Rodulph. Hospinianus *de orig. Monach. lib. 11. cap. 1. Du-Fresne* in Glos. *v. Anachoreta*, latè Thomassin. *de Benef. tom. 1. lib. 3. cap. 16. & 23.* ubi de Cellulis separatis dictis Lauris, aliquando sine Conventu, & aliquoties cum Conventu proximo, ut habent hodie Camaldulenses, & de cautela quomodo potuerant Cœnobitæ istas Cellulas solitarias habere. At hujusmodi vitæ Eremiticæ Auctor fuit D. Paulus dictus I. Eremita, propagator D. Antonius, & etiam D. Augustinus, talem vitam professus, & demum D. Romualdus institutionem hanc egit, etsi injustè objurgatus, quod Monachos Cœnobitas rapiebat ad hujusmodi Institutum properantes, Thomass. *citat. cap. 25. num. 7.*

Ad ejus primò intelligentiam disquirendum occurrit, quænam differentia inter vitam Cœnobiti- 2.
cam, & solitariam intercedat, & unde earum ori-
ginem ducant. Propterea sciendum est, Christum 3.
Dominum instituisse priùs Religiosum statum, eumque sequendum suis Apostolis prædicasse, & proposuisse, ut patet ex illis verbis: *Si vis perfectus esse, &c.* & ex aliis: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c.*

Hinc Apostoli, monita divini Præceptoris sectan-
tes, confestim illum statum arripere cœperunt, ut 4
patet ex verbis D. Petri ad Christum dicentis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Ex quibus verbis denotatur Apostolos reliquisse omnia bona terrena, voto paupertatis; suas uxores, voto castitatis; & Christum sectando, obedientiam illi promisisse. Hic autem Religiosus Apostolorum status utramque vitam solitariam scilicet, & Cœnobiticam, sive contemplativam, & activam præseferebat; sæpiùs enim secretiora loca, & ab hominum consortio abstracta petebant, ut *Oecumenius* de illis testatur *cap. 4. Segregata* (inquit) *ab Ur-
bibus loca sectabantur Apostoli, utpote solitudinis, &* 5
quietis amici. Singulariter verò, quando onus prædicationis suscepturi erant, solitudini, & orationi vacabant manentes in Cœnaculo: *Perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Jesu*, secundùm præceptum Domini: *Sedete hic in Civitate, donec induamini virtute ex alto:* Sedere enim, est quiescere ab exteriori occupatione,

quod

quod maximè solitariis competit, secundùm illud:
Sedebit solitarius, & tacebit. Imò *ex Matth. cap.*
6 26, constat, Apostolos sicut & Christum Psalmo-
diis etiam usos fuisse ibi; *Et Hymno dicto, exie-*
runt in Montem Oliveti. Hunc autem Hymnum
non simpliciter pronunciatum fuisse, sed verè, &
propriè à Christo, & Apostolis decantatum habe-
mus ex Concilio Toletano 4. *cap.* 12. ibi; *De*
Hymnis etiam canendis, & Salvatoris, & Aposto-
lorum habemus exemplum; & ut ait Augustinus non
posse vocari Hymnum, nisi canatur; explicans
7 enim *titulum Psalmi* 73. ita ait: *Hymni cantus sunt*
continentes laudes Dei. Si sit laus, & non sit Dei,
non est Hymnus; & si sit laus, & Dei laus, &
non cantetur, non est Hymnus; oportet ergo, ut si
sit Hymnus, habeat hæc tria, & laudem, & Dei,
& Canticum.

Denique Apostolos vitam activam egisse, con-
8 versando, prædicando, docendo, ex omnibus eo-
rum actis constat, & sic eorum vita solitaria simul,
& Cœnobitica, sive activa, & contemplativa,
9 exemplum deindè fuit, ut priùs à fidelibus vita Cœ-
nobitica instituerctur. Omnes enim in fervore cha-
10 ritatis unanimes, in oratione uniformes, in com-
munione, & fractione panis æquales, in uno qua-
si Cœnobio conviventes, vitam communem, & re-
gularem agebant.

Deindè verò sæviente Tyrannorum persecutione,
11 quæ fideles omnes ad necem usque quærebat, ad il-
lam declinandam cœperunt ii, qui magis suavissi-
mam unionem Dei expetebant, abditissimas specus,
& incultas Eremos inhabitare, ibique Deo, asper-
rimis pœnitentiis, orationibus, & jejuniis, obsequia
quotidiana tribuere. Paululum verò postea, perse-
cutione refrigescente, iterum cœnobitica vita restau-
rata fuit, ac multa Cœnobia fuerunt extructa.

Atque hinc distinctio Cœnobitarum, & Eremita-
12 rum evenit, ex quibus constat, eorum originem ab
ipso initio nascentis Ecclesiæ exortam fuisse, & qui-
dem primam Cœnobitarum institutionem à B. Mar-
13 co Evangelista factam fuisse refert Cassian. *lib.* 2. *de*
Instit. Monachor. Hieroyn. Platus *de bon. stat. Re-*
ligion. cap. 21. Hieron. Roman. *de Republic. Christian.*
lib. 6. *cap.* 2. quæ diu propter Tyrannorum sæviriam
destituta, ut suprà diximus, iterum deinde post non-
nulla sæcula à Divo Antonio, Basilio, & ab aliis re-
stituta fuit, ut nos alibi. Vide Cassian. *lib.* 7. *colla-*
tion. posterior. collation. 1. Nicephor. *lib.* 8. *hist. Eccles.*
& latè *Collegium Paduanum post consilia Zabarella*
num. 26. *& seq.*

Eremitarum etiam institutum licèt antiquissimum
14 fuisse, & ab ipsa Ecclesiæ fermè origine dimanatum
constet ex dictis, ac testentur S. Hieronymus *in Epist.*
ad Eustoch. de custod. virgin. & Nicephor. *d. lib.* 8.
Histor. Eccles. cap. 41. nihilominus in hominum
memoria non constat floruisse, nisi temporibus Caii
Summi Pontificis; tunc enim Paulus primus Eremi-
ta appellatus, ob declinandam Decii, & Valeriani
persecutionem, in abditissimas Thebaidis speluncas
se contulit. Cujus exemplum paulò post imitati fue-
runt, Magnus Antonius, Macharius, Saba, Pa-
chomius, Serapion, Charito, & alii, ita ut in in-
gentem numerum per totam Ægyptum excreverint,
cum quibus alii in communi familia vivebant, & sic
speciem Vitæ Cœnobiticæ habebant. Alii verò re-
motissimam ab omnium consortio solitudinem se-
ctabantur, in quibus propriè vita Eremitica ef-
fulgebat.

His breviter de utriusque origine visis, videndum
15 remanet, quomodò vita Eremitica, & Cœnobitica
differant? In quo respondendum est, eodem modo
differre, quo via differt à termino, medium à fine,
minùs perfectum à perfectiori. Gradus enim Eremi-
16 tarum est status perfectorum; gradus verò Cœnobi-
tarum est status tendendi ad perfectionem. Hinc
17 est, quod omnes ferè Patres docent, ad vitam Ere-
miticam non debere quemquam transire, nisi priùs
diligenter in Cœnobio se exercuerit, propterea
quod Eremus non conferat perfectionem, sed præsup-
ponat, D. Hieronym. *in Epist. ad Rustic.* Cassian. *col-*
lation. 19. *cap.* 10. August. *lib.* 1. *de Morib. Ecclesiæ*
cap. 31. Bened. *in regul.* 1. Bernard. *summ.* 3. *de cir-*
cumcis. D. Thom. 2. 2. *qu.* 188. *artic.* 8. ubi ait: *Si-*
cut perfectum præminet ei, quod ad perfectionem exer-
cetur, ita vita solitariorum, si debitè assumatur, præmi-
net vitæ sociali. Ex quibus manifestè dignoscitur, 18
vitam solitariorum tamquam culmen, & fastigium
vitæ Religiosæ, præeminentiam habere supra quam-
cumque aliam vitam socialem Monachorum, & Re-
gularium.

Verùm plurima occurrunt objecta, quæ hanc con-
clusionem tamquam falsam videntur convincere.
Primò, illa Religio perfectior est, quæ statui Epi- 19
scoporum est propinquior, est enim iste status per-
fectissimus, & Christi vitæ simillimus, ut commu-
niter concludunt Theologi. Sed Episcoporum sta- 20
tus potissimè consistit in docendo, & prædicando;
ergo illa Religio videtur perfectior, quæ doctrinæ, &
prædicationis exercitiis incumbit; talis autem non est
vita Eremitica.

Confirmatur ex iis, quæ referuntur à D. Thoma
cit. qu. 188. *artic.* 6. ubi quod summum gradum in 21
Religionibus tenent quæ ordinantur ad docendum,
& prædicandum.

Confirmatur secundò ex aliis deductis ab eodem
S. Doctore, qui quemadmodum *in* 2. 2. *quæst.* 182. 22
artic. 1. docet, quod vita contemplativa simpliciter
melior est quàm activa, ita deinde *in cit. quæst.* 188.
art. 6. refert, quod vita mixta, nempè activa simul, 23
& contemplativa, melior sit, quàm vita absolutè
contemplativa, ibi: *Sicut majus est illuminare, quàm*
lucere solùm, ita majus est contemplata aliis trade-
re, quàm solùm contemplari: ergo cùm vita Eremi-
tica, & solitaria consistat in sola contemplatione,
plurimæ verò sint Religiones, quæ contemplationi,
& prædicationi incumbant, ideò videntur dicendæ
omnes istæ, vitæ solitariæ, & Eremiticæ esse præ-
ferendæ.

Secundò principaliter objicitur communis doctri-
na Sanctorum Patrum dicentium, Deum ab illis 24
magis glorificari, à quibus majora, & plura præte-
rita expiantur & purgantur peccata, ac futura im-
pediuntur. Sed hoc magis, ac magis præstatur ab iis
Religiosis, & Cœnobitis, qui Confessionibus, Præ-
dicationibus, ac Missionibus operam navant, non
verò ab Eremitis, qui dumtaxat propriæ saluti stu-
dent: ergo Eremitica vita iis aliis posthabenda
videtur.

Tertiò obstare videtur, quia virtute Religionis,
ex qua devotionis, & contemplationis opera proma-
nant, longè perfectior est virtus charitatis. Ista enim 25
est virtus Theologica; Religio verò est virtus mora-
lis, ut docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* 81. *art.* 5. ergo
vitæ Eremiticæ, præferendæ sunt illæ Religiones,
in quibus majora opera charitatis elucent in Deum,
& in proximum propter Deum.

Quartò denique obstat Doctrina *S. Gregorii Papæ*
lib. 6. *cap.* 2. *in lib. Regum*, ubi ait, longè al- 26
tioris esse meriti propriam voluntatem alienæ sem-
per voluntati submittere, quàm magnis jejuniis cor-
pus atterere, aut per compunctionem se in secre-
tiori Sacrificio mactare; hæc autem propriæ volun-
tatis abnegatio magis servatur in Cœnobitica vita,
quàm in solitaria; nam ut ait D. Hieronym. *in Epist.*
ad Rustic. in solitudine citò subrepit superbia, dor-
mit, quando voluerit, facit, quod voluerit &c.
ergo *&c.*

His nihilominus nequaquàm obstantibus, veris-
sima est suprà firmata Conclusio ex communi do- 27
ctrina Sanctorum Patrum, vitam Eremiticam esse
omnium perfectissimam, non quia faciat perfectio-
nem, sed quia præsupponat; & ideò, ut ait D.
Thomas *dict. quæst.* 188. *art.* 8. *debitè, & cum ju-*
dicio, ab omninò perfectis est assumenda, alio-
quin,

28 *quin, si à non perfecto assumatur, est periculosissima.*
Hinc est quod qui ad vitam solitariam se transferri
desiderant, ut ait Cajetan. *in d. quaest.* 188. *artic.* 8.
debent priùs se examinare, an propter animi pas-
sionem id faciant, an propter perfectionem vitae jam
assecutam, ita ut sint patientes, benigni, humiles,
mansueti, & contenti pane, & aqua. *Sed quis est*
hic, & laudabimus eum? Propterea, nemo sibi ad
hanc vitam assumendam confidere debet, nisi priùs per
longum experimentum suam perfectionem probatam
habeat. Ideò S. Benedictus, ut ait *Sanctus Petrus*
Damian. lib. 6. Epist. 12. dispensativè priùs consti-
tuit, Monasterialis vitae plantariam, ut jam faciliùs
Eremi conscendatur ad Arcem. Stat igitur quod,
29 quemadmodum vita communis, Claustralis, & Coe-
nobitica, planior & securior est propter mutua in
necessitatibus corporalibus auxilia, & reciprocam
utilitatem exempli: Ita vita Eremitica perfectior est,
sed minùs tuta, imò plena periculis, nisi muni-
mentum maximae perfectionis resistat. Vide *can. si*
Clericus 16. quaest. 1. & can. admonere 4. quaest. 2.
S. Antonin. *Histor. part. 2. tit. 15. cap. 17.*
Ad objecta verò in contrarium: Respondetur di-
30 cendo, quod sicut differentia unius Religionis ad
aliam principaliter quidem attenditur ex parte finis,
secundariò autem ex parte exercitii, & quia non
potest quid dici altero potius, nisi secundùm id,
in quo ab eo differt, ideò excellentia unius Reli-
gionis super alia, principaliter quidem attenditur
secundùm Religionis finem, secundariò autem se-
cundùm exercitium, diversimodè tamen utraque
comparatio attenditur; nam comparatio, quae est
secundùm finem, est absoluta, eò quod finis per se
quaeritur, comparatio autem, quae est secundùm
exercitium, non quaeritur per se, sed propter fi-
nem; & ideò illa Religio alteri praefertur, quae or-
dinatur ad finem absolutè potiorem, vel quia est
majus bonum, vel quia ad plura bona ordinatur.
Si verò sit finis idem, secundariò attenditur praemi-
nentia Religionis, non secundùm quantitatem exer-
citii, sed secundùm proportionem ejus ad finem in-
tentum, unde & in Collationibus Patrum induci-
31 tur sententia B. Antonii, qui praetulit discretionem,
per quam aliquis omnia moderatur, jejuniis,
vigiliis, & omnibus hujusmodi observantiis. Sic er-
go dicendum est, quod opus vitae activae est du-
32 plex, unum quidem, quod ex plenitudine contem-
plationis derivatur, sicut doctrina, & praedicatio,
unde & Greg. dicit *in 5. homil. super Ezechielem*,
quod de perfectis viris post contemplationem suam
redeuntibus dicitur *Psal. 144. Memoriam suavitatis*
suae eructabunt; & hoc praefertur simplici contempla-
tioni. Et ita intelligitur illud Divi Thomae *superius*
citat. Sicut enim majus est illuminare quàm lucere
33 *solum, ita majus est contemplata aliis tradere, quàm*
solum contemplari, ut ipse merita distinguit; aliud
autem opus sit vitae activae, quod totaliter consistit
34 in occupatione exteriori, sicut eleemosynas dare,
hospites recipere, & alia hujusmodi, quae sunt mi-
nora operibus contemplativis, nisi fortè in casu ne-
cessitatis. Sic ergo summum gradum in Religioni-
bus tenent, quae ordinantur ad docendum, & prae-
35 dicandum, quae & propinquissimae sunt perfectioni
Episcoporum, sicut & in aliis rebus fines primo-
rum conjunguntur principiis secundorum, ut Dio-
nysius dicit 7. *cap. de Div. nom.* Secundum autem
36 gradum tenent illae, quae ordinantur ad contempla-
tionem. Tertius est earum, quae occupantur circa
exteriores actiones. In singulis autem horum gra-
duum potest attendi praeminentia, secundùm quam
una Religio ordinatur ad altiorem actum in eodem
genere, sicut inter opera vitae activae potius est re-
dimere captivos, quàm recipere hospites, & in
operibus vitae contemplativae potior est oratio, quàm
lectio. Potest etiam attendi praeminentia, si una
earum ad plura bonum ordinetur, quàm alia, vel
si convenientiora statuta habent ad finem proposi-
tum consequendum. Ita se explicat, & distinguit
idem D. Doctor. Ex quibus colligitur vitam Eremi-
ticam debitè assumptam potiorem esse quacumque 37
alia, quia in se continet, & contemplativam, &
activam, primam absolutè, secundam in praepa-
ratione animi, quatenus scilicet sunt praeparati, si
necessitas urgeat, & aliquis Superior jubeat, ad incum-
bendum animarum saluti, & ad praedicationes, Mis-
siones, & alia Apostolica munera obeunda. Et ad
hoc propositum à D. Thom. 2. 2. *quaest.* 188. *art.*
8. *ad* 4. adducitur auctoritas D. Augustini *cap. 19.* 38
de Civitate Dei dicentis; *A studio cognoscendae veri-*
tatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet
otium. Quod autem aliquis super candelabrum pona-
tur, non pertinet ad ipsum, sed ad ejus Superiores,
quae sarcina si non imponatur, contemplandae verita-
ti vacandum est, ad quam plurimum valet solitudo,
& tamen illi, qui solitariam vitam agunt, multum
utiles sunt generi humano. Et D. Petrus Damian. ex
D. Benedicti oraculo dixit *lib. 6. ep. 12. Regulam*
hanc descripsimus (sunt verba D. Benedicti) *ut*
hanc observantes in Monasteriis aliquatenus, vel ho-
nestatem morum, aut initium conversationis nos de-
monstremus habere; Caeterùm qui ad perfectionem
conversationis festinant, sunt Doctrinae SS. Patrum
sectatores, quarum observatio perducit hominem ad
celsitudinem perfectionis. Et addit D. Damianus:
Vides igitur quia Doctor insignis in Monasterio qui-
dem constituit bonae conversationis initium, sed post ad
sublimioris vitae in sancta Religione provocat institu-
tum, ut illic honestè vivere, moresque componere,
velut in convalle primae conversationis incipiat, dein-
de jam spiritualibus exercitiis roboratus, tamquam à
lacte ad solidum cibum transiens, verticem perfectio-
nis ascendat: Et alia recenset ad rem *cit.* Thomas.
de benef. tom. 1. lib. 3. cap. 25. numer. 7. Ex quibus
patet, quod Eremitae habent in dispositione animi
vitam activam, si urgeat necessitas, & Superioris
auctoritas, quia, ut idem *S. Doctor* ait *d. art. 8. ad*
3. habent obedientiam in praeparatione animi: Undè
ruit etiam quartum objectum. Et de facto pluries
evenisse ex historiis testatum habemus. De magno
enim Antonio proditum est, quod invalescente pessi- 39
ma Arianorum secta, relicta solitudine Alexandriam
petens, illam brevissimo tempore profligavit. Simi-
le quiddam de Acepioma Eremita fertur, qui postquam
per annos sexaginta inclusus in spelunca mansisset,
tandem pro salute proximorum, posthabita solitudi-
ne, inter Gentes prosiliit. Idem de Abbate Apol-
lonio, & aliis refert Niceph. *lib. 9. cap.* 14. Theodor.
lib. 4. cap. 24. & omissis aliis, adest D. Romualdus
posterioris vitae Eremiticae Auctor, cujus praeclara
gesta testantur quanto ardore salutis Animarum fla-
graverit, à quo discipuli ejus, ejusdemque Instituti
Eremitici sectatores minimè degenerarunt. Ex qui-
bus unicum saltem exemplum hoc loco producam,
de quodam scilicet Bonifacio Camaldulensi Eremita,
qui vehementi desiderio conversionis Animarum in-
flammatus, ad Archiepiscopatum suae Nationis assum-
ptus, majorem partem suae gentis, imò & ipsum Re-
gem magno miraculo convertit ad Fidem.
Imo vita Eremitica etiam actu continet activam
ex consideratione, quòd Eremitae de facto animarum 40
saluti incumbunt. Colligitur hoc ex citato D. Augu-
stino testante ibi: *Et tamen illi, qui solitariam vitam*
agunt, multùm utiles sunt generi humano. Et in lib. de
morib. Ecclesiae ab eodem D. Thoma *citat. in dict. art.*
8. *ad* 4. ait: *Pane solo, qui eis per certa intervalla*
temporum affertur, & aqua contenti desertissimas ter-
ras incolunt perfruentes colloquio Dei, cui puris men-
tibus inhaeserunt, videntur autem nonnullis res huma-
nas plusquam oportet deseruisse, non intelligentes quan-
tum nobis eorum animus in orationibus prosit, & vi-
ta ad exemplum, quorum corpora videre non sini-
mur. Et sanè quis dixerit, sanctissimos Eremi cul-
tores ex eo, quod ab Hominum consortio se sub-
traxerint, proximorum salutem negligere, & eorum
dile-

41 dilectionem non retinere ? quantò enim magis crescit
dilectio Dei, tantò quoque major crescit dilectio pro-
ximi. Cùm ergo Eremitæ ad illam dilectionem Dei
pervenisse præsupponantur, ad quam Cœnobitæ ten-
42 dunt, utique oportet eos habere majorem dilectio-
nem proximi, quàm Cœnobitæ habent; non ergo
ex hoc, quod Eremitæ externa opera vitæ activæ
non exerceant, valet indè colligi, eos charitatem
erga proximum non habere, ejusque salutem negli-
gere, alioquin pari ratione dici possent, Beati in
43 Cœlis non amplius nos diligere, nec nostri memo-
res esse, quoniam ministeria sua nobis visibiliter non
exhibent. At sicut eorum dilectio, & solicitudo er-
ga nos maxima est, etsi invisibilis, ita quoque illa
Eremitarum, tametsi nobis non nota; suis enim
orationibus peccata totius mundi sustinent, Deum
continuis gemitibus placant, iram, & furorem ejus
reprimunt, bona hominibus impetrant, Ecclesiam
Dei promovent, & denique sexcenta alia bona ho-
minibus præstant, atque satis, superque ad omnia su-
perposita objecta videtur responsum. Verùm quicquid
adductæ responsiones concludant in abstracto. Nihi-
lominùs ita applicandæ omnino videntur. Aut sermo
44 est de Eremitis illis non Cœnobiticis, qui ab initio
suæ conversionis, statim, & immediatè vitam com-
munem assumunt solitariam, ut fuerunt primi illi,
Paulus, Antonius, Macharius, Hilarion, & alii:
& isti, si tria vota substantialia in manibus saltem Epi-
scopi tunc temporis emiserunt, (quod an fuerit
incertissimum est) verum, & proprium constituunt
statum Religiosum, & ideò quoad illos præfata di-
stinctio inter Religionem Eremiticam, & Cœnobi-
45 ticam procedere potest. Moderni verò Eremitæ, si
qui sunt, nullum statum Religiosum constituere pos-
46 sunt, quia nunc vera vota Religiosa, & solemnis
professio non possunt emitti, nisi in Religione appro-
47 bata à Papa, & consequenter non intrat quoad eos
præfata distinctio.

Aut sermo est de iis Eremitis, qui ex Cœnobio
48 cum licentia Superioris transeunt ad Eremum, & isti
sunt propriè Religiosi, sed pertinent tamen ad eas-
dem Religiones, ex quibus transeunt, & legibus suæ
Religionis, & sub obedientia superioris subjecti re-
manent, & ideò non mutant statum Religiosum sub-
stantialiter, sed solùm accidentaliter, & secundùm
gradum, eo modo, quo charitas distinguitur in cha-
49 ritatem incipientium, proficientium, & perfectorum,
ut ex Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 2.
num.* 14. Passerin. *de stat. Homin. tom. 3. quest.* 188.
artic. 8. *num.* 31.

Cùm igitur isti Eremitæ diversam non constituant
50 Religionem, sed tantùm diversum ejusdem Religio-
nis gradum faciant; quando dicitur (quoad istos)
quod vita Eremitica est perfectior Cœnobitica, in-
telligendum est de perfectiori gradu ejusdem Religio-
nis, & status, non autem de perfectiori statu res-
51 pectu alterius status, & Religionis. Sunt igitur isti
Eremitæ, veluti perfectiora individua propriæ spe-
ciei, suæ Religionis, sed si comparentur cum indi-
viduis alterius perfectioris speciei, semper remanent
inferiora; sicuti & si perfectissimus Leo in sua spe-
cie cæteris præemineat, semper tamen inferior est
quocumque imperfectissimo homine: & sic benè
52 procedit doctrina D. Thomæ, dum dicit, quod vi-
ta solitaria debitè assumpta præeminet sociali. Loqui-
tur enim S. Doctor, intra idem vitæ genus, quia
de licentia Superioris qui ex Religione ad Eremum
transit, supponitur perfectissimum gradum in suo ge-
nere attigisse. Sed benè etiam cohæret alia ejusdem S.
Doctoris, quod Religio mixta, Religioni tantùm
contemplativæ præeminet, ut ex omnibus adductis
argumentis apparet. Nam in hac doctrina fit com-
paratio generis ad genus.

Ex dictis igitur apparet, vitam solitariam, & si
non faciat perfectum statum, perfectissimum tamen
gradum supponere, & instrumentum esse perfectissi-
mæ sanctitatis; quicquid Hæretici dicant, quique
eam improbare nituntur, dicentes, quod sunt sui cor-
poris inimici ob nimiam asperitatem, quòd sint inu- 53
tiles, & infructiferi, & aliquando otiosi; & super-
bi, ac sibi soli vivant, adducentes illud *Eccles. 3. Væ
soli, quia si ceciderit, non habet sublevantem.*

Sed confunduntur ex supra adductis; nam perfe-
ctio vitæ solitariæ non deducitur simpliciter à Do-
ctoribus, sed solùm ex debita illius assumptione; de-
bitè enim assumpta, instrumentum est maximæ san- 54
ctitatis, utpotè Christi vitæ, & Apostolorum imi-
tativa.

Eremitæ enim vitam contemplativam habent, &
Christus vitam contemplativam duxit; omnes enim 55
Theologi docent, cum D. Thoma 3. *par. quest.* 9.
art. 2. & *tota fere quest.* 10. sanctissimam animam 56
Christi à primo instanti conceptionis, & deindè
continuò habuisse scientiam Beatorum, seu Com-
prehensorum, quæ in clara Dei visione consistit,
& per triginta annos continuos, priusquàm præ-
dicare cœpisset, in silentio, & contemplatione per-
mansisse.

Christus vitam etiam activam duxit, prædicando,
& docendo; & Eremitæ etiam hanc vitam, licèt 57
non actu, dispositivè tamen habent, quatenus si
necessitas urgeat, & à Superiore mandetur, paratis-
simi sunt ad prædicationem, & quæcumque alia acti-
væ vitæ munera subeunda, ut supra ex doctrina S.
Thomæ visum est.

Eremitæ paupertatem colunt, & Christus pauper-
rimam vitam duxit. Matth. enim 8. dixit: *Vulpes* 58
*foveas habent, & volucres Cœli nidos, Filius autem
Hominis non habet, ubi caput reclinet.* Quasi dice-
ret secundum Hieronym.: *Quid Me propter divitias,
& Sæculi lucra cupis sequi, cum tantæ sim paupertа-
tis, ut ne hospitiolum quidem habeam, & tecto non
utar meo?* Et S. Anselm. *lib. de divers. Sacram.* ait:
*Pauper ita fuit Christus, ut veniens in mundum,
non in sua, sed in aliena domo nasceretur, & natus
propter inopiam loci in Præsepio Brutorum Anima-
lium poneretur, & vivens in Mundo non haberet,
ubi caput suum reclinaret, nec moriens, undè nudi-
tatem suam tegeret, nec mortuus, undè involvere-
tur, nec sepulchrum, aut locum, ubi corpus mortuum
locaretur.* Hæc D. Anselmus.

Christus absolutè loquendo severam vitam duxit,
quam severitatem demonstrant exilium in Ægyptum, 59
jejunium quadragenarium, peregrinatio tot regio-
num sine vehiculo, frequens fatigatio, tolerantia
famis, & sitis, prolixitas vigiliarum, cubatio in
nuda humo, privatio domicilii proprii, & hæc
omnia, sive saltem partem aliquam patiuntur
Eremitæ.

Eremitæ pauperrima, & vili veste utuntur, nu-
disque pedibus incedunt, Christus etiam pauperrima, 60
& vili veste contentus fuit, quod omnes Patres in-
nuunt, Chrysostomus enim *homil.* 84. in Joannem
de tunica Christi desuper contexta per totum ait: *In
Palestina ex duobus pannis vestes contexunt, quod
significans Joannes inquit, desuper contexta, quod
mihi dicere videtur, ut vestimentorum vilitatem
ostenderet, nam quemadmodum in aliis omnibus, ita
in habitu vilem speciem præferebat.* Idem etiam do-
cent S. Isidor. Pelusiota *lib.* 1. *Epist.* 74.

SECTIO II.

An Eremitæ nostri temporis sint personæ Ecclesiasticæ, & fruantur Privilegio fori, & Canonis, nec non immunitate ab oneribus Laicalibus?

S U M M A R I U M.

1 *Proponuntur contraria Doctorum sententiæ, qua-
rum alia affirmat, alia negat, sed neutra in-
distinctè placet.*

2 *Eremitæ, qui in aliqua Religione approbata,*
tria

tria vota substantialia emittunt, sine dubio omnibus & quibuscumque privilegiis Ecclesiasticis fruuntur.

3 *Sunt etiam exempti ab Episcopo Diœcesano, utpotè Regulares.*

4 *Eremitas viventes in communi, resolvit Sac. Congreg. non subesse Ordinario, sed intelligenda est, quatenus vivant in aliqua Religione à Sede Apostolica approbata cum privilegio exemptionis.*

5 *Si gestent habitum alicujus Religionis Claustralis nec etiam Ordinario subsunt, secundum eamdem S. Cong. sed etiam intelligenda est, dummodò vivant sub regulari observantia.*

6 *Eremitæ viventes in aliqua Congregatione à solo Episcopo vel tacitè, vel expressè approbata, gaudent privilegio fori.*

Sunt Personæ Ecclesiasticæ, & largo modo dicuntur etiam Religiosi.

7 *Beguinæ in Collegio viventes tamquam personæ Ecclesiasticæ fruuntur privilegio fori, & Canonis.*

8 *Privilegio fori & Canonis fruuntur omnes in aliqua Universitate, vel Collegio religiosè viventes.*

9 *Eremitæ prædicti gaudent etiam adinstar Monachorum, privilegio Canonis.*

10 *Laicus, si assumpto habito Religioso, vivat in Conventu, fruitur privilegio Canonis.*

11 *Eremitæ in Congregatione viventes, tamquam personæ Ecclesiasticæ subsunt Ordinario.*

12 *Non sunt facilè tolerandi ab Ordinariis, sed tamen in pluribus locis, & in Urbe tolerantur.*

13 *Eremitæ etiam privatè viventes, si habitum Eremiticum authoritate Episcopi acceperint, & in aliqua Ecclesia ab eodem præscriptæ inserviant, fruuntur privilegio fori, & num. seq.*

14 *Non tamen privilegio Canonis. Sed vide num. 18.*

15 *Privilegium Canonis in Jure propriè est introductum contra percutientes Clericum, vel Monachum.*

16 *Non debet extendi quoad alios, nisi quatenus reperiatur in Jure expressum.*

17 *Reperitur in Jure expressum etiam quoad Conversos, & Novitios, & à S. Congreg. & Rota etiam quoad Eremitas, aliosque in Collegio aliquo religiosè viventes.*

18 *Quilibet Eremita etiam in societate non vivens si Ecclesiæ in divinis inserviat de mandato Episcopi, gaudet privilegio Canonis.*

19 *Eremitæ deputati ab Episcopo alicujus Ecclesiæ servitio, sunt Personæ Ecclesiasticæ, & subsunt Ordinario.*

20 *Possunt habitum Eremiticum deserere, & assumere sæcularem.*

21 *Eremitæ, qui nec habitum Eremiticum, nec deputationem ad aliquod Ecclesiæ servitium ab Episcopo acceperunt, si non sint Clerici, non gaudent nec Canonis, nec fori Privilegio.*

22 *Eremitæ Mundivagi, ut plurimum sunt impostores, Apostatæ, vel Perduelliones.*

23 *Isti in Diœcesi Neapolitana nullatenus tolerantur, sed carcerantur, & ablato habitu ejiciuntur.*

24 *An Eremitæ in aliqua solitudine piè vivens, sine Ordinarii deputatione, gaudeat privilegio fori?*

25 *Affirmat Carolus de Graffis, sed ejus opinio tamquam singularis rejicitur.*

26 *Eremitæ, qui sine authoritate Ordinarii Vitam Eremiticam assumunt, non sunt Personæ Ecclesiasticæ.*

27 *Qualitas Ecclesiastica non potest assumi, nisi vel per Characterem, vel per publicam deputationem ad statum Ecclesiasticum.*

28 *Consuetudo si fortè alicubi adsit, ut prædicti Eremitæ gaudeant privilegio fori, est servanda.*

Consuetudo qualibet favore immunitatis introducta, est observanda, num. 17.

29 *Clerici Conjugati, & Sylvatici, etsi regulariter non gaudeant exemptione ab oneribus mixtis, gaudent nihilominus, si adsit consuetudo.*

30 *An Eremitæ fruantur privilegiis exemptionis à gabellis, aliisque oneribus Laicalibus, distinguitur.*

31 *Eremitæ primi generis, nempè ii, qui vivunt sub aliqua Religione à Sede Apostolica approbata, sine controversia gaudent dictis exemptionibus.*

32 *Eremitæ secundi generis, nempè viventes in Congregatione cum consensu Ordinarii, gaudent etiam dictis exemptionibus quoad bona Congregationis.*

33 *Gaudent etiam quoad bona propria.*

34 *Sunt Personæ Ecclesiasticæ, imo etiam & aliquo modo Religiosi.*

35 *Possunt nihilominus testari, & quare?*

36 *Exemptio in ipsos provenit ex qualitate Religiosa quam habent, licèt largo modo.*

37 *Bizochæ, vel aliæ mulieres, quæ solum votum Castitatis sub aliquo habitu Religioso emittunt, fruuntur hujusmodi exemptione.*

38 *Eremitæ tertii generis, scilicet illi, qui alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviunt, non sunt exempti à muneribus realibus, & mixtis, & quare? nu. 39.*

Sunt tamen exempti è muneribus personalibus.

39 *Clerici Sylvatici sunt solùm exempti è muneribus personalibus.*

40 *Consuetudo, qua Eremitæ, vel Clerici Sylvatici eximuntur in totum, est observanda.*

41 *An Eremitæ gaudeant electione fori?*

Electio fori circa Ecclesias, & Clericos, ibid.

QUoad Eremitas nostri temporis, quidquid sit de eorum perfectionis præeminentia, disquirendum occurrit, an saltem censeantur Personæ Ecclesiasticæ, & proindè an ut tales potiantur privilegio fori, & Canonis?

Fuit hæc antiquorum Canonistarum controversia, indistinctè affirmantibus aliis, aliis verò indistinctè 1
negantibus. Affirmarunt Innoc. *in cap. cum Monasterium num. 1. de electione*, Archidiac. *in cap. qui verè num. 3. 16. quæst. 1.* Abb. *in dict. cap. cum Monasterium num. 2.* Butr. *in cap. nullus num. 6. de for. compet.* & de veriori sententia testatur Boerius *in tract. de stat. & vit. Eremit. numer. 13. & 14.* Turrecremat. *in cap. qui verè in 2. quæst. 16.* D. Antonin. *in Summ. part. 3. tit. 16. cap. 1. §. 4.* & alii, quos refert & sequitur Marta *de jurisdict. part. 4. centur. 2. cas. 113.* allegantes pro eorum sententia Text. *in cap. unic. in fin. de excess. Prælat. in 6. cap. privilegium de verbor. signific. in 6.* Negaverunt verò Jo. de Lignano *in Clem. 2. de præben.* Soccin. *in cap. 1. num. 11. de for. comper.* Sylvester *in rubr. Eremitæ in 2. §. 1.* Navarr. *in Manual. cap. 27. num. 79.*

Utraque tamen opinio, si universaliter intelligatur, falsa est; utraque vera, si distinguatur secundùm distinctionem, & varietatem, quæ in horum Eremitarum statu considerari potest.

Si enim primò sermo sit de iis Eremitis, qui in aliqua Religione approbata, tria vota substantialia 2
emittunt, quales sunt Eremitæ S. Augustini, Camaldulenses, Montis Coronæ, Montis Senarii, & alii, si qui sunt, res extra controversiam est; sunt enim isti propriè Religiosi, & tamquam tales omni Ecclesiastico privilegio fruuntur, ut cæteri Monachi, & Religiosi, *can. insolita 11. quæst. 1. cap. Parochianos de sent. excommunic. cum concord.* & isti 3

habent

habent exemptionem ab Episcopo Diœcesano, utpo-
tè Regulares; hinc Sacra Congregatio Episcoporum
in Fundana 17. Januarii 1594. apud del Bene *in addit.*
4 *ver. Eremita* resolvit, *non subesse Ordinario Eremi-*
tas, si vivant in communi; sed hoc intelligendum,
quatenùs vivant sub aliqua regulâ approbata à Sede
Apostolica, & Religio sit exempta ab Ordinario,
Ita eadem Sac. Congregatio in Assisien. 7. Januarii
1633. & in Hydruntina 8. Januarii 1627. dixit non
5 subesse, quatenùs gestent habitum Capuccinorum,
vel alterius Religionis Claustralis, apud *eundem* del
Bene. Sed etiam hoc est declarandum, & procedit,
si convivant sub regulari observantia dictæ Religio-
nis; secùs si vagentur, vel permaneant in domo ali-
qua sine regula talis Religionis; tunc enim non di-
cerentur regulares, sed puræ Ecclesiasticæ Personæ,
& subessent Ordinario, ut dicam. Solùm poterit eis
interdici habitus Religionis approbatæ, ut dicit Ge-
nuens. *in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. cap.* 55. *nu.*
3. & de istis Regularibus docent Boerius *de Sta-*
tu, & Vita Erem. num. 13. *& seq. supra cit. & alii*
apud Novar. *sect.* 2. *quæst.* 67. *de elect. fori*, quod
sint de foro Ecclesiastico, dirimatur matrimonium,
servari debeat dispositio Sac. Concil. Trident. in re-
nunciationibus ante professionem, & apud Garc.
de benef. cap. 9. *par.* 11. Barbos. *de potest. Episc.*
alleg. 99. *par.* 3. ut declarat *cit.* Navar. *quæst.* 68.
numer. 2. Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 17.
quæst. 1. *num.* 30. quodque habeant communicatio-
nem privilegiorum etiam non mendicantium, & ne-
queant testari, quia sunt veri regulares, & per pro-
fessionem incapaces, ex qua qualitate, præfata omnia
competere valent.

Si secundò sermo sit de iis Eremitis, qui licèt non
6 profiteantur aliquam Religionem Apostolica au-
ctoritate approbatam, vivunt tamen invicem in ali-
qua Universitate, vel Congregatione ab Episcopo,
vel tacitè, vel expressè approbata. In hoc casu di-
cendi sunt illi gaudere privilegio fori, quia sunt Per-
sonæ Ecclesiasticæ. Imò etiam dicuntur aliquo modo
Religiosi, ut patet ex Text. *in cap.* 1. *de excess.*
Prælator. in 6. ubi cùm fuisset prohibitum mendi-
cantibus recipere novas domus, excipiuntur nihilo-
minus ducentes vitam Eremiticam in habitaculis
Eremi de Majorum suorum licentia, ex qua exce-
ptione datur intelligi, Eremitas saltem largè venire
sub nomine Religionum, alioquin exceptio super-
flua & inepta fuisset, ad Text. *l. nam quod liquide*,
§. penult. ff. de pen. legat.

Idem quoque dispositum est de Beguinis *in Ex-*
7 *travag. Ratio Joan. XXII. de Religios. Domib.* Cer-
tum est enim istas non esse verè Religiosas, seu re-
gulares, & nihilominùs tamquàm Ecclesiasticas,
utpotè in Collegio viventes, esse conveniendas co-
ram Judice Ecclesiastico, & gaudere privilegio Ca-
nonis, dixit Rota *decis.* 8. *in antiq. de Jur. patron.*
& dec. 2. *de privilegiis in antiquioribus*. Et quoad
Canonissas sæculares, Felin. *in cap. dilecta num.* 2.
de majorit. & obed. optimam rationem adducens
8 quod sufficit religiosè vivere, etsi valeant matrimo-
nium contrahere, & non sint religiosæ, prout de
Novitio. Sufficit enim quod unitatem, vel Colle-
gium faciant, *& dict.* Rota *cit. dec.* 8. *in fine*, *&*
dec. 1. *de regularibus* etiam *in antiquis*, ubi quod
donec religiosè vivant, gaudent privilegio Canonis.
Et ideò hanc sententiam firmaverunt expressè *cit.*
Sylvester, ubi firmat hos Eremitas gaudere privile-
gio fori, Molina *disput.* 50. *nu.* 4. *in fin.* Rodriquez
tom. 2. *quæst.* 62. *art.* 2. Suarez *disp.* 22. *section.* 1.
num. 22. Duard. *quæst.* 6. *num.* 2. Bonacin. *in Bulla*
Cœnæ disp. 1. *quæst.* 16. *punct.* 3. *num.* 18. Fagnan.
latè *in cap. nullus de for. compet. à num.* 50. à quo
etiam omnia videtur sumpsisse Pignatell. *consult.* 1.
tom. 8. Passerin. *de stat. Homin. tit.* 3. *quæst.* 188.
art. 8. *num.* 28.

Hinc isti Eremitæ gaudent etiam privilegio Cano-
9 nis, quia verè sunt Personæ religiosè viventes, ex ra-
tione ut supra adducta. Ita declaravit *Sacra Con-*
gregatio Episcoporum, apud cit. del Bene, ibi: *No-*
mine Monachorum in can. si quis suadente veniunt Ere-
mitæ, & illi, qui assumpto habitu Religioso, adhi-
bentur ad servitia approbatæ Religionis. Si enim pu- 10
erus laicus assumpto habitu Religioso gaudet tali pri-
vilegio, si vivat in Conventu aliquo, quare non
debet gaudere adstrictus cum habitu Eremitico in
aliquo loco Ecclesiastico per Episcopum deputato?
Ita docuerunt, ultra prædictos, Sylvester *in verb. Ere-*
mita quæst. 1. *numer.* 2. *& verb. Ecclesia* 1. *quæst.* 6.
num. 6. Navarr. *in manual. cap.* 27. *num.* 79. Alter.
de Censur. in explic. Can. 15. *Bulla Cœnæ cap.* 1.
col. 9. apud Navar. *cit. quæst.* 68. *num.* 8. Navar. *in*
man. cap. 29. *num.* 79. Grass. *de eff. Cler. eff.* 1. *num.*
105. Pignatel. *cons.* 1. *tom.* 8. *num.* 6. *in fine*, *&* 7.
& num. 11. Fagnan. *in cit. cap. nullus num.* 59. &
distinguendo inter istos communiter viventes cum
aliis *num.* 62. *in fine de for. compet.*

Ita etiam subsunt Ordinario, quia sunt Personæ
Ecclesiasticæ, Gloss. *in can. qui verè* 16. *quæst.* 1. Fagn. 11
cit. nu. 58. & alii communiter, quotiescumque enim
non adest aliqua exemptio, omnes Personæ Ecclesia-
sticæ sunt de foro Episcopi, *cap. conquerente* 16. *de off.*
ordin. cap. cum Episcopus 7. *eod. tit. in* 6. Rota *in*
Cæsaraugustana Jurisdictionis inter impressas coram
Bon. Mem. Emerix dec. 1029. *& dec.* 1057. & ha-
bent jus testamenti, ut apud *cit. Doctores*, & Cy-
riac. *contr.* 300. *num.* 18. quia non emittunt votum
solemne paupertatis, ut infrà dicam. Non debent
tamen facilè tolerari ab Episcopis, ut dixit Sacra Con-
gregatio Episcoporum 22. Januarii 1582. ibi: *Ere-* 12
mitæ tam Fœminæ quàm Viri eremiticam vitam du-
centes, non tolerentur ab Ordinariis, exceptis Ca-
maldulensibus, & S. Augustini, *apud cit. del Bene in*
addit. verb. Eremita in fine, & maxima ratione,
quia cùm in iis non vigeat plena regularis observan-
tia, facilis esset relaxatio; tamen tolerantur in plu-
ribus locis, & in Urbe adest hujusmodi Eremito-
rium in Ecclesia Divæ Mariæ propè Portam Ange-
licam, ubi vivunt duodecim Eremitæ in communi.

Si tertiò sermo sit de iis Eremitis, qui in nulla
Congregatione, seu Societate, aut Collegio de- 13
gunt, sed habitum Eremiticum deferentes, in pri-
vata, & solitaria vita vivunt, & quoad istos di-
stinguendum est. Nam aut habitum Eremiticum
auctoritate Episcopi suscipiunt, & alicujus Ecclesiæ
servitio ab eodem addicti sunt, & in hoc casu li-
cèt nonnulli existimaverint illos fori privilegio non
gaudere, inter quos Thomas del Bene *de Immunit.*
cap. 4. *dub.* 13. *in fine*; nihilominus communiter
firmant Doctores, illos privilegio fori gaudere, non 14
verò Canonis. Quod gaudeant privilegio fori, fir-
mant *Cardin. in Clementina per litteras num.* 9. *de*
præbend. Anton. de Butr. *consil.* 19. *num.* 19. Duard.
in Bulla Cœnæ lib. 2. *can.* 15. *quæst.* 6. *num.* 2. Squil-
lante *de privileg. Clec. cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 44. Bonac.
cit. in Bulla Cœnæ disp. 1. *quæst.* 19. *sect.* 1. *punct.* 3.
num. 18. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 12. *num.* 43.
Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 35. Boss. *de triplici Ju-*
bilæi privilegio sect. 3. *cas.* 22. *§.* 6. *num.* 60. Fagn.
in dict. cap. nullus de for. compet. num. 61. Pignatell.
dict. consult. 1. *tom.* 8. *num.* 14.

Quod verò non gaudeant privilegio Canonis, si
Clerici non fuerint, docuerunt *Cardinalis in dict.*
Clement. per litteras dict. num. 9. Jo: Andr. Alex. de
Nævo, & alii adducti per Fagnan. *loc. cit. num.* 62. 15
Pignatell. *dict. consult.* 1. *num.* 15. Privilegium enim
Canonis propriè non habet locum, nisi contra per-
cutientem Clericum, vel Monachum; ut habetur
in can. si quis suadente 11. *quæst.* 4. *& in cap. non du-*
bium de sent. excom. & eum, qui religiosè vivit in 16
Societate, seu Collegio, etsi non sit verè regularis,
hoc est sub regula approbata à Sede Apostolica, prout
exprimitur de Conversis *in cit. cap. non dubium*, *&*
in cap. Parochianos de sent. excom. & de Novitius *in* 17
cap. Religioso, *§. quamvis autem tit. de sentent.*
excomm.

excomm. in 6. & facit Rota *decis. cit. 1. de regul. in*
antiquis. Et quamvis, ut diximus, etiam ex mente
Sacræ Congregationis nomine Monachorum veniant
Eremitæ, tamen intelligi id debet de Eremitis in
communi viventibus, quia tunc ratione districtio-
nis in Collegio Ecclesiastico assumunt qualitatem
Religiosam, ob cujus reverentiam datum fuit pri-
vilegium Canonis.

Sicque etiam isti Eremitæ deputati certæ Eccle-
siæ, uti Personæ Ecclesiasticæ subsunt Ordinario, ut
expresse declaravit Sacra Congregatio in Fundana 17.
18 Januarii 1594. relata apud *cit.* del Beno, & Barbos.
in collect. decis. Apostolic. verb. Eremita Genuens. *in*
prax. Eccl. cap. 55. num. 14. in fine: Et in similibus
terminis laici, qui assumpsit habitum Clericalem de
mandato Episcopi, ut solet aliquando fieri per aliquod
tempus ante ordinationem, gaudere privilegio fori
ex declaratione *Sac. Congreg. Immunitatis* dixit Pi-
gnarell. *tom. 15. consult. 47. num. 5.* Possunt tamen
habitum deferere, & assumere sæcularem, & si sunt
Sacerdotes, sæcularem Presbyteralem, Sacra Congre-
gatio Episcoporum in Anglonen. 9. Junii 1602. *apud*
cit. del Bene.

Aut verò nec habitum Eremiticum, nec obli-
19 gationem aliquam ab Episcopo acceperunt; sed spon-
tè, & propria auctoritate, prædictum habitum Ere-
miticum deferunt; & hos quidem, si Clericatus Or-
dinem non habeant, nec Canonis, nec fori privile-
gio gaudere, (nisi de consuetudine aliter alicubi
fuerit introductum) sed omninò tamquàm sæcula-
res, Judici sæculari subesse, firmant communiter Do-
ctores supracitati, quibus adde Covarr. *practicar. cap.*
34. nu. 4. Morla *in Empor. Jur. part. 1. tit. 2. in prælud.*
nu. 142. Sanchez *in precept. Decalogi lib. 4. cap. 16.*
Jacob. de Graff. *in decis. lib. 2. cap. 28. nu. 27. part.*
1. Ricc. *in praxi part. 4. resol. 149.* Bellett. *disquisit.*
Cleric. tit. de disciplin. Cleric. §. 2. nu. 25. præsertim si
20 sint Mundivagi hinc indè remeantes, qui ut plurimum
sunt Impostores, Apostatæ, Perduelliones, ac proin-
dè meritò dicuntur locustæ sine lege, & Rege.

Hinc per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam,
21 ut refert Genuens. *cit. cap. 55. num. 4.* non permit-
titur Neapoli mora istorum Eremitarum vagantium;
imò carcerantur, ac sublato habitu fit eis præce-
ptum amplius non accedendi ad Diœcesim, quæ
praxis non procedit in Eremitis probatæ, & notæ
integritatis; aliquandò enim sunt Eremitæ maximi
exempli, & virtutis eximiæ, ut de eo, cui Angelus
ministrabat uvas, refert Abb. *in cap. Presbyter num.*
3. de celebrat. Miss.

Sed quid, si aliquis Eremita in aliqua solitudine
22 versaretur orationibus, jejuniis & similibus addictus,
an gaudeat privilegio fori? Affirmat de Graff. *dict.*
effect. 1. num. 107. hunc talem gaudere privilegio
Clericali, etiam quod nulla alicujus Superioris aucto-
ritate habitum Eremiticum assumpserit. Sed illi non
adhæreo, nam hæc opinio videtur singularis, cùm
23 Covarrv. *pract. quæst. cap. 34. num. 4. ab eo citat.*
potiùs firmet ibi contrarium, nam admittit quidem
Eremitas illos, qui approbatam religionem pœni-
tentium profitebantur, de quibus *in Can. vere 16.*
qu. 1. fori privilegio gaudere; negat autem expres-
sè quoad alios, qui nullam qualitatem Ecclesiasti-
cam habent, prout sunt isti, qui sine ulla Ordina-
24 rii auctoritate vitam Eremiticam assumunt; omnis
enim homo nascitur Laicus, & vel per characterem,
25 vel per publicam auctoritatem ad statum Ecclesiasti-
cum assumi potest, & neutrum in istis Eremitis
concurrit.

Si verò adesset consuetudo, quod hujusmodi Ere-
26 mitæ gauderent fori privilegio, servari debet, prout
quæcumque alia, favore Immunitatis, ut in specie
27 censet Fagnan. *cit. cap. nullus num. 63.* & generali-
ter passim Doctores *in cap. cum contingat de for.*
compet. Tusch. *tom. 5. concl. 545. num. 9.* Cochier. *in*
vendicat. libert. Eccles. par. 1. cap. 30. nu. 7. Diana *par.*
4. tract. 1. resol. 53. & pluries resolvit Sacra Con-
gregatio, & si in aliis terminis, nempè favore Cle-
ricorum Conjugatorum, vel Sylvaticorum, qui re- 28
gulariter non gaudent exemptione ab oneribus omni-
bus, eis suffragari tamen consuetudinem gaudendi,
ut apud del Bene *de Immunit. in addit. verb. Clerici*
conjugati, & Clerici Sylvatici, & nos alibi.

An autem Eremitæ potiantur privilegiis exemptio-
nis à Gabellis, aliisque oneribus Laicalibus? Et vi- 29
detur procedendum cum eadem distinctione; nam
loquendo de viventibus sub regula approbata, & sic 30
ut potè de regularibus, nulla cadit dubitatio. De
secundo genere, nempè de iis, qui vivunt in ali- 31
qua Congregatione cum consensu Ordinarii, &
etiam videntur exempta bona talis Congregationis,
quia verè sunt bona Ecclesiastica, nempè Collegii
auctoritate Ordinarii constructi, prout dicitur de
Hospitali, ac similibus locis piis fundatis auctorita-
te Episcopi, ut alibi referam. Si verò quæratur de 32
bonis propriis Eremitarum hujusmodi in communi
viventium, videntur etiam esse exempta, quia verè 33
sunt Personæ Ecclesiasticæ, imò etiam aliquo modo
Religiosæ, uti addictæ tali Ecclesiastico Collegio re-
gulariter viventi sub obedientia Superioris, vel ex
voto, vel ex facto cum auctoritate Episcopi, ut
in his terminis docent Lezana *tom. 2. cap. 7.* Pas-
serin. *de stat. Hom. tom. 3. qu. 188. art. 8. num.*
28. Ricc. *resol. 128. in prax. num. 4. par. 3. in praxi*
Collectarum, & Gabellarum.

Nec obstat, quod hujusmodi Eremitæ possint testa-
stari, cùm non sint veri Religiosi, Abb. *in rubr. de* 34
Testam. num. 6. Archid. cap. unic. num. 1. de excess.
Prælat. in 6. Præposit. in can. nulli dubium num. 21.
12. quæst. 1. Sylvester in summ. verb. Testam. Ricciul.
de Jur. person. lib. 4. cap. 4. Fagn. *in cap. nullus num.*
55. de for. competen. Gonzal. *in cap. quia num. 18.*
de testam. Cyriac. *contr. 300. nu. 18. & seqq.* & quod
habeant successores consanguineos ab intestato.

Nam hæc testandi facultas provenit ex defectu vo-
ti paupertatis, quod non emittunt; exemptio verò
proficiscitur à qualitate religiosa, licèt non strictè 35
sumpta, sicuti Mulieres, quæ solum votum casti-
tatis emiserunt sub aliquo habitu Religioso, licèt
possint testari, cùm non emittant votum pauperta- 36
tis, tamen potiuntur exemptione hujusmodi, ut de
Bizochis declaravit Sacra Congregatio Concilii apud
Cohell. *in Bull. Bon. reg. cap. 50. num. 144.*

Si verò bona quæ acquisiverint dictæ Eremitæ, fue-
rint acquisita intuitu Ecclesiæ, prout præsumitur,
nisi constet de contrario, veluti si non adsit testa-
mentum, nec concurrat consanguineus in gradu suc-
cessibilis, succedit Ecclesia, cui servivit; & in terminis,
pluribus citatis docet *cit.* Cyriac. *num. 23. & 24.*

Quoad tertium genus Eremitarum, qui simpliciter
alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi deserviunt, as- 37
sumpto habitu Eremitico sine aliquo voto, videntur
non gaudere exemptione ab oneribus realibus, &
mixtis, sed tantùm à personalibus: & quoad pri-
mum videtur esse ratio, quia isti sunt de foro Ec- 38
clesiæ solùm ratione qualitatis extrinsecæ, ut sunt Cle-
rici Sylvatici addicti servitio alicujus Ecclesiæ de man- 39
dato Episcopi, & tamen isti non gaudent exemptio-
ne, nisi ab oneribus personalibus, ut aliàs dice-
mus, & refert del Ben. *cit. verb. Clerici Sylvatici*.
Non enim habent isti Eremitæ characterem, neque
modum vivendi sub Superiore, adeoque, ut dixi
non gaudent Privilegio Canonis, prout gaudent alii
viventes sub regula de mandato Episcopi, & sic dis-
paritas debet esse inter illos etiam in exemptione
ab oneribus, & in terminis istis benè distinxit
Ricc. *par. 3. in prax. resol. 128. num. 4.* Lasart. *de*
Gabell. cap. 1. num. 89. Exemptio verò à personalibus
videtur concedenda, ne distrahantur à servitio Eccle-
siæ, cui sunt addicti, prout etiam servatur in Cleri-
cis Sylvaticis, cùm verè sint de foro Ecclesiæ, & sic
nequeunt collectari eorum Personæ.

Si tamen concurreret consuetudo exemptionis in
totum, debet servari, prout dicitur, in favorem Cleri- 40

eorum Sylvaticorum, & resolvit *Sacra Congregatio Immunitatis*, apud *cit.* del Bene *v. Clerici Sylvatici*. De aliis verò Eremitis nulla cadere potest difficultas, nam cùm verè sint personæ laicæ, ut supra dixi, nullo modo exemptionis privilegio frui debent.

Tandem est videndum, an Eremitæ gaudeant
41 privilegio fori electionis *ex leg. unic. Cod. quando Imperator*? Et in hoc licèt alii dixerint dictam legem non habere vim quoad Ecclesias, & Ecclesiasticas res, tamen est receptum inconcussè tale privilegium servari etiam in Ecclesiis, ac Ecclesiasticis ratione bonorum Ecclesiæ, non autem patrimonialium, ut latè *Genitor meus in ritu 229. Magn. Curia Vicaria Neapolis per tot. & num.* 3. etiam prorogat dictum privilegium ad bona assignata in patrimonium, *& num. seq.* ad causas violentiæ factæ in bona, & personas Clericorum, necnon ad Monachos Novitios, Hospitalia, Moniales, Conversos, & latè Navar. *in tract. de elect. for.* Sperell. *dec.* 3. *& dec.* 98. Sabell. *v. Ecclesia num.* 19. ubi alii, Panimoll. *dec.* 12. *adnot.* 2. Ridolphin. *in praxi par.* 3. *cap.* 4. *num.* 119.

Positis his, quoad Eremitas etiam procedendum cum dicta distinctione: Aut agitur de Eremitis, qui sunt redacti ad instar Religionis, & nulla cadit difficultas, quia sunt personæ verè Religiosæ, & verè sunt Regulares: Aut de iis, qui vivunt in communi, sed sine approbatione Apostolica, sed tantùm Episcopi, & quamvis hi non sint regulares, tamen dicuntur personæ Ecclesiasticæ, etiam dicto privilegio uti debent ad eorum favorem, quo utuntur Clerici. Vel forsan de iis qui assumunt dictum habitum etiam auctoritate Episcopi, & quia etiam uti personæ Ecclesiasticæ, ut supra dixi, debent reputari, eadem ratione possunt uti dicto privilegio, pro bonis tamen, quæ possident ratione Ecclesiæ cui serviunt. Et demum si agatur de iis, qui ex se habitum assumunt, & uti Laici nullo privilegio electionis frui debent, & ita videntur sentire citati Doctores, & Novar. *de elect. fori sect.* 2. *quæst.* 67. *numer.* 1. *& finali.*

SECTIO III.

De Ordinum collationibus, quæ fiunt ab Episcopis Simoniacis, suspensis, excommunicatis, depositis ac degradatis.

SUMMARIUM.

1 *Enunciatur privilegium concessum in hac Constitutione per Alexandrum Papam Monachis Camaldulensibus recipiendi Ordines ab alio Episcopo, si proprius fuerit Simoniacus.*

2 *Motivum, & causa dicti privilegii adducuntur, & n. n. seqq.*

3 *Corruptela illius temporis circa Simoniacas Ordinationes, ac depositiones Episcoporum ob dictam causam.*

4 *Antiquitùs maxima fuit controversia circa validitatem Ordinationum, quæ fiebant ab Episcopis Simoniacis, suspensis, excommunicatis, ac degradatis, seu depositis, & num. sequ.*

5 *Adducuntur verba D. Petri Damiani.*

6 *Quare dictum privilegium fuit proficuum dictis Monachis?*

7 *Antiquis Canonibus an Censura contra Simoniacos fuerint latæ, vel ferendæ sententiæ?*

Quid quoad excommunicationem, & suspensionem, ibid.

8 *Aliæ leges, & Constitutiones continentes pœnam suspensionis ipso jure circa Simoniacas Ordinationes.*

9 *An* Extravagans 2. Pauli II. de Simonia *contineat suspensionem ab Ordinibus Simoniacè susceptis tantum, vel ab omnibus?*

10 *Constitutio* Sixti V. *in hac materia adducitur cum suspensione reservata soli Papæ, & num.* 39.

11 *An autem comprehendat suspensionem ab omnibus Ordinibus ritè susceptis, & quoad Ordinantes, & alias pœnas remissivè.*

12 *Dicta Constitutio* Sixti V. *fuit redacta ad terminos juris per* Clementem VIII. *præterquam quoad Simoniacas Ordinationes.*

Procedit dicta Constitutio etiam quoad Ordinatum prima tonsura, ibid.

13 *Ordinationes factæ ab Episcopis Simoniacis tam extra, quam in actu ordinationis, vel suspensis, excommunicatis, depositis, ac degradatis, sunt validæ, sed illicitæ, nec conferunt gratiam, & usum Ordinis, & n. n. seqq. & nu.* 29.

14 *Character est indelebilis in Sacramento Ordinis, Baptismi, & Confirmationis, nec potest reiterari.*

15 *Duplex est potestas spiritualis, altera Sacramentalis, altera Jurisdictionalis.*

16 *Character recipitur in anima immediatè à Christo, ministerio hominis, & quo pacto non tribuat usum Ordinis Simoniacè Ordinatis?*

17 *Adducuntur in hoc verba D. Augustini, ac aliæ auctoritates, quod in dictis casibus Ordinationes sint validæ, & num.* 19.

18 *Quid autem de Ordinationibus hæreticorum, & Schismaticorum remissivè.*

19 *Adducuntur alii Doctores hoc idem firmantes.*

20 *Idem procedit in Episcopo Ordinante, cui fuit interdicta à Sede Apostolica Ordinum collatio.*

21 *Prout in Episcopo Ordinante Clericos alienæ Diœcesis.*

22 *Ita de Episcopo Titulari, qui non habet subditos, tamen erunt validæ, etsi illicitæ ejus Ordinationes.*

23 *Prout de Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, vel deposito, ac degradato, juncto numer.* 19. *dummodo fuerit verus Episcopus.*

24 *Explicantur Canones contrarii dicentes hujusmodi Ordinationes per Simoniam, & ab Episcopis suspensis, &c. esse irritas.*

Canones firmantes validitatem dd. Ordinationum, ibid.

25 *Declarantur Canones in objecto adducti decernentes irritas esse dictas Ordinationes, ibid.*

26 *Quid dicendum de Ordinationibus factis per Prælatos inferiores, & Abbates habentes facultatem à Sede Apostolica conferendi Ordines minores, an sint valida vel tantùm illicitæ in dictis casibus? remissivè.*

27 *An quis ignoranter Ordines recipiens ab Episcopo Simoniaco incurrat suspensionem? & n. n. seqq.*

Adducuntur distinctiones inter recipientes Ordines scienter, vel ignoranter, & an incurrant suspensionem ab Ordine tantùm suscepto? ibid.

28 *Quando dispensatio in hujusmodi casibus poterit ab Ordinato impetrari ab Episcopo, vel sit recurrendum ad Sedem Apostolicam?*

29 *Adducuntur Doctores firmantes etiam ignoranter recipientes Ordines à Simoniacis, incurrere suspensionem, nec recipere usum Ordinum.*

30 *Explicantur Textus Canonici in contrarium adducti.*

31 *Quid dicendum in scienter, vel ignoranter recipiente Ordines ab Episcopo excommunicato suspenso, seu degradato?*

32 *Hodie cessant hujusmodi difficultates ex dispositione* Extravagantis Martini V. *lata* in Concilio Constantiensi, *& quare?*

Dicta Extravagantis contextus est quod sit etiam licita ordinatio quoad ordinatos ab Episcopo suspenso, seu excommunicato, qui non sit denunciatus,

clatus, vel notorius Clerici percussor, ibid. & n. n. seqq.

33 *Motivum, & ratio dictæ Constitutionis affertur, ac ejusdem existentia, & legalitas in dubium non revocatur.*

34 *Declaratur, ac comprobatur rursus dicta Constitutio, ac adducitur differentia inter ipsam, & aliam Constitutionem Concilii Lateranensis sub Leone X.*

35 *In praxi servatur prædicta Constitutio Martini V. ut ordinatus ab Episcopo suspenso, seu excommunicato non declarato, aut Clerici non notoria percussore, non solùm validè recipiat Ordines, sed etiam illorum usum.*

36 *An verò peccent ordinantes, & ordinati, discutitur, sed posita dicta Extravaganti negativè resolvitur cum distinctione.*

37 *Explicantur* Textus in cap. 1. de Ordin. ab Epis. qui ren. Episc. & cap. 2. de temp. ordinat. in 6. *circa hujusmodi ordinationes.*

38 *Declaratio S. Congr. Concilii circa hoc adducitur.*

39 *Limitantur tamen prædicta in eo, qui Simoniacè ordinem recipit, nam remanet suspensus, etsi ordinans non fuerit declaratus, junctis suprà num. 8. 9. & 10.*

40 *Decretum S. Congr. Concilii circa Episcopos Græcos quoad ordinationes inter Latinos, & in Hispania refertur.*

IN §. 5. hujus Constitutionis tribuitur facultas à Summo Pontifice Alexandro hisce Monachis Ca-
1 maldulensibus recipiendi Ordines à quocumque Episcopo eorum Provinciæ, vel viciniori, si eorum Episcopus Diœcesanus fuerit Simoniaca labe infectus.
2 Motivum enim istius Privilegii facile erit innuere, si respiciatur tempus concessionis ipsius, quo dicti diabolici facinoris Simoniæ per totam præsertim Ita-
3 liam, & signanter per Tusciam abusus adeò irrepsit, ut Deus visibiliter suam indignationem conspicui ignis miraculo in persona Petri cognomento *Ignei* ostenderet, ut infrà dicam in *Commentario ad Const. Un. Urbani II.* qua de causa ad plurium Episcoporum depositiones per Pontifices devenire opus fuit; ideo Papa Alexander concessit his Monachis dictum privilegium tum in ipsius Diœcesani ignominiam, si fuisset culpabilis, tum ad Camaldulensium quietem fovendam conspicuæ sanctitati ipsorum consonam, ut sonant verba ejusdem Constitutionis.

Maxima fuit penes antiquiores controversia, an
4 Ordines recepti ab Episcopis Simoniacis, suspensis, excommunicatis, depositis, ac degradatis debuissent reiterari, ut notat disertè Morin. *de Sacr. Ordin. par. 3. exercit. 5.* & præsertim *cap.* 10. *nu.* 17. & innuit Fagn. *cap. Quod à prædecessore nu. 29. in fin. de Schismaticis.* Et quoad Simoniacos Episcopos ordinantes, vel Simoniam in ordinatione exercentes, tempore D. Petri Damiani præclara sunt hujus Sancti verba, quæ
5 per extensum refert Morinus *cit. cap.* 2. *num.* 7. & 8. ibi: *De iis qui gratis sunt à Simoniacis consecrati quanta jam per triennium in tribus Romanis Conciliis fuerit disceptatio, quàmque perplexa atque confusa dubietas, & in iis partibus continuè ventiletur, Sanctitatem vestram latuisse non arbitror, præsertim cùm crescente fluctuationis ambigua eatenus sit processum, ut nonnullos constet Episcopos ab illis ordinatos Clericos denuò consecrasse.* Et strictiori modo antiquos sensisse contra Simoniacè ordinatos, quàm contra ordinatos à Simoniacis Episcopis, prosequitur idem Morin. *num.* 9. ita ut pluries fuerint Ordines reiterati, cùm alioquin saltem illicitè conferrentur illata suspen-
6 sionis pœna ab eorum exercitio: optimè ad tollendas has ambages fuit proficuum hoc privilegium; unde non incongruum erit de ordinationibus factis ab Episcopis Simoniacis, excommunicatis, suspensis, depositis, ac degradatis sermonem habere.

Antiquis igitur Canonibus pervolutis, dubium
7 erat, an Censuræ contra Simoniacos fuerint latæ, vel ferendæ sententiæ? Et quo ad excommunicationem videtur fuisse illa inflicta ipso jure in *Can. Quicumque, Can. Reperiuntur* 1. *quæst.* 1. & Gloss. ibi *v. Anathematis, v. Condemnatum, & ver. ex quo.* Sed quoad suspensionem certius videtur, ut ea etiam incurreretur ipso jure, ex *cit.* Gloss. *v. Anathematis*, & Bonac. *de Simon. disp.* 1. *quæst.* 7. §. 7. *num.* 1. *vers. dixi jure novo, Alterius de Censuris tom.* 2. *disp.* 15. *cap.* 4. Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 21. *nu.* 1. *& seq.* & latè *cit.* Morin. *cap.* 2. & consonant textus *in Can. De cætero, Can. Si qui à Simoniacis* ubi Gloss. & *Can. Statuimus* 106. 1. *qu.* 1. *cap. penult. de Simonia*, Gloss. expressè *in Can. præter §. Verum v. Officium est dist.* 32. sed ibi pœna videtur triennalis, Suar. *lib.* 4. *de Simon. cap.* 56. *nu.* 13. *in fin.* latè Rosignol. *de Simonia contr.* 8. *prænot.* 13. *sect.* 13. *num.* 38.

Novis tamen legibus clariùs contra Simoniacè ordinatos imposita est pœna suspensionis ipso jure ab 8
executione Ordinum in *Extravag.* 2. *Paul. II. de Simonia, & à S. M. Pio V. in sua Constit. incip. Cum primum to.* 2. *Bull. ejusdem*, confirmata suspensione, itidem declarando per decennium non debere dispensari, aliisque pœnis adjectis.

An autem suspensio contenta in dicta Extravaganti fuerit tantùm ab ordinibus Simoniacè susceptis, vel 9
ab aliis etiam Ordinibus ritè receptis? Disputarunt Doctores apud Barbos. *ad cit. Extravag. numer.* 12. Bonac. *de Censuris in particular. disp.* 3. *qu.* 1. *punct.* 5. *per tot.* prout an illæ percuterent ordinantes. Sed 10
S. M. Sixtus V. in Const. incip. Sanctum, & salutare 91. §. 6. *tom.* 2. *Bullar.* haud obscurè pœnam suspensionis ab Ordinibus protulit contra Simoniacè ordinatos, ablata facultate quibuscumque concessa etiam Cruciatæ absolvendi ab ea, Sedi Apostolicæ tantùm reservata, Barbos. *ad cit. Extravag. nu.* 16. cùm aliàs in vim ipsius *Extravag.* suspensio nulli fuisset reservata.

Sed autem quid suspensio ista comprehendat alios Ordines, quàm Simoniacè receptos, & an illa percutiat ipsos Ordinantes, ac de aliis pœnis ibi inflictis, 11
dicam Deo dante, in aliis Commentariis ad dictas Constitutiones, solùmque modò adverto, quod etsi Constitutio Sixti fuerit per Clementem VIII. redacta ad terminos juris communis, & S. Concilii 12
Trident. ac Constitutionis Pii II. *in Const. incip. Romanum* 40. *tom.* 3. *Bullar.* nihilominus dictus Pontifex expressè voluit illam in suo robore permanere contra Simoniacè ordinatos. Imò dicta Bulla Sixti procedit etiam adversus prima tonsura Simoniacè initiatos, ut claris verbis legitur in ejus §. 6. & notant Rosignol. *cit. num.* 39. Barbos. *ad cit. Extravag. num.* 4. & 8. *& alii.*

His positis, videndum generaliter, an Ordinationes factæ ab Episcopis Simoniacis sint validæ ac licitæ? Et quidem illas validas esse non ambigo, nedum 13
si ordinans Episcopus sit Simoniacus extra actum ipsum ordinationis, sed & in ipso actu, esto quod ipse vel sit suspensus ipso jure, vel etiam excommunicatus, imò talis denunciatus, semper validè confert, prout confert quicumque suspensus, excommunicatus, depositus, aut degradatus Episcopus. Sed talis collatio est illicita, quatenus peccent ordinans, & ordinatus sciens, qui ab Ordinis exercitio remanet suspensus. Ratio est, quia character est indelebilis, 14
qui imprimitur in Sacramento Ordinis sicuti in Baptismo, & Confirmatione, ex S. Concilio Trident. definiente, quod priùs alibi erat definitum *de reform. sess.* 23. *Can.* 4. ibi: *Si quis dixerit per Sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum, qui Sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit. Et sess.* 7. *Can.* 9. docet, in anima imprimi characterem per ordinationem, qua de re, ista iterari non potest. Hoc posito, certum est Episcopos Simoniacos, suspensos, excommunicatos conferre Ordines, & characterem, quia duplex est pote- 15
stas spiritualis, una quidem Sacramentalis, alia

Juriſdictionalis: *Prima eſt, quæ per aliquam conſe-
crationem confertur, omnes autem conſecrationes
Eccleſiæ ſunt immobiles, manente re, quæ conſe-
cratur,* ut docet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 39. *art.* 3. ideò
talis poteſtas per conſecrationem habitam à Deo, mi-
niſterio Eccleſiæ, eſt immobilis, nec umquam amit-
titur. Sed quia uſus talis poteſtatis dependet à Juriſdi-
ctione, & ſic à poteſtate Superioris, poteſt iſte ta-
lem uſum inhibere, ita tamen, ut ſi uſus exerceatur,
erit validus actus, quia homo in his Sacramentalibus
non operatur, niſi ſicut inſtrumentum Dei, & effe-
ctus Sacramentales non excluduntur propter culpam
conferentis Sacramentum. Unde quamvis prohibitus
quis à Superiore exhibere Sacramentum, illicitè agat
illud exhibendo, non tamen invalidè agit, quia
non eſt miniſter qui dat, ſed qui exhibet, ut ex
D. Thom. latè Fagn. *cap. Quod à prædeceſſore num.*
32. *&* 33. *de Schiſmaticis*, & latè de diverſo uſu
antiquo Eccleſiæ in hoc, & de præfata doctrina ma-
gis vera, Morin. *cit. par.* 3. *exercit.* 5. & præſertim
cap. 8. fundans Ordinationes factas ritu Catholico ab
Epiſcopis excommunicatis, ac extra gremium Eccle-
ſiæ exiſtentibus, dummodò ſint ipſi validè ordinati,
non eſſe reiterandas, & idem Fagnan. *cit. num.* 28.
& ſeqq. & priùs *nu.* 2. 3. *&* 4. tradit, quo ad exe-
cutionem & uſum illas non recipi, prout neque
quoad gratiam, quia illicitè dantur, ſecus verò quo
ad validitatem, & impreſſionem characteris, dummo-
dò in earum collatione ſervetur forma Eccleſiæ, quo-
16 niam character recipitur in anima immediatè à Chri-
ſto, virtus tamen ejus hebeſcit quoad uſum, ratione
Juriſdictionis inhibitæ à Superiore legitimo illum exer-
cendi. Unde in ſuſpenſis per ſolam relaxationem ſuſ-
penſionis, & in excommunicatis, ac extra gre-
mium Eccleſiæ exiſtentibus, per reconciliationem,
vivificatur virtus ejuſdem characteris, Card. Hoſt. *de
Schiſmaticis num.* 4. Quare D. Auguſtinus *lib.* 2. *con-
17 tra Epiſt. Parmeniani cap.* 13. *relat. in Can. Quod qui-
dam* 1. *qu.* 1. ait: *Sicut autem habent in Baptiſmo,
quod per eos dari poſſit, ſic in ordinatione jus dandi
utrumque quidem ad perniciem ſuam, quamdiu charita-
tem non habeant unitatis; ſed aliud eſt prorſus non habe-
re, aliud ſalubriter habere*, & latè Gratian. *in cit.
quæſt.* & optimè Gloſſ. *præſertim ver. Sacramento
tenus*, & alibi. Effectus itaque non præſtatur, non
quòd non imprimatur character, ut alii erroneè ſen-
tiebant; ſed quòd deſit effectus Sacramenti quo ad
gratiam, & executionem. Unde in *Concilio Chalced.*
ut refert ex *Capitularibus Caroli Magni Cabaſſ. in
not. Conc. ſæcul.* 9. *fol.* 322. *cap.* 19. *deponendi erant Or-
dinantes, & Ordinati Simoniacè, ac deiiciendi*, &
ſic ſuppoſita fuit validitas, nam privatio ſupponit ha-
bitum. Et quidquid de hæreticorum, & Schiſmati-
18 corum ordinationibus Doctores antiquitus docue-
rint, de quibus alibi, quoad Simoniacos, ſuſpenſos,
excommunicatos, & degradatos, ac depoſitos Epi-
19 ſcopos, conferre Ordines validè, minor cecidit du-
bitatio, Morin. *cit. cap.* 8. *nu.* 7. & de Simoniacis
ſuſpenſis *idem cap.* 9. *nu.* 10. *in fin. & alibi ibid.* Barboſ.
de poteſt. Epiſc. alleg. 3. *nu.* 17. Garcias *de benef. par.*
11. *cap.* 10. *num.* 160. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.*
21. *nu.* 35. & de Epiſcopo depoſito, ſuſpenſo, & ex-
communicato, Morin. *de Sacr. Ordin.* qui poſtquam
par. 3. *exercit.* 5. *cap.* 3. *& ſeqq.* egit de controverſia
agitata circa ordinationes reiterandas, vel non, Eb-
bonis Archiepiſcopi Rhemenſis poſt ejus degradatio-
nem, & Photii Conſtantinopolitani, tandem *cap.* 8.
per tot. & nu. 7. ex communi Eccleſiæ conſenſu con-
firmat hanc à nobis adductam ſententiam, quod &
præſtat *cit.* Fagn. *nu.* 35. *& cap. Statuimus nu.* 7. re-
jecta opinione Bartholomæi Brixienſis ex eadem ſen-
tentia Catholica *num.* 8. ubi de Epiſcopo, cui fuit in-
terdictum à Sede Apoſtolica Ordines conferre, *&
nu.* 27. *de ſuppl. neglig. Prælat.* Sicuti enim Epiſcopi
20 non habent Juriſdictionem ordinandi, niſi ſubditos
propriæ Diœceſis, *cap. Cum nullus de temp. Ordin. in*
6. & dicam in Commentario ad *Conſtit. unic. Urbani II.*
itaut reſpectu aliorum ſint inhibiti, tamen imprimunt 21
characterem, etſi ordinent alienos ſubditos, quod
provenit ex poteſtate Sacramentali, licèt ordinati non
recipiant Ordinis executionem, ac uſum, donec
diſpenſentur, *cap.* 8. *ſeſſ.* 23. *de reform. S. Concil.
Trident.* Ita Epiſcopus titularis, etſi nullam habeat 22
poteſtatem Juriſdictionis in aliquos, tamen validè
confert Ordines, licèt illicitè, & incidit in pœnam
Concilii cap. 2. *ſeſſ.* 14. *de reform.* Idem dicendum 23
de Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, quod
validè conferat, licèt non det Ordinis executionem
ob defectum Juriſdictionis, *cap.* 1. *de ordin. ab Epiſc.
qui renunciav. Epiſc.* ut dixit Fagn. *cit. cap. Statui-
mus num.* 25. *& ſequent. de ſuppl. negl. Prælat.* Unde
legimus Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum
depoſitum, & tamen ejus ordinationes validas fuiſ-
ſe, quamvis illicitas, ut cenſuit Gelaſius Papa ſcri-
bens Euphemio Conſtantinopolitano Epiſcopo; de
qua te fit mentio *in epiſt. Anaſtaſii II. ad Anaſta-
ſium Auguſtum cap.* 7. ibi: *Nam ſecundum Eccleſiæ
Catholicæ conſuetudinem ſanctiſſimum Serenitatis tuæ
pectus agnoſcit, quod nullum de his, vel quos baptiza-
vit Acacius, vel quos Sacerdotes, ſive Levitas ſecun-
dum Canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii
portio læſionis attingit*, ut refert. *cit.* Morin. *cap.* 10.
num. 11. Secus autem eſſet in iis, qui numquam fue-
runt Epiſcopi, ſed Laici, in quibus quippè verificatur
illud, quod non dant, quod non habent: ſecus in iis,
qui legitimè fuerunt Epiſcopi, nam dant id, licèt ex
ſe non præbeant; ſed Chriſtus dat eorum miniſterio,
quod tamen ipſi illicitè exercent, ob poteſtatis exer-
citium eis ſublatum, etiamſi validè gerant.

Nec obſtat, quod hujuſmodi ordinationes aliquan-
do fuerint dictæ à Doctoribus, & Sacris Canonibus 24
irritæ, ut *Can.* 1. *quæſt.* 1. ubi D. Gregorius ait: *Nos
conſecrationem dicere nullo modo poſſumus, quæ ab
excommunicatis hominibus eſt illicitè celebrata. Et in
Can.* 5. *ibidem: Ordinationes quæ ab excommunica-
tis factæ ſunt, irritas eſſe judicamus.* Et in *Can. Nos
ibidem* decerni videtur debere tales Ordinationes rei-
terari, & alia apud Morin. *cit. cap.* 2. ubi *num.* 7.
refert verba Synodi Placentinæ ſignificantia Ordina-
tiones per Simoniam peractas, eſſe irritas, quod pa-
riter elicitur ex *Can. Quid quidem* 1. *quæſt.* 1. *Can.
Oſtenditur de Conſecrat. diſt.* 4. & benè Gloſſ. *cit. Can.*
1. 9. *quæſt.* 1. *& cap. Cum Clericis de ordin. ab Epiſc.
qui ren. Epiſcop.* ubi Gloſſ. *v. excommunicate.*

Nam ad objectos Canones reſpondetur illos loqui
de Ordinationibus factis non ſervata forma Eccleſiæ,
vel de iis, qui non fuerunt conſecrati ritu catholico 25
Gloſſ. *cit. in can.* 1. 9. *quæſt.* 1. *ver. excommunicatio,
& in can.* 3. *ubi Turrecremat.* Sylv. *ver. degradatio n.*
9. Alter. *de Cenſur. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 8. *cap.* 1. *verſ.*
2. Murga *ad conſtitut.* 6. *Alexandri IV.* §. 7. *nu.* 398.
de Magiſtris in Sylva lib. 1. *cap.* 2. *nu.* 6. Diana *coordin.
part.* 2. *tract.* 5. *reſol.* 24. *& bene Lupus differt.* 2. *proœ-
miali tom.* 3. relatus *à Van-Eſpen. Jur. Eccleſ. Univ.
par.* 2. *tit.* 30. *cap.* 6. *num.* 7. ubi loquendo præcisè
de Ordinationibus factis à Simoniacis ait: *Hinc vide
quàm graviter haſce Ordinationes fuerit deteſtata Ec-
cleſia, ut etiam irritas eas diceret, & haberet quaſi
ſubſtantialiter nullas.* Irritum autem in dictis, &
aliis Canonibus ſignificat, quod non poſſit ſine
peccato, & irregularitate Ordo exerceri, non quòd
ſit nullum Sacerdotium, & invalidum, ut explicat
Cabaſſut. *notit. Eccleſ. ad can.* 11. *Concil. Bituricenſis
anno* 1031. *fol.* 388. ubi fuit dictum Epiſcopos non
ordinare filios Presbyterorum, nec ſervos, & ſi fue-
rint ordinati, Archidiaconus eos deponeret, quia
irrita, eſt illicita Ordinatio, cum verè *ly irrita* ne-
queat intelligi, niſi pro illicita.

An autem idem procedat in Abbate, qui ex privi-
legio Apoſtolico habet facultatem conferendi Ordines 26
minores, prout de alio Prælato inferiore, an ſi
conferat aliis, quàm expreſſis in litteris Apoſtoli-
cis, vel ſit ſuſpenſus à collatione, Ordines ſint vali-
dè collati, dixit Fagn. *cit. cap. Statuimus num.* 11. *&
ſeqq.*

seqq. de suppl. neglig. Prelat. Sed nos alibi latè dicemus, ne exeamus à materia nostræ Bullæ loquentis de Episcopo Simoniaco ordinante, prout etiam de Ordinationibus Episcoporum hæreticorum, ac Schismaticorum alibi erit materia.

Juvat hoc loco quærere, an ordinati ab Episcopis
27 Simoniacis, suspensis, excommunicatis, ac degradatis, recipiant usum, & executionem Ordinum, si ignorent illorum impedimentum? Hæc quæstio est enodanda secundùm temporum diversitatem. Quandoquidem ante editam *Extravag. Martini V. in Concil. Constantien.* de qua paulò infrà, si ab Episcopo simoniaco quis scienter Ordines recepisset, erat quidem suspensus non solùm ab Ordinibus Simoniacè susceptis, sed etiam ab aliis, secùs verò si ignoranter, quo casu erat suspensus à suscepto tantùm, itaut non reciperet executionem talis Ordinis. Unde sive occultus fuisset Simoniacus Episcopus, sive denunciatus suspensus, semper erat valida ordinatio, impedita tamen Ordinis executione suscipienti illum etiam ignoranter, adeòque ut potuisset Ordinem exercere, dispensatione indigebat, ut sentit Gloss. *in can. si qui à Simoniacis vers. si qui 1. quæst. 1.* D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art. 6. ad* 1. *&* 7. ibi: *Nec propter præceptum ejus, nec etiam propter excommunicationem debere aliquem recipere ordinem ab Episcopo, quem scit promotum Simoniacè, & si ordinetur, non recipere ordinis executionem, etiam si ignoret eum esse Simoniacum, sed indigere dispensatione, quia nullus debet obedire alicui ad communicandum sibi in facto illicito, ille autem est ipso jure suspensus, & quoad se, quoad alios illicite confert ordines; undè nullus debet ipsi communicare, recipiendo ab eo quacumque ex causa.* In scientem enim non cadebat dubium, quia sciens participat in delicto, cooperando, ut Episcopus suspensus administret Ordines. In ignorante verò postquam sciverit, etiam valet illa consideratio, quòd licèt non commiserit delictum sine scientia, tamen executionem Ordinis non recipit ab eo, qui Ordinis non habet usum. Cum distinctione tamen, ut in casu ignorantiæ pro-
28 babilis, sufficiat dispensatio Episcopi proprii, *cap. 1. & 2. de ordin. ab Episc. qui ren. Episc.* secus si scienter ordinetur, vel cum ignorantia supina, nam tunc requiritur dispensatio Apostolicæ Sedis, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 48. *nu.* 9. *& ad cap. 2. cit. de ordin. ab Episc. qui ren. Episcopat.* Pax Jord. *tom. 2. lib. 9. tit. 1. num.* 180. *&* 181. & quòd juxta Canones antiquos dicta Ordinatio Episcopi Simoniaci esset valida, sed non daret executionem Ordinis, sine dispensa-
29 tione, etsi ignoranter recipienti, docent Canonistæ *in can. ab excommunicatis 9. quæst. 1.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 3. nu.* 17. Garcias *de benef. cit. par.* 11. *cap. 10. nu.* 160. Sanchez *de matrim. lib. 3. disp.* 21. *num.* 35. Guttierez *Can. lib. 1. cap. 1. num. 81. & alii.*

Nec obstat textus *in cap. per tuas 34. de Simonia*,
30 in quo ordinatus ignoranter ab Episcopo Simoniaco indiguit dispensatione. Nam pro solutione, prænotanda sunt verba textus ibi: *misericorditer sustinemus*, quibus videtur contineri pœna, sed faciliùs remittenda. Præterquamquod in casu dicti textus agebatur de Monacho Chartusiensi, qui post ordinationem ex relatione quorumdam intellexerat Simoniam Episcopi ordinantis, & sic notitia non erat certa, ut advertit ibi Gloss. *ver. quorumdam: illis enim credere non debebat*; unde conscientia illius ordinati erat scrupulosa, quam potiùs deponere, quàm sequi tenebatur; aliud quippe est, si quis ignoranter odinetur ad Episcopo certè Simoniaco occulto, aliud est si ordinetur ab Episcopo, qui dubitetur esse talis.

Quo verò ad Episcopos suspensos, excommunicatos, ac depositos, seu degradatos, idem est dicen-
31 dum, quod scilicet scienter ab iis recipientes Ordines, incurrant certò certiùs suspensionem, quam itidem incurrunt, si qui receperunt ignoranter ex supra firmatis, cùm hujusmodi Episcopi non habeant facultatem concedendi exercitium Ordinis, quod ipsi non habent. Imò in dicto casu scientiæ, tam ordinantes, quàm ordinati, peccant, cùm utrique committant delictum mutuò cooperando in illud, Fagn. *cit. cap. quod à prædecessore num. 64. de Schismat.*

Hoc tempore tamen hujusmodi ambages cessant, &
citati Canones, ac Doctorum traditiones, veluti D. 32
Thomæ, aliorumque, qui scripserunt ante Extravagantem Martini V. locum ampliùs non habent. Siquidem hodiè citra controversiam est, non solùm validè Ordinem conferri ab Episcopo Simoniaco suspenso, & excommunicato, sed etiam Ordinum executionem, itaut licitè ministret ordinatus, dummodò Episcopus non fuerit publicè denunciatus, ex dispositione *Extravagantis Martini V. in Concilio Constantiensi* editæ, quæ incipit *Ad evitanda*, qua cavetur, ut non debeat vitari quicumque suspensus, vel excommunicatus, nisi sit declaratus talis, vel sit notorius Clerici percussor, ea ratione, ne permittatur subditis ex quocumque rumore proprium Episcopum vitare, & spernere cum eo palliato colore, vel scrupulosa conscientia, ut de Monacho illo Chartusiano dixerat *Innocentius III. in cit. cap. per tuas de Simonia.* Et de Episcopo Simoniaco advertit Gonzal. *ibid. num. fin.* in terminis Extravagantis prædictæ, & generaliter de quocumque Episcopo excommunicato, interdicto, & suspenso, Sot. *in 4. dist. 25. quæst.* 1. Navarr. *cons.* 10. *num. 2. de haret.* Henriquez *de excomm. cap.* 39. *nu.* 1. Sylvest. *quæst. 7. §. 4. nu. 6. concl.* 16. Sanchez *de matrim. lib. 3. disp 22. nu. 3. ver. verius, & lib. 7. disp. 9. num. 6. & seq.* Barbos. *cit. alleg. 3. nu.* 17. & tali pacto interpretantur Doctores, qui dicunt, quod ut non conferatur executio Ordinum ab Episcopo Simoniaco, seu excommunicato, requiratur, ut sit publicè Simoniacus, seu excommunicatus, hoc est per declaratoriam, ut apud Barbos. *cit. cap. ab excommunicatis 4. 9. quæst. 1.*

Idque providè fuit actum, ne prætextu simulato Si-
moniæ, vel alterius delicti, Episcopi dissimularentur 33
à subditis, istique de propriis Pastoribus, ac Patribus Judices redderentur, ut præcisè similem eventum advertunt Surius *de Vita S. Jo. Gualberti die 12. Julii cap. 6. D. Petrus Damianus lib.* 8: *cap. 11. ad Cives Florentinos*, & docent Gonzal. *cit. cap. per tuas num. fin.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 28. ver. 7. quæritur*, Murga *ad Constit. D. Benedicti ad 6. Alex. IV. §. 7. num.* 403. ubi refert dictam Extravagantem per extensum, Rota *dec. 534. num. 3. & fin. part. 1. recent.* Et si verò de dicta Extravaganti Martini aliqui dubitaverint, dum ex relatione D. Antonini *in summa part. 3. tit. 25. cap.* 3. mentio primò habeatur, tamen ejus legalitas comprobatur nedum ab innumeris Doctoribus, sed ab usu communi, Ecclesiæ consensu jamdiù firmato, ac recepto, Suar. *de Censur. disp. 9. sect. 2. num.* 5. & alii citati, ac infra adducendi.

Unde firmum remanet, post dictam Extravagan-
tem Constantiensem cessasse effectum suspensionis in 34
ordinatis ab Episcopis censuris obnoxiis, dummodò non sint publicè denunciati tales, aut notorii Clerici percussores, in quibus remanet quod supra dixi observandum indistinctè. Limitatio itaque in istis Episcopis toleratis est certa, quia cum Extravagans mandet, ne ii non debeant vitari, habilitat ordinatos ad recipiendam executionem Ordinum, prout recipiunt ab Episcopis non censuratis; ut ratiocinatur Sanchez *cit. lib. 7. disp. 9. nu. 8. & sequ.* Et quamvis Fagn. *in cit. cap. quod à prædecessore de schismaticis* asserat dictæ Extravaganti Martini V. fuisse additum per Constitutionem Concilii Lateranensis sub Leone X. referendo tenorem utriusque Constitutionis, itaut illa Lateranensis addat primæ, ut non solùm denunciati, & notorii Clericorum percussores, sed notorii quicumque excommunicati vitari debeant, quando Constitutio Martini vult, quod vel sint denunciati, vel notorii Clerici percussores tantùm, ita quod notorietas requiratur solummodò in dictis percussoribus; tamen *idem* Fagnan. benè addit dictam La-

teranensem fuisse solùm insertam in Concordatis Galliæ, ut ibi *num.* 85. §. *Conclusio ver. cogitandum*, *& num.* 89. quapropter ea non est universaliter extendenda, imò idem Auctor *nu.* 61. docet in praxi servari Constitutionem Martini, & plenè Murga *cit. numer.* 403. *ver. hactenus*, *& disqu. moral. & Can. disqu.* 2. *dub.* 3. *num.* 3. *&* 4. Rota *cit. decis.* 534. *num. fin. part.* 1. *rec.* ubi distinguit inter ordines,
35 & beneficia. Quare concludendum recipi ab Episcopo Simoniaco, suspenso, seu excommunicato nedum validè ordinem, sed etiam executionem ordinis, nisi ordinans sit publicè denunciatus, vel notorius Clerici percussor, & dummodò in illius collatione servetur forma Ecclesiæ.

Imò etsi aliqui etiam ex recentioribus dixerint
36 peccare recipientes ordines à prædictis etiam toleratis, ut Suar. 3. *part. quæst.* 65. *art.* 4. *disp.* 18. *sect.* 5. *col.* 5. *litt. B.* ibi: *Quia quamvis ex ratione excommunicationis solùm astringantur fideles vitare excommunicatum denunciatum, aut notorium Clerici percussorem, ac proindè ab aliis excommunicatis non interdicatur illis recipere Sacramenta; at ex vi legis charitatis de vitando scandalo, & generalis obligationis non cooperandi ad peccatum, nec recipiendi Sacramenta à Ministro quomodocumque excommunicato, quia iste peccat ministrando*; & Fagn. *cit. cap. quod à prædecessore num.* 64. *& num. seq.* quod non valeat consuetudo in contrarium. Tamen dicendum quidquid esset semota Constitutione illa Constantiensi, post istam, nulla cadit difficultas, ut neque peccent ordinati à toleratis prædictis, quia possunt cum hujusmodi toleratis licitè tam extra quàm in Sacramentorum administratione communicare, ut latè Sanchez *de Matrimonio cit. lib.* 7. *disp.* 9. *num.* 6. *& num.* 8. *& seq.* ubi alii Doctores ex communi sententia, & fatetur idem Fagn. *num.* 64. *vers. tamen.*

Disputant etiam Doctores, an peccet ordinans Censuris obnoxius, & toleratus? Et negant quatenus petenti administrationem Sacramentorum ministret illa; nam in tali casu nequit denegare administrationem ex vi dictæ Extravagantis Constantiensis, qua statuitur illum non esse vitandum. Et quamvis eadem Constitutio præservet, non intelligere relevare censuratos, tamen cùm permittat actum petitionis, & administrationis ordinum, non videtur velle punire actum, quem permittit, Sanchez *cit. ubi alii Doctores.* Verùm semper dicerem, quod si posset ordinans censuratus, ac toleratus, se abstinere debet; quia verè Constitutio Constantiensis voluit providere communi bono fidelium. Et quamvis indirectè videatur permisisse actum simul gerendum inter administrantem, & recipientem Sacramenta à Censuratis, aliàs posset dici permisisse peccatum ex parte ministrantis cum Censura, quod non est dicendum; tamen quia id egit in gratiam eorum, qui Sacramenta recipere debent, ideò si ipsi non petant, peccarent administrantes ultrò se offerentes, nam dicta Constitutio expressè dixit nolle relevare ipsos Censuratos. Nec potest dici, quod si ministrans petat administrare, pro ut ipse peccat ex dictis, ita recipiens, qui acquiescit, cùm tale peccatum in acquiescente, & recipiente nequeat considerari ratione excommunicationis; quoniam effectus ipsius in tali administratione fuit sublatus per Extravagantem in tolerato Censuris obnoxio; nec etiam ratione cooperationis, quia recipiens administrationem, utitur jure suo, & cooperatur in eo, quod quis tutè agit, etsi cum illo, qui malè facit, ut est in eo, qui recipit ad usuram ab Usurario, ut sibi consulat, non peccat, ut in his terminis docuit Sanchez *cit.* cum ibi adductis.

Nec prædictis ita firmatis circa dispositionem di-
37 ctæ Extravagantis obstat Textus *in cap.* 2. *de ordinat. ab Episcopo, qui ren. Episcop.* Nam ille emanavit tempore Alexandri III. longè ante Martinum V. ultra quod ibi erat casus Episcopi publicè excommunicati, licèt Ordinatus id agnoverit; hoc enim casu quamvis Ordinatus ignoraverit, si tamen ignorantia fuerit supina, & privata, non suffragatur, nam in facto publico, quod tenetur quis scire, habetur pro sciente.

Nec minùs est allegabilis in contrarium Textus *in cap.* 2. *de temp. Ordin. in* 6. ubi Papa permittit quibuscumque, ut ordinari possint à viciniori Episcopo, si notoriè constet proprium Episcopum esse suspensum, ex eo, quia alienum subditum ordinaverat. Ergo Episcopus suspensus non potest adiri ad validam ordinationem ab eo recipiendam, saltem quoad executionem.

Nam secundùm Doctores habetur talem Episcopum, de quo in textu, idcircò fuisse vitandum, quia erat denunciatus suspensus, ut latè Sanchez *lib.* 7. *opusc. cap.* 20. *num.* 11. Pax Jordan. *cit. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 155. & ad hujusmodi denunciationem aliqui dicunt requiri declarationem Metropolitani, alii verò cujuscumque Judicis competentis, Passerin. *ad cit. cap.* 2. *num.* 32. Et licèt ex Gloss. *ibid. ver. manifesta*, videatur sufficere notorietas facti, ut sentit *cit.* Passerin. certum tamen est, dictum Textum fuisse latum in Concilio Lugdunensi tempore Gregorii X. longè ante Extravagantem præfatam Martini V. & quod intelligi debeat de denunciato, dicam infra in alio Commentario *ad Constit. unic.* Urbani Secundi. Ultra quod ex provisione dicti textus, fuit in odium Episcopi concessa libertas Clericis alium adeundi, non tamen ex hoc infertur ad suspensionem ordinis, nisi recipiatur ab eo, qui sit publicè denunciatus, etiamsi scienter quis ab eo ordinem recipiat. Unde Sac. Congregatio Concilii in una Flandriæ die 15. Novembris 1653. proposito dubio, *An*
Episcopo per Sedem Apostolicam notoriè suspenso possint illius subditi cum litteris dimissorialibus Capituli Ecclesiæ Cathedralis validè Ordines recipere ab Episcopo viciniori? Respondit affirmativè, si declaratus fuerit suspensus, ut refert Pignatell. *consult.* 423. *tom.* 1. 38

Prædicta tamen limitantur, quod recipiatur usus
ordinis in casu, quo Episcopus non sit declaratus 39
suspensus, vel excommunicatus, & aliàs juxta dictam Extravagantem Martini. Nam non procedit in Simoniacè promotis, quia, ut dixi suprà, contra hos adsunt pœnæ suspensionis ipso facto, quia cooperantur delicto, nec potest eis suffragari bona fides, quæ fuit causa dictæ Extravagantis Martini, prout pœnas indixerunt citatæ Constitutiones suprà relatæ *num.* 8. *& seq.* ubi quod potest absolvere sola Sedes Apostolica, & sic incurrunt Simoniaci promoti suspensionem, absque eo quod Ordinarius Simoniacus, fuerit denunciatus suspensus, aut excommunicatus.

In materia Episcoporum suspensorum, prout sunt ferè omnes Episcopi Græci perambulantes huc illuc,
debent Episcopi cautè advertere, ut non ordinent; 40
hinc Sacra Congregatio Concilii in Hispalen. 30. Martii 1686. rescripsit: *Quoad præteritum scribatur Nuntio Apostolico Hispaniarum, ut interdicat prætensis Episcopis, de quibus agitur, usum, & exercitium Pontificalium, quousque isti doceant de eorum legitima ordinatione, & ordinati per eos suspendantur à propriis Ordinariis, donec docuerint coram eisdem fuisse ritè, & legitimè ordinatos. Quo verò ad futurum, supplicetur Sanctissimo, ut dignetur per suum motum proprium mandare Archiepiscopis, & Episcopis, & cæteris Ordinariis Hispaniarum, ne admittant ad exercitium Pontificalium, & collationem ordinum Episcopos, qui non sint de ritu latino.*

CON-

CONSTITUTIO UNICA GREGORII VII.

incipiens (*Beate Petre.*)

EPITOME BULLÆ.

GREGORIUS PAPA VII. &c.

Iste Pontifex excommunicavit Henricum IV. dictum Imperatorem, eumdemque deposuit, ac absolvit Vassallos à juramento fidelitatis, nec non jussit alium eligi loco ejusdem, ipsumque posteà absolvit, & iterùm excommunicavit, confirmavitque electionem Rodulphi Imperatoris ejus loco electi.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Gregorii VII. indoles, mores, gesta, constantia recensentur, & num. seqq.*

2 *Formula, qua dictus Gregorius à Cardinalibus electus fuit, ponitur per extensum.*

Ejus laudes, & encomia, quæ in dicta formula continentur.

3 *Obiit Salerni, ad quam Civitatem Corpus D. Matthæi ex Æthiopia transferri curavit.*

4 *Calumniis à Schismaticis, & Regis fautoribus, fuit indignè impetitus.*

5 *Ejus tamen sancta, & veneranda opera à probis, & sapientibus viris, imo & à tota Curia cognoscebantur.*

Epitaphium in ejus sepulchro, ibid.

6 *Mathildes fuit mulier probatissimis moribus, & de Romani Pontificis, ac Ecclesia dignitate optimè merita.*

Magnanimitas ipsius ita fuit, ut aliquantulum donasse dixerit, cùm amplum Dominium Ecclesiæ contulerit, ibid.

7 *Imperator nondum à Papa coronatus non dicitur propriè Imperator, sed Rex.*

8 *Somnium Agnetis Augustæ, dum in utero gerebat Henricum IV.*

9 *Henricus IV. Ecclesiam agitavit primò sub Alexandro II. deindè sub Gregorio VII.*

10 *Sacerdotes in Germania tempore Henrici, publicè, & impudenter meretrices habebant, & uxores ducebant.*

11 *Gregorius ad extirpanda tam perniciosa facinora Legatos ad Henricum misit, & plura Concilia congregavit.*

12 *Henricus IV. jam excommunicatus, pœnitentiam simulans, absolutionem humiliter petiit, sed deinde ad pristina facinora statim prorupit.*

13 *Henricus impulsu Archiepiscopi Ravennaten. Pseudo-synodum VVormatiensem congregari curavit contra Gregorium VII.*

14 *Gregorius fuit in dicto Conciliabulo de pluribus delictis enormiter accusatus, & Pontificatu spoliatus.*

15 *Ipse viceversa Henricum, & omnes Conventiculi VVormatiensis administros excommunicavit, & subditos erga Henricum à juramento fidelitatis absolvit.*

16 *Mors miseranda Guillelmi Episcopi Trajectensis paulò post excommunicationis sententiam.*

17 *Henricus ad evitandam Populi seditionem, Italiam petit, & opera Mathildis, absolutionem à Papa obtinet, eique, & toti Curiæ, mediante juramento, pacem, & securitatem promittit.*

18 *Sed paulò post perjurus, fuit à Principibus Germaniæ exauthoratus, suffecto in ejus locum Rodulpho.*

19 *Gregorius, iterum excommunicans Henricum, Rodulphi electionem approbavit.*

20 *Antipapa per hoc tempus sub nomine Clementis III. diuturno schismate Ecclesiam, & Gregorium agitavit.*

21 *Electio Rodulphi à Germaniæ Proceribus facta fuit, inscio Gregorio.*

22 *Depositio, & privatio Henrici facta à Pontifice fuit à nonnullis improbata, tamquam nova, & insubsistens.*

23 *Ostenditur, hoc factum Pontificis in deponendo Henrico fuisse jure licitum, & exemplo non novum.*

24 *Summus Pontifex in persona D. Petri curam omnium Christi Fidelium indistinctè recepit.*

25 *Reges, & Principes cùm inserviant ad aliorum exemplum, speciali modo sub cura Summi Pontificis comprehenduntur.*

26 *Summus Pontifex potest ex causa nedum pœnis spiritualibus, sed etiam temporalibus in Laicos etiam Reges procedere.*

27 *Hanc potestatem Summus Pontifex habet certè saltem indirectè, & secundariò, quatenus conducit ad finem supernaturalem, & numer. 39.*

28 *Traditur ratio prædictæ Conclusionis.*

29 *Confirmatur authoritate Conciliorum Generalium, & Gestis Summorum Pontificum, & num. seq.*

30 *Adducuntur exempla eorum Pontificum, qui hanc potestatem in Imperatores, & Reges exercuerunt.*

31 *Hæc potestas Papæ supra Reges latissimè inter alios comprobata fuit ab Auctore libri Oecumenica Cathedra Apostolica, &c.*

32 *Concilium Tridentinum etiam hanc potestatem exercuit supra Imperatores, & Reges.*

33 *Comprobatur ulteriùs ex cap.* venerabili de Electtion. *& ex aliis Juribus.*

34 *Summus Pontifex sicut potest indignum Imperatorem rejicere, ita & deponere.*

35 *Potest etiam Imperatorem creare.*

36 *Omnes potestates temporales prodeunt à potestate spirituali, & eidem subdita sunt.*

37 *Referuntur Doctores, qui hanc eamdem veritatem docuerunt.*

38 *Potestas hæc Papæ supra Reges est indirecta.*

39 *Opinio tribuens Papæ prædictam potestatem supra Reges etiam directam, non est communis.*

40 *Jurisdictiones sunt invicem separatæ, sed temporalis ratione finis supernaturalis, subjicitur spirituali.*

41 *Exitus infelix Henrici, quem Sedes Apostolica privatione Imperii mulctavit.*

Hildebrandum illum, quem in antecedentium Summorum Pontificum gestis meritissimum S. R. E.
Cardinalem constanter se gerentem contra conatus 1
perversos Henrici IV. Romanorum Regis, Historici referunt, nunc dignissimum Pontificem Maximum sub nomine Gregorii VII. propono, eadem, imò sublimiori virtute præditum, dum per tresdecim ferè annos sui Præsulatus quàm constantissimè se opposuerit dicto Imperatori in Ecclesiam sævienti, breviter dicam.

Mortuo igitur Alexandro II. successit Hildebrandus iste, qui Patriam Soanam in Tuscia, seu Hetruriæ Civitatem sortitus fuit, Patrem Bonicium non fabrum lignarium, quod per ignominiam adversarii objecisse feruntur, sed ex nobili, & antiqua familia

Aldebrandescorum Comitum Soanensium, juxta *Oldoinum ad Ciac. anno* 1073. *fol.* 855. Cujus opinio videtur verior ex quadam inscriptione in Ecclesia Metropolitana Senarum, & ex multis aliis, quæ adducit. Cùm puer luderet ramentis, seu segmenis variis, licèt nondum sciret litteras, casu elementa illa formavit, ex quibus simul conjunctis illud Davidicum exprimebatur oraculum, *Dominabitur à mari usque ad mare*. Ipse igitur puerili in ætate se subtraxit ab omni mundana labe, & adolescens jam suæ perfectæ indolis indicia præbuit, itaut ab omnibus spes ejus felicis exitus haberetur; Monachus Cluniacensis factus ex ingenti ardore, & pro majori commodo litteris vacandi, magis in vitæ perfectione, & Sacrarum litterarum studio profecit, itaut Romam à Superioribus accersitus, inibi propriam virtutem magis probans, à Leone IX. Summo Pontifice Archidiaconus S. R. E. & Cardinalis creari meruerit, & sub quatuor Pontificibus suæ doctrinæ, & invictæ constantiæ pro Ecclesiæ libertate, experimenta dedit; tandem anno 1073. decimo Kal. Maji, omnium consensu creatus fuit Summus Pontifex. Cujus vita cùm tot contineat præclara gesta, ut integrum volumen requirerent, legi poterit apud Ciaccon. *tom.* 1. *fol.* 840. Illud tantùm hìc adjiciendum præ cæteris puto, nempè electionis formulam ab Electoribus præstitam, dum Beati Petri Sedi illum præposuerunt, relatam in Gregoriano *fol.* 76.: *Nos S. R. E. Cardinales Cleri-*
2 *ci, Acolyti, Subdiaconi, Presbyteri, præsentibus Episcopis, Abbatibus, multisque præterea tum Ecclesiastici tum Laici ordinis adstantibus, eligimus hodie decimo Kal. Maji anno Salutis millesimo septuagesimo tertio in Basilica S. Petri ad Vincula in verum Christi Vicarium Hildebrandum Archidiaconum Virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, justitiæ, constantiæ, Religionis, modestum, sobrium, continentem, domum suam gubernantem, pauperibus hospitalem, in gremio S. Matris Ecclesiæ liberè à teneris annis usque ad hanc ætatem educatum, doctum, quem quidem cum ea potestate Ecclesiæ Dei esse volumus, qua Petrus, Dei mandato, quondam præfuit*. Hæc est igitur formula, nedum creationis, sed potiùs Canonizationis hujus egregii Pontificis, de quo benè prædicari poterit dictum Salomonis *Eccl. cap.* 14. *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua*. Quandoquidem Magnus hic Heros tot adversitatibus, calumniis, & vexationibus ab Henrico, ejusque fautoribus Schismaticis impetitus, itaut etiam illi Antipapa Clemens III. dictus opponeretur, ut dicam, numquam deterreri valuit, ut minimùm quidem sui invicti animi constantiam flecteret. Salerni aliquandiù moram traxit, quò à Rodulpho electo Imperatore loco Henrici exauctorati post Urbis ab obsi-
3 dione Schismaticorum liberationem perductus fuerat. In eamque Civitatem curavit maximis incommodis, & impensis adduci ex Æthiopia Corpus D. Matthæi Apostoli, vel, ut alii dicunt, inibi diu occultatum ob bellorum metum, quod maxima veneratione in ea Metropolitana colitur, ubi sunt Canonici Cardinales deferentes Rocchettum, & Mozzettam rubeam. Demum verò plenus meritis Salerni obiit 8. Kal. Junii 1085. postquam regnavit Annos duodecim, Mensem unum, & dies tres.

Et quidem Schismatici, ut dicam, nedum in Gre-
4 gorium sævierunt tot tantisque dictis, atque perversis gestis, sed linguas eorum acuerunt sacrilegè illum imputando Simoniacum, & Magum horrenda blasphemia, quòd hanc diabolicam artem hausisset ex Laurentio Archiepiscopo Amalphitano viro alioquin sancto, ejus magistro, ut Benno Schismaticus tam impiè scriptis mandavit. Ita etiam in eum blaterarunt, ex familiaritate speciali habita cum Mathilde tam pia Principissa, imò ut dicam valdè opportuna iis temporibus, quibus Papa angustius urgebatur ab Henrico Ecclesiæ publico hoste, prout eventus spem non frustravit; Mathildes enim, utpote in Italia maximè potens, nedum ejus opibus, & viribus Summum Pontificem incolumem ab injuriis vindicavit, sed Petri Sedis dominium temporale sua munificentia dilatavit.

Quàm improbè igitur insævierint Schismatici in famam utriusque, pudet dicere. Causam verò reticere non debeo adductam à Scriptore Germano illius temporis nempè Lambert. Schafn. *Undè nec evadere potuit incasti amoris suspicionem, passim jactantibus Regis fautoribus, & præcipuè Clericis, quibus illicita, & contra scita Canonum conjugia prohibebat, quod impudenter Papa &c.* Et infrà: *Sed apud om-* 5
nes sanum aliquod Sapientes hoc clarius constabat, falsa esse quæ dicebantur, nam & Papa tam eximie, tamque Apostolicè vitam instituebat, ut nec minimam sinistri rumoris maculam conversationis ejus sublimitas admitteret, & illa in Urbe celeberrima &c. Illumque Pontificem summis laudibus exornavit idem Lambertus Schafn. aliàs Schafnaburgensis, de rebus Germaniæ ad ann. 1074. illum nominans virum sacris litteris eruditissimum, & in tota Ecclesia tempore quoque priorum Pontificum omni virtutum genere celeberrimum, prout digno honore prosequitur eumdem præconiis eximiis Labbè *Concil. tom.* 10. *col.* 1. *in principio*, *Christian. sup. tom.* 3. *in ejus Vita dissert.* 1. *procemial. de latin. Cleri continentia*, ubi refert opera insigniora illius Pontificis, quoad continentiam inductam in Latino Clero, tantoperè oppugnatam à Germanis, qua de causa tot exorta fuerint jurgia, prout Baylus *in suo dictionario historico par.* 2. *fol.* 1301. *col.* 1. §. *que son Cadavere*, refert Epithaphium ipsius in Civitate Salerni hoc pacto inscriptum: *Gregorio VII. Soanensi Pont. Opt. Max. Ecclesiasticæ libertatis vindici acerrimo, assertori constantissimo, qui dum Romani Pontificis auctoritatem adversus Henrici perfidiam strenuè tuetur, Salerni sanctè decubuit anno Dom.* 1085. 6. *Kal. Jun. Marcus Antonius Columna Marsilius Bononiensis Archiepiscopus Salernitanus cum illius corpus post quingentos circiter annos Sacris amictum, ac ferè integrum reperisse, ne tanti Pontificis Sepulchrum memoria careret, Gregorio XIII. Bononiense sedente anno Dom.* 1578. *pridie Kal. Quinctilis*.

Non autem ea tempestate fuit acie tam hebete Romana Curia, ut opera adeò eximia hujus Pontificis penitus non scrutaretur. Idque asseritur in Epistola, quam scripsit Mathildæ, nonne suavissimo flagrante Sanctitatis odore? *Ut in lib.* 1. *Epist.* 47. & 56. Sin- 6
gularis fuit virtus illius Regiæ Mulieris, non alio auro intexenda, nisi illo tam sancti, & pii Pontificis, cujus statum ærumnis plenum numquam non fuit ipsa miserta. Post enim obitum Ducis Gothefridi ejus Viri, semper illi maxima constantia, & pietate adhæsit. Et si verum dicere velimus, adhærebat non Hildebrando, sed Gregorio, non personæ, sed dignitati, quæ jam ad occasum vi tyrannica Henrici propemodum adduci videbatur. Undè sequitur cit. Lambert. Schafn. *Post cujus mortem Romani Pontificis lateri penè comes individua adhærebat*. Cùmque magna pars Italiæ ejus pareret Imperio, & omnibus, quæ ad vitam necessaria sunt, suprà cæteros terræ illius Principissæ abundarent; ubicumque opera ejus Papa indiguisset, ociùs aderat, & tamquam Patri, & Domino sedulò eorum officium cuncti exhibebant. Plures fuere largitiones, quas Ecclesiæ Romanæ contulit illa magnanima Principissa, sed quod de ejus animi magnitudine apprimè denotatur, est, quod cùm ei donasset Ditionem per viginti milliaria extensam, in donatione dixit: *aliquantulum terræ concedo*, ut notat Glossa *v. modica l. sed etsi* 52. §. *si Libertis de Judiciis*.

Deveniendo igitur ad causam hujus Constitutionis, sciendum est, Henricum supradictum, qui Rex di- 7
citur, non autem Imperator, dum non fuerat coronatus a Papa, prout dicitur de quocumque Imperatore non coronato, admirabili signo nativitatem 8
suam

suam sortitus fuit, nam Agnes ejus mater ipsum in
utero gerens, per somnum vidit, se Draconem fer-
re. Et licèt habuerit Hugonem Virum Sanctum
Cluniacensem Abbatem è Sacro fonte susceptorem,
tamen valdè dissimilis ei fuit, nam annis excretus
9 inimicus Ecclesiæ evasit, & ultra quod tempore
Alexandri II. insurrexit contra Ecclesiam, Alexandro
mortuo, nedum destitit, sed magis inferbuit tempo-
re Gregorii successoris.

10 Hic ergò Pontifex ferventi Dei zelo præditus, sta-
tim ac in Divi Petri Sede fuit collocatus, aspiciens
miserandum statum Cleri in Germania, cùm non eru-
bescerent Sacerdotes publicè meretrices habere, &
conjugia facere, misit Legatos ad Henricum, & Agne-
11 tem Matrem, quæ Romam se contulerat, & licèt
verbis videretur Rex pœnitens, factis tamen id non
comprobavit, suasu præsertim Archiepiscopi Bremensis.
Convocavit itidem Gregorius Concilium Romanum
anno 1074. juxta Baron. ad reformandum hunc abu-
sum irreptum, de quo malè sensit Clerus Germanus.
Plura etiam alia Concilia coadunavit juxta Labbè *to.*
10. *Conc. fol.* 381. *& seq.* & misit Legatos ad Henri-
cum, ut observantiam Decretorum in Concilio spe-
ciali congregato editorum promoveret, sed frustrà.
Nam licèt Henricus notoriè excommunicatus, notori-
12 è Simoniacus, & usurpator jurium Ecclesiæ, præci-
puè investiendo de rebus Ecclesiasticis, prout fecisset
de Laicis, Clericos, ab initio erga Legatos benignè se
gereret, cùmque domestico bello vexaretur, itaut
petierit humiliter absolutionem excommunicationis;
tamen sedatis rebus familiaribus, iterùm ad pristina
facinora prorupit; unde Gregorius convocato altero
Concilio Episcoporum, anathematizavit plures Epis-
copos fautores Guiberti Archiepiscopi Ravennaten.
qui jam contra Ecclesiam ope dicti Henrici caput
erexerat. Quapropter consilio perfidi Archiepisco-
pi Bremen. ita Deo disponente, ut plerumque Ec-
clesiastici fiunt ministri Diaboli contra Ecclesiam,
quo modo Judas Apostolus Christum prodidit, Arius,
Dioscorus, Eutyches, Acacius priscis temporibus,
Lutherus etiam, Calvinus, aliique ferè hisce nostris Ec-
clesiam dilaniarunt, quos recensent Ecclesiasticæ hi-
storiæ scriptores, Consilio, inquam, dicti Archie-
piscopi seductus, & incensus à Conjugatis Presby-
13 teris timentibus justitiam Gregorii, præfatus Henri-
cus maximum facinus aggressus fuit, nam convo-
cato Vvormatiensi Pseudo-Synodo concursu plurium
Procerum, & Episcoporum, ac Abbatum malè se-
centium justam correctionem morum à Gregorio pro-
motam, & inibi hunc accusatum pluribus enormibus
14 delictis, statim spoliarunt Pontificatu, quo audito
facinore nil commotus Gregorius, Synodum con-
gregatam Romæ de hoc certiorem reddidit, ac eo-
rum Patrum consilio in Imperatorem anathematis
sententiam promulgavit anno 1076. juxta *Conc. Rom.*
3. sub Gregorio VII. *cap.* 16. *edit. Paris. tom.* 10.
15 *fol.* 355. illumque Imperio spoliavit, ac subditos à ju-
ramento fidelitatis absolvit, & Episcopis, & Princi-
pibus Germaniæ omnia hæc gesta scripsit eodem an-
no 1076. à Nativitate, & ab Incarnatione 1075.
monendo, ut Henricum vitarent, iisdemque signifi-
cans, si Henricus non resipisceret, alium Regem
se daturum esse, *Greg. lib.* 3. *Ep.* 6. *col.* 4. *Ep.* 2. *&*
3. Excommunicavit quoque Conventiculi Vvorma-
16 tiensis administros; cujus sententiæ vim statim ex-
pertus fuit præcipuus ejus fautor Guillelmus Episco-
pus Trajectensis paulò post spiritum reddens inter
miserandos dolores, ultimò sic exclamans, amittere
præsentem, & æternam vitam, ex eo quod in Gre-
gorium insanivisset.

Hoc Ecclesiæ fulmine tactus Henricus, non se com-
movit ad opportunum consilium, sed videns à Pro-
ceribus, & subditis in abominationem prius & de-
17 inde in apertam seditionem iri, simulavit ostendere
se pariturum Ecclesiæ præceptis. Unde Italiam ve-
nit, ut absolutionem exciperet, & causam rebellio-
nis Principibus Germaniæ tolleret. Hinc ope Mathil-
dis Comitissæ, & Abbatis Cluniacensis Hugonis ejus
patrini cum Gregorio se conciliavit in Arce Canusii
in Tuscia, quò se Pontifex perduxit; ibique recepto
Henrico ad Missarum solemnia, in quibus Papa, ac-
cepta parte mysteriorum rogans Deum, ut si reus
esset, subita periret morte, aliam partem Henrico
obtulit. Sed eam recipere non fuit ausus, ibique ab-
solutionem accepit, dato priùs juramento, quòd om-
nia delicta sibi à subditis objecta intra terminum à
Papa dandum, vel mediante justitia, vel concordia
per ipsum Pontificem purgare vellet, securitatem Pa-
pæ, ejusque Curiæ promittens.

Non tamen diu perstitit perjurus Rex in obser-
vantia hujus juramenti; nam denuò in Gregorium, 18
Ecclesiamque Dei erupit, numquam enim est vera
pœnitentia quæ ex corde non oritur. Unde Princi- 19
pes Germaniæ in eum denuò irruperunt, ac Ro-
dulphum Sueviæ Ducem Henrico exautorato, inicio
tamen, & inconsulto Papa, crearunt Regem, &
Gregorius iterum excommunicavit Henricum, ejus-
que degradationem approbavit, ac confirmavit ele-
ctionem Rodulphi. Hæc omnia breviter recenset iste
Pontifex in hac Constitutione.

Hoc tempore nempè anno 1080. creatus fuit An- 20.
tipapa Gibertus de Corrigia Archiepiscopus Raven-
næ supra enunciatus dictus Clemens III. Parmensis,
ope dicti Henrici, ac ejus fautorum, cum quo Pseu-
do-Pontifice Gregorius tam gravia habuit jurgia, ut
etiam Romæ obsessus, & captus fuerit, ut plenè in
ejus Vita apud Panvin. in Platin. *& plenè Ciaccon.*
tom. 1. *in Vitis Pontificum fol.* 870. duravitque hoc
Schisma usque ad annum 1101. in quo obiit Clemens
III. tempore Pontificis Paschalis Secundi.

Ex his dubitari potest, an electio Rodulphi fuerit
facta, inscio Gregorio? Et ita fuisse, dicendum ex 21
ore ipsius Pontificis tam eximii in ultima parte dictæ
ejus Constitutionis, & comprobat Baron. *to.* 11. *pag.*
509. *& Ciaccon. in ejus Vita*; quod gestum Grego- 22
rii in deponendo Henrico, ac absolvendo subditos à
juramento, uti attentatum, & prorsùs novum aliqui
Henrici fautores existimarunt, unde *Otho. Frising.*
lib. 6. *cap.* 35. dixerat: *Lego, & relego Romanorum*
Regum, & Imperatorum gesta, & nusquam invenio
quemquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excom-
municatum, vel Regno privatum, quod tamen verum
non est neque jure, neque facto; jure etenim cùm 23
S. Pontifici in persona D. Petri fuerit commissa à Chri-
sto Domino cura omnium Christi fidelium indistinctè 24
Pasce oves meas, & cùm ad exemplum Regis totus
componatur Orbis, eò fortiùs Papa curare debet, ut
Reges, & Principes rectè se gerant, ut bene scripsit 25
Innocentius III. *in cap. solite de major. & obed.* ibi:
debitum igitur Pastoralis Officii exequentes, cum obse-
cramus, arguimus, increpamus, & non solùm alios,
sed Imperatores, & Reges, importunè, & opportunè.
Et clara sunt verba *in Matth. cap.* 16. *quodcumque li-*
gaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis. Ver-
bum enim *quodcumque* nihil excludit, ut explicat Car-
din. Bellarm. *de Rom. Pontif. cap.* 12. *& lib.* 4. *cap.* 15.
& seq. Baron. *tom.* 10. Annal. anno 870. Itant nedum
excommunicatione, sed etiam pœnis temporalibus in 26
laicos, & Reges veriari dicendum est posse Summum
Pontificem ex justis causis, quidquid sit an directè,
cùm Regnum Christi non sit de hoc mundo, sed 27
certè indirectè, & secundariò, quatenus conducit ad
finem supernaturalem, vana enim esset hæc cura Pa- 28
pæ, ut omnes fideles Christi sanguine redempti sal-
varentur, ad quid enim data fuit plena potestas Petro
à Christo Domino, si abscindere nequiret Caput, ad
exemplum cujus omnes oves totius Regni fœdari pos-
sent? Et sicuti omnis Rex profitetur se esse talem, pro-
ut verè est, Dei Gratia, sicuti se rebellem faciendo
erga Deum, privatur illo jure, ut dicam, infeuda-
tionis in tali Regno à Deo sibi dato, ita spectat ad
ejus Vicarium hoc declarare. Hoc videtur nedum do-
cisum à pluribus gestis, ut dicam, SS. Pontificum etiam
inter Sanctos adscriptorum, sed ex Conciliis Genera- 29
libus,

libus, præsertim in illo Laterani sub Innocentio III.
cap. 3, *de hereticis* ibi : *Si verò Dominus temporalis*
requisitus, & monitus terram suam purgare neglexerit
ab hac heretica fœditate, per Metropolitanum, &
cæteros Comprovinciales Episcopos excommunicationis
vinculo innodetur, & si satisfacere contempserit, infra
annum denuncietur hoc Summo Pontifici, ut ex tunc
ipsos Vassallos ab ejus fidelitate denunciet absolutos, &
terram exponat Catholicis occupandam, qui eam, ex-
terminatis hereticis, sine ulla contradictione possi-
deant. Et infra : *eadem nihilominus lege servata cir-*
ca eos, qui non habent Dominos principales. Ita an-
no 730. longè ante tempora Gregorii VII. alter
30 Gregorius Romanum Imperium ab Imperio Orien-
tali segregavit, Baron. *cit. ann.* 890. *tom.* 10. Sic anno
75. Zacharias Pontifex transtulit titulum Regis à
Childerico in Pipinum, *can. alius* 15. *quæst.* 6. Exem-
plum Innocentii IV. contra Fridericum Imperato-
rem, & alia recentiora adsunt, ut B. Pii V. contra
Reginam Angliæ, ac in sequentibus Bullis referam;
optimo enim jure inductum fuit, ut qui pro amo-
re Dei, & Officii dignitate non corriguntur, vere-
cundia servili, & objurgatione populi resipiscant,
ut dixit Gregorius noster in ejus decreto contra for-
nicarios relato in Annal. *lib.* Roger. Novedens. &
Simeon. Dunelmens. & Christian. Lup. *cit. dissert.* ubi
plura refert de Gregorio *fol.* 47. *& seq.*

Sed hujusmodi Pontificia auctoritas optimè com-
31 probatur à Doctoribus, & præsertim materiam tam
amplè aperuerunt, & tutati sunt doctissimi Viri,
nempè M. C. S. Theologiæ Doctor *in tract. de li-*
bertatibus Ecclesiæ Gallicanæ lib. 4. Card. Sfondratus
in libro, cui titulus, *Regale Sacerdotium lib.* 1. *per*
totum, & Auctor doctissimus *in libro de Oecumeni-*
ca Cathedra Apostolica auctoritate artic. 1. ut super-
vacaneum esset hic repetere; alienis enim spoliis onu-
stum me esse nolo. Etenim ibi disertissimè compro-
batur potestas Papæ supra Reges tam ex verbis Sa-
cræ Scripturæ, quàm exemplis antiquis, & moder-
nis; rursùs ex Doctoribus nedum Italis, sed exte-
ris, ex doctrina SS. PP. & Conciliorum usque ad
Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de reform.*
cap. 19. ibi : *Imperatores, Reges, Duces, Principes*
32 *&c. & quocumque alio nomine Domini temporales,*
qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Chri-
stianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac
jurisdictione, & dominio Civitatis, Castri &c. priva-
ti intelligantur, & si feudalia sint, statim directis Do-
minis acquirantur.

Comprobatur hæc veritas *ex cap. Venerabilem de*
33 *electione*, ubi Innocentius III. concludit, ad Roma-
num Pontificem spectare confirmare Imperatorem,
si erit dignus, vel rejicere, si indignus; & conso-
nant Textus *in cap. Si Apostolica* 2. *de re jud. in* 6.
Clem. Unic. de Jur. Jur. Extravag. Jo. XXII. cap. li-
cet de voto, & late Gonzal. *ad cit. cap. Venerabilem*
num. 26. Si enim potest Papa indignum rejicere, qua-
34 re indignum deponere non valebit? omnis enim ju-
risdictio est penes Summum Pontificem, qui potest
35 Imperatorem creare, *Can. alius* 15. *qu.* 6. *Can. Tibi*
Domino dist. 63. & omnes aliæ jurisdictiones tem-
porales ab illa originali spirituali prodeunt, & isti
36 subditæ sunt, Bartolus *in l. prima §. Præsides num.* 3.
in fin. & n. 4. *ff. de requirendis reis* Barbat. *cap. Licet*
extra de foro compet. Soto *de Justitia, & jure lib.* 4.
qu. 4. *artic.* 1. Unde quotiescumque hæc jurisdictio
temporalis declinat à fine suæ originis, nempè spi-
ritualitate, debet abscindi, remanetque sine virtute
illa potestativa à sua origine ei communicata; pro-
inde ultra prædictos Auctores, qui scripserunt post
annum 1682. videri possunt Doctores infrascripti,
37 qui talem veritatem tuentur, nempe Baron. in An-
nal. Suarez *adversus Regem Angliæ*, Salzed. *ad D.*
Thom. de regim. Princip. Barbosa *in Can. Si Papa* 6.
dist. 40. *& in Cap. Venerabilem de Elect. & elect. po-*
test. & in Clem. unic. de Jur. Jur. Bellarm. *de transl.*
Imperii lib. 3. Scorbon. *lib.* 4. *polit. cap.* 33. Gonza-
les *cit. cap. Venerabilem de elect. num.* 26. *&* 34. An-
gujan. *de leg. lib.* 2. *cap.* 17. Solorzan. *de jur. Indiar.*
tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 43. *& seq.* Bobadill. *in Po-*
litic. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 5. Cevallos *tract. de Cognit. per*
viam violentiæ in prolog. n. 9. Ramirez. *de leg. Re-*
gia §. 2. *num.* 3. Morla *in emporio Jur. par.* 1. *tit.* 2.
qu. 4. *num.* 9. Diana *part.* 10. *tr.* 6. *in antiquis*.

Hæc autem potestas Summi Pontificis in Reges abs-
que dubio saltem est indirecta, ut dixi, quatenus sci- 38
licet Principes sæculares abutantur propria auctorita-
te contra finem supernaturalem, sicque sicuti vide-
tur reiicienda, ut dixi, doctrina talem potestatem
indirectam denegans, ita non videtur communis
alia, quam adducit Pereyra *de man. Regia prælu.* 2. 39
per tot. ubi adductis Doctoribus pro dicta nostra
opinione, & pro altera contraria, *num.* 6. videtur
innuere Papam semper uti posse sua spirituali aucto-
ritate directè, cùm politia ipsi subiiciatur, & sic
constet ipsum habere potestatem directam, nam hæc
opinio non est communis, cùm jurisdictiones sint
invicem separatæ juxta Divinum Oraculum : *quæ sunt*
Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quia verè po- 40
testas temporalis debet habere pro fine bonum su-
pernaturale, quotiescumque enim à tali fine devia-
tur, proprium erit potestatis supernaturalis, mediis
etiam temporalibus, iterum erga suum finem revo-
care illam. Sed de hac materia aliàs recurret sermo
in Commentario ad Constitutionem quartam Inno-
centii III. ubi de potestate Papæ coronandi, & cre-
andi Reges; hinc ibi alia dicemus. Solùmque hic
infelicem exitum Henrici addam cum Baronio *tom.*
11. Annal. *pag.* 540. ibi : *Qui Gregorium Papam pa-* 41
trem contempsit, à filiis suis ipse despectus, atque re-
gno pulsus in exilio mori coactus est, infelix priva-
tusque Regno decessit, quem Apostolicæ Sedis senten-
tia Regni abrogatione mulctavit.

CONSTITUTIO UNICA

URBANI II.

incipiens (*Cum Universi.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS DILECTISSIMIS FILIIS Vallisumbrosanæ Congregationis.

Approbat Congregationem Monachorum Vallis Umbrosæ, ac privilegia elargitur possidendi bona, illamque immediatè Sedi Apostolicæ subjicit, Chrisma, & Ordinationem Clericorum, ac alia à quocumque Episcopo Catholico recipiendi facultatem tribuit, & ne ab ullo Episcopo excommunicari possint privilegium impartitur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Vita Urbani II. ejusque gesta referuntur.*
2 *Philippus I. Galliarum Rex, repudiata legitima uxore, duxit aliam.*
3 *Fuit excommunicatus in Concilio Claramontano congregato ab Urbano II.*
4 *Ivo Carnotensis ad Episcopatum assumptus ab Urbano, constantissimè restitit illegitimo amori Regis Philippi.*
5 *Urbanus in hac Constitutione approbavit Congregationem Vallis Umbrosæ Ordinis S. Benedicti.*
6 *D. Benedictus pluribus ante Sæculis Ordinem Monachorum per totum Occidentem propagaverat, juxta formam vivendi, quam D. Basilius in Oriente instituerat.*

7 Ejus

7 *Ejus Religio diu stetit sine positiva, & speciali approbatione Sedis Apostolicæ.*

8 *Ex eadem Religione plures deindè Congregationes sub eadem Regula, sed sub diversis Constitutionibus viventes, emerserunt.*

9 *Congregatio Vallis Umbrosæ instituta fuit à D. Joanne Gualberto Florentino.*

10 *D. Joannis Gualberti Vita recensetur; pepercit inimico, vidit Christum Cruci affixum, fuit humillimus, fuitque invitus electus Abbas à Monachis.*

11 *Petiit unà cum socio primò Eremum S. Romualdi, & deinde in alium Vallis Umbrosæ transiit.*

12 *Describitur situs prædictæ Vallis.*

13 *In hoc loco prima fundamenta dictæ suæ Congregationis Vallis Umbrosæ jecit sub Regula S. Benedicti.*

14 *De tempore, quo dicta Congregatio fundata fuit variæ Historicorum sententiæ.*

15 *Religio esse non potest sine legitima approbatione Superioris.*

Approbationes Religionum olim fieri consueverant etiam ab Episcopis.

16 *Congregatio prædicta Vallis Umbrosæ approbata fuit ab Episcopo Fesulano Anno 1015.*

17 *Deinde vero eidem Congregationi nonnulla privilegia concessa fuerunt à Victore II.*

18 *Hæc tamen concessio non reperitur, nisi per illius enunciationem, quæ fit in aliis subsequentibus Pontificiis concessionibus.*

19 *Approbatio hujus Congregationis an videatur deduci ex verbis præsentis Constitutionis?*

20 *Verior est opinio ex contextu præsentis Constitutionis fuisse inductam approbationem hujus Congregationis.*

21 *Monachi hujus Congregationis quomodo appellentur, & cujus coloris olim detulerint, & nunc deferant vestes?*

22 *Alia Congregatio Vallis Umbrosæ reperitur etiam in Gallia.*

23 *Privilegia, quæ à Variis Pontificibus concessa fuerunt diversis Monasteriis Congregationis Vallis Umbrosæ.*

24 *Exemptio generalis totæ Religioni concessa fuit ab Innocentio IV.*

25 *Communicatio Privilegiorum Congregationis Cassinensis à Julio II. concessa.*

26 *Unita fuit dicta Congregatio cum illa Sylvestrinorum ab Alexandro VII.*

27 *Viri illustres, qui in hac Congregatione floruerunt, remissivè.*

28 *Factum mirabile Petri Ignei recensetur, qui inter flammas incedens, incolumis evasit.*

29 *Fuit deinde dictus Petrus promotus ad Cardinalatum à Gregorio VII.*

30 *Auctores, qui de hac Congregatione scripserunt, remissivè.*

31 *Privilegium concessum ab Urbano in hac Bulla Monachis hujus Congregationis, quod possint ordinari à quocumque Antistite Catholico.*

32 *Idem Privilegium concessum etiam fuit generaliter Mendicantibus à Pio V.*

33 *Prædicatores Minores, & alii etiam hoc Privilegium à variis Pontificibus obtinuerunt.*

DUm adhuc viveret Pseudo-Pontifex Clemens III.
suprà enunciatus, vacavit Sedes Pontificia per
1 obitum præfati Gregorii VII. cui successit Victor III.
Post cujus obitum, assumptus fuit Urbanus dictus II.
antè Otho Milonis Filius in Oppido Castellionis in
Gallia ortus Rhemensis Diœcesis. Priùs Canonicus
Regularis Lateranensis, posteà Monachus Cluniacensis,
ac S. R. E. Cardinalis Episcopus Ostiensis, fuit
communi suffragio ad Sedem D. Petri evectus anno
1088. die 12. Martii Terracinæ, ac decessit 4. Kal.
Augusti 1099. Varias scripsit Epistolas, ut refert Baron.
tom. 11. Annal. quæ collectæ reperiuntur *tom.* 7.
Conc. Bin. Vir æquè doctus, ac pius, quinque opera
in lucem edidit, de quibus meminit Ludovicus à
S. Carolo *in Bibliotheca Pontif. litt. V. ver.* Urbanus
II. Iste Pontifex, & si devinctus dominio nationis 2
Gallorum, tamen viriliter se gessit contra Philippum
I. Regem, qui repudiata legitima uxore Berta Filia
Comitis Hollandiæ, ex qua habuerat filium Ludovicum
dictum *il Grasso* successorem postea in Regno,
libidine allectus ausus fuit ad secundas nuptias transire
cum Bertrada ejus cognata uxore Comitis Fulionis adhuc
viventis, insimul tria committendo facinora, incestum,
adulterium, & sacrilegium. Hinc Urbanus 3
Concilium Claramontanum coadunavit, quò Philippus
mulctaretur excommunicatione, prout evenit.
Baron. anno 1095. Opus illud eximium recuperandi
Hierosolymam promovit, ut dicam infrà in Constitutione
3. Eugenii III. Divum Brunonem à solitudine
revocavit, ac ejus opera, & consilio usus fuit in tot
Conciliis celebrandis. Ivonem Carnotensem splendo- 4
rem Episcoporum Galliæ promovit, qui tam constantissimè
se opposuit dicto Philippo, qui post obitum
Comitis Fulionis, Bertradam in uxorem ducere volebat,
illectus aliquorum adulationibus suadentium se
posse exequi id, quod illegitimus amor suggerebat.

In hac Constitutione edita anno 1090. Urbanus 5
approbavit Congregationem Vallis Umbrosæ, exemptionem,
ac plura privilegia concessit Monachis ejusdem.
De cujus ordinis institutione, ac aliis hîc aliqua
subnectam. Hæc enim est una ex Congregationibus
promanantibus ex arbore illa tam fœcunda Ordinis
Benedictini; quandoquidem est sciendum, D. 6
Benedictum, qui vixit usque ab anno 540. Sublaci,
sui Ordinis Monachalis institutum crexisse, & deindè
ipse, Cassinum pergens, ibi Deorum simulacra
destruens, suam Religionem propagavit, certamque
illam formam vivendi, quam constituerat jam D. Basilius
in Oriente, ille in Occidente renovavit, nec
ejus Religio videtur, ut dicam infrà, approbata spe- 7
ciali diplomate à Sede Apostolica, quamvis de ejus regula
fiat mentio à D. Gregorio I. in *Dialog. lib.* 1. *&*
2. & à Zacharia Papa Anno 741. in Concilio Moguntino
Anno 813. in Synodo Rhemensi sub Eugenio
II. Anno Domini 824. Verùm cùm deinde paulatim
decresceret primus ille fervor Monachorum, fue- 8
runt institutæ aliquæ Congregationes sub eadem regula
militantes, sed diversis Constitutionibus fulcitæ,
prævia speciali approbatione Sedis Apostolicæ, ita,
ut ex una Religione plures Congregationes ortum habuisse
dicantur, mediis variis Institutoribus. Hæc autem
Vallis Umbrosæ Congregatio una est inter alias, 9
fundata opera D. Joannis Gualberti nobilis Florentini,
qui inter Sanctos nunc adnumeratur. Ipse enim 10
meruit à Divina clementia adeò insigne beneficium
obtinere ex facto illo singulari indulgendi proprio Hosti
veniam petenti, & signum Crucis manibus ostendenti,
dum eum insequebatur ad ulciscendam mortem
sui Fratris, ut post tam egregium virtutis opus,
ipsum Christum Cruci affixum sibi inclinantem dignatus
fuerit aspicere, vel ut sciret tali pacto veniam
peccatorum à Deo accepisse, quo ipse injuriam inimico
remiserat, vel potiùs, ut ipsum Deum amplexantem
intelligeret. His gestis, Monachus Cluniacensis
factus in Monasterio propè Florentiam S. Miniati
anno 1003. & post quatuor tantùm annos Abbas
electus, quamvis ob ejus eximiam humilitatem invitus
præficeretur, sæpè repetens illud, *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis*;
tamen cùm alius Abbas Simoniaca pravitate
in Sæculo illo satis grassante fuerit subrogatus,
ipse cum socio Eremum petiit Spiritu Dei ductus, ac 11
illam Camaldulorum sub Romualdo tunc de recenti
erectam adivit in montem perarduum, accessuque difficilem
propè Florentiam ad triginta millia passuum in
arduis Apennini radicibus, ibique charitatis suæ fomentum
recepit, vitam considerans tam austeram illorum
Eremitarum, non tamen eam amplecti voluit,
dum Spiritus Dei aliò eum destinaverat, ut idem D.
Ro-

Romualdus ei prædixerat. Hinc ab Eremo Camal-
dulensi discedens, vastas solitudines peragravit, do-
nec ad locum quemdam satis ex nomine horrorem
significantem, *Vallem Umbrosam* dictum, pervenerit.
Hæc Vallis est in Alpibus constituta, satis alta, om-
12 ni arborum genere consita, duobus supra viginti ab
Urbe Florentiæ milliariis distans, sub Promontorio,
quod Montani *Mucinariam* vocant, inter duos adi-
tus, præcipites, diruptosque Colles, vergit in occi-
dentem; ubi verò Vallis incipit, ibi est saxeus tu-
mulus satis, superque editus, qui ex ea parte, quæ
meridiem spectat, confractus est, & horrendum in
modum abruptus, ut locum descripsit Xanth. Pe-
rusin. Mon. Vall. in vita D. Jo. *pag.* 25. ex Archivo
Vallis Umbrosæ. In hoc loco aliquos Eremitas Mo-
13 nachos reperit, ubi sanctissimè conversatus, sui Or-
dinis prima jecit fundamenta, ibique opera, & pie-
tate Imperatoris Henrici inter Sanctos relati, ac
aliorum postea insigne Cœnobium extruxit, dum ipse
Joannes Eremiticam, & Cœnobiticam vitam unire
sategerit variis Constitutionibus sub Regula D. Benedi-
cti, cujus ipse erat jam alumnus in Cluniacensi Fami-
lia, ut dixi.

Tempus fundationis hujus Congregationis Vallis
14 Umbrosæ, quando fuerit, potest quæri? Et in hoc
variæ adsunt opininnes: Alia est evenisse anno 1030.
sub Pontifice Joanne XIX. Ciaccon. *in vita hujus*,
& Marsil. *in tract. de reddit. Eccl. cap.* 16. *numer.* 8.
Alii dicunt anno 1060. Baron. *tom.* 11. *pag.* 12. Alii
anno 1063. ut refert Briet. *in annal. lib.* 5. *fol.* 463.
Et in vita Divi Joannis conscripta per *Petrum de
Franchis* ejusdem Ordinis *lib.* 5. *fol.* 197. dicitur eve-
nisse anno 1015. & probat fuisse approbatum tunc Or-
dinem ab Episcopo Fesulano, sub cujus Diœcesi Mo-
nasterium Vallis Umbrosæ existit, pluribusque Histo-
riarum Textibus comprobat. Alii demùm anno 1090.
tempore promulgationis hujus Constitutionis. Cer-
15 tum tamen est nullam Congregationem posse habere
formam Religionis, etiamsi subditi se sponte submit-
tant Institutori, & Regulæ, nisi præcesserit approba-
tio legitimi Superioris, cùmque eo tempore etiam
Episcopi tales approbationes facere consueverint, mo-
do quo infra dicam; ideò bene potest procedere sen-
16 tentia, ut ista Congregatio fuerit approbata dicto
anno 1015. per Episcopum Fesulanum, imò Prior
ipse Divus Joannes fuit constitutus, sed deinde fertur
17 Victor II. anno 1056. primò concessisse Privilegium
eidem Ordini, qui regeretur ab Abbate Generali,
constituendo ipsum Joannem supra omnes Abbatias
jam erectas in variis locis, ac plura alia Privilegia
impartiendo. Et quamvis nullibi reperiatur istud Pri-
18 vilegium Victoris, nequidem in Collectione speciali
Bullarum hujus Congregationis, cùm primum recen-
seatur istud Urbani II. tamen in plerisque Privilegiis
subsequentibus fit mentio illius concessi à Victore.
Ita in illo Innocentii II. anno 1130. Cœlestini II. an-
no 1143. Eugenii III. anno 1146. Anastasii IV. anno
1153. ut in Prothocollo earumdem Bullarum in Ar-
chivio Vallis Umbrosæ, & refert etiam citatus de
Franchis *lib.* 9. *fol.* 291. *&* 292.

Cæteroquin de illo non est hæsitandum, cùm sal-
19 tem appareat approbatum à Pontifice Urbano in hac
Constitutione, prout de veriori opinione asseritur per
20 Tamburin. *de jur. Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 5.
pag. 400. *col.* 1. cùm de alia anteriori approbatione
non constet, & ex contextu totius Constitutionis illa
manifestè appareat; quod comprobatur ex Epistola
Gregorii VII. qui regnavit usque ad annum 1085. in
qua intitulantur isti Religiosi *laicam disciplinam san-
ctæ recordationis Gualberti Abbatis imitantes*, ut ex
eodem Tamburin. *fol.* 400. *col.* 1. & secundùm Baron.
ac Religiosis laicis disciplinam sanctæ recordationis;
igitur non erant adhuc verè Religiosi.

Isti Monachi fuerunt dicti Gualbertenses, Vallisum-
21 brosenses, Vallisumbrosi. Adsunt etiam Monasteria
quamplurima Monialium in Italia, & Gallia sub ea-
dem Regula, Habitus istorum Monachorum, etsi ni-
ger dicatur à Barbosa *in verb. Monachi Vallisumbrosæ
Collect.* 387. *num. fin.* ad instar Benedictinorum: Ta-
men contrarium fuit in Institutione, nam erat coloris
bisei grisei sine mixtura alterius coloris, deinde vulgò
dicti *lionato*, & tandem niger fuit assumptus, non
quidem ex aliqua Constitutione, sed ex consuetudine
introducta, ut firmat *cit.* de Franchis *lib.* 7. *fol.* 189. *&
lib.* 9. *fol.* 315. & quidem vestes, laneæ debent esse,
& ad formam Benedictinorum cum cucullo, capu-
cio, & scapulari.

Habitus verò Conversorum erat brevior, & insula
quasi pastorali agnina pelle arte sutoria circumducta,
quam tamen desuevisse receptis pileis refert *citat.* de
Franchis *fol.* 313. *lib.* 9.

Adest etiam alia Congregatio Vallis Umbrosæ in
Gallia, cujus Monasterium principale fuit extructum 22
cura Sancti Ludovici Regis Franchorum in honorem
Divi Joannis Gualberti; cujus manus ibi reposita fuit
dono data à Superiore Generali.

Plura Privilegia fuerunt concessa hujusmodi Mona- 23
chis, nedum ab isto Pontifice, sed à successoribus,
ut ex Bullis recensitis in regesto Bullarum ejusdem Or-
dinis. Exemptio verò, & susceptio in protectionem
Sedis Apostolicæ impartita fuit in hac Bulla Urbani
Monasterio Vallis Umbrosæ, sicuti aliis Monasteriis
concesserunt alii Pontifices, ut Honorius III. Mona-
sterio S. Michaelis de Senis, & Innocentius II. Mo-
nasteriis subjectis Vallisumbrosano, & aliis relatis in
regesto Bullarum in Archivio Sanctæ Praxedis. Verùm
Innocentius IV. sub datum Assisii anno 1253. eam- 24
dem exemptionem concessit toti Religioni, seu Con-
gregationi, ac Caput Ordinis Monasterium Vallis Um-
brosæ constituit, ut in eodem regesto *fol.* 310. Barb.
de potest. Episc. part. 3. *alleg.* 105. *vers.* Vallisumbro-
sana Congregatio, Tamburin. *disput.* 15. *quæst.* 4. *num.*
6. *de Jur. Abbat.* & præsertim fuerunt eidem Ordini 25
communicata Privilegia Congregationis Cassinen. per
Julium II. *Constit.* 13. de qua infrà suo loco. Plures
habet iste Ordo Abbatias, sed omnes intra Italiam,
& aliquas Commendas, ut refert Barb. *citat. collect.*
487. *in fine*, quæ Monasteria Innocentius VIII. univit
sub uno Abbate Generali *Constit.* 2. ubi de auctoritate
Generalis, & aliorum Superiorum, ac eorum ele-
ctione, in qua plura dicam. Hujusmodi Congregatio- 26
nem univit cum illa Sylvestrinorum Alexander VII.
Constit. 121. *tom.* 6. *Bullar.* Et deinde eamdem separa-
vit Clemens IX. ut meminit Card. de Luca *de regular.
disc.* 5. & Rota *dec.* 148. *part.* 14. *recent.* Et Abbati
Generali Monachorum istorum Vallisumbrosæ conces-
sit biretum, & pileum Prælatitium cum Mozzetta,
& Mantelletta Clemens X. *Constit.* 47. *tom.* 5. *Bullar.*

Plures Viri Illustres dictæ Congregationis fuerunt
Martyres, ac Sancti, ut prosequitur *cit.* Tamburin. 27
fol. 469. Imò adest liber nuper editus in lucem inscri-
ptus, *Cathalogus Virorum Illustrium Congregationis
Vallis Umbrosæ Patris Simii* ejusdem Congregatio-
nis.

Factum tamen egregium hìc commemorare licet ex
pluribus Historicis, nempe, cùm Episcopus Floren- 28
tinus accusaretur uti Simoniacus à Monachis Sancti
Joannis, hujus facinoris veritas comprobata remansit
à Petro Aldobrandini, qui inter flammas gravi passu
incedens, incolumis evasit, & iterùm rediens sum-
ptum sudarium, quod reliquerat inter flammas inte-
grum, denuò liber exiit. Hocque sub Alexandro II.
evenit, ac nomen *Ignes* Petrus ille habuit, Briet. *ut su-
prà fol.* 464. Iste post vitam humilem in Monasterio
Vallis Umbrosæ actam, fuit à Gregorio VII. Defenso- 29
re istorum Monachorum Cardinalis creatus, & Epi-
scopus Albanen. Abb. *Usperg. Act. prolix. S. Joannis
Gualberti*, Tamb. *de Jur. Abbat. lib.* 2. *disp.* 24. *pag.*
399. *de Franch. in hist. S. Joannis lib.* 5. *pag.* 118. &
latè *cit.* P. Simius *in lib. de Viris Illustribus fol.* 232.
fuitque primus Cardinalis Florentinus ex *cit.* de Fran-
chis. Et de ista Congregatione plures videndi sunt 30
Auctores, qui scripserunt, apud Tamburin. *cit. fol.* 469.
Barbosa *de Jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 41. *&* *in summ. decis.*

collect.

collect. 487. Azor. 1. *par. Instit. mor. lib.* 12. *cap.* 21. *q.* 2. Emmanuel. Rodriq. *lib.* 1. *q.* 3. *art.* 4.

Quia verò Urbanus in hac Bulla §. 1. suscepit Cœnobium Vallis Umbrosæ sub protectione Sedis Apostolicæ, de ejus exemptionis quidditate contingeret sermo. Sed infrà in alio Commentario de hujusmodi privilegio, prout de altero possidendi bona in §. 2. contento, & de privilegio in initio §. 3. circa receptionem Chrismatis, Olei Sancti, ac consecrationis Altarium, & alibi redibit sermo, & in eodem §. 3. aliud privilegium concessit Monachis hujus Congregationis, scilicèt, quod possint ordinari à quocunque
31 Antistite Catholico Romanæ Ecclesiæ gratiam, &
Communionem obtinente, quod privilegium pluribus aliis Regularibus fuit concessum à variis Pontificibus, sed minus amplum concessit Alexander II. ut dixi supra, Camaldulensibus, hoc est in casu Episcopi Simoniaci, ut ibi plenè dixi, & quoad Mendicantes, ut
32 hic amplè meminit San. Mem. Pius V. *in Constitutio-*
ne 7. apud Laurentium de Peyrin. *de privileg. regul. fol.* 271. ibi : *Neminem nisi à proprio Episcopo ordinari posse, in Regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod Fratres hujusmodi, præfatos etiam Sacros Ordines à quolibet Antistite gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, Ordinarii loci minimè requisita licentia in locis, seu domibus Fratrum hujusmodi, aut alibi, recipere possint*. Et quoad Fratres Prædicatores Honorius III. *in Bulla incip. Religiosam Vitam anno* 1216. *in Bull. tom.* 1. la seconda
33 inter illas dicti Pontificis. Eugenius IV. simile con-
cessit Cassinensibus, Minoribus Clemens IV. & aliis fuit idem concessum, ut refert Passerinus *de statu hom. tom.* 3. *fol.* 831. *num.* 800. *& seq.* Et omnes Regulares illud habent saltem per communicationem. Ideò de hujusmodi privilegio in hoc Commentario plenè dicam.

S E C T I O I.

De pluribus concernentibus Ordinationem Regularium pro interpretatione dicti Privilegii, & incidenter etiam de ordinationibus Clericorum sæcularium, an possint à Superiore arceri ab Ordinibus, vel ad illos arctari, & an detur appellatio à denegatione?

S U M M A R I U M.

1 *Regularium antiquitus circa ordinationes adducitur usus, & privilegiorum concessio.*

Ratio congruens prædictæ concessionis adducitur, quia Superiores Regulares debent extimare suos subditos dignos ad Ordines percipiendos, ibidem.

2 *An Regularis pro consequendis ordinibus teneatur requirere consensum sui Superioris Regularis.*

Proponuntur rationes suadentes, non requiri talem consensum.

3 *Religiosus potest transire de sua Religione ad aliam perfectiorem, non requisito consensu sui Prælati; sed intellige, ut n.* 8.

4 *Obedientia nequit esse major in Regulari erga Superiorem, quàm in filio erga Patrem.*

5 *Filius potest ad Ordines ascendere, etiam invito Patre.*

6 *Sententia vera est, non posse Regularem sacris Ordinibus initiari, invito Prælato, & adducuntur jura ita disponentia.*

7 *Ratio dictæ dispositionis est, quia Regularium mores potiùs Prælato Regulari, quàm Episcopo cogniti esse præsumuntur.*

8 *Transitus ad aliam Religionem non permittitur Regulari ratione assumendi statum perfectiorem, sed ratione assumendi statum austeriorem, & magis conducentem ad perfectionem.*

9 *Ordinatio Regularis potest ab ejus Prælato impediri, ex causa delicti occulti.*

10 *Transitus ad aliam regulam strictiorem non potest impediri à Prælato Regulari ex causa talis delicti.*

11 *Filius in iis, quæ respiciunt statum, solvitur à lege paterna obedientiæ.*

12 *Abbas est superior Monacho nedum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus.*

13 *Episcopus potest, prout sibi videbitur, vel denegare, vel concedere Ordines suis subditis.*

14 *Nemo est admittendus ad Ordines, nisi qui judicio Episcopi est necessarius, vel utilis suæ Ecclesiæ, juxta Concilium Tridentinum.*

15 *A judicio Episcopi non admittendi aliquem ad Ordines non datur appellatio, intellige, ut num.* 19. *&* 20.

16 *Dispensatio Papæ quoad impuritatem sanguinis, & quoad interstitia pro recipiendis Ordinibus importat solam capacitatem, quatenus Episcopus proprius velit ipsum dispensatum ordinare.*

17 *Ordinatus vigore dictæ dispensationis sine litteris dimissorialibus Ordinarii, incurrit suspensionem.*

18 *Arctato ad recipiendos sacros Ordines ratione alicujus Beneficii, si à suo Episcopo reiiciatur, competit appellatio, vel recursus.*

19 *Episcopus reiiciens arctatum ab Ordinibus assumendis, tenetur concludenter probare causam dictæ rejectionis.*

Secus verò quoad non arctatum, ibid.

20 *Ordo dandus ad titulum Patrimonii remittitur judicio, arbitrio, & conscientiæ Episcopi, juxta necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, & in hoc solum Deum habet Judicem.*

Appellatio ab ejus judicio non admittitur, & supra nu. 15.

21 *Quoad arctatos, cessat consideratio necessitatis Ecclesiæ, & consequenter arbitrium Episcopi.*

22 *Appellatio quoad ordinandos ad titulum Patrimonii sicuti non datur à denegatione dimissorialium, ita nec etiam ab earum concessione.*

23 *Episcopus potest ex justa causa denegare Ordines etiam arctato, quamvis dicta causa non sit ex inducentibus impedimentum Canonicum.*

24 *Tenetur tamen pandere dictam causam Sacræ Congregationi, non tamen ipsi Reo ordinando, & num.* 88.

25 *Arctatus dicitur, qui jam promotus reperitur in ordine Subdiaconatus.*

26 *Arctatus ut quis dicatur ratione Beneficii, necesse est, ut habeat jus non solùm ad rem, sed etiam in re, quatenus scilicet ei effecto Sacerdoti, Beneficium omninò debeatur; sed vide numer.* 35.

27 *Gratia Beneficii concessa à* Papa in forma dignum, *non est pura gratia, sed conditionalis consistens in mandato de providendo.*

Non dat propterea jus quæsitum, sed quærendum.

28 *Necessitas assumendi Ordines verè, & propriè consideratur in jam Beneficiatis, qui nisi infra certum tempus dictos Ordines assumerent, privarentur Beneficio.*

29 *Similitudinariè dicta necessitas extenditur etiam ad vocatos, vel præsentatos ad beneficia certi generis.*

30 *Præsentatus habet jus lato modo ad beneficium, scilicet initium ad institutionem obtinendam.*

31 *Laicus potest nominari, sed non personaliter præsentari coram Ordinario, & n.* 72.

32 *Appellatio à denegatione Ordinum quoad verè arctatos latiùs admittitur, strictiùs verò quoad similitudinariè tantùm arctatos.*

33 *Appellatio quoad similitudinariè arctatos an sit admittenda nec ne, consideranda sunt circumstantiæ, quæ in facto occurrunt.*

34 Or-

34 *Ordinatio faciliùs est permittenda præsentato ad beneficium familiare, quod alioquin transiret ad extraneos, quàm præsentato simpliciter.*

35 *Sufficit ad Ordinationem obtinendam, etiam jus ad rem, dummodò sit certum, & considerabile.*

36 *Arbitrium tamen magis intrat pro Clerico præsentato, quàm pro puro Laico nominato.*

37 *Laicus nominatus ad beneficium familiare non debet carere arbitrio, ne beneficium transeat ad extraneos.*

38 *Ejus arbitrium quoque meretur Subdiaconus, qui ad Presbyteratum ascendere intendit.*

39 *Non arctatus, quamvis careat appellatione, posset tamen habere recursum extrajudicialem ad Sac.Congreg. ut Episcopus propalet causam, ob quam ei denegat Ordines.*

40 *Arbitrium concessum Episcopo est regulandum à jure, & quomodo? & n.n.seq.*

41 *Differentia, quæ intercedit inter arbitrium, & simplicem, ac omnimodam voluntatem.*

42 *Ab arbitrio malè interposito datur appellatio, vel saltem recursus.*

43 *Recursus in casu denegationis Ordinum non admittitur à quocumque gravamine, sed à notabiliter irrationabili.*

44 *Auditor Cameræ inhiberi solet à S.Congregatione in casu recursus, ne procedat in causa denegationis Ordinum, cùm sit actus extrajudicialis.*

Legatus, Nuntius, Archiepiscopus, an se ingerant in hac materia Ordinum, & de Nuntio Hispaniarum. Ibid.

Aud. Cam. de jure quando potest se ingerere in his causis, & de stylo, prout de praxi circa Regulares, quibus denegantur Ordines. Ibid.

De Brevi Sacræ Pœnitentiariæ, & Dataria concedendi facultatem adeundi quemlibet Episcopum Catholicum pro Ordinibus. Ibid.

45 *Arctati in eo differunt à non arctatis, quod primi faciliùs quàm secundi in gradu recursus, vel appellationis consequuntur Ordinationem, & quare?*

46 *Sacra Congregatio scribere solet Ordinariis, ut extrajudicialiter assignent causas denegatæ Ordinationis.*

47 *Concilium Tridentinum committit ordinationem arbitrio Episcopi, non indefinitè, sed pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ.*

48 *Episcopus informare debet Sacram Congregationem, an deficiant solùm prædictæ causæ, an verò concurrat etiam defectus positivus in ipso Ordinando.*

49 *Appellatio non admittitur regulariter à judicato illius, cujus conscientiæ, vel libero arbitrio fuit aliquid concessum.*

50 *Potest tamen in hoc casu gravatus, vel impetrare à Papa quod judicatum corrigatur, vel implorare officium superioris, non per viam justitiæ, sed misericordiæ.*

51 *Sacra Congregatio repræsentat Papam.*

52 *Causa propter quam Episcopus aliquem ordinare recusat, non debet necessario propalari ipsi Ordinando, sed soli Sacræ Congregationi, numer.40.*

53 *Abbas, qui recusat ordinare suum subditum Regularem, tenetur etiam eodem modo adducere causam Sacræ Congregationi.*

54 *An Clericus habitans in Civitate, in cujus Ecclesia non sit necessitas, possit ordinari ab Episcopo originis ratione necessitatis Ecclesiæ ejusdem originis?*

55 *Proponitur sententia negativa, & statuitur deinde ex mente Concilii contra Capanum, nu. 58. & seqq.*

56 *Commoditatis Ecclesiæ nomine, intellecta fuit à Concilio non commoditas Ecclesiæ materialis, sed Ecclesiæ universalis, sive publica, sive privata, juxta sententiam Caponi, sed contrarium verius num.95.*

57 *Sed nomine dictæ Ecclesiæ commoditatis, comprehenditur etiam commoditas privata illius, qui petit ordinari, juxta sententiam ejusdem, sed contrarium verius, dicto n.95.*

58 *Necessitas Ecclesiæ restringitur ad puram ejus indigentiam; commoditas verò ad pinguius servitium.*

59 *Concilium Tridentinum nomine necessitatis, vel commoditatis Ecclesiæ, intellexit servitium Ecclesiæ specialis, & non universalis, & illius specialiter, in qua Ordinandus est adscriptus, & vide n.69.*

60 *Adscribi debent promoti ad Clericatum certæ Ecclesiæ, pro cujus necessitate, vel commoditate ordinantur.*

61 *Necessitas, vel utilitas illius Ecclesiæ attendi debet, ad cujus servitium Ordinandus est adscriptus.*

62 *Adscriptus in dubio quis præsumitur Ecclesiæ Cathedrali loci, in quo ab ejus Ordinario promotus fuit.*

63 *Variare quilibet potest, recipiendo Ordines unum ab Episcopo domicilii, alium ab illo beneficii &c.*

64 *Variatio tamen prædicta an possit fieri ab eo, qui in alicujus Ecclesiæ servitio reperitur adscriptus?*

65 *Dispensatio, ut quis possit ordinari tribus diebus festivis, solùm tollit temporum interstitia, & non dat Episcopo facultatem ordinandi, si illam non habeat.*

66 *Ordo ut alicui conferri possit, attendi debet necessitas, vel utilitas ejus Ecclesiæ originariæ, & adscriptitiæ.*

67 *Domicilium originis est immutabile, & naturale.*

68 *Civilitatem duplicem unusquisque habere potest, scilicet originis, & domicilii.*

69 *Refertur tenor Constitutionis S.M. Innocentii XII. circa Ordines conferendos.*

Servitium Ecclesiæ, cujus causa fieri debet Ordinatio, an debeat esse illud Ecclesiæ propriæ Parochialis, vel etiam sufficiat alterius ejusdem loci? Ibid.

70 *Episcopus, vel Abbas possunt ex justa causa moderatè cogere suos subditos ad suscipiendos Ordines sacros.*

71 *Subditi possunt se excusare, & appellare à rejecta excusatione.*

72 *Episcopus ordinans invitum, suspenditur per annum à Celebratione Missæ.*

73 *Clerici non sunt cogendi ad Sacros Ordines suscipiendos, neque ob id privilegiis Clericalibus privandi.*

74 *Frequens collatio Ordinum Episcopis improbatur, & aliquando à S. Congregatione eorum alicui prohibita.*

Exemplum in hoc imitandum aliquorum Episcoporum, Ibid.

ANtiqua Ecclesiæ disciplina perpensa, satis est notum, Regulares omnes subjectos fuisse tam quo-
ad legem Diœcesanam, quam jurisdictionis Episco- 1
pis, unde ipsorum erat cura eos ad Ordines promovere, ubi cœperunt illos assumere, dum priùs Monachi eos recipere non consueverant, ut dicam in aliis Commentariis; & quamvis daretur exemptio ab Ordinariis, tamen remanebat jus Ordinationis. Unde tale privilegium speciale obtinere curarunt.

Fundatum fuit tale privilegium in ratione aliqua congruentiæ, nempe quia Superiores Regulares debent inspicere, an sint habiles eorum subditi ad Ordines suscipiendos, ut meminit Julius Secundus concedens dictum privilegium Fratribus Minimis *in Constitutione* 2.§.6.*fol.*75. apud *cit.* Peyrin. Proinde occurrit quæstio, ante-

antequam ad materiam præsentis usus Ordinationis
quoad Regulares descendam, an Monachus, & Re-
gularis debeat requirere consensum Superioris Regula-
ris, ut ascendat ad Ordines?

Videtur enim non requiri, nam Religiosi possunt
ad statum, & Religionem perfectiorem transire, *cap.
licet de Regular.* ergo eò magis ad gradum Presbyte-
ratus, uti insigniorem illo simplici Monachali. Se-
cundò objici potest, quod nequit dari major obedien-
tia in Regulari erga Superiorem, quàm Filii erga Pa-
trem, cùm hoc sit Jure divino, & naturali, sed Patre
nolente, Filius ordinari poterit, ergo etiam Religio-
sus, renuente Prælato.

Tamen contrarium videtur de jure expressum ex
Text. *in cap. ad aures 5. de temporib. ordinat. canon.
nullus 18. dist. can. si quis. can. in Parochia canon. Mo-
nachi in Monasterio, can. cum pro utili 16. quæst. 1.
cap. nullus de tempor. ordin. in 6.* quod scilicet invito
Prælato, nullus Monachus initiari debeat Sacris Or-
dinibus. Hoc idem statuit Concilium Lateranense sub
D. Gregorio Magno ibi: *Ut invito Abbate ad alia
Monasteria ordinanda, aut ad Sacros Ordines, &
Clericatus officium tolli exinde Monachi non debeant,
& idem Gregor. lib. 1. cap. 18.* hoc iterùm repetit.

Ratio hujus bene expressa fuit à Lucio Tertio *in*
7 *citat. cap. ad aures* ibi: *Quoniam esse potest, quod
Prælati eorum commissa secreta noverint; ex quibus
constat eis, quod salva conscientia nequeant sublima-
ri:* Cùm etenim Regulares intra Claustra maneant,
quomodò poterit Episcopus eorum mores perscruta-
ri, ut instructus remaneat, quod Ordines tam subli-
mes promereantur? Ita docuerunt Barbosa *ad hunc
textum num. 1.* Peyrin. *tom. 1. privil. sui Ordinis Con-
stit. 2. Julii II.* Ledesma *tit. 1. Summ. de Sacram. Ord.
cap. 8. conclus. 10.* Gonzal. *ad idem cap. ad aures num.
3. & seq. ubi num. 2.* advertit, quod verba textus *se-
creta noverint* intelligi debent de scientia secreta, ex-
tra tamen confessionem.

8 Ad primum objectum responderi potest, quod ta-
lis permissio non est ratione perfectioris status in
Religione, ad quam permittitur transitus, sed ratio-
ne austerioris instituti; non enim debet quis se pu-
tare dignum statu perfectiori; posset tamen appete-
re statum magis conducentem ad perfectionem, qua-
tenus est ingressus ad Religionem strictiorem, Sanch.
in Decalog. lib. 7. cap. 7. Azor. *tit. 1. moral. lib. 12. cap.
14. quæst. 2.* Et ulteriùs adest alia responsio, quod pro-
hibitio in Abbate erga subditum, ut non ordinetur,
9 procedere debet ex causa legitima delicti occulti,
ut sonant verba *cit.* Textus *cap. ad aures*; unde non
debet permitti transitus ad altiorem statum, quod
10 non est in transitu, quem facit in strictiorem regu-
lam Spiritu Sancto ductus Monachus; ex delicto
enim non debet præmium promereri, prout esset,
si Sacerdotio initiaretur.

Ad secundum argumentum non est paritas inter
Filium, & Monachum, tum quia in iis, quæ res-
11 piciunt statum, solvitur Filius à lege obedientiæ. Tum
quia Abbas non est in temporalibus solùm Superior
12 Monacho, sed etiam in spiritualibus circa concernen-
tia Animam. Hinc potest prohibere Monacho, ut
non ascendat ad Ordinem Sacrum.

Sed quid dicendum quoad Clericos sæculares erga
13 suos Episcopos? Et videtur posse Episcopus denega-
re Ordines suis subditis, *c. ex tenore de temp. ordin.*
Imò hoc videtur remissum ejus arbitrio ex Sacrosf.
Conc. Trid. *sess. 21. de reform. cap. 2.* ibi: *Nisi il-
li, quos Episcopi judicaverint assumendos pro necessi-
tate, vel commoditate Ecclesiarum,* ubi passim Cano-
14 nistæ, Riccius *in prax. for. Eccl. resol. 587. in 2.
edit.* Barbosa *ad dict. locum Concilii num. 54. & 56.* &
dicitur in eodem Concilio *cap. 16. sess. 23. de reform.*
quod nullus ordinari debeat, qui judicio sui Episco-
pi non sit necessarius, vel utilis suis Ecclesiis, & id
est etiam prohibitum Metropolitano, itaut ordinatus
cum litteris dimissorialibus istius etiam ob renitentiam
proprii Episcopi sit malè ordinatus, ac irregularis

Quarant. *v. Archiepiscopus numer. 30. & 33.* & sunt
clara verba Sac. Conc. Trid. *sess. 14. cap. 1. de reform.*
ibi: *Nulla contra ipsius voluntatem concessa licentia de
se promovendo, suffragetur;* & de irregularitate incur-
sa, Sedes Apostolica tantùm potest dispensare, & dixit
Pignatell. *cons. 343. tom. 1.* Sic Patriarcha, Nuntius,
& Legatus in hoc exercere non valent jurisdictionem,
& adducit Resolut. Sac. Conc. Trid. in Taurinen. 16.
Aprilis 1633. Nuncius Apostolicus si promoveat ad
Ordines Sacros suæ Provinciæ Clericos absque facul-
tate Sedis Apostolicæ, ipse, & ordinati incurrunt in
pœnas impositas à Sac. Conc. Trid. *sess. 23. cap. 8. de
reform.* nisi haberet certam facultatem, & quo ad Le-
gatum à Latere alibi dicam. Ab Episcopi judicio non
datur appellatio, cùm sit remissum conscientiæ Epis- 15
copi, cujus solùm Deus est scrutator; dictum enim
cap. ad aures extenditur etiam ad Sæculares, Gloss. *in
cap. ex tenore ver. prohibere eodem tit.* Barbosa *cit. cap.
ad aures num. 4. & 5.* Card. de Luca *de benef. disc.
71.* ubi declaratio Sacræ Congregationis; & bene ex-
clamat contra Episcopos faciles, & commendat reni-
tentes ad Ordines, latè Rota *dec. 186. & 195.* coram
Remboldo, *& dec. 1150.* coram Coccino, in qui-
bus etiam firmatur non dari appellationem, & quod
potiùs debeat subditus obedire, *ex Can. qui culpatur 32.
qu. 1.* Hostien. *in cit. cap. ex tenore*, in quibus decisio-
nibus fuit declaratum nulliter processisse Auditorem
Nuntii Portugalliæ in concedendo dimissorias, ordi-
nando post denegationem factam ab Episcopo Elbo- 16
ren. Imò etsi Papa concesserit dicto ordinando dispen-
sationem ad Ordines, pro impuritate sanguinis, in re-
cipiendis Ordinibus, cum dispensatione Interstitiorum,
tamen hoc non importat, nisi capacitatem in casu,
quo Episcopus proprius velit ipsum ordinare. Et fuit
coram eodem Coccino *dec. 1181.* dictum, præfatum 17
ordinatum incurrisse suspensionem, tanquam ordina-
tum sine litteris dimissorialibus Ordinarii proprii, &
sic permanere debere arbitrio sui Episcopi, *ad capit. 2.
sess. 11.* Sac. Conc. Trid.

Verùm in hoc procedendum est cum distinctione:
Aut promovendus est arctatus ad suscipiendos Sacros
Ordines puta ratione alicujus Beneficii ad se spectan- 18
tis, & cui sit annexus Sacer Ordo, & tunc quia im-
plicitè esset privare cum tali Beneficio, daretur ap-
pellatio, seu recursus ad Superiorem, & in hoc casu 19
tenetur Episcopus concludenter probare causam reje-
ctionis, secus verò si agatur de non arctato, ut di-
stinxerunt Card. de Luca *de Benef. disc. 71. num. 3. &
seq.* & Miscell. *Eccl. disc. 25. num. 9.* Pignatell. *tom. 7.
consult. 20. num. 4.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 4.
num. 66.* & plenè Rota *in cit. dec. 186. & 195.* coram
Remboldo, *& dec. 1150.* coram Coccino, ubi etiam
distinctio hæc approbatur, & in illis casibus agebatur
de ordinando ad titulum Patrimonii, & ratio est quia 20
idem Concilium locis citatis committit arbitrio, ju-
dicio, & conscientiæ Episcopi ordinationem in casu
ordinandi ad titulum patrimonii, vel pensionis, quia
tunc est pura voluntas ordinandi. Et sic Episcopus de-
bet investigare utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ,
sine qua Concilium non vult, ut ordinentur, & in
hoc solùm Deum habet Judicem, & sic non datur ap-
pellatio, Gloss. *cap. statutum §. assessorem v. relinquun-
tur de rescript. in 6.* Barb. ad Conc. Trid. *sess. 21.
cap. 2. de reform. num. 55.* Scaccia *de appellat. q. 17.
limit. 15. num. 3.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 2. lim.
10.* Salgad. *de reg. protect. part. 2. cap. 13. num. 3. & seq.* 21
Quo ad arctatos verò nulla necessitas Ecclesiæ debet
considerari, & sic cessat etiam remissio judicio Epis-
copi, ut docent *cit.* Doctores, & non dari appella- 22
tionem, prævio rescripto *reportetur Breve appella-
tionis*, etiam quoad concessionem dimissorialium pro
ordinando ad titulum Patrimonii concessarum ab Epis-
copo, in una Leodien. fuit resolutum in Signatura Ju-
stitiæ die 25. Septembris 1698. Ponente D. Strozzio,
cùm eadem sit ratio concessionis, & denegationis.

In alia tamen causa cujusdam Diaconi, ad instan-
tiam cujus, Nuntius Apostolicus Hispaniarum rela-

xavit

xavit litteras citatorias contra Archiepiscopum Hispa-
len. ut causas declararet, quare illum ad Presbytera-
tum ordinare nollet, eadem Signatura Justitiæ die 7.
Martii 1699. Ponente D. Lonio rescripsit ad Rotam
de Appellatione, quia verè habuit pro gravamine ap-
pellationem à Nuntio admissam, cùm id sit reposi-
tum conscientiæ Ordinarii; sed cùm ageretur de Dia-
cono, non fuit in totum appellatio denegata, sed
commissa causa S. Rotæ, in quo casu dubitabili
semper debet admitti appellatio à denegatione Ordi-
num, secus in casu evidenti non arctati, quia est
repositum in voluntate Episcopi ordinatio, & tunc
Signatura denegat appellationem in totum. Nam
si ageretur de arctato, & Episcopus renuat, posset
Legatus à Latere, vel Nuntius, ac Archiepiscopus,
Patriarcha, aliique qui habent jus appellationum, co-
gnoscere gravamen, non autem in casu repositio-
nis arbitrio Ordinarii in non arctatis, & posito
gravamine, nequit ipse ordinare, sed demandare ei-
dem Episcopo, ut ordinet, ut dicitur in relatione
Cardinalis Facchinetti, dum fuit Nuntius Hispaniarum
sub anno 1640. relata à Pignatel. *tom. 2. cons.* 1. *num.*
14. quod tantùm in casu injustæ renitentiæ Ordinarii,
aut justi impedimenti, vel Sede Vacante, Nuntius
Hispaniarum se intromittit; & S. M. Urbanus VIII.
die 27. Aprilis 1641. rescripsit per Breve, ut in con-
cedendis licentiis suscipiendi Ordines extra tempora à
jure statuta, tenorem suarum facultatum non exce-
dat, minùsque cuique litteras dimissoriales ad susci-
piendum Ordines concedat, sed hujus rei curam pro-
priis Ordinariis relinquat, quibus qualitas persona-
rum, quæ ad Ordines volunt promoveri, ac necessi-
tas, & utilitas Ecclesiarum cognitæ sunt. Et quoad
licentias de promovendo, non concedat illas absque
Clausula solita, cum litteris dimissorialibus Capituli
Sede Vacante, prout consuevit, ut refert *cit.* Pignat.
num. 15. & alibi dicam de facultate concedendi lit-
teras dimissorias Sede Vacante, vel aliàs, de quo
Rota *dec.* 1181. coram Coccino. Hoc certum est,
quod in arctatis potest Nuntius seu Legatus à Latere,
Primas, aut Metropolitanus cognoscere de gravami-
ne, quod etiam ex dictis potest prorogari ad similitu-
dinariè arctatos, & qui jam sunt in Sacris, secus ve-
rò in non arctatis, quorum promotio judicio Episco-
pi est remissa, & procedunt *citata decis.* 186. & 195.
Remboldi, quia appellatio non datur judicialis, sed
recursus ad Papam tantùm, & S. Congregationem.

Verùm Episcopus cum causa potest denegare Ordi-
23 nes etiam Beneficiario, & arctato, quamvis causa non
sit ex illis contentis in Sacris Canonibus, & non
haberet impedimentum Canonicum, ut Sacr. Con-
greg. Concilii in Majoricen. rescripsit *lectum* in Me-
moriali cujusdam Beneficiari, quem Episcopus nole-
bat ordinare, etsi non haberet impedimentum Cano-
nicum, sed adesse alias causas Episcopus asserebat die
28. Januarii 1690. quia sufficit occultum crimen, te-
24 netur tamen Episcopus causam pandere, eadem Sac.
Congreg. in Vercellen. 21. Martii 1643. non quidem
25 Reo, sed Sacr. Congregationi, ut infra. Arctatus
etiam dicitur, qui est constitutus in Sacro Subdiaco-
natus Ordine, nam non tenetur quis in tam stricto
statu permanere, sine assecutione Presbyteratus ulti-
mi finis habiti in assecutione primi Ordinis Sacri,
& cum impotentia redeundi ad statum Laicalem,
ut *cit.* Card. de Luca *disc.* 11. *num.* 6. docet. Pro ar-
26 ctatione verò quoad Beneficium, non sufficit aliquem
habere jus ad rem, sed requiritur, ut habeat jus in
re, ut scilicet Beneficium ei omninò debeatur, qua-
tenus Sacerdos esset, ut bene ponderat Card. de Lu-
ca *disc.* 71. *n.* 10. *& seq. de benef.* ubi de gratia in for-
27 ma *dignum*, quod non possit importare hanc necessi-
tatem, quia non est pura gratia Beneficii, sed condi-
tionalis consistens in mandato de providendo, prop-
terea non importat jus quæsitum, sed quærendum,
& ita fuit decisum in S. Congregatione Concilii apud
28 eumdem; sicque hæc necessitas vera videtur esse in
jam Beneficiatis, qui intra certum tempus debent as-
sumere Ordines, quia aliàs priverentur Beneficio. Simi-
litudinariè tamen extenditur ad præsentandos ad Be- 29
neficia certi generis, ad quæ vocatus dicitur habe-
re jus certum, quod etiam verificatur in puro præ-
sentato, qui tantùm habet jus lato modo ad Benefi- 30
cium, scilicet initium ad institutionem obtinendam,
nam Laicus potest nominari, sed non personaliter 31
præsentari coram Ordinario, Penia *decis.* 4. Faciliùs ta-
men conceditur à denegatione Ordinum appellatio in 32
primis verè arctatis, quia talis denegatio Ordinum,
importaret veram privationem Beneficii; in arctatis
similitudinariè, difficiliùs admittitur appellatio, con- 33
sideratis scilicet circumstantiis, an Beneficium sit de
familia, ac pro certo genere, quo casu faciliùs debet 34
permitti ordinatio, ut illud non transeat ad extraneos,
quàm in purè præsentato ad illud Beneficium. Sic an
sit tenue, & similia, debet observari, cùm in hoc ne-
queat dari certa regula, sed remittitur arbitrio Judi- 35
cis, sufficitque, ut dixi, etiam jus ad rem, dummo-
dò sit certum, & considerabile, ut innuit Cardin. de
Luca *cit. disc.* 71. & Sacr. Congreg. Concilii in una
Calaguritana 30. Januarii 1694. cuidam Laico præsen-
tato ad Beneficium petenti, ut remitteretur Ordina-
rio viciniori collatio primæ tonsuræ, stante reniten-
tia Episcopi Calaguritani, rescripsit *adeat Episcopum
Calaguritanum*, non enim facilè debet Ordinariis lex
præscribi in hoc, nisi gravamen sit evidens; *ipsi enim*
sunt pastores, & possunt dicere, quod habetur in
Evangelio, *Cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.
Et in una Leodien.* petente quodam Subdiacono, ut
demandaretur Episcopo ordinatio, quia erat Canoni-
cus arctatus, Sacr. Congreg. Concilii primò rescripsit
23. Martii 1697. *ad mentem*, quæ fuit, ut prorogre-
tur tempus ad recipiendos Ordines, & interim doceat
de emendatione. Et deinde 27. Julii *dicti anni*, *In
omnibus arbitrio Ordinarii*, non obstante defectu lit-
terarum testimonialium Decani Capituli. Et in alte-
ra *Leodien.* reclamante quodam Canonico Ecclesiæ
Collegiatæ Aquisgranen. ad S. Congreg. Concilii pro
reportandis litteris testimonialibus ad effectum se pro-
movendi ad Subdiaconatum denegatis à Capitulo ob
inobedientiam, die 17. Junii 1702. eadem S. Congreg.
Concilii rescripsit esse concedendas litteras testimonia-
les, stante venia petita à Capitulo; & reclamante Ca-
pitulo, ac asserente Canonicum plures defectus ha-
buisse circa mores, die 2. Decembris *dicti anni* S. Con-
greg. respondit *arbitrio, & conscientiæ Episcopi*.

Ita si agatur de jam Clerico pro accessu ad Ordines 36
sacros, magis arbitrariè proceditur, quàm in puro
Laico, etsi præsentato ad Beneficium, quia Laicus
nequit præsentari, & sic nullum jus habet; quam-
vis etiam purus Laicus, si Beneficium ei deberetur 37
tamquam familiare, quod alioquin iret ad extraneos,
& aliquod jus posset allegare considerabile, in tali ca-
su non deberet carere arbitrio; prout majus arbitrium 38
mereretur, si quis esset Subdiaconus, qui Presbyte-
ratum vellet obtinere, Card. de Luca *cit. disc.* 25. Mis-
cell. *Eccl. de Beneficiis disc.* 71. & hæc omnia pon-
derari debent à prudentis Judicis mente, prout pon-
derantur quidem ab E.E. illis P.P. S. Congregationis
in casibus occurrentibus.

Dicerem tamen etiam in casu non arctati quamvis 39
nequeat dari vera appellatio, & recursus, posset dari
recursus extrajudicialis ad Sacram Congregationem
Episcoporum, & Regularium, vel Concilii, ut Epis-
copus propalet causam, ob quam deneget Ordines, 40
nam arbitrium concessum Episcopis est regulandum
à jure, hoc est voluntatis rationi submissæ, Gloss.
ver. visum capit. 2. de corpor. vitiat. & Sac. Cong.
Rhemen. ut infra adducenda. Hæc enim est differen-
tia inter arbitrium, & simplicem voluntatem, ut pri- 41
mum regulari debeat, si non strictè, saltem aliquo mo-
do à jure, cùm tantùm istius habenas relaxet, non
solvat; secunda verò nullam habet regulam, juxta
distinctionem, de qua apud Cavaler. *decis.* 374. Gi-
zarell. *decis.* 57. *numer.* 7. Et in casu arbitrii malè in-
terpositi, quod detur appellatio, vel saltem recursus, 42
Card.

Card. de Luca *de Can. disc.* 1. *num.* 8. Rota coram
Ludovis. *decis.* 106. Attamen debet esse gravamen ve-
43 rum, & denegatio rationabilis, ut detur locus ad
cogendum Episcopum ad Ordinum collationem, cùm
non sufficiat purum gravamen, ut docent citati Do-
ctores, & in terminis Ordinum *cit.* Card. de Luca
disc. 71. *de Benef. num.* 5. ubi adducit decreta S. Con-
gregationis, & *cit. disc.* 21. Miscell. *Eccl. per tot.* &
num. 5. ubi quod datur recursus ad S. Congregatio-
44 nem Episcoporum, quæ solet etiam inhibere Audit.
Cam. ut non procedat, quia talis denegatio Ordi-
num, est actus extrajudicialis, & sic non habet ju-
risdictionem Aud. Cam. qui procedit tantùm in cau-
sis contentiosis, imò neque Metropolitanus, Pa-
triarcha, Nuntius, ut declaravit S. Congreg. in una
Bragensi 16. Novembris 1621. & refert Pign. *tom.* 2.
cons. 1. *num.* 5. & *per tot.* & *in Comp. Verb. Nun-
tius*, ubi refert S. M. Innocentium X. prohibuisse
Legato Bononiæ se ingerere in materia Ordinum,
prævio voto S. Congr. Episcoporum, & Regularium
30. Septembris 1650. Et de Archiepiscopo, S. Con-
greg. Concilii in Calaguritana die 17. Januarii 1693.
censuit dandas esse litteras Monitoriales Metropo-
litano Burgen. ut abstineret à conferendo Ordines iis,
qui fuerunt ab Ordinario rejecti, & Episcopus ute-
retur jure suo in Ordinationibus, non obstante jus-
su Metropolitani in contrarium, & in casibus hu-
jusmodi certioret S. Congregationem. Et propositis
pluribus dubiis in Congregatione die 16. Aprilis an-
ni 1695. & dilata resolutione die 16. Julii 1695.
iterum propositis, inter alia IX. An Metropolitanus
possit cogere Suffraganeum ad conferendum Ordines,
& an possit admittere appellationes ab Ordinum de-
negatione? X. An, & in quibus casibus teneatur
Episcopus exprimere causas denegationis Ordinum,
& an ad id compelli possit per Metropolitanum?
S. Congreg. cum alia octo dubia fuissent proposita
circa gravamina prætensa per Episcopum contra Ar-
chiepiscopum quoad appellationes, respondit: Ad
primum usque ad nonum, *Dentur decreta aliàs à
S. Congreg. Episcoporum edita*, apud Quarantam in
Summa Bullarii v. Archiepiscopi auctoritas impressa.
Ad decimum censuit pariter dandum esse Decretum
in Rhemen. 21. Aprilis 1668. tenoris sequentis:
*Propositis in S. Congregatione Eminentissimorum S.
R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
dubitationibus, circa quas Eminentia Vestra pro sua
egregia pastorali sollicitudine Apostolicam Sedem con-
sulit, Eminentissimi P. P. illius zelum charismata
meliora æmulantem, peculiari laude prosecuti sunt:
Cæterum eas dubitationes, quæ primis quinque Capi-
tibus, seu numeris digestæ, & descriptæ sunt, unico
responso ex declarationibus aliàs editis definiri posse
censuerunt. Etenim cùm nullus ordinari debeat, quem
suus Episcopus suæ Ecclesiæ utilem, aut necessarium non
judicaverit, Congregatio non semel declaravit ab hu-
jusmodi judicio nullam dari appellationem, sed recur-
sum dumtaxat ad Sedem Apostolicam, quæ juxta ipsius
Congregationis sententiam per Gregorium XIII.* fel.
rec. *approbatam, quotiescumque Ordinarius recusave-
rit quemquam ordinare, Metropolitano, aut viciniori
Episcopo committit, ut ab eodem Ordinario prius re-
quirat causam recusationis, quo legitimam non allegan-
te, liceat illi eumdem recusatum ordinare. Itaque si
qui ex Diœcesanis Episcoporum Emin. Vestræ Provin-
cialium Sedem Apostolicam adiverit, juxta prænarra-
tam formulam eorum querimoniis consulatur, cui for-
mulæ ut unum in præsens addatur, censuerunt expedi-
re Eminent. PP. videlicet, ut Metropolitanus, aut vi-
cinior Episcopus antequam commissas sibi partes exe-
qui aggrediantur, paternè curent, ut illi denuo apud
suos Episcopos per tres vices suppliciter instent. Ad
XI. censuit discutiendos esse casus particulares.*

Ex hac enim declaratione optimè elicitur, quod
etiam dixi supra *num.* 18. quod in arctatis detur ju-
dicialis appellatio ad Superiores habentes jus appel-
lationum, quia Sac. Congreg. ad nonum dubium:
An possit Metropolitanus cogere suffraganeum ad
conferendum Ordines, & an possit admittere appel-
lationes ab Ordinum denegatione? Respondit, *den-
tur decreta aliàs à S. Congregat. Episcoporum edita*,
apud Quarant. *in Summa Bullar. ver. Archiepiscopi
auctoritas, impressa*, quæ continent modum, quo
Archiepiscopi uti debent in appellationibus, & sic
non exclusit appellationem, sed tantùm quatenus ad-
sit gravamen, *ut in dicta resolut.* apud Quarantam.
In decimo verò dubio, an teneatur Episcopus ex-
primere causas denegationis Ordinum, & an ad id
compelli possit per Metropolitanum; se remisit Sacra
Congregatio resolutioni *in cit. Rhemen.* quæ loqui-
tur in iis tantùm, qui non sunt arctati, quoad quos
est remissum arbitrio Episcoporum, nec possunt Ju-
dices appellationis se intromittere; & ita etiam be-
ne videntur distinguere *cit. dec. in Elboren.* coram
Coccino, & Remboldo, & sic etiam Audit. Cam.
posset procedere in causis arctatorum, admittendo
appellationes, quia eadem est ratio, prout in aliis
Judicibus appellationum. Et quod supra diximus non
dari recursum ad Aud. Cam. intelligi debet quoad
non arctatos, in quibus proceditur per viam recur-
sus, secùs in arctatis, in quibus procedi potest per
viam appellationis, sed non solet se intromittere Au-
dit. Cam. ex facili recursu ad S. Congregationem,
& ordinibus specialibus, quoad istas materias spiri-
tuales, vel immunitatis, quæ aliquando dantur ore-
tenus à Summis Pontificibus, Notariis, ut non expe-
diant monitoria, & cùm agatur de materia, in qua non
solet fieri processus, tractatur in Sac. Cong. Episcopo-
rum, *ut ex Const.* 74. S. M. *Sixti V. Cong.* 12. ut aliàs dixi.

Circa Regulares in casu isto denegationis Ordinum
ab Episcopis, vel licentiæ proprii Superioris Regu-
laris, fit recursus quoad primos ad Sacr. Congregat.
Episcoporum, & quoad secundos, ad alios Supe-
riores majores, vel Sac. Congr. Episcoporum, & Re-
gularium, & quatenus non obstent mores, difficilis
redditur justitia denegationis, quia illi ordinantur ad
titulum paupertatis; nec debent permanere in statu
simplici toto tempore eorum vitæ. Sed hic casus ra-
rò evenit, quia Superiores Regulares facillimè vo-
lunt eos ordinatos; & de praxi Datariæ, ac Sacræ
Pœnitentiariæ concedendi facultates alicui recipien-
di Ordines à quocumque Episcopo Catholico, recu-
sante Diœcesano, dicam infra.

Igitur hæc videtur differentia inter arctatos, & non 45
tales, quod primi faciliùs possunt in gradu recursus,
seu appellationis obtinere Ordinationem, quia Episco-
pus causam denegationis concludenter debet probare,
secus in aliis, quia sufficit talis qualis informatio Epis-
copi; hocque comprobatur ex usu Sacræ Congregatio-
nis Episcoporum, quæ scribit Ordinariis, ut extraju-
dicialiter assignent causam denegatæ Ordinationis, quæ 46
praxis est fundata in ratione, quia Sacrum Concilium
Tridentinum non indefinitè committit arbitrio Episco- 47
pi Ordinationes, sed quod ordinet, quos dignos esse
existimaverit pro necessitate, vel commoditate Eccle-
siarum; unde non video, quare Episcopus non sit co- 48
gendus ad informandam Sacram Congregationem, an
deficiat altera ex istis causis, vel concurrat defectus po-
sitivus in ordinando; imò in casu repositionis conscien- 49
tiæ alicujus, vel libero arbitrio, etsi non detur appella-
tio, & recursus regulariter, tamen potest gravatus sub- 50
veniri per Papam, impetrando quod judicatum corri-
gatur, ac saltem per viam misericordiæ, etsi non per
viam justitiæ, potest implorari officium Superioris, ut
optimè docent Scaccia *de appell. qu.* 17. *limit.* 15. *nu.* 3.
vers. medium Felio. *in cap. significasti il primo n.* 4. *de ho-* 51
micidio. Idque, quia Sacra Congregatio repræsentat
Papam, & non agitur de Judice Ordinario, ad quem est
prohibita appellatio in prædictis. Hæc autem causa re- 52
cusandi Ordinationem, non debet propalari necessariò
ordinando, sed quidem Sacr. Congr. & Sedi Apostoli-
cæ, ut in similibus quoad suspensionem docuerunt Fagn.
cap. ad aures de temp. ord. per totum, Sanch. *de Matrim.
lib.* 3. *dis.* 15. *n.* 8. & *Sac. Cong. Concilii in Iser. anno* 1688.

Idem videtur dicendum de Abbate, qui nollet ſuum
53 ſubditum regularem ordinare, quod ſcilicet teneatur
exhibere cauſas, & iſtas diſcuti in Sacra Congrega-
tione, & ita ſicuti fuit dictum de Epiſcopo, ita de
alio Ordinario Collatore, ut de Abbate *Nullius* ha-
bente facultatem conferendi Ordines, & de Capitu-
lo, *Sede vacante*, quando poſt tempus anni habet fa-
cultatem concedendi dimiſſorias, Barb. ad Conc. Trid.
ſeſſ.23.cap.12.n.11.

Sed quia diximus, juxta diſpoſitionem Concilia-
54 rem, fuiſſe remiſſum arbitrio Epiſcopi ordinare ad ti-
tulum Patrimonii pro neceſſitate, vel utilitate Eccle-
ſiarum; quæri poteſt, an ſi agatur de Clerico, qui ha-
bitat in Civitate magna, in qua talis neceſſitas Ec-
cleſiæ non urgeat, poſſit ratione neceſſitatis Eccleſiæ
originis ordinari ab Epiſcopo originis? Et videtur
non poſſe, quia ceſſat utilitas Eccleſiæ originis, ita
55 videtur ſentire Concil. Trid. *ſeſſ. cit. 21. de reform. cap.*
2. & tenet Marcell. *Vulpe in praxi judicial. Forenſ.*
Eccl. cap. 9. num. 6. Et quamquam contrarium latè
tueatur Capon. *Conſult. For. 62. per totam*, ubi in fi-
ne ponit etiam, ſic fuiſſe deciſum à Sacra Congrega-
tione Epiſcoporum, moveturque rationibus, quia
Concilium dat facultatem Ordinario promovendi ad
titulum Patrimonii, ſi concurrat neceſſitas, vel com-
moditas Eccleſiæ, & ſic debet attendi commoditas
56 Eccleſiæ univerſalis, non materialis, & nomine Ec-
cleſiæ venire quemcumque Chriſtianum, prout eſt
ordinandus, nam Concilium non vult commodita-
tem publicam, ſed ſufficere privatam; unde arguit ſuf-
57 ficere commoditatem privatam illius Chriſtiani, qui
petit ordinari.

Tamen contrarium reſultat ex mente Concilii,
imò ex ejus verbis; conceſſo enim quod alternativè
diſpoſuerit de neceſſitate, vel commoditate, prima
58 limitata ad puram indigentiam, ſecunda ad pinguius
ſervitium, ut declaravit Sacra Congregatio apud Bar-
boſam *cit. cap. 2. num. 56.* Tamen loquitur de neceſſi-
tate, vel commoditate *Eccleſiarum ſuarum*; unde
intelligit de ſervitio Eccleſiæ materialis, non autem
Clericorum ordinandorum. Et quidem, nec de Ec-
cleſia univerſali, ſed de ſpeciali, in qua ordinandus
eſt adſcriptus; cùm enim Clerici debeant ad formam
ejuſdem Concilii alicujus Eccleſiæ ſervitio adſcribi in
eorum ordinatione, *& in capit. 16. ſeſſ. 23. de refor-*
59 *mat.* Sacrum Concilium Trident. *per ly Suarum* hoc
intelligit, & ita verba ipſa indicant, nam conjungi-
tur ly *ſuarum* cum ordinandis; ibi; *niſi illi* (ſcilicet
ordinandi) *quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro*
neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum. Et
ita etiam indicat per eadem verba Concilium *in citat.*
60 *cap. 16. ſeſſ. 23.* ubi injungit quemcumque ordinan-
dum debere adſcribi certæ Eccleſiæ, pro cujus neceſ-
ſitate, vel utilitate ordinatur, & ſic fieri debet talis
adſcriptio in promotione ad Clericatum, ut refert
Barboſa *citat. capit. 16. numer. 2. ex reſol.* Sacr. Con-
greg. Conc.

Unde neceſſitas, vel utilitas ejus Eccleſiæ debet
61 ſcrutari, ad cujus ſervitium fuit adſcriptus. Et præſu-
mitur adſcriptus in dubio Eccleſiæ Cathedrali loci,
in quo fuit ordinatus ab ejus Ordinario. Et quamvis
62 poſſit quis mutare Ordinarios in recipiendo Ordines,
63 puta unum ab Epiſcopo Domicilii, alium ab illo Be-
neficii &c. prout affirmat Novar. *in Concl. novi juris*
Pontif. concl. 102. num. 22. & facit Barboſa *de poteſt.*
Epiſc. alleg. 4. numer. 41. ubi quod non requiritur
licentia Epiſcopi pro mutando Domicilio ad finem
conſequendi Ordines ab Epiſcopo Domicilii, & tue-
tur Capon. *contr. 66. numer. 5.* qui adducit reſolutio-
64 nem Sacræ Congregationis, & idem firmat Zipæus
in conſul. Can. lib. 1. tit. de ætat. & qualit. ordin. con-
ſult. 3. tamen non eſt licitum, ſi fiat in præjudicium
adſcriptionis propriæ Eccleſiæ ſervitio, ut innuit Al-
phonſ. de Leon. *poſt cit. controv. Caponi*, quia ſtante
tali adſcriptione videtur in fraudem mutari Ordina-
rius. Et ita explicat Ricc. *in prax. de Sacram. Ord.*
reſp. 2. Moſſci, *tom. 2. de Sacram. Ord. cap. 3. num. 10.*
& Marchin. *tract. 1. de Ord. part. 5. cap. 6. numer. 17.*
& ex dicta congruitate tantùm negat variationem pra-
cticus Corrad. *de diſpenſ. lib. 4. cap. 5. num. 46.* Hinc
ſi fuerit cuiquam denegata prima tonſura ab Epiſcopo
Originis, nequit recurrere ad illum, in cujus Diœce-
ſi habet Beneficium, vel ad Epiſcopum Domicilii, ut
reſolvit Sac. Congregatio Concilii die 2. Januarii 1658.
& in Averſana, ſeu Caſertana 26. Septembri 1693.
apud Pignatell. *tom. 9. conſult. 189. num. 83.* Verùm
variatio eſt licita ex prædictis, non tamen ſi fiat in
fraudem, ut apud Pignatell. *tom. 1. conſ. 38.* Et Sacra
Congregatio Concilii, ibi relata in una Fundana 27.
Februarii 1666. Et in fraudem dici ſi Beneficium ſit te-
nuiſſimi redditus, ut ex alia declaratione ibidem, &
ita intelligendi ſunt Doctores hinc inde, quæ variatio
bona fide fieri poteſt etiam de Subdiaconatu ad Dia-
conatum, vel Presbyteratum, nec Conſtitutio San.
Mem. Innocentii XII. in hoc novum jus edidit. Dum-
modò obſervetur in reliquis, ſcilicet cum litteris te-
ſtimonialibus, Epiſcopi originis, ſeu Domicilii, imò
ſupponit variationem *in §. hinc eſt numer. 8. infra di-*
cendæ Conſtitutionis. Ergo tota vis utilitatis, & ne-
ceſſitatis Eccleſiæ, eſt in Eccleſia propria adſcripti-
tia.

Unde non obſtat, quod tenet Caponus intellectum
ſingularem præbens Concilio. Et verè ipſe ſe funda-
vit in caſu ibi contingente, quod ordinandus obti-
nuiſſet Breve Pontificium directum Epiſcopo originis,
ut ordinaret eumdem in tribus diebus feſtivis cum cau-
ſa fervoris devotionis, & quod ſic tacitè fuiſſet per
Papam derogatum Concilio, *ut in cit. conſult. 63. num.*
9. dixit. Sed revera neque omninò placet iſta reſpon-
ſio, quia Breve diſpenſationis, ut quis poſſit ordinari 65
in tribus diebus feſtivis, nihil inducit ampliùs, quàm
diſpenſare in interſtitiis temporum à Jure, & Conci-
lio inductis inter aſſumptionem unius Ordinis & alte-
rius, & quod poſſint aſſumi in tribus diebus extra
tempora, de quo alibi; nec dat auctoritatem Epiſco-
po, ſi hanc non habeat, ut in terminis Rota *dec. 195.*
num. 4. coram Remboldo §. *Minus*, & ſic Epiſcopus
ordinans debet inſpicere, an concurrat Eccleſiæ ne-
ceſſitas, vel ſervitium pro Ordinatione in genere, *ut*
in ipſa dec. Et quamvis aſſeratur, ut promovendus ſit
ordinandus ad titulum patrimonii, vel beneficii, id
fit ut Papa ſciat cauſam, ob quam magis facilè, vel
minùs inducatur ad diſpenſationem, unde ſi aſſeratur
cauſa patrimonii, valet etiam pro beneficio, ex argu-
mento de majori ad minus, ut proſequitur *citat.* Cor-
rad. *lib. 4. capit. 5. num. 7.* Unde hujuſmodi diſpenſa-
tio Papalis, etſi cum clauſulis generalibus, derogat
Concilio Tridentino, ut certum eſt, & abundantiùs
comprobat Capon. *citat.* & intelligi debet derogatio
temporum Interſtitiis, & Ordinationi extra tempora
per Concilium prohibita. Sed quidquid de hoc olim
fuerit, San. Mem. Innocentius XII. ſic declaravit, ut
ſcilicèt hujuſmodi Brevia Apoſtolica non derogarent
diſpoſitioni Conciliari de non ordinandis ad titulum
patrimonii, niſi quos Epiſcopus judicaverit pro utili-
tate, vel neceſſitate propriæ Eccleſiæ, ut in ejus Con-
ſtitutione ſub datum apud S. Mariam Majorem *pridiè*
Nonas Novembris 1694. Pontificatus An. 4. inter im-
preſſas in noviſſima Collectione Conſtitutionum dicti
Pontificis la 44. §. 3. Et ſic nunc requiritur ſpecialis
derogatio Papæ. Verùm, conſiderato facto recenſito
in citat. controv. Capon. *in initio*, video dictum diſ-
penſatum, fuiſſe ordinatum ab Epiſcopo Scalen. & mo-
ram deinde traxiſſe Neapoli; unde ſuppono Eccleſiæ
Scalen. fuiſſe adſcriptum, & deinde Neapoli moratum
fuiſſe continuò; idcircò cùm Epiſcopus originis fuiſ-
ſet ſuus Ordinarius primævus, & Eccleſia Scalen.
ejus adſcriptitia, neceſſitas iſtius debebat attendi, 66
& non illa Neapolis, in qua morabatur. Nec obſti-
tit, quod habebat animum Neapoli commorandi,
quia domicilium originis eſt immutabile uti naturale, 67
& ſemper quis redire intendit ad patrios lares, ut
diſſerit idem Capon. *numer. 7.* & non prohibetur quis
habere duplicem civitatem, ſcilicet originis, & 68
habi-

habitationis, ut dixerunt D. Anſald. *in tract. de commerc. diſcurſ.* 10. *num.* 24. Buratt. *dec.* 804. *num.* 3. Bichius *deciſ.* 572. *num.* 11. *&* 12. & Rota in Romana Prælaturæ de Vecchiarel. 9. Decembris 1697. §. *qui obeſſet*, coram D. Anſaldo. Unde firmum remanet, potuiſſe Epiſcopum Scalen. promovere illum ordinandum ratione neceſſitatis, vel commoditatis Eccleſiæ Scalen. ejus originariæ, & adſcriptitiæ, & ex hac ratione motam fuiſſe cenſeo Sac. Congregationem in reſolutione ab eodem Capone indicata in eadem *controv.* 63. *in fine*.

Hinc cùm ſupra mentionem pluries fecerimus, &
69 etiam faciemus infra de Epiſcopo, ſeu Ordinario, quoad Ordines ratione originis, Domicilii, & Beneficii, circa quam hanc materiam plura ſcripſerint etiam variè Canoniſtæ, ac editæ fuerint non paucæ declarationes Sacræ Congregationis, monendum cenſeo lectorem attendendam in præſenti noviſſimam prædictam Conſtitutionem San. M. Innocentii XII. qua cautum fuit nulli licere promovere ad Clericalem Tonſuram exterum ratione beneficii mox conferendi, vel præſentandi jam à Patronis in propria Diœceſi, prout neque Beneficiatum in propria Diœceſi aliàs ordinatum, ad alios Ordines promovere, niſi præviis Teſtimonialibus Epiſcopi originis, imò & Domicilii ſuper vita, ætate, ac moribus, beneficiumque ad effectum ſubjectionis pro Ordinibus debere eſſe ſufficiens ad congruam vitæ ſubſtentationem, detractis oneribus, ac prohibita ſuppletione cum patrimonio, ac de teſtimonialibus prædictis, & de inſufficientia beneficii debere fieri mentionem in Teſtimonialibus ordinum ab Ordinante dandis ordinatis, originemque intelligi de nativitate in loco non accidentali, aliàs attendi nativitatem Patris, niſi tamen iſte in loco, ubi natus fuerit filius, moram traxerit animo permanendi, ut domicilium contraxerit; domiciliumque ordinandi ad effectum Ordinum intelligi debere vel per moram decennii, vel per translationem majoris partis bonorum cum inſtructis ædibus, ibi per aliquod conſiderabile tempus habitando, etſi utroque caſu, juramento animum affirmaverit permanendi perpetuò, nec non ſemper cum litteris teſtimonialibus proprii Epiſcopi, ubi permanſerit, in ætate, in qua potuerit Canonicum impedimentum incurrere, prout etiam ſtatuit circa familiarem, ut ordinetur, requiri teſtimoniales, ut ſupra, ac quod Beneficium congruum ad ſubſtentationem intra menſem eidem conferatur; quodque omnes reſolutiones Sac. Congregationis ad formam dictæ Conſtitutionis intelligendas mandavit. Optimè quidem, & providè ille Pontifex ad obviandas plures fraudes in hac materia committendas, edidit *dict. Conſtit. incip. Speculatores*, inter impreſſas in ordine la 44.

Sed numquid ſervitium Eccleſiæ conſiderari poſſet
70 univerſale loci, quamvis non fiat in propria Eccleſia Parochiali? Dico affirmativè, quia Concilium non ſe reſtrinxit ad propriam Parochiam, & ita in caſu promotionis Clerici capacis pro ſervitio alienæ Parochiæ, in quo aderat defectus alterius, ob impedimentum Parochi, Sac. Congregatio Concilii in Nucerina *Viſitat. Sacrorum liminum reſcripſit, licere ordinare ad titulum patrimonii tantùm.*

Utrum autem ſicuti poteſt Epiſcopus, & Abbas
71 prohibere ſubditis aſcenſionem ad Ordines Sacros, valeat etiam cogere eos ad aſſumendos? Et certè poſſe quem à ſuo Prælato cogi, ſi adſit juſta cauſa, ob magnam ſcilicèt Eccleſiæ utilitatem, vel neceſſitatem, ita tamen ut coactio non ſit abſoluta, quæ tollat omnimodam voluntatem, ſed moderata, & quatenus non videatur proficere, abſtineat ab ulteriori coactione, *Can. ſi qui* 84. *diſt.* ubi Doctores, Sylveſter *ver. ordo* 3. *num.* 10. tamen poſſet ordinandus ſe excuſare, & appellare à rejecta excuſatione, Gloſſ. *in cit. can. ſi qui*; cùm regulariter Epiſcopus ordinans invitum, per annum ſit ſuſpenſus à celebratione Miſſæ, *can. Epiſ-*
72 *copus* 2. *diſt.* 74. Bonacin. *de Cenſur. diſput.* 3. *quæſt.* 6. *punct.* 5. *num.* 23. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 3. *num.* 3. ubi alios citat. Sed ſemper intelligi debet de coactione abſoluta, ut dixi; imò Epiſcopus nequit privare privilegiis Clericalibus Clericos, qui nolunt promoveri ad altiores Ordines. Ita declaravit Sac. Congr. Epiſcoporum die 19. Aprilis 1619. *Clerici non ſunt*
cogendi ad ſuſcipiendos Sacros Ordines, neque ob id 73
privilegio, & exemptione Clericali privandi, dummodo debitum ſervitium præſtent, Pignatell. *tom.* 3. *conſult.* 20. *numer.* 27. & Sacr. Congregatio Immunitatis in Mutinen. 25. Maji 1638. cenſuit reſpondendum eſſe Epiſcopo, Edictum privationis privilegiorum Clericalium contra Clericos, ſi non ſuſcipiant ulteriores Ordines Sacros, eſſe improbatum, ſed ipſum Epiſcopum debere monere, & hortari, & delinquentes, & contravenientes punire, Panimoll. *dec.* 14. *adnot.* 1. *nu.* 42. *&* 43.

Sed raró evenit caſus hujuſmodi coactionis, cùm hodie ultrò Ordines aſſumantur ab ordinandis, ut à
ſori Laicalis, & onerum gravamine eximantur, & 74
ſæpiùs videtur conſulendum eſſe, imò aliquando præcipiendum per Sacram Congregationem Epiſcopis, ut abſtineant à tam frequenti collatione Ordinum, ut practicatum teſtatur Card. de Luca, Miſcell. *Eccleſ. diſc.* 1. *num.* 54. & Pignatell. *conſul.* 20. *tom.* 3. *num.* 28. refert reſolutionem Sac. Congregat. Epiſcoporum in Biſinianen. 18. Junii 1655. quod prohibitio talis ad inſtantiam Communitatum, non ceſſet ex eo quod Epiſcopus remittatur ad reſidentiam, amoto exinde Vicario Apoſtolico. Et utinam Epiſcopi exemplum reciperent à viciſſitudinaria remiſſione cujuſdam ordinandi inter Epiſcopos Abulenſem, & Placentinum in Hiſpania, relata in Sacr. Congregat. Concil. 21. Aprilis 1703. & Epiſcopos Civitatis Caſtellanæ, & Aprutinum cum Eminentiſs. D. Epiſcopo Monti Faliſci 5. Aprilis 1704. in quibus caſibus alter aſſerebat competere alteri ordinationem, utique non acciderent tot caſus ſcandalo repleti in Sacr. Congregationibus diſcuſſi de Ordinibus adminiſtrandis ab alieno Ordinario, ſub ſpecioſis & ſpeculativis rationibus.

S E C T I O II.

Continuatur interpretatio dicti Privilegii Regularium recipiendi Ordines à quocumque Epiſcopo Catholico, & de ejus obſervantia.

S U M M A R I U M.

1 *Regulares de Jure communi tenentur recipere Ordines à proprio Epiſcopo Diœceſano.*

2 *Privilegia deinde in contrarium obtenta, revocata fuerunt per Leonem X. in Concilio Lateranen.*

3 *Ordinatio hæc Regularium etiam à Concilio Tridentino videtur fuiſſe remiſſa proprio Diœceſano, ſed non ſatis clarè.*

4 *Controverſia hæc diu agitata fuit etiam poſt Concilium Tridentinum inter Epiſcopos, & Regulares, & denique definita à Sacr. Congregatione tempore Clementis VIII.*

5 *Sacra Congregationis reſolutio, ſive Decretum Clementis VIII. circa hanc materiam adducitur, & num. 57.*

An P. P. Societatis Jeſu retineant dictum privilegium indefinitum, non obſtante dicto decreto, & an aliud privilegium, quod non poſſint cogi ad examen ab Ordinario remiſſive, & numer. 55.

6 *Cardinalis de Luca ſentiens, poſſe Regulares ordinari à quacumque Epiſcopo, reiicitur.*

7 *Privilegium quod in hac materia ordinationis habebant Regulares, fuit redactum ad terminos juris per Gregorium XIII.*

8 Regulares sunt subditi Episcopi Diœcesani quasi ratione Beneficii, sed verius ratione domicilii.

9 Regulares cum per Professionem amittant originem, & sint incapaces Beneficii, sequitur non posse ordinari, nisi ab Episcopo domicilii.

10 Reiicitur opinio nonnullorum existimantium, posse Regulares, attento Jure communi, ordinari, vel ab Episcopo originis, vel Domicilii, vel Beneficii.

11 Episcopus proprius Regularium, est Episcopus Domicilii.

Regulares amittunt originem, nec habent Beneficia, nisi manualia, ibid.

12 Domicilium regulariter non acquiritur, nisi concurrat animus permanendi, vel continua habitatio cum asportatione fortunarum.

13 Hoc tamen limitatur in Regularibus, qui statim fiunt de domicilio illius Monasterii, in quo collocantur à Superiore.

14 Canonicus Regularis, si ex aliquo Privilegio, vel dispensatione obtineat Beneficium, potest ordinari ab Episcopo Beneficii.

Monachus etiam eodem modo ordinari potest ibid.

15 Episcopus Diœcesanus an valeat ordinare Regulares sine litteris dimissoriis suorum Prælatorum, & adducuntur rationes.

16 Opinio negativa comprobatur, & n. seqq.

17 Explicantur Canones in contrarium.

18 Quid dicendum circa Ordinationes Novitiorum, adducuntur opiniones an inter privilegium?

19 Verior opinio negativa adducitur, & n. seq.

20 Abbates habentes privilegium ordinandi in minoribus ejus subditos regulares, an possint ordinare novitios?

21 Sed quid asserendum de Oblatis quoad dicta privilegia?

Oblati quatenus dici possint regulares? ibid.

Distinguuntur ad dictum effectum genera Oblatorum, & adducitur resolutio Sacr. Congreg. Concilii, ibid.

22 Limitatur regula, si adsit aliquod privilegium speciale comprehendens etiam Novitios, & Oblatos.

23 Quis Episcopus possit ordinare dictos Novitios, & alios non professos, & an requirantur saltem testimoniales Superioris regularis?

24 Religiosus, qui nulliter emisit professionem, à quo possit, & debeat ordinari?

Quid de Religioso Monasterii devastati, & occupati ab hæreticis? ibid.

25 Quid dicendum de Apostata, & ejecto? numer. seq.

26 Pœna suspensionis contra Apostatas.

27 An Episcopus Diœcesanus ordinare possit sine licentia Superiorum Regularium commorantes in Granciis non exemptis?

Adducitur ratio dubitandi ex cap. cum nullus 3. de temp. ordin. in 6. ibid.

28 Statuitur non posse, & respondetur rationi dubitandi desumpta ex dicto textu.

29 Text. in dicto cap. cum nullus, latè explicatur.

30 Exemptio Regularium hodie est universalis, & ideo non habet locum dispositio dicti textus, sed declaratio Sacræ Congregationis, de qua supra num. 5.

31 Litteræ dimissoriæ dirigi debent Episcopo Diœcesano præsenti, & facienti Ordinationem, etiam quod non per se, sed per alium, faciat Ordinationem, & n.n. sequentib.

32 Secus verò si fuerit absens, nisi tamen absentia sit diuturna, & adesset Suffraganeus, qui tale munus expleret.

33 Episcopus non dicitur facere Ordinationem, si tantùm aliquos privatim ordinet, non publicato edicto.

34 Superiores Regulares si ex industria, & in fraudem transferant subditos de una Diœcesi in aliam, ad finem suscipiendi Ordines, peccant, & sunt punibiles in foro externo. Et de Ordinationibus Regularium in Episcopatibus sex Cardinalium antiquorum, & n. seq.

35 Plura in hoc adducuntur cum resolutione S. Congregationis, & n. seq.

36 Debent in suis litteris dimissoriis alteri Episcopo non Diœcesano directis, testari de absentia Episcopi Diœcesani.

37 Attestationes Curiæ Diœcesanæ etiam recipi solent de eadem absentia, vel quod non fiat Ordinatio.

38 Dimissoriæ an dirigi debeant Episcopo Diœcesano, etiam quod Monasterium sit Nullius Diœcesis? & n. seq.

39 Adducitur distinctio.

40 Litteræ dimissoriæ concessæ à Prælatis Regularibus durant de una Ordinatione ad aliam.

41 Possunt dirigi cuicumque Catholico Episcopo etiam ultra Montes.

42 Episcopus potest & debet examinare Regulares Ordinandos quoad doctrinam tantum, & in reliquis stare debet attestationibus Prælatorum Regularium.

43 Privilegia omnia quæ circa id habebant Regulares, sublata fuerunt per Concilium Tridentinum, & quomodo Episcopi se continere debeant?

44 Examen hoc non potest ab Episcopo omitti quoad substantiam, licèt possit expediri, non servata usuali illa forma Examinatorum.

45 Episcopus nequit dispensare quoad scientiam cum Ordinandis.

46 Linguæ Latinæ intelligentia requiritur à Tridentino quoad eos, quibus minores Ordines sunt conferendi.

47 Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. dat Episcopis facultatem dispensandi cum promovendis ad minores Ordines, quoad temporum interstitia, sed non quoad scientiam.

48 Episcopus potest magis & minùs arbitrari circa scientiam requisitam in Ordinandis, semper tamen intra sphæram demandatam à Concilio Tridentino.

49 Scientia quæ requiratur ad minores Ordines, quæ ad Subdiaconatum, & Diaconatum, & quæ ad Presbyteratum?

50 Examen hoc nequit evitari à quovis quantumcumque Litterato, Docto, & Magistro.

51 Episcopus tamen potest illud remittere, si aliunde de illorum scientia sit instructus, & supra n. 44.

Adducitur resolutio S. Congreg. an Episcopus teneatur examinare approbatum in scientia, & an valeat consuetudo, ut examen fiat ab alio, quàm Episcopo?

52 Lingua Latinæ intelligentia requisita à Concilio Tridentino non est necessaria in illis Nationibus, ubi in divinis Officiis non utuntur lingua Latina.

53 Sola cantandi & legendi peritia non est sufficiens, ut Regularis ordinari possit, nisi intelligat linguam Latinam.

54 Episcopus arbitrandi motivum habet quoad Regulares ex sola spe quæ effulget, ut in Conventu sufficientem doctrinam acquirere possint.

55 Patres Societatis Jesu habent Privilegium recipiendi Ordines à quocumque Catholico Antistite habente communionem Sedis Apostolicæ, & n. seq.

56 Equites Hierosolymitani obtinent etiam idem Privilegium.

57 Cæteri Regulares non habent hoc privilegium, nisi absente, vel impedito proprio Episcopo Diœcesano.

58 Episcopus habens communionem Sedis Apostolicæ dicitur ille, qui non est excommunicatus, suspensus, aut interdictus.

59 Ex-

59 *Excommunicatio, quam fert Episcopus contra malè promotos, percutit etiam Regulares.*

60 *Alia quoad Ordinationes quæ fiunt ab Abbatibus, de dispensatione interstitiorum, ac Ordinationum extra tempora, remissivè.*

61 *An Regulares possint ordinari ab Extero Episcopo in propriis Ecclesiis, absente, vel impedito Episcopo Diœcesano?*

62 *Proponitur ratio, quæ sententiam affirmativam suadere videtur.*

63 *Statuitur non posse, tamquam vetitum à Concilio Lateranensi, & Tridentino, & n.n. seqq.*

64 *Pontificalia nulli Episcopo exercere licet in alterius Diœcesi, sine expressa licentia Ordinarii loci.*

65 *Privilegia quæ circa hoc habebant Regulares, fuerunt penitus abrogata.*

66 *Possunt tamen ordinari cum licentia Diœcesani, vel Capituli, Sede Vacante.*

67 *Possunt etiam, si eorum Monasterium sit Nullius Diœcesis, & Episcopus vicinior sit impeditus.*

68 *Quid dicendum de Nuntio Apostolico ordinante, vel concedente licentiam ordinandi? remissivè.*

69 *Privilegium, quod ex Bulla Pii V. datum dicitur in hac re Mendicantibus, redactum fuit ad terminos Juris communis, & S. Concilii Trident.*

70 *Privilegium, quod dicitur concessum Patribus S. Joannis Evangelistæ Portugalliæ, non est authenticum, & proinde suspectæ fidei.*

71 *Aliud Privilegium, quod concessum dicitur in hac re à Pio IV. Militibus Hierosolymitanis, expenditur.*

72 *Pius IV. concessit Militibus Hierosolymitanis, ut à quocumque Catholico Antistite etiam extra tempora à Jure statuta Ordines suscipere possent.*

73 *Concessit etiam in eodem Privilegio, ut iidem celebrare possint in quacumque Ecclesia etiam Regularium sine alicujus licentia etiam in Altari Portatili.*

74 *Quatenus adducatur privilegium post Concilium, debet cautè considerari, sed haberet robur.*

75 *Debet hujusmodi privilegium considerari an tantum percutiat, ut possint Regulares recipere Ordines à quocumque, vel etiam ut possint eos recipere in quacumque Ecclesia, sine licentia Ordinarii.*

76 *Adducitur in hoc resolutio S. Congregat. Concilii quoad P. P. Societatis Jesu in Mechliniensi.*

De Privilegio dd. P.P. circa hoc, & in eo quod possint cogi ordinandi ad examen per Episcopos remissivè, ibid.

77 *Privilegium recipiendi Ordines à quocumque, solet Papa concedere etiam peculiari personæ, & quomodo?*

78 *Litera commendatitia Episcopi Diœcesani impediti, non requiruntur.*

79 *Regulares contravenientes dicto decreto Clementis VIII. de quo suprà, quibus pœnis subjiciantur.*

80 *An pœna prædicta incurrantur à Regularibus ipso jure?*

81 *Prælatus Regularis concedens suis subditis dimissorias contra formam dicti decreti, incurrit prædictas pœnas, etiam quod ordinatio deinde non subsequatur.*

82 *Clerici possunt Ordines recipere ab alieno Antistite, si eorum Ordinarius in suspensionem manifestam inciderit, ob Ordines datos alieno subdito.*

83 *Suspensio Episcopi pro hac re debet esse notoria, notorietate juris, vel facti, & quomodo probetur hæc notorietas?*

84 *Imò requiritur, ut sit denunciatus Episcopus censuris suppositus.*

85 *Non possunt tamen dictos Ordines recipere à quocumque Antistite, sed à viciniori tantum.*

86 *Hoc idem, quod dicitur de Clericis, procedit etiam quoad Regulares.*

87 *An Regulares teneantur in dicto casu adire Episcopum viciniorem, sicuti Clerici sæculares tenentur?*

88 *Distinguitur, quod si Episcopus suspensus habeat se pro impedito, & propterea Ordinationes non habeat, possunt adire quemcumque; sed si de facto ordinare velit, non possunt adire, nisi viciniorem.*

89 *Quid dicendum post Extravagantem Martini V.*

90 *An dispositio dicti textus procedat in Episcopo hæretico? & n. n. seqq.*

91 *Dispositio dicti textus procedit tantum in Episcopo suspenso ob Ordinationem alterius subditi, & num. 93.*

92 *Clerici extra dictum casum non possunt uti dicto privilegio.*

Quomodo fieri debeat circa Ordinationes in casu Episcopi lapsi in hæresim? ibid.

93 *Per hæresim Episcopi denunciatam, vacat Episcopatus.*

94 *Quid dicendum de Regularium Ordinationibus, si Episcopus Diœcesanus labatur in hæresim?*

95 *Quoad reliqua privilegia concessa in hac Constitutione, remissivè.*

REdeundo igitur ad materiam Privilegii concessi Regularibus, ut possint à quocumque Catholico Antistite ordinari, videtur contrarium fuisse deman- 2
datum in *cap. veniens de præscript.* ubi Papa loquens de Monachis D. Benedicti, ait ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines promovendi fuerint, Ecclesiarum, vel Capellarum ipsius Monasterii, quod est in Vesprimensi Diœcesi constitutum, à Vesprimensi Episcopo postulandas; & licèt videantur plura privilegia in hac materia Ordinationum fuisse postea concessa; tamen aliqui dicunt, fuisse his omni- 2
bus derogatum per Leonem X. in Concilio Lateranen. ut in ejus *Const.* la 22. ibi: *Quodque Fratres ipsi ad Ordines promovendi per Ordinarios, de Grammatica, & sufficientia examinari, & dummodò competenter respondeant, per eosdem Ordinarios liberè admitti, ac nullatenus in eorum Ecclesiis, seu Domibus, aut aliis eorum locis ab alio, quàm à Diœcesano Episcopo, vel ejus Vicario super hoc cum debita reverentia requisito, & absque rationabili causa contradicente, vel eo à Diœcesi absente, ad dictos Ordines promoveri debeant.*

Sed postea Sacr. Concilium Tridentinum pluries mandavit, ut Ordines conferantur à proprio Episco- 3
po, ut *cap. 1. sess. 6. de reform.* ibi: *Nulli Episcopo liceat, cujusvis privilegii prætextu, Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati, ab executione Ordinum sint ipso jure suspensi.* Et *sess. 7. cap. 11.* ibi: *Facultates de promovendo à quocumque, non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prævio examine.* Et *sess. 23. capit. 8. Ordinationes Sacrorum Ordinum statutis à jure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia vocatis, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, publicè celebrentur &c. Unusquisque autem à proprio Episcopo Ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis rescripti, aut privilegii prætextu etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendetur,*

detur, ſi ſecus fiat, Ordinans à collatione Ordinum per annum, & Ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.

Voluit quoque S. Concilium obviare aliquibus in hoc fraudibus aliquorum Epiſcoporum Titularium, qui collocabant Sedem in aliquo loco *Nullius Diœceſis*; ibique Ordines miniſtrabant iis, qui non habebant litteras dimiſſorias proprii Epiſcopi. Ideò *ſeſſ. 14. cap. 2. de reform.* præſcripſit; *Nemo Epiſcoporum qui Titulares vocantur, etiamſi in loco nullius Diœceſis etiam exempto, aut aliquo Monaſterio cujuſvis Ordinis reſederint, aut moram traxerint, vigore cujuſvis privilegii ſibi de promovendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſi, alterius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commenſalitatis ſuæ, abſque ſui proprii Prælati expreſſo conſenſu, aut litteris dimiſſoriis, ad aliquos Sacros aut Minores Ordines, vel primam Tonſuram promovere, ſeu ordinare valeat. Contrafaciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione Ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo jure ſint ſuſpenſi.*

His providis ordinationibus, credi potuiſſet fuiſſe 4 abrogatas quaſcumque facultates ante Concilium conceſſas Regularibus, ut plures exiſtimarunt apud Van-Eipen. *un. jur. Eccl. part. 2. tit. 9. cap. 2. & alios.* Et verè *in cap. 12. ſeſſ. 23.* habetur: Regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur, privilegiis quibuſcumque quoad hoc penitus excluſis. *Et cap. 10. ead. ſeſſ.* injunxit ibi: *Quod Abbates Nullius Regulares ſubditis tantum Regularibus Ordines Minores, & tonſuram conferre poſſint.* Et ſic excludit alia privilegia. Sed alii crediderunt non fuiſſe abrogata privilegia Regularium, tum quia de illis non fit mentio, tum etiam quia non explicatur, an litteræ dimiſſoriæ ſufficiant proprii Prælati Regularis; eò magis quia poſt Concilium tempore S. M. Pii V. inter alia gravamina irrogata Regularibus hoc adducitur, ut Epiſcopi Diœceſani velint eos tantùm ordinare, Peyrin. *in Conſtit. 7.* Pii V. *§. 9. fol. 271.* tum denique fruſtratoria eſſet declaratio S. Congregationis ſub Clemente VIII. infra adducenda, niſi caderet dubium ſaltem in Conciliarem diſpoſitionem.

Poſt igitur talem declarationem, præſcripta eſt clara lex circa Ordines recipiendos per Regulares, 5 ut ex tenore infraſcripto: *Congregatio Concilii cenſuit, Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis Ordines ſuſcipere voluerit, litteras dimiſſorias concedere ad Epiſcopum tamen Diœceſanum, nempè illius Monaſterii in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis poſitus fuerit; ſi Diœceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus Ordinationes, vel Sedes Epiſcopalis vacaret, ad quemcumque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quo ad doctrinam, & dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abfuturus, vel nullas habiturus eſſet Ordinationes. Verùm cum à Superioribus regularibus Epiſcopo Diœceſano abſente, vel Ordinationes non habente litteræ dimiſſoriæ dabuntur, in eis utique hujuſmodi cauſam abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendum eſſe. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis activæ, & paſſivæ privationis, ac alias arbitrio ejuſdem SS. D. N. Papæ reſervatas pœnas incurrent. In quorum fidem &c.* Datum Romæ die 15. Menſis Martii 1596. Quam reſolutionem referunt Quaranta *in Summ. Bullar. ver. Ordo fol. 392.* Novar. *in Commentar.* 107. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 7. num.* 18. & alii Doctores ſcribentes circa hanc materiam.

Nec poteſt diſpoſitio talis decreti commutari ab Epiſcopis, unde cùm in Melyten. Synodi ſuper decreto ejuſdem examinato in S. Congreg. Concilii hujus tenoris; Exteri qui ex aliena Diœceſi ad nos pro Ordinum ſuſceptione ſe conferunt, litteras dimiſſoriales proprii Epiſcopi deferant, huic rigori non ſubjaceant Regulares qui in aliena Diœceſi ſint locales, & promoveri velint à nobis; ſatis enim eſt exhibere litteras eorum Superiorum dimiſſorias, in quibus declarent Epiſcopum Diœceſanum abeſſe ultra ſex Menſes, nullo alio Antiſtite relicto pro celebranda Ordinatione, vel non eſſe habiturum Ordinationem, & tunc à nobis examinentur: Sac. Congreg. reſpondit die 27. Novembris 1697. *Ad ſextum quoad Regulares obſervetur tantùm ad formam decreti approbati à Clemente VIII.* Et de hoc non eſt amplius dubitatio, ut ait Pax. Jordan. *tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 24.* & aliam reſolutionem ejuſdem S. Congreg. Concilii die 16. Novembris 1652. refert Pignat. *tom. 1. conſult.* 390. ibi: *poſſe ſcilicet ordinari à quocumque Epiſcopo regulares, quando Epiſ-* 6 *copus proprius eſt impeditus*, quidquid dicat Card. de Luca *adnot. ad Conc. Trid. diſc. 14. num.* 18. nempè Regularibus indefinitè competere illud privilegium, nam quamvis S. M. Pius V. etiam poſt Concilium videatur tale privilegium approbaſſe, tamen fuit ejus 7 Bulla redacta ad terminos Juris per Gregorium XIII. *Conſt. 15. incip. In tanta rerum*, ut referunt citati Doctores, & Panimoll. *dec. 14. adnot. 2. numer.* 83. & adeſt dicta declaratio Clementis VIII. quæ inconcuſsè ſervatur, Ricc. *in prax. part. 1. reſol.* 118. Naldus *ver. Ordo num.* 26. Peyrin. *ad Conſt.* 2. Sixti *IV. numer.* 36. Lezana *part. 1. capit. 14. numer.* 12. Tamburin. *de jur. Abb. tom. 2. quæſt. 18. numer.* 1. Paſſerin. *de ſtat. hom. tom. 3. fol.* 833. *numer.* 807. An autem P. P. Societatis Jeſu habeant illimitatum privilegium recipiendi Ordines à quocumque Epiſcopo Catholico ex vi *Conſt.* S. M. Gregorii XIII. *incip. Pium, & utile 77. in Ordine tom. 2.* infra innuam, & remitto diſcuſſionem Commentario futuro dictæ Bullæ, prout ſi ſine examine poſſint, vel debeant ordinari ab Epiſcopis.

Ratio videtur eſſe, quia Monaſterium, in quo degit Regularis, habetur pro titulo Beneficii, & ſic 8 cùm ratione Beneficii quis fiat ſubditus, ita Monachus fit talis reſpectu Diœceſani quoad Ordines. Vel potiùs dicendum, quod fiant ſubditi Epiſcopo Diœceſano, ratione domicilii, quia degunt in Monaſterio intus Diœceſim. Regulares enim dicuntur illius loci, in quo Monaſterium adeſt, *can. Rogationes de conſecr. diſt. 3. & cap. 3. §. Religioſi de temp. ordin. in 6.* ubi quod dicantur Diœceſani Monaſterii, in quo degunt Paſſerin. *in cap. hac Conſtitutione n. 27. de off. & poteſt. Judicis delegati in 6.* Cùm enim quis poſſit ordinari, vel ab Epiſcopo originis, & Beneficii, vel demum Do- 9 micilii, & Regulares originem amittant per Profeſſionem, qua moriuntur ſæculo, & Beneficii ſint incapaces, meritò tantùm ſiunt ſubditi Epiſcopo Domicilii.

Et ſi rejicienda ſit opinio aliquorum apud Zipæum *in conſult. Canonicis lib. 1. conſul. 3.* Ceſped. *de exempt.* 10 *regul. dubit. 89.* dicentium, quod derogatio prædicta privilegiorum, tantùm ſubſtulit id quod privilegium dederat, ſcilicet ut Regulares poſſent ordinari à quocumque Catholico Antiſtite; unde non videtur derogatum Juri communi, ex quo quilibet poteſt ordinari ab Epiſcopo tam originis, quàm domicilii, & beneficii, *cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.* nam ut dixi ultra claram diſpoſitionem dictæ reſolutionis S. Congregationis cum oraculo Pontificio, qua declaratur 11 proprius Epiſcopus ille, in cujus Diœceſi adeſt Monaſterium, etiam concurrit alia ratio, quod Religioſi ſcilicet amittunt originem, ut dixi, nec beneficia habent, niſi manualia. Et quamvis ad acquirendum domicilium requiratur animus permanendi, vel con- 12 tinua habitatio, cum aſportatione fortunarum, hæc tamen in Religioſo non requiruntur, quia ſtatim ad hunc 13 effectum dicitur acquiſiviſſe domicilium, nam cùm non habeat velle, vel nolle, & omnia bona ſint Monaſterii, ibi dicitur ſtare perpetuò, ubi eſt à Superiore collocatus, quia propria voluntate nequit diſcedere, ut optimè

Ancha-

Ancharan. *ad cap. cum nullus* 3. *num.* 2. *de tempor. ordin. in* 6. Francus *num.* 2. & Passer. *ibid.* §. *Religiosi num.* 126.

14 Hinc Canonicus Regularis, qui obtinet Beneficium, vel cum dispensatione Papæ, vel privilegio Juris, juxta *cap. quod Dei* 5. *de Statu Monach.* de quo alibi, poterit quidem ordinari ab Episcopo Beneficii, prout etiam Monachus, si prævia dispensatione Apostolica Beneficium sæculare obtinuerit, nam cùm tales verè dicantur tunc Beneficiati, possunt jure habere omnia consequentia, inter quæ est ordinari ab Episcopo loci, in quo est Beneficium, ut firmant Gonzal. *cap. Constitutus num.* 4. *in fin. de Relig. Dom. Cespedes cit. dub.* 62. *num.* 4. Van-Espen. *Jur. Eccl. Un. part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 2. *num.* 39. *vers. si tamen.* Non tamen poterit Regularis ordinari ab Episcopo originis, quia cessavit dispositio Juris cum dictis novissimis legibus, ut contra aliquos dixit Passerin. *de statu hom. part.* 3. *q.* 189. *art.* 10. *inspect.* 10. *num.* 807. *cum ibi citatis*, & Gonzal. *cap. Constitutus num.* 4. *de Relig. Dom.*

15 Sed numquid Episcopus Diœcesanus possit ordinare Regulares sine litteris dimissorialibus Prælati Regularis? Et videtur dicendum affirmativè ex Textu *in can. in Parochia* 16. *quæst.* 1. *& in cap.* 4. *Concilii Constantinopolitani*, cujus verba refert Gonzal. *cit. cap. ad aures numer.* 10. quo videtur permissum Episcopis Regularem præficere curæ animarum sine licentia Abbatis, imò concedebatur privilegium, seu exemptio Regularibus, ut non possent ab Episcopis ordinari ad Presbyteratum, sine licentia Abbatis, ut constat *ex Epist.* 10. D. Gregorii *lib.* 11. ibi: Xenodochio Augustodunensi *concessit hanc immunitatem, Episcopum verò tollendi de eodem loco Monachum ad Ecclesiasticum Ordinem promovendum sine consensu Abbatis prohibemus.*

16 Verùm contrarium est statuendum, quia quamvis per aliquod tempus Regulares à Clericorum Ordinibus arcebantur in Monasteriis, tamen deinde fuerunt admissi ad exercenda munia presbyteralia in iisdem Monasteriis, ne accersiri externus Clericus sæcularis opus fuisset, ut fieri in necessitate consueverat, ut dicam in alio Commentario, Deo dante; ubi de capacitate, vel non, Regularium quoad Parochiales Ecclesias, & agunt Doctores apud Gonzal. *cit. num.* 5. Barb. *de Jur. Eccl. cap.* 43. *numer.* 13. & alios ibidem; unde permissus ascensus prædictus ad Ordines, fuit tantùm ob necessitatem, *in Concilio Agathensi relato in can. Monachi* 33. 16. *quæst.* 1. *&* 3. Hinc in Conc. Ilerden. *anno* 510. *can.* 3. *Monachis id observari placuit, quod Synodus Agathensis noscitur decrevisse*, hoc tantummodò adjiciendo, ut eùm pro Ecclesiæ utilitate aliquos Episcopus probaverit in Clericatus officio promovendos, cum Abbatis voluntate debeant ordinari, quæ verba truncatè sunt *in can. pro utilitate can. si ex laicis* 16. *quæst.* 2. ut refert hic Gonzal. *cit. num.* 10. Unde, etsi objurgantibus aliquibus, fuit Monachorum ascensus ad Ordines comprobatus *in can. sunt nonnulli* 16. *quæst.* 4. & etiam in Monasteriis *cap. ad aures de temp. ordin.* ut requiratur consensus Abbatis, proinde statuitur in Concilio Lateranensi sub Gregorio Magno, ibi: *Ut invito Abbate ad alia Monasteria ordinanda, aut ad Sacros Ordines, vel Clericatus officium tolli exinde Monachi non debeant.*

17 Unde antiqui Canones procedebant illo tempore, quo nondum erat firmata regula prædicta consona quieti Monasteriorum, ut vita, ac mores probentur, ut facile est per Superiores Regulares, ad hoc quod ad Ordines professi vocentur, ut bene dixit Summus Pontifex Lucius Tertius *in cit. decretali cap. ad aures de temp. ordin.* & præsertim post exemptionem Regularium, eò magis talis norma visa fuit consona. Idem sensit Sac. Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 10. ubi habetur, quod non liceat Superioribus Regularibus dare dimissorias cuiquam, qui sibi subditus non sit, ut alibi dicam, & sic à contrario sensu supponit facultatem ordinandi quoad subditos; & demùm constat expressè ex dicta declaratione Sac. Congreg. & docent Majol. *de Irregul. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 2. Barbosa ad Conc. Trid. *cit. num.* 11. *& cap. ad aures num.* 2. *de temp. ordin.* Tamb. *de Jur. Abb. tom.* 2. *disp.* 7. *q.* 26.

An autem Novitii comprehendi dicantur in dicto Decreto Clementis VIII. ut scilicet requiratur sui Superioris Regularis licentia, ut possint ordinari? Aliqui enim putant affirmativè, ut docent Peyrin. *in add. ad Const. sui Ordinis part.* 3. *quæst.* 8. Bartholom. de Vecch. *in praxi de admittendis Novitiis ad statum Relig. disput.* 9. *dub.* 26. Negativè tamen procedunt Ugolin. *de Offic. Episc. part.* 2. *cap.* 35. *num.* 1. Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *quæst.* 10. & alii citati à Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 7. *num.* 31. *vers. Utrum autem novitiis*; & hæc opinio, uti vera, est tenenda, quia dictum Decretum Clementis VIII. voluit, ut sint Prælati Regulares non solùm subditi, sed Regulares subditi, ibi *subditi itidem regulares*, qui non sunt Novitii ante professionem, cùm Regulares non sint, nisi regulam profiteantur; imò etiam id procedit in Abbatibus, qui habent privilegium conferendi Ordines minores suis subditis Regularibus, quia iisdem verbis usum fuit Concilium in *capit.* 10. *sess.* 23. *de reform.* ibi: *qui regularis sibi subditus non sit*, ubi prohibetur hujusmodi Abbatibus, aliis quàm prædictis Ordines conferre, & ita docent in his terminis Doctores citati à Barbosa *ad cit. cap. num.* 3. *& alleg.* 3. *num.* 8. *de potest. Episc.* & alibi dicam. Unde non potest Superior Regularis concedere dimissorias, vel ordinare, si habeat hoc jus, nisi subditis Regularibus ejusdem Monasterii, cui præest, ut docent Ugolin. *de potest. Episc. part.* 2. §. 19. *num.* 2. *vers. subditus autem Abbatum*, Nald. *in summ. ver. Abbas numer.* 3. Pax. Jordan. *elucubr. tom.* 1. *libr.* 5. *tit.* 3. *num.* 60. 18

19

20

Sed quid de Oblatis, seu Commissis dicendum? Et ex eadem ratione negativè teneo (quidquid dicant aliqui Scriptores Regulares sibi blandientes) quoad illos tamen Oblatos, qui non emittunt Vota solemnia in Religione juxta eorum statum; nam isti, qui non vovent, etsi habitum gestent regularem, degant in Claustris, & sub obedientia Superioris maneant, nequeunt dici veri Regulares, deficiente essentiali requisito solemnis professionis, Lezana *oper. moral. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 2. *&* 3. *& numer.* 52. 59. *&* 63. etsi bona Ecclesiæ offerant, quia dicerentur oblati, & non regulares absque professione, quæ si adesset, non fuisset necessaria oblatio bonorum, cùm regularis professus eo ipso Religioni bona transmittat, ut prosequitur *citat.* Lezana *numer.* 55. *&* 56. Nec obstat quod tam Novitii quàm Oblati fruantur privilegio Regularium quoad exemptionem fori, & alia, quia hujusmodi privilegia obtinent præfati non ratione qualitatis regularis, quam non habent ante professionem solemnem, sed ratione qualitatis Ecclesiasticæ ex dedicatione suarum personarum Ecclesiæ. Et de hujusmodi oblatis adsunt decreta Sacr. Congregat. quoad exemptionem, aliàs de iis, qui profitentur solemniter, nulla requiritur alia conditio pro fruitione privilegiorum regularium. Nec minus obstat ratio, quod aliquo modo dicantur Religionis membra, & sint subditi Superiori Regulari; quia in hac materia agitur de privilegio à jure exorbitantre restringente jurisdictionem Episcoporum, quorum judicio tantùm est reservata à Sacris Canonibus & Sacr. Concilio Tridentino jurisdictio ordinandi, ob speciale decus Episcopalis dignitatis; unde non debent verba largè sumi; appositè enim cum discretiva qualitate S. Concil. Trident. *citat. capit.* 10. & decretum Clementis Octavi processerunt qualitatis regularis, & non subditi tantùm. 21

Secus autem est dicendum in Oblatis professis juxta statum cujusque Religionis, quia verè sunt Regulares. Unde disputatis in Sacr. Congregat. Concil. infrascriptis dubiis in una *Mutinensis ordinatio-*

nis post plures propositiones, tandem die 14. Maii 1689. oraculum ut infra fuit editum, acriter, & plenè discussa materia per Eminen. PP. *Primò, an Ordines minores Fratri Carolo de Vicentia fuerint valide collati ab Abbate, qui Frater erat Oblatus S. Benedicti cum Votis privatis, & collatione bonorum, cum reservatione usufructus, ac gestans habitum regularem intra Monasterium degens? Secundo, an licitè? Tertio, an dictus Frater Carolus Ordines sacros licitè receperit ab Episcopo Rhegiensi? Quartò, an super hujusmodi illicita Ordinatione, & irregularitate contracta tam ex ascensu ad Ordines sacros, quàm ex ministratione in ipsis Ordinibus, non obstante antecedente suspensione, sit cum Oratore dispensandum? S. Congr. Conc. censuit ad primum affirmativè*; quia agebatur de Abbate habente facultatem ordinandi, & sic stante impressione characteris, ordinatio fuit valida. *Ad secundum negativè. Ad tertium negativè, & ad quartum esse dispensandum.*

Bene tamen si ageretur de aliquo speciali privilegio
22 legali, quod procedat cum verbis subditorum sine qualitate regulari, videntur cessare prædicta; quia sub nomine subditorum ritè veniunt Novitii, & oblati, Sanchez. *in precept. decalogi tom. 2. libr. 6. cap. 10. num.* 22. Tamburin. *de jur. Abb. tom. 2. disp. 2. quæst.* 27. Diana *part. 3. tract. 2. de dub. regul. resol. 7. & tract. 4. resol. 4.* §. 4. Barb. *cit. alleg. 7. num. 32. in fine.*

Sed quis Episcopus eos ordinare valeat, an ille
23 originis, vel Monasterii, in quo degunt? Et item distinguunt Doctores plenè apud *cit.* Barbos. *num.* 33. & ad Concil. Trident. *sess.* 23. *cap. 8. num.* 30. Campanil. *in divers. rubr. 9. cap. 3. numer.* 3. Ego autem dico quod spectat ad illum originis, nisi concurrant requisita novissimæ Constitutionis San. Mem. Innocentii XII. *incip. Speculatores* inter impressas la 44. §. 15. ubi dixit non posse ordinari ab Episcopo domicilii, nisi permanentem per decennium, vel majorem tenim, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque animum perpetuò manendi demonstraverit, & juramento affirmaverit.

Certè enim Novitii accidentaliter degunt in loco probationis, & possunt recedere à Noviciatu, & probatio est inducta, ut ipsi institutum probent, & probentur à Religione; imò plures fraudes orirentur in his, qui à propriis Prælatis non possunt obtinere Ordines, assumendo habitum Monasticum, & deinde post ordinationem deserere.

Quoad oblatos verò posset considerari firma voluntas, accedentibus dictis circumstantiis Bullæ; quotiescumque enim omnia bona donant Monasterio, videntur ibi velle permanere perpetuò, semper tamen erunt necessariæ litteræ testimoniales Episcopi originis ad formam dictæ Cnostinitionis.

Prout optimè agunt Episcopi, si litteras testimoniales Prælatorum Regularium impetrent pro scienda Novitiorum, ac oblatorum Vita, ac morum honestate; Novitii tamen non possent ordinari ad titulum religiosæ paupertatis, ut alibi etiam dicam.

Sed quid dicendum de religioso, qui nulliter emi-
24 sit professionem? Et dico quod si jam exiverit à Religione, tunc certum est debere ordinari ab Episcopo originis, vel domicilii, aut beneficii, ad terminos *cit. cap. 3. de temp. ordin. in 6. & novissima cit. Constitut.* Innocen. XII. quia censetur sæcularis. Ita de ejecto à Religione, Corrad. *in praxi dispens. cit. lib. 4. cap. 15. n. 32.*

Aut talis regularis nulliter professus continuat in Religione existente in implicito statu validitatis ejus professionis, & tunc, quia verè regularis est, imò tacita professio videtur inducta cum actibus regularibus, ut alibi dicam, nullum dubium, ut quoad ordines, lex Regularium servanda sit. Aut demùm scit in conscientia, suæ professionis nullitatem, & habet intentionem reclamandi, tunc non videtur posse vocari regularis, ex defectu professionis, dummodo tamen neque tacita possit adesse, Pignat. *relat.* à Pascuccio *de ordine, & ordinatione fol.* 182. *vers. ergo non professis, & vers. ideoque* Sayr. *lib. 4. de cens. cap. 13. num.* 14. Ita si agatur de Monasterio devastato, & occupato ab hæreticis, quia Regulares ibi non degunt, nequeunt ab Episcopo, in quo est situm Monasterium, ordinari, Sac. Cong. Concilii die 14. Augusti 1648. apud Pignat. *tom. 1. cons.* 408. & Pascucc. *cit. ver. de ordine fol.* 170.

Sed quid de Apostata? Et certè ille incurrit suspen-
sionem, si ordinetur sine litteris commendatitiis sui 25
Superioris regularis; quia verè regularis est, licèt pœnis Apostatarum subjectus, ut in his terminis Pignat. *cons. 92. lib. 8. n. 7. &* 8. Et in ejecto à Religione, ut possit ordinari ab Episcopo originis, Barbosa *de potest. Episc. alleg. 4. num.* 21. & ad Conc. Trid. *sess. 23. cap. 8. nu.* 20. cum plenè ibi citatis. Alii negant apud Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 9. num.* 29. Roderic. *quæst. Regul. res. 57. numer.* 11. quod possit ordinari ab Episcopo domicilii. Sed verius videtur prima opinio, quia dum quis degit in aliquo loco uti Regularis, non habet animum ibi acquirendi do-
micilium, cùm licèt sit sub obedientia, statim forsan 26
est discessurus. Adest tamen resolutio Sac. Congregationis, ut ejecti sint suspensi perpetuò ab Ordinibus, sublata facultate Ordinariis talem suspensionem relaxandi, *ut in decretis de Regular. apostatis, & ejectis* 21. Septembris 1624. refert Barbos. *cit.* ad Conc. Trid. *num. 20. vers.* Sed Sacra Congreg. & sic prædicta possunt intelligi, data capacitate dictorum ejectorum, vel de iis, qui ex legitima causa, & auctoritate dimittunt habitum Regularem.

Sed quid dicendum, si Regulares sint in Priorati-
bus, seu Granciis non exemptis? Et hæc dubitatio 27
videtur sublata per Text. *in cap. cum nullus 3. de temp. ord. in 6.* ubi Papa declarat, Episcopum posse ordinare Priorem, & servos ejus in Prioratibus non exemptis, ergo non requiritur ulla licentia Superioris Regularis.

Tamen contrarium est statuendum, ut quidquid sit
de Prioratus exemptione, Regulares nequeunt ordi- 28
nari sine litteris dimissorialibus proprii Superioris, ut clarè disponit *cit.* declaratio Sacr. Congreg. tempore Clementis VIII. loquens indefinitè de quibuscumque Regularibus. Citatus enim Textus non concludit as-
sumptum, nam in eo tantùm disponitur, ut possint 29
ordinari tales Priores, & Socii Prioratuum non exemptorum, ratione dubitandi, quod cùm haberent illi beneficium temporale tantum, non poterant ordinari ratione beneficii, nec minùs ratione domicilii, quia erant ad tempus deputati, nec ratione assignationis in Conventu, quia non erat Prioratus exemptus; ideò Papa declaravit posse Episcopum loci illos ordinare, non obstante, quod non fuerint originarii talis Diœcesis, ut docent Lap. Abb. *cit.* per Passerin. *num.* 122. Tamen videtur dicendum, quod citatus Textus distinguit Regulares existentes in Prioratibus non exemptis ab exemptis, quia tunc non erat universalis exemptio Regularium, ut dicam alibi, postea univocè stabilita. Et quo ad Monasteria exempta, aderant privilegia, ut possent illorum Regulares à quocumque Catholico Antistite ordinari jam concessa pluribus, unde dubitatio erat quo ad non exempta, quam dubitationem sustulit Textus. Verùm quo ad ista etiam Glossa censet posse Episcopum, nedum ordinare, sed concedere dimissorias. At id procedebat jure antiquo, quo exemptio Regularium non
erat universalis; nunc verò indistinctè debet observa- 30
ri id quod fuit sancitum per *cit.* declarationem Sac. Congr. habentem locum in quocumque Regulari exempto.

Cùm igitur tales litteræ dimissoriæ debeant dirigi,
ut dixi, Episcopo Diœcesano, si non fuerit impedi- 31
tus, vel absens, de cujus impedimento, seu absentia debet facere mentionem ipse Regularis Prælatus in litteris dimissorialibus, latè Barbosa *citat. allegat.* 7.
de pot.

de pot. Epistop. num. 18. *in fine*, intrat dubium, an debeant dirigi alteri Episcopo non Diœcesano, qui faceret ordinationem in Diœcesi de licentia proprii Episcopi? In hoc dicerem, quod si Diœcesa-
32 nus sit absens, nequeunt cogi Regulares, ut ordinentur ab Episcopo substituto, secùs si fuerit præsens, quia cùm hæc subordinatio Regularium sit limitativa suorum Privilegiorum, debet sumi debito modo, & prout sonant verba resolutionis Sacræ Congregationis, quæ loquitur tantùm, ut teneantur, si fuerit Episcopus Diœcesanus præsens, & habuerit ordinationes. In casu verò quo sit in Diœcesi, parum refert, si faciat per alium, quod per se facere posset. Ita distinxerunt Peyrin. *tom.* 1. *de priv. Regular. Const.* 2. *Sixti IV. num.* 34. Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 19. *num.* 4. Miranda *in manual. Prel. tom.* 1. *quæst.* 38. *art.* 3. Si tamen absentia esset longa, & adesset Suffraganeus, qui tale munus expleret, tenentur Regulares à tali Suffraganeo recipere Ordines, Passerin. *cit. tom.* 3. *de stat. hom. fol.* 835. *nu.* 814. ubi in fine docet Episcopum non dici facere ordinationes, si tantùm aliquos
33 privatim ordinet, non publicato edicto. Et quoad ordinationes Regularium in Episcopatibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Episcoporum, nempè Hostiensi, seu Velitermo, Portuen. &c. adest *Constitut. S. M. Alex. VII.* ut quatenus à Suffraganeo non possint ordinari, teneantur Superiores dirigere litteras ordinationum Cardinali Vicario Urbis, de quibus Deo dante, suo loco dicemus. Ut *in Constit. incip. Apostolica solicitudo* 126. *inter impressas tom.* 6. *Bull.*

Ita tamen hæc directio dimissorialium Episcopo
34 Diœcesano debet observari, ut non debeant Superiores in fraudem, Regulares de loco mutare, nempè, ut faciliùs ad examen admittantur, ac statim ordinati redeant ad primam Diœcesim, quia hoc propriam conscientiam maculabunt, & si fraus possit probari in foro externo, debent puniri, quia facerent contra præceptum Papæ, & Sacræ Congregationis, itaut non possit Superior ex industria alibi collocare Regularem, ut evitetur ordinatio ab aliquo Episcopo, ut docent Peyrin, *tom.* 2. *de off. Prælat. regul. quæst.* 3. *cap.* 7. *num.* 7. Coton. *lib.* 3. *cont.* 1.° *cap.* 4. *num.* 73. & novissimè *Van-Espen. Jur. Univ. Eccl. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 2. *num.* 40. quod intelligendum, ut non debeat Superior collocare Regularem animo, ut permaneat perpetuò, sed compatibiliter cum statu regulari amovibili, ut tamen non sit per simplicem transitum, sed de familia Conventus, Barbos. *ad Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 8. *num.* 28. *& seqq.* & benè Donat. *in prax. Regular. tom.* 3. *par.* 1. *tract.* 3. *quæst.* 10. *num.* 2. Et ratio est, quia est actus quamvis in se liber, & non punibilis, ut Superior amoveat Regularem, tamen actio esset delusoria legis, quod prohibetur in *cap. Constitutus de concess. prebendæ* quidquid contrarium dicat Passerin. *loco cit. num.* 817. satis consulens libertati Regularium, quod tantùm posset procedere in casu
35 alicujus circumstantiæ, qua Prælatus Regularis ex aliqua justa causa aliquem Episcopum suspectum haberet. Nam tunc cessat fraus, & remanet jus primævum libertatis removendi Regulares, & ibi dicitur Regularis degere, ubi est assignatus, Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ cap.* 83.
36 *num.* 1. & præcisè Superiores in litteris dimissoriis alteri directis testari debent de absentia proprii Episcopi Barbos. *ad cit. cap.* 10. *Concil. Tridentini numer.*
37 11. Imò solent recipi attestationes Curiæ Diœcesani de tali absentia, vel quod non fiant ordinationes.

Unde ad rem, proposito dubio in Sacra Congregatione Concilii in una Neapolitana die 8. Augusti 1692. *Secundo, per quantum tempus Regulares ordinandi commorari debeant in Conventu Diœcesis Episcopi ordinantis, ad hoc, ut dici possint de familia ipsius Conventus?* S. Congregatio respondit, *Providebitur in casibus particulariter proponendis*. Et ita resolvit aliud dubium: *An Regulares sint licitè ordinati, in eadem Neapolitana, in qua Cardinalis Archiepiscopus conquestus fuerat, Regulares per quatuor dies remotos fuisse à Conventibus Neapolis ante Ordinationes, & fuisse ordinatos ab aliis Episcopis ubi morabantur*. Resolvit, *Providebitur in casibus particularibus*; quia debent attendi circumstantiæ specialiter inspiciendæ, ut possit colligi fraus, quæ esset tantùm quoad pœnas contentas in dicto decreto sub Clemente VIII. Si verò Monasterium fuerit 38
nullius Diœcesis, quid dicendum? Et posset dubitari cum Passerino *in cap. Cum nullus* 3. §. *Religiosi nu.* 122. *de temp. ord. in* 6. quod solus Papa cui hujusmodi Monasteria sunt subjecta, possit dare facultatem ordinandi.

Verùm contrarium est dicendum, tam in Monasteriis impropriè dictis *Nullius*, quæ scilicet sunt intra 39
fines Diœcesis alicujus, sed exempta, quàm in eis, quæ non sunt intra fines cujuscumque Diœcesis. Et quoad prima, cùm sint de tali Diœcesi, etsi sint exempta ab Ordinario, tamen subduntur illi in pluribus, ut dicam in alio Commentario. Et quoad Ordinationes, est dispositio S. Concilii Trident. *cap.* 8. *sess.* 23. & citati decreti sub Clemente VIII. cùm dicantur de Diœcesi, Fagn. *cap. cum olim num.* 16. *de præscript.* Si tamen non sint intra fines certæ Diœcesis, debent Regulares dirigere dimissorias viciniori Episcopo Ecclesiæ Cathedrali, non territorio, ut ex declaratione S. Congr. Conc. docent Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 18. *num.* 5. Fagn. *cit. loco, & cap. significasti num.* 23. *de off. Archid.* & idem Passerin. melius *de stat. hom. lib.* 3. *quæst.* 189. *num.* 815. Barbos. *in summ. Apost. decis. v. Regulares quoad ordines num.* 2. Si verò sint Superiores Abbates habentes facultatem conferendi Ordines Minores, conferunt quidem suis subditis regularibus, juxta ea quæ præscripsit *S. Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 10. *de refor.* Et quoad dimissoriales prætensas ab Abbatibus habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, etiam quoad Laicos, alibi erit sermo.

Hæ autem litteræ dimissoriæ quantum durent, disputat Peyrin. *ibid. Constit.* 2. *Julii II. num.* 23. & be- 40
nè concludit durare de una ordinatione ad alteram tantùm, tùm quia, ut ipse ait, Superiores semper sunt præsentes, tum etiam quia potest evenire casus, quo ordinandus amplius non mereatur ascendere ad Ordines, ob aliquod crimen posteà commissum; pos- 41
sent tamen dirigi dimissoriæ (in casu quo proprius Episcopus ordinationes non teneat) cuicumque etiam ultra Montes, dummodò sit Catholicus Episcopus Passerin. *cit. num.* 814.

Episcopus tamen Diæcesanus, vel alter in casu impedimenti illius, nil aliud inquirere debet, nisi doctrinam, Regulares examinando, cùm in reliquis re- 42
quisitis ætatis, denunciationum, & similium, debeat stare attestationi Regularium Superiorum, ut ex S. Congreg. declaratione docent *Miranda in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 28. *art.* 2. Campanil. *in divers. jur. rubr.* 95. *cap.* 3. *num.* 53. Barbos. *ad cap. ad aures num.* 2. *de tempor. ordin.* Piasec. *in prax. Episc. par.* 1. *cap.* 1. Tambur. *de Jur. Abb. lib.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 10. *num.* 4. Passerin. *de stat. hom. cit. tom.* 3. *fol.* 837. *a num.* 820. Doctrina autem debet perve- 43
stigari in examine ab Episcopo ordinante, ut dixit *Innocentius III. in cap. Venerabilem de elect.* ibi: *Est enim regulariter, & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manuum spectat*, & advertit Hallierius *de SS. Ordin. in app. ad sect.* 1. §. 3. *relat. à Van-Espen. Jur. Eccl. Un. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 4. *num.* 35. *vers. Hoc expendens Hallierius*. Non esset in hoc fidendum attestationi Regularium, qui aliquando de suis magis sentiunt, quàm par sit, ut præcisè injunxit *S. Concil. Trident. sess.* 23. *de reform. cap.* 12. *in fin.* ibi: *Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis*. Quæ privilegia ha-

bebant Fratres Prædicatores, Cassinenses, Minimi,
& alii, Cesped. *cit. dub.* 71. *& cit.* Passerin. *num.* 820.
ubi quod etiam Superiores Regulares examinent or-
dinandos, antequam Episcopi eos admittant, & de
derogatione dictorum privilegiorum etiam Societatis
Jesu, Barbosa *cit. alleg.* 7. *num.* 31. & infrà. Non ta-
men Regulares Superiores sine matura consideratio-
ne debent properare ad concedendas litteras testimo-
niales suis Religiosis, nec minùs Episcopi clauso
oculo admittere Regulares, nam ut ait D. August.
2. *de Sacerd. cap.* 2. *Aliquando bonus Monachus vix
facit bonum Clericum*; nec omnes qui Professionem
regularem emiserunt, debent necessariò ad Ordines
admitti. Et benè *D. Gregorius Candido Episcopo*
scripsit *lib.* 5. *Epist.* 27. ut de Monasteriis in sua
Diœcesi positis cum consensu Abbatis aliquos acci-
piat in Presbyteros ordinandos, & hoc monitum sub-
junxit: *Sed illius præ omnibus estote soliciti, ut vi-
tam, actusque eorum, qui in hoc sunt officio consti-
tuendi, subtiliter debeatis inquirere, & tunc eos si
digni fuerint ordinare.* An verò Episcopus posset
44 eos ordinare non examinatos? Affirmat *cit.* Passerin.
num. 821. *tom.* 3. Ego autem dicerem, quod posset
tantùm verificari in actuali examine faciendo per
Examinatores, juxta formam, quæ in usu videtur;
non tamen, ut Episcopus cæco actu Regulares or-
dinet sine inquisitione eorum doctrinæ. Nam *Conc.
Trid. cit. sess.* 23. *cap.* 12. expressè sancivit Regula-
res nec sine diligenti Episcopi examine ordinari.
Hujus autem examinis non est data certa forma, &
sic potest Episcopus sine formali actu inquirere do-
ctrinam ordinandorum. Episcopus enim nequit dis-
45 pensare quo ad scientiam, cùm ignari non sint or-
dinandi, ut pluribus Canonibus probatur apud Gra-
tian. *dist.* 36. 37. *&* 38. *Innoc. in cap. cum in cunctis
de elect. & ex Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 15. ubi
requirit scientiam linguæ Latinæ in ordinandis ad Mi-
46 nores Ordines ibi: *Minores Ordines iis, qui saltem La-
tinam linguam intelligunt, per temporum interstitia,
nisi aliud Episcopo expedire magis videatur, confe-
rantur.* Nec illa verba: *Nisi aliud Episcopo videa-
tur*, vim faciunt ad scientiam, sed ad proxima,
47 nempè quoad temporum interstitia, ut docet Pas-
serin *cit. fol.* 838. *num.* 822. *tom.* 3. *& seq.* Et for-
tiùs quia Concilium post dicta verba continuat ser-
monem, ut ordinandi per temporum interstitia exer-
ceri possint in unoquoque munere, & sic videtur ser-
mo restrictus ad interstitiorum dispensationem. Con-
trarium tamen docent Menoch. *de arbitr. cas.* 425.
num. 58. Barbos. *ad cit. cap. Conc. Trid. num.* 2. *&
de potest. Episc. alleg.* 11. *num.* 6. Tambur. *de Jur.
Abb. d. quæst.* 30. *num.* 5. Prima tamen opinio vi-
detur tutior, ita docent ultra *cit.* Passerin. Grass. *de
off. Cler. in prælud. numer.* 78. & Ventrigl. *in prax.
annot.* 43. *§. un. num.* 27. ubi latè hanc materiam in
praxi videbis. Communis, & verior est opinio,
quam sequuntur Passerin. *cit. loco num.* 824. *&* 825.
Ventrigl. *cit. num.* 31. *in fine*, quod magis, & minùs
48 arbitrari posset Episcopus, habita tamen considera-
tione de aliis requisitis præponderantibus morum,
& necessitatis, semper tamen intra sphæram deman-
datam à *Sac. Conc. Trident.* & quo ad Ordines mi-
nores, ut sciant linguam latinam *cit. cap.* 11. Et
49 quoad Subdiaconos, & Diaconos, ut litteris, ac
iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, sint in-
structi *cap.* 13. & quoad Presbyteros *cap.* 14. requi-
rit quod ipsi etiam ad populum docendum ea, quæ
scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ad-
ministranda Sacramenta, diligenti examine præceden-
te, idonei comprobentur. Notorius autem littera-
50 tus, vel Magister, ac Lectores non possent evitare
examen, quia indefinitè Concilium vult, ut exami-
nentur ordinandi, modum tamen examinis potest
Episcopus dispensare, cùm possit aliundè de scientia
51 se reddere instructum, eò quod forma non sit de-
terminata, sed tantùm ex usu, Ventrigl. *cit. num.* 34.
Et ita intelligendi sunt Doctores, ut taliter gradua-
ti non requirant examen, ut Ventrigl. *cit. num.* 36.
Passerin. *tom.* 3. *cit. num.* 828. Et hinc *Sac. Congreg.
Concil. in una Verulana die* 17. *Januarii* 1693. Epi-
scopo consulenti pro suæ conscientiæ serenitate, an
teneretur examinare ordinandos missos à propriis
Episcopis attestantibus de idoneitate, & litteratura,
rescripsit, *non teneri, sed posse*. Quod procedit in
iis, qui sunt approbati in scientia ab Ordinariis, non
autem in Regularibus, qui non approbantur ab eo-
rum Prælatis, sed in hoc etiam incumbat Episco-
po Ordinanti ad præscriptum *cit. cap.* 12. *Sac. Concil.
Trid. sess.* 23. *de reform.* & supra diximus *per cap.
Venerabilem de elect.* & Gloss. *in cap. Accepimus de
ætat. & qualitat. ord. ver.* examinari dixit. Quod si
ex consuetudine examinentur ordinandi ab Archidia-
cono, Episcopus rursus examinare non excluditur,
& de consuetudine abrogata in Diœcesibus Provin-
ciæ Coloniensis, quod Prælati inferiores tantùm exa-
minent ordinandos per Synodum Coloniensem, *Van-
Espen. Jur. Eccles. Un. part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 4. *nu.* 11.

In illis tamen Nationibus, quæ non utuntur lin-
gua latina in Divinis Officiis, ut Illyrici, & Ar- 52
meni, non urget dispositio, ut ordinandi sciant lin-
guam latinam, Pasqualig. *ad Lauretum par.* 1. *num.*
301. *ex declarat. Sac. Congreg.* & Passerin. *tom.* 3.
cit. num. 829. Undè non ità latè est intelligendus 53
Peyrin. *cit. Const.* 21. *Leonis X. §.* 12. *num.* 25. quod
possit ordinari Regularis, qui benè legit, & cantat,
etsi non habeat linguam latinam, quia hoc est con-
tra *Sac. Concil. Trid. cit. sess.* 23. *cap.* 11. ubi in
minoribus Ordinibus exigit linguam latinam; illa
enim duo, lectio scilicet, & cantus faciunt quidem
bonum Monachum, non autem bonum Sacerdotem,
qui debet esse instructus in litteris Divinis Sacrorum 54
Mysteriorum. Sola tamen spes, ut inter Monachos
magis acquirat doctrinam, poterit esse motivum ju-
sto arbitrio Episcopi, ut minùs rigorosè versetur, quàm
in Clerico Sæculari.

Hodiè tamen P. P. Societatis Jesu dicunt habere
istud Privilegium recipiendi Ordines à quocumque 55
maluerint Catholico Antistite habente communio-
nem cum Sede Apostolica. Ita etiam Equites
Hierosolymitani, ut referunt Barbos. *cit. alleg.* 4. 56
num. 60. *&* 65. *Pax Jordan. citat. loco numer.* 27.
Campanil. *cit. rubr.* 11. *cap.* 13. Panimoll. *dec.* 14.
adnot. 2. *num.* 82. Corrad. *in prax. dispensat. citat.
cap.* 5. *num.* 9. quod procedere etiam in Novitiis
docuerunt Barbos. *ad Concil. Trident. sess.* 23. *cap.*
10. *num.* 12. Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *disp.*
2. *quæst.* 27. *num.* 2. Et quo ad P.P. Societatis Je-
su conspicitur hoc privilegium *in Const.* 48. *Pauli
III. §.* 19. *tom.* 1. *Bullar. & tom.* 2. *Gregorii XIII.
Constit.* 77. *§.* 1. quæ est quidem posterior Con-
cilio Tridentino, sed ante decretum sub Clemente
VIII. Et quoad Milites Hierosolymitanos Barbos. *cit.
num.* 65. refert verba Bullæ Pii IV. inserta in statu-
tis Religionis, quam dicit fuisse confirmatam à
S. M. Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. & Grego-
rio XV. Nam illud concessum ab Anastasio IV. *in
Constitut.* 2. *de qua infrà §.* 12. permittit, ut im-
pedito Diœcesano possint adire alium Catholicum
Antistitem, de quibus suo loco referam fundamen- 57
ta. Aliis verò Regularibus remanet solum privile-
gium, ut impedito Episcopo Diœcesano, vel ab-
sente, possint ipsi ordinari à quocumque Antistite
habente communionem Sedis Apostolicæ, Dian. *re-
sol. moral. par.* 2. *tract.* 17. *resol.* 15. *& par.* 6.
tract. 7. *resol.* 35. qui intelligitur Episcopus non 58
suspensus, excommunicatus, aut interdictus, Gloss.
in cap. Veniens de præscript. ver. Gratiam, Gloss. *in
cap. quod Sedem de off. Jud. Ordin. ver.* Gratia,
Peyrin. *cit. Const.* 2. *Julii II. num.* 24. Murga *ad
Constitutiones Benedictinas Constitut.* 6. *Alex. IV. nu.*
595. *fol.* 125. quod intellige, ut supra fuit dictum
in Commentario *ad Constitutionem Unic. Alexan-
dri II. section.* 3. ut Ordinantes sint censurati per
denunciationem, aliàs non sunt vitandi.

De-

Demum si Episcopus promulget excommunicatio-
59 nem contra malè promotos, percutit etiam Regulares
ordinatos, cùm id dependeat à jurisdictione, quam
habet in collatione Ordinum circa eos, ut docet Pi-
gnatell. *consult.* 45. *tom.* 3. *num.* 10.

Et de aliis spectantibus ad Ordinationes, quæ fieri
60 possunt ab Abbatibus, & de dispensatione in Inter-
stitiis, ad quem illa spectet quoad Regulares, ac
de privilegio recipiendi Ordines extra tempora, ali-
bi dicam.

Antequam verò finem imponam hujusmodi Com-
61 mentario, occurrit quæstio, an absente, vel impe-
dito proprio Episcopo, possit Superior Regularis vo-
care alium Episcopum, ut conferat Ordines suis sub-
ditis in Ecclesia Regulari sine licentia Episcopi? Vi-
detur primò posse, quia plures Regulares habuerunt di-
62 ctum Privilegium. Hinc cùm successiva prohibitio suprà
expressa tantùm contineat, ut non possint Regulares,
Ordines recipere ab alio, nisi à proprio Ordinario,
& isto absente à quocumque alio, non excludit aliud
privilegium, ut vocari possit quilibet Episcopus, qui
in eorum propriis Ecclesiis, eisdem Ordines con-
ferat in casu absentiæ, vel impedimenti proprii Or-
dinarii.

Tamen contrarium est statuendum, nam expresse
63 *Leo X. in Const. 22. inter impressas tom. 1. Bull. §.
11. in Conc. Lateranen.* id vetuit, per hæc verba:
*Ac nullatenus in eorum Ecclesiis, seu Domibus, aut
aliis eorum locis ab alio, quàm à Diœcesano Epi-
scopo, vel ejus Vicario super hoc cum debita reve-
rentia requisito, & absque rationabili causa contra-
dicente, vel eo à Diœcesi absente, ad dictos Ordi-
nes promoveri debeant. Et Sac. Concil. Trid. sess.* 6.
cap. 5. de reform. hæc opportunè demandavit: *Nulli
Episcopo liceat cujusvis Privilegii prætextu, Pontifi-*
64 *calia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii
loci expressa licentia. Et sess. 7. cap. 11. Faculta-
tes de promovendo à quocumque, non suffragentur,
nisi habentibus legitimam causam, ob quam à pro-
priis Episcopis ordinari non possint, in litteris expri-
mendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo
in sua Diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia
exercente.* Imò in dispensationibus recipiendi Ordines
in tribus diebus festivis, vel à quocumque Episcopo,
apponitur ab ipso Papa clausula, *vel in tua, vel alie-
na de Ordinarii licentia, Diœcesi ordinare possis*, Cor-
rad. *lib. 4. cap. 5. num.* 11. & dicam infra. Et ita do-
cent omnes ferè communiter, quod talia privilegia
sunt etiam abrogata, ut Regulares possint ab extero
65 Episcopo ordinari in Ecclesiis propriis, impedito
Episcopo Diœcesano, Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 2.
disp. 2. quæst. 19. Barbos. *ad cit. cap.* 11. *Sac. Concil.
Trident. sess. 7. & de pot. Episc. alleg. 6. num.* 14.
66 ubi posse concedi licentiam à Capitulo, Sede Vacan-
te, Aldan. *lib. 1. Can. resol. tit. 4. num.* 3. Molfes. *tract.
2. c. p. 2. num.* 12. Ricc. *in prax. resol.* 495. Castro-
palaus *tit. 27. par. 15. num.* 10. ubi limitat, si Mo-
nasterium sit Nullius Diœcesis, quia tunc impedito
67 Episcopo viciniore, cui debent, ut dixi, dirigi lit-
teræ dimissoriales, poterit vocari quicumque Episco-
pus, ut Ordines conferat, & latè Passerin. *tom. 3. cit.
num. 809. & sequen.* Imò an Nuntius Apostolicus id
agere possit, latè tractat Pignatel. *tom. 2. consult.* 1.
68 ubi plures declarationes Sac. Congregat. ac alia quoad
Nuntium Taurinensem, & Hispaniarum; sed hæc
alibi differam.

Nec prædictæ principali assertioni obstant, quæ ad-
69 ducit *Cespedes dubit.* 70. quod adsit speciale privile-
gium ex Bulla Pii V. *incip. Etsi Mendicantium tom. 2.
Bullar.* ad favorem Mendicantium. Nam dicta Bulla
fuit reducta ad terminos Juris communis, & Sac.
Concil. Trident. & sic nullum parere potest effectum
contra dispositiones prædictas contrarias ex *Constit.
Gregorii XIII. incip. In tanta* 9. ut respondendo latè
objecto, firmat Passerin. *tom. 3. cit. fol.* 833. *à num.*
809. *& seq.* & nos supra diximus. Et licèt *cit.* Ces-
pedes aliam adducat rationem, quod scilicet P. P. S.
Joannis Euangelistæ Portugalliæ, & Milites Sancti
Joannis Hierosolymitani habuerint dictum Privilegium
concessum per Pium IV. *Const.* 9. & quod confirma-
ta fuerint dicta privilegia post Concilium Tridenti-
num per San. Mem. Pium V. ac alios Pontifices.
Tamen considerationes istæ non infringunt nostram
conclusionem. Nam, vel asserta privilegia suppo-
nuntur data ante Concilium, & nullam ampliùs ha-
bent vim, ob derogationem eis factam ab eodemmet
Concilio. Vel prætenduntur concessa post Conci-
lium, & in hoc casu illud quod dicitur concessum 70
PP. S. Joannis Euangelistæ Portugalliæ, utpotè non
authenticum, caret robore, ut notat Peyrin.
quæst. 3. cap. 7. num. 11. ubi in fine ait: *Sed ego
semper habui suspecta privilegia ultramontana, nam à
multis sum deceptus.* Et quatenus intraret ulterius du-
bium, an adsit communicatio privilegiorum, alibi
disputatio erit. Aliud verò concessum à Pio IV. Mi- 71
litibus Hierosolymitanis, neque facit ad rem, etenim
in eo dumtaxat confirmatur aliud privilegium con-
cessum à Leone X. recipiendi Ordines à quocumque
Antistite, in quo nulla fit mentio de privilegio, ut
exterus Episcopus possit conferre Ordines in Eccle-
siis Regularium; hæc enim sunt verba Pii IV. Post-
quam enim §. 27. dictum privilegium retulerat, addit
§. 62. *Nec non exemptionem, & liberationem prædi-
ctas, ita quod Magistri Bailivorum, Preceptorum,* 72
*& dicti Hospitalis fratres Capellani à quocumque Ca-
tholico Antistite, &c. Sacros Ordines etiam extra
tempora a jure statuta, tribus diebus festivis suscipere,
& in quibusvis tam Secularium, quàm Regularium* 73
*Ecclesiis, absque alicujus licentia, etiam altari por-
tatili, celebrare possint.* Itaque usque ad verbum *su-
scipere*, loquitur Bulla de privilegio recipiendi Or-
dines à quocumque, nonnisi adhæsivè, & cohæ-
renter ad enunciata verba privilegii Leonis X. Dein-
dè facit transitum ad rem diversam, nimirum ad Mis-
sarum celebrationem, ut scilicet Fratres Capellani
possint celebrare in quacumque Ecclesia sine licentia,
ut contextus verborum indicat; aliàs si loqueretur
Papa de Episcopo ordinante, satis durum esset, ut in
Ecclesiis etiam sæcularibus Pontificalia exercere pos-
set sine licentia.

Si tamen adduceretur aliquod Privilegium post
Concilium, haberet robur, sed attentè esset inspi- 74
ciendum, an percutiat dictum casum, ut possit
Episcopus conferre Ordines Regularibus in quacum- 75
que Ecclesia sine licentia Diœcesani, vel tantùm, ut
possint Regulares adire quemcumque Catholicum An-
tistitem pro Ordinibus recipiendis, ut tollatur im-
pedimentum dictæ declarationis sub Clemente VIII.
ut teneantur adire Episcopum Diœcesanum. Hinc
in Sac. Congreg. Concilii in una Mechliniensi, cùm
ad instantiam PP. Societatis Jesu, ut supra dixi, dis- 76
putatum dubium fuerit sub die 5. Julii 1681. *Secun-
dò, an Clerici Societatis Jesu habitantes in Civitate
Mechliniensi, Archiepiscopo ordinationes habente,
possint ordinari ab alio Episcopo?* Responsum fuit *affir-
mativè*. Sed cùm deberet denuò in nova audientia
reproponi dubium, cautè dicti PP. curaverunt, ut
idem proponeretur cum restrictiva; nempè *An Cle-
rici Societatis Jesu habitantes in Diœcesi Mechlinien-
si, Archiepiscopo ordinationem habente, possint extra
Diœcesim Mechliniensem ordinari ab alio Episcopo in
propria Diœcesi?* Et dubio tali modo proposito, res-
pondit Sacra Congreg. affirmativè sub die 8. Maji
1683. & ideò reformarunt dubium, justo timore re-
cessus à decisis, modo quo primo loco fuit proposi-
tum; nam aliud est, ut PP. Societatis habeant præ-
tensum indultum promoveri se faciendi à quocum-
que Episcopo Catholico non obstante decreto gene-
rali sub Clemente VIII. ut supra enunciato, ut
idem permittatur Regularibus, absente tantùm vel
non faciente ordinationem Episcopo, ubi degunt
de familia, stante Constitutione Gregorii XIII. supra
enunciata *incip. Pium, & utile tom. 2. Bullaris in-
ter dicti Pontificis Bulias* 77. aliud, quod sit licitum

iis

ſis aſſumere Epiſcopum alienum, & in Diœceſi obi
degunt, recipere Ordines, ita ut talis Epiſcopus Pon-
tificalia exerceret in aliena Diœceſi, ſine proprii
Ordinarii licentia, quod minimè Indultum continet.
Dictum privilegium P. P. Societatis Jeſu iterum
77 referam, & examinabo in dicta Conſtitutione, Deo
dante, ex qua etiam eliciunt aliud privilegium,
quo prætendunt ſe non ſubjicere examini in Ordini-
bus recipiendis, & ad primum dubium, *An Clerici
Societatis Jeſu ſacros Ordines ab Archiepiſcopo Me-
chlinienſi ſuſcepturi, debeant ſe ſubjicere examini,
prout cæteri Regulares?* die 5. Julii 1683. *Sac. Con-
greg. Concilii* reſpondit *negativè, niſi adſit conſuetu-
do in contrarium*. Sed deinde repropoſitis dictis duo-
bus dubiis die 8. Julii 1684. dixit *Dilata*; nec adeſt
ulterior reſolutio ſuper hoc. Et quod poſſit ordi-
nandus adire quemlibet Epiſcopum Catholicum, ſo-
let aliquando Papa indulgere etiam quoad certas Per-
ſonas, ut ſupponitur *in cit. cap. 11. ſeſſ. 7. de refor.*
ubi facultates de promovendo à quocumque non ſuf-
fragentur, niſi habentibus legitimam cauſam, ob
quam à propriis Epiſcopis ordinari non poſſint, in
litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, niſi
ab Epiſcopo in ſua Diœceſi reſidente, aut pro eo
Pontificalia exercente, & diligenti prævio examine;
quæ licentiæ non ſolent dari, niſi cauſa urgente;
imò ne detur locus fraudibus, in expeditione Bre-
vium diſpenſationis Interſtitiorum, poni ſolet Clau-
ſula *de licentia Ordinarii*, plenè Campanil. *in div.
Jur. rub. 9. cap. 7. num. 5.* ubi in fine ponit caſum,
quod conceſſo Brevi cuidam, ob vacationem Sedis
Archiepiſcopalis Tranen. & ordinato poſt Sedis pro-
viſionem, fuit declarata ordinatio valida facta in
vim dicti Brevis ab alio Antiſtite. Et ratio fuit,
quia Breve non erat conditionale, ſed tantùm di-
cta Vacatio fuit cauſa motiva, qua ceſſante, non
ceſſat diſpenſatio, & quod ponatur dicta Clauſula
in Brevi diſpenſationis interſtitiorum, quodque or-
dinatio, ſi non fieret à proprio Ordinario, fieri de-
beat de hujus licentia ab alio in propria Diœceſi
reſidente, vel in aliena de Epiſcopi Diœceſani li-
centia, Corrad. *in prax. diſp. lib. 4. cap. 5. nu. 11.*
& quod Epiſcopo recuſante ordinare, recurritur ad
Sacram Pœnitentiariam, vel ad Secretariam Bre-
vium pro facultate recipiendi Ordines à quocum-
que maluerit Catholico Epiſcopo, & ſolet imparti-
ri, prævia cauſa. Si verò preces veritate non ni-
tantur, ceſſat etiam Gratia, & ſuſpenduntur Ordi-
nati à propriis Ordinariis, ut in *Conſtit. Pii IV. ſu-
per refor.* S. Pœnitentiariæ, ne Litteræ de promo-
vendo ad S. Ordines, aut ad primam Tonſuram,
& minores, niſi certa cauſa verificanda juſta, con-
cedantur, & de ſtylo, ut committantur in Roma-
na Curia viciniori Ordinario, ut veris exiſtentibus
narratis, & requiſito denuò Ordinario Oratoris,
& audito hujus Promotore Fiſcali, ac conſtito de
non juſta denegatione, ac de vita, & moribus, &
aliis requiſitis, conferat Ordines, ex Corrad. *cit. lib.
4. cap. 5. nu. 53. & ſeq.*
Hæc tandem ſatis dicta videntur in hac materia
78 ordinationis Regularium. Solùmque adverto, quod
non requiruntur litteræ commendatitiæ Epiſcopi Or-
dinarii impediti in ordinatione Regularium, Diana
tom. 1. tract. 2. Miſcell. reſol. 15. Ventrigl. *citat.
prax. adnot.* 23. §. 1. *num. final.* & quod Regula-
79 res contravenientes dicto decreto Clem. VIII. in
hac materia ordinationum, ſubjiciantur pœnis pri-
vationis vocis activæ, & paſſivæ, officii, dignita-
tis, & adminiſtrationis, ac aliis arbitrio Sanctiſſi-
mi, Quaranta *ver. ordo fol.* 377.
Sed an ipſo jure tales pœnas incurrant? Et ne-
80 gativè videtur dicendum, cùm verbum *incurrent*
denotet futurum tempus; imo cum adſint ſub eo-
dem verbo pœnæ arbitrio Sanctiſſimi, circa has
nequit dari incurſus ipſo facto. Ne igitur ſint di-
verſa determinata ab uno determinabili, videtur
idem dicendum quoad alias pœnas contentas in di-
cto decreto, ita docuerunt Peyrin. *d. cap. 7. num.*
4. Tambur. *d. quæſt.* 18. *num.* 6. Theſaur. *in prax.
2. quæſt. cap. 27. verſ. ult.* Sufficit autem, quod Su- 81
perior dictas dimiſſorias concedat, quamvis Ordi-
narius non ſit abſens, vel impeditus, etſi revera
recipiens dimiſſorias non ordinetur, quia ſufficit,
ut Superior contraveniat quantum ex ſe eſt decre-
to, Ricc. *par. 1. in praxi deciſ.* 118. *num.* 10. Paſ-
ſerin. *tom. 3. de ſtat. hom. quæſt.* 189. *art.* 10. *num.*
818. contra aliquos ibi citatos latè agentes de qua-
litate culpæ, ac pœnæ incurrendæ, de quibus vide
Dianam *par. 9. tract. 8. reſol.* 58. Coron. *lib. 3.
contr. 1. cap. 4.* ac alios Regulares ſcribentes, & de-
fendentes ſe in propria eorum cauſa.
Dicta autem facultas Ordines accipiendi à quo-
cumque Catholico Antiſtite, videtur conceſſa à Jure 82
Clericis, quorum Epiſcopus incidiſſet in ſuſpenſio-
nem manifeſtam ob Ordines collatos alieno ſubdito
in cap. 2. de temp. ordin. in 6. prout innuimus in
Commentatio ad Bullam Alexandri II. *ſect.* 3. ita
tamen, ut talis ſuſpenſio ſit manifeſta, ex notorie-
tate etiam facti; quamvis quo ad factum difficiliter 83
probari poſſit hæc notorietas, cùm conſiſtat in
negativa licentiæ obtentæ à proprio Epiſcopo ordi-
nati, quare alii, & meritò voluerunt, ut requi-
ratur declaratio Superioris, Paſſer. *ad cit. text. nu.* 29. 84
& dixi *in cit. Comment.* & ratione ſucceſſivæ *Extr.
Martini V.* ibi probavi intelligi debere de denuncia-
to, & declaravit S. Congreg. in una Flandriæ 15.
Novemb. 1653. apud Pignatell. *tom. 1. conſult.* 423.
& ego retuli *in dicta ſect.* 3. *Comm. ad Conſt. unic.
Alex. II.* & adde Fagn. *Cap. abſolutos num.* 33. *de
hæreticis, & alios apud* Pignatell. *conſ.* 82. *tom.* 8.
Hæc autem diſpoſitio eſt in odium Epiſcopi ordinan-
tis alienos ſubditos, ut per quæ peccat, per hæc
& puniatur, ut ſcilicet ſui ſubditi ad alienum Epiſco- 85
pum poſſint accedere, qui tamen debet eſſe vicinus,
nec neceſſariò adeundus eſt Metropolitanus, nec re-
quiritur licentia proprii Epiſcopi, ſed ad propriam
Diœceſim Epiſcopi vicini adire debent, ut proſequi-
tur *cit.* Paſſerin.
Hæc autem libertas conceſſa Clericis, etiam pro
Regularibus eſt intelligenda, cùm eadem ſit ratio, 86
itant poſſint adire quemcumque Epiſcopum. Sed an
debeant adire viciniorem? Et debere adiri vicinior 87
ex hujus textus diſpoſitione videtur. Sed quia caſus
iſte concurrit cum alio caſu, quo Epiſcopus proprius
non facit ordinationes, cùm ſupponi poſſit, Epiſco-
pum ſic ſuſpenſum, & declaratum non facere ordi- 88
nationes, ideò ex hac alia ratione poſſunt adire
quemcumque Catholicum Antiſtitem; nam ſi ſe-
cundùm opinionem aliquorum ſufficiat tantùm no-
torietas facti, & Epiſcopus tamen vult facere or-
dinationes, tunc dicerem, poſſe Regulares in vim
ejuſdem textus non accedere ad dictum Epiſcopum
ordinantem, ſed debere accedere ad Epiſcopum vi-
cinum; nam nequeunt uti dicto privilegio textus,
niſi cum iiſdem qualitatibus, & nequeunt uti alio
privilegio accedendi ad quemcumque, quia hoc
procedit in caſu abſentiæ, vel impedimenti Epiſco-
pi, quod ceſſat virtute diſpoſitionis dictæ Extrava- 89
gantis. Si verò fuerit publicè denunciatus Epiſco-
pus cenſuratus, quia tunc cùm non conferret exe-
cutionem Ordinum, ut dixi, & poſſet evitari,
verificatur impedimentum, quo caſu permittitur
uſus dicti privilegii adeundi quemcumque.
Sed numquid idem procedat in Epiſcopo in hære-
ſim lapſo, & an Clerici, & Regulares poſſint 90
uti hoc privilegio adeundi pro Ordinibus alium Epi-
ſcopum? Pro quo quæſito, dicenda eſt diſpoſitio di-
cti Text. *in cap. 2. de temp. ordin. in 6.* eſſe ſpecia-
lis in Epiſcopo ſuſpenſo, quia alienum ſubditum or-
dinavit, nec habere locum in alia quacumque ſuſ-
penſione, imò cenſura. Ita docent communiter
Doctores poſt Gloſſ. *ibid. ver. taliter*, *Pax Jordan.
cit. num.* 154. Piaſecius *in prax. par. 1. cap. 2. nu.*
13. Rebuff. *in prax. dimiſ. num.* 19. Fagnan. *in cap.*
abſo-

91 *absolutos num.* 33. *de hæreticis*. Hoc posito, dicen-
dum est etiam non posse uti hoc privilegio, idque
intelligendum de Clericis sæcularibus, & ita proce-
dit Fagn. *cit. loco*, ubi ita resolvit, quia non est li-
citum, ut Clerici se eximant ab obedientia Episco-
92 pi; nam vel iste non erit publicè denunciatus hæ-
reticus, & tunc ob Extravagantem Constantiensem,
poterit nedum validè conferre Sacramenta, dummo-
dò utatur forma Catholicorum, sed etiam quoad exe-
cutionem, quæ tantùm non recipitur, si fuerit de-
nunciatus, ut latè Fagn. *cit.* & Pignatell. *consf.* 92.
tom. 8. *& dixi in Comment. ad Constit. Unic. Ale-
xand. II.* & nos alibi latiùs dicemus, quoad ordi-
nationes Episcoporum hæreticorum, & Schismatico-
rum. Vel est publicè denunciatus, & tunc rema-
net Jurisdictio Capitulo, & Ecclesiæ, nam vacat
93 Episcopatus, & fit Vicarius Capitularis, ut dixi
in sect. 5. Comment. ad Const. II. Leonis IX. & proin-
de, vel possent obtinere dimissorias post annum à
Capitulo, prout fit Sede Vacante, juxta *S. Concil.
Trident. sess. 7. cap.* 10. *de reform.* & advertit
Fagn. *cit. loco*, vel possunt recurrere ad Sedem Apo-
stolicam pro opportuna provisione, vel ad Lega-
tum, cùm nullum jus illi tribuat facultatem adeundi
alium Episcopum, cùm *cit.* Textus limitatè dispo-
nat in casu Episcopi ordinantis alienum subditum,
& sic nequit fieri extensio in pœnalibus, *reg. odia
de regulis Juris in 6.* Et ex hac ratione Doctores
volunt, quod Clerici possint adire alium Episco-
pum pro recipiendis Ordinibus, quos tantùm pro-
prius Episcopus alieno subdito contulerit, ut plenè
probat *cit.* Passerin. *tom.* 3. *num.* 21. sed nos alibi,
cùm dependeat à quæstione, an Episcopus incurrat
suspensionem à collatione omnium Ordinum per con-
cessionem unius tantùm non subdito.

Quoad Regulares verò dicerem, quod si Episcopus
94 fiat hæreticus non denunciatus, certum est post
Extravag. Martini, non posse vitari, ut dixi, &
sic possunt ipsum adire. Si verò fuerit denunciatus
talis, tunc Regulares valent quidem adire quem-
cumque Catholicum Præsulem pro recipiendis Or-
dinibus, nam hanc facultatem indefinitè habent ex
privilegiis Apostolicis, restrictam tantùm in casu,
quo Episcopus Ordinationes faciat. Undè si nequit
facere facto, vel jure, possunt uti eorum privilegio.

Quoad reliqua privilegia in hac Bulla concessa,
95 alibi redibit sermo in Commentariis aliarum Consti-
tutionum, cùm Regularibus aliis, hujusmodi privi-
legia fuerint per SS. Pontifices tributa.

CONSTITUTIO PRIMA

PASCHALIS II.

incipiens (*Desiderium.*)

EPITOME BULLÆ.

PASCHALIS ABBATI MONASTERII Cabilonensis, & successoribus.

MOnasterium Cistercii nuper fundatum su-
scipit iste Pontifex sub protectione Se-
dis Apostolicæ, illudque in Abbatiam eri-
git, ac mandat non perturbari, confir-
matque concordiam inter ipsum, & Mo-
nasterium Molismense peractam, cum in-
dictione pœnarum contra inobedientes.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Paschalis Pontifex excommunicavit Philippum Regem Galliarum.*

a *Philippi Regis obedientia erga Sedem Apostolicam, & conversio ad meliorem vitam.*

Regum Galliarum commendatur pietas, ibid.

3 *Paschalis Origo, & Vita.*

4 *Schisma factum opera Henrici Imperatoris, per tres Pseudo-Pontifices vigorosè oppressum.*

5 *Per hanc Bullam concessa fuit exemptio soli Monasterio Cistercii, non verò toti Ordini Cisterciensi.*

6 *Privilegia aliqua concessa per Summos Potifices Cisterciensibus, & nu. seq.*

7 *Exemptio omnimoda ab Ordinario concessa fuit Cisterciensibus per plures Summos Pontifices.*

8 *Ordo Cisterciensis est Congregatio sexta ex Congregationibus promanantibus ex Regula D. Benedicti.*

Ejus augmentum, & decrementum in fervore, auctis divitiis, ibid.

9 *Origo illius Ordinis, & Institutio, opera D. Roberti.*

10 *In eo fuit D. Bernardus, & maximi habitus talis Ordo præcipuè à Florentinis.*

11 *Doctores scribentes de dicto Ordine.*

12 *Ejus Regula, & Vestes.*

13 *Sancti, Summi Pontifices, Cardinales, & Episcopi ejusdem Ordinis plures fuerunt.*

14 *Militares Religiones, quæ sunt sub illo.*

15 *Hodie dicta Religio dividitur in plures Congregationes, & quæ sint, ac de Monasteriis Urbis.*

PAschalis Pontifex successor fuit Urbani II. ne-
dum in Pontificatu, sed & in constantia, dum
Philippum Regem Galliarum iterùm excommunica- 1
tione mulctavit, ut testantur Ivo *Carnoten. Ep.* 211
Briet. *tom. 6. fol.* 10. Quare non post multum tem-
poris, idem Rex corde compunctus direxit quosdam 2
Suorum Romam, spondens Pontificiis jussis se pa-
riturum, adeò ut absolvi mereretur; Pontifex au-
tem direxit illi duos honestæ vitæ Viros à Latere
suo, qui eum à vinculo anathematis solverent. Hi
Parisios Regem adeuntes, multa Optimatum frequen-
tia, sibi commissa præstiterunt, in communione
videlicet fidelium eum admittendo, eo tamen teno-
re, ne Bertradæ ulteriùs commisceretur, seu cum ea
absque duobus boni testimonii Viris colloqueretur.
Post obtentam absolutionem, Philippus propè obi-
tum, & Bertrada in Monasterio Monasticum habi-
tum assumpserunt, ut dixit *Gulielmus Malmesburien-
sis de gestis Regum Angliæ lib.* 5. Verùm felicior
illa, quæ nullo tacta morbo, sed ætate, & sani-
tate integra, nec specie rugata, apud Fontem Ebral-
di, Sanctimonialium appetiit Velum, nec multò
post, præsenti vitæ vale fecit, Deo forsitan provi-
dente, ne delicatæ Mulieris corpus, quod Religio-
nis laboribus impar erat, spiritus perfectioni obesset.
Hæc de novo Davide Philippo Galliarum Rege nar-
randa censui; ut in eodem observetur solita pietas
hujusmodi Regum, qui Ecclesiæ Primogeniti verè di-
cuntur, & sunt, eique ut par est obsequentes tam
sedulò semper paruerunt.

Nunc ad Paschalem redeundo: ipse ortum cogno-
vit in Oppido Bledæ in Provincia Hetruriæ, nomen
Rainerii sortitus ex Patre Crescentio, priùs Cano- 3
nicus Regularis Lateranensis, deindè Monachus
Cluniacensis, & Abbas Vvspergensis SS. Laurentii,
& Stephani. Creatus fuit Idibus Augusti anno 1099.
dictus Paschalis II. Paulò post obiit Guibertus An-
tipapa, dictus Clemens III. ab omnibus expulsus, &
Populo exosus; itaut ejus ossa nec ultimam re-
quiem habuerint, cùm in aquam dissipata, proje-
cta fuerint. Huic autem ab Henrico tres fuerunt
suffecti Pseudo-Pontifices, Albertus Theodosius,
& Maginulphus: sed duo priores in manus exerci- 4
tus Paschalis inciderunt, & exauctorati Pontificali-
bus Infulis, in Monasterium detrusi, usque ad obi-
tum

tum permanserunt, ac tertius dictus Sylvester paulò
post obiit miser, & profugus, itaut ampliùs de ele-
ctione Antipapæ nullus excogitaret, Ciaccon. *in vita
Paschalis II.* Baron. *tom.* 12. *annal. anno* 1100. Ipse
autem in maximam discordiam cum Imperatore Hen-
rico devenit pro Investituris, in qua ab initio non
valdè strenuè se gessit, deindè tamen quod leviter
gessit revocavit, de quibus in Commentario ad Bul-
lam Calisti II. dicam.

Quo ad præsentem Bullam editam anno 1100. con-
stat Summum illum Pontificem suscepisse sub prote-
5 ctione Sedis Apostolicæ Monasterium Cistercii,
prout ex ejusdem Bullæ verbis liquet, talemque exem-
ptionem non fuisse quoad totum Ordinem Cister-
ciensem, quam concesserunt posteà alii Pontifices,
referunt Renat. Choppin. *de Sacr. Polit. lib.* 2. *tit.* 3.
num. 56. Barbos. *de potestat. Episcop. allegat.* 105. *nu.*
12. *vers. Cisterciensis Ordo.* Baron. *anno* 1100. *num.*
4. Et fuerunt ei plura attributa privilegia, præsertim
in cap. Cum ordinem 6. de rescript. per Alexandrum
6 III. ubi fuit concessum non posse conveniri Cister-
cienses per rescriptum Papæ, nisi fiat in ipso spe-
cialis mentio de illis, quod dicitur renovatum per
Gregorium IX. ut ex Manriquez innuit Gonzal. *ad
dictum cap. Cum ordinem num.* 5. *in fine*, & facit Ro-
ta *in Cabilonen. Ordinis Cisterciensis Jurisdictionis* 19.
Junii 1702. §. *rursus cor. D. Molines*, quod procedit
tantùm in iis, in quibus sunt privilegiati, ut in pri-
vilegio non solvendi decimas, *in cap. Nuper de deci-
mis*, & in aliis privilegiis, de quibus latè Manri-
quez *annal. Cisterciens. tom.* 2. *anno* 1162. *cap.* 1.
numer. 12. *&* *anno* 1169. *cap.* 5. *& anno* 1228.
7 *cap.* 1. Ceterùm exemptio ab Ordinariis omnimoda
eis concessa fuit per plures Summos Pontifices, si-
gnanter per Innocentium VIII. *Const.* 9. *incip. Ad
Romani*, Mandos. *de signat. Gratia v. exemptiones
vers. verùm*, Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 15.
quæst. 2. *num.* 3. plenè Rota *dec.* 960. *coram Seraphi-
no*, ubi enunciantur Bullæ Leonis X. Pii IV. & Pii
V. ac Gregorii XIII. pro tali exemptione, Rota *in
Nullius, seu Celsonen. Jurisdict.* 2. *Aprilis* 1666. §.
Huic facto cor. Eminentiss. Carpineo, & ejus con-
firmatoria 25. Junii 1683. *coram* Florez. & meminit
Rota *in cit. Cabilonen. in princip.* De Cisterciensibus
autem pluries fit mentio in Jure Canonico, ut ultra
citatos textus, sunt *cap. ex parte de Decimis cap.
Non est verbis de sponsalib. cap.* 2. *de transact. cap.
dilecto Cap. Venerabil. de testibus cap. per inquisitio-
nem de elect.* & alibi.

Ista autem Congregatio est sexta, ex Regula D.
8 Benedicti, secundùm litteram, & sine novo sensu,
aut mutatione observata, promanans. Et quamvis
circa ejus originem sint variæ opiniones, de quibus
vide Cherubin. *ad hanc Bullam Schol.* 1. commu-
nior tamen est, quod exordium fuerit anno 1098. se-
cundùm Baron. *tom.* 10. *pag.* 714. Sur. *de vita San-
ctorum sub die* 29. *Aprilis*, & Ciaccon. *in vita Ur-
bani II.* Certum tamen est statim crevisse dictum Or-
dinem, & tempore Innocentii III. in Concilio La-
teranensi IV. fit mentio de Capitulo Generali hujus
Ordinis *in cit. cap. Nuper de Decimis*, Azor. *Instit.
moral. tom.* 1. *lib.* 12. *fol.* 1569. licèt deindè divitiis
talis Religio aucta, deflectere cœpit à pristina disci-
plina, ut advertit Alexander III. *in cap. Recolentes de
stat. Monach.* & Gonzal. *ibid. num.* 1. *& numer.* 3.
tradit fuisse eisdem prohibitum habere Vassallos, quos
fervore illo frigescente, habere cœperunt, Manriquez
tom. 2. *annal. Cisterciens. anno* 1171. *cap.* 7. *nu.* 5.

Hic autem Cisterciensium ordo, prout ex prædi-
9 ctis, ac aliis Auctoribus elicitur, originem suam du-
xit in Valle Cistercii Diœcesis Cabilonensis in Bur-
gundia præfato anno 1098. opera D. Roberti. Hic
etenim Abbas priùs Molismensis Cœnobii in Gallia
inter Lingones positi, cùm suam Congregationem,
cui præerat, toto Cœlo à Religiosa Vita aberran-
tem videret, & potiùs ventri, & otio deditam,
postquam verò hortationibus, verbo, & exemplo,
ad semitam rectam reducere diu conatus fuit, vi-
dens denique, nihil proficere, impulsu Ardingi
Angli ejus Monachi, assumptis secum viginti pro-
batissimæ Vitæ Monachis, præfatum Cœnobium
deseruit, & in remotissimum Cabilonensis Agri so-
litarium locum commigravit, cui Cistercium no-
men erat, ibique assentiente Gualterio Episcopo
Cabilonen., & Othone Burgundiæ Duce opibus ad-
juvante, Cœnobium extruxit, & simul Cistercien-
sis Ordinis primordia, summa Hominum venera-
tione ibi posuit. Ad pristinum verò Molismense
Cœnobium Robertus iterum rediit, jussu Urbani
II. Summi Pontificis; ibique nonagenarius obiit.
Secundus dicti Archicœnobii Cistercien. Abbas fuit
suffectus Facundus. Prioratum verò administravit
dictus Ardingus. In hac Cisterciensium Congrega-
tione fuit admissus D. Bernardus, qui tanta reful- 10
sit Sanctitate, ut Cisterciensi Ordini majorem glo-
riam dare non potuerit; tot enim Cœnobia vir
Sanctus extruxit, tantam venerationem, & famam
toti Ordini conciliavit, ut ferè magis Bernardo,
quàm primo Authori, Cisterciensis Religio tenere-
tur. Inter cæteros verò, Florentini maximè, tan-
ti hanc religionem faciebant, ut numquam eorum
Comitia inirent, nisi præsentibus duobus ex ipsis
Monachis, ut testatur Augustin. Camaldulensis *in
Histor. Camald. lib.* 1. *cap.* 64. & latè de origine,
ac aliis ad dictum Ordinem spectantibus, scripse- 11
runt Henriquez *in Menolog. Cisterc. Aubertus Mi-
reus in Chronic. Cistercien.* Bernardus Britto *in hist.
Yepez. Chron.* D. Bened. *tom.* 7. *Cent.* 7. *cit.* Man-
riquez *tom.* 1. *Annal. d. Ord.* Choppinus *lib.* 2.
Sacræ polit. tit. 3. *num.* 6. Theophil. Raynaud. *tom.*
17. *de benevol. in relig. fol.* 409. Tambur. *de Jur.
Abbat. tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 5. *num.* 28. & me-
minit Rota de dicta Institutione divinitùs in Ar-
chicœnobio Cistercii *in Cabilonen. seu Ordinis Cister-
ciensi Jurisdictionis* 19. Junii 1702. §. 1. coram D.
Molines Decano.

Vivunt isti Monachi sub Regula S. Benedicti, ut
dixi. Vestes, quibus utuntur, sunt Tunica alba, 12
scapulare nigrum, funiculo oloserico præcinctum,
cucullus, & pallium nigrum. Habent tam per Ita-
liam, quàm extra, innumeras ferè Abbatias, &
Monasteria.

Quanta verò in hujus Religionis Serenissimo Cœ-
lo micuerint sydera, mirum profectò est. Enume- 13
rantur enim in ejus fastis sex Summi Pontifices,
Cardinales quadraginta, Archiepiscopi propè mil-
le, Episcopi non longe à bis mille, habent Sanctos
ultra quingentos, præter innumerabiles penè Mar-
tyres, quorum in sola Abbatia Claravallensi plusquam
sexcenti enumerantur. Splendent etiam hujus Re- 14
ligionis radia in pluribus Militaribus institutis. Vi-
vunt enim sub eadem Regula Equites Calatravæ,
Alcantaræ, Sancti Michaelis, sive de Ala, Milites
templi, Nominis Jesu, Monteriæ, S. Juliani, S.
Mauritii, & alii.

Hæc pervetusta Religio continet plures Congrega-
tiones diversis temporibus erectas. Alia est Congre- 15
gatio S. Bernardi in Regnis Castellæ, Legionis, To-
leti, Asturiæ, & Galitiæ in Hispania erecta anno
1131. & reformata tempore Martini V. per Bullam
editam *anno* 1425. *Nono Kal. Novembris Pontificæ-
tus anno VIII.* quæ non reperitur impressa in Bulla-
rio Romano, sed in libro impresso Privilegiorum
Ordinis Cisterciensis Regularis observantiæ in Re-
gnis Castellæ, &c. *Et in Menologio Chrysostomi*
Henriquez *tom.* 2. *fol.* 246. & dixit Barbosa *in Sum.
Apostol. decis. v. Monachi Cistercienses*, & memorat
plenè Rota *in Castellana aperitionis oris* 19. *No-
vembris* 1703. §. 1. *cor.* D. Molines Decano, *& in
eadem Castellana* 12. *Januarii* 1705. *cor. eod.* Regi-
tur dicta Congregatio à proprio Generali, qui vo-
catur Generalis Reformator Congregationis Castel-
læ, &c. habetque peculiares suas Constitutiones,
& statuta, Prætendit tamen ipse Generalis, totius
Ordi-

Ordinis Cistereiensis jurisdictionem, de quo alibi dicam.

Alia Congregatio dicitur Lusitaniæ erecta per B. Pium V. anno 1567. *apud S. Petrum 7. Kal. Novembris, Pontificatus anno II.* de qua erectione est Bulla, quæ neque reperitur in Bullario Romano; sed in libro Privilegiorum Congregationis S. Mariæ de Alcobaria Venetiis impresso anno 1593. & regitur à proprio Generali cum specialibus statutis, prætendente etiam Generali totius Ordinis aliquam præeminentiam, & de hac Coogregarione meminit Barb. *ut supra*, & Rota *in Cabilonen. seu Ordinis Cisterc. Jurisd. §. preterea 19. Junii 1702. cor.* D. Molines. Alia est Congregatio erecta in Regnis Aragoniæ, Navarræ, & Majoricarum tempore Pauli V. ad instantiam Capituli Generalis Cisterciensis, ut in *Constit. 96.* ejusdem Pontificis in Bullario, de qua suo loco. Gubernatur propriis legibus à Vicario Generali eum dependentia à Generali totius Ordinis, ut in dicta Bulla, & meminit Barbos. *cit. loco.*

Congregatio etiam adest S. Bernardi dicta Lumbardiæ, & Tusciæ, primùm erecta, vel ex duabus Congregationibus jam erectis ab *Innoc. III. & Sixto IV.* in unam coadunaris, & est dicta Congreg. Italica per *Alexand. VI. Const. ejus 7. in Bullario.* Huicque demum unita fuit Congregatio Romana ab Alexandro VII. per ejus specialem Bullam, de qua unione fit mentio non solùm per Barbos. *loco cit.* sed etiam per Rotam *in cit. Cabilonen. seu Ordinis Cisterciensis Jurisdictionis §. hinc coram eodem.* Regiturque propriis legibus per Superiorem Generalem, qui dicitur Præses Generalis Italiæ. Et an subjiciatur ista Congregatio Generali totius Ordinis Cisterciensis, & Capitulo Generali, fit mentio in *cit. dec.* & nos alibi dicemus. Istaque Congregatio habet hæc Monasteria in Urbe, scilicet Pars Tusciæ, Monasterium trium Fontium, Lombardia, illud S. Crucis in Hierusalem, & Romana illud S. Viti. Ex quibus tribus Congregationibus coalescit unica Congregatio dicta, Italica. Adsunt quoque aliæ Congregationes speciales sub dependentia Generalis Ordinis, nempè in Polonia, Germania, Sicilia, Calabria, quæ omnes habent peculiaria statuta, seu ordinationes.

Extat etiam Congregatio Discalceatorum D. Bernardi, seu B. Mariæ Fuliensis, de qua *in Constit. 32.* Sixti V. & hujus sunt Monasterium S. Bernardi, & S. Pudentianæ Urbis. Non semel hic Ordo conspicitur reformatus, nempè tempore Pii IV. *Const. ejus la 70. Pii V. Const.* 102. *ac Gregorii XIII. Constit.* 18. ubi opportunè nonnulla notabo. Cùm igitur in hac Constitutione Paschalis, inter alia Privilegia concessa, Papa exemerit à jurisdictione cujuscumque Monachos hos Cistercienses, aliqua subnectere censeo in præsenti Commentario de hujusmodi exemptione.

SECTIO I.

De origine, & processu Exemptionis Regularium.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi habent Juris assistentiam in omnibus Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, exercendi jurisdictionem etiam in Regulares, & num. 4. & 39.*
2 *Antiquitus Monachi Episcopis subjiciebantur.*
3 *Ista subjectio diversimodè in Orientali Ecclesia, & Occidentali servabatur, & in quibus.*
4 *Præcisis Privilegiis exemptionum, Regulares essent subjecti Ordinariis locorum.*
5 *Talis subjectio incœpit in quinto Sæculo cessare in certis Monasteriis, ob exemptiones, harumque progressum.*
An exemptio generalis Regularium fuerit in Concilio Romano tempore D. Gregorii?
6 *A quibus talis exemptio concedi solebat.*
Exclamationes factæ contra hujusmodi exemptiones, & n. n. sequ.
7 *D. Franciscus exemptiones non curari à suis Fratribus dixit.*
8 *Cessare cœperunt dictæ exemptiones, sed deinde ex nimio Antistitum in Monachos rigore denuò incœperunt, & paulatim omnibus Regularibus fuerunt concessæ.*
9 *Dicta exemptio priùs fuit quoad certa, deinde generalis etiam ex mente Sac. Conc. Tridentini.*
Estque non solùm ad favorem Regularium quoad instituta regularia, sed quoad omnia, præter certos casus limitatos, in quibus procedunt Episcopi uti Delegati Apostolici, ibid.
Explicatur decisio in Firmana Jurisdictionis 13. Maji 1702. coram D. Molines Decano, *ibid.*
10. *Exemptio quoad Regularia instituta etiam est in Monasteriis non exemptis.*
11 *Exemptionem habent omnes Religiones, vel per se, vel per communionem, tam quoad Monasteria, quàm quoad Regulares, si tamen Monasterium sit in corpore Religionis, vel habeat privilegium particulare.*
12 *In Germania adsunt plura Monasteria non exempta.*
13 *Sac. Conc. Trident. & Summi Pontifices plura concesserunt Episcopis contra Regulares exemptes.*
14 *Exemptio duplex est, alia activa, alia passiva, & quæ sint?*
15 *A quo possit concedi exemptio ab Ordinario, & an à solo Summo Pontifice?*
16 *Quid dicendum quoad Legatum à Latere?*
17 *Quid de Episcopo, & distinguitur, & numer. seqq.*
Quid quoad visitationem? ibid. & n. n. seqq.
18 *Episcopi anteactis sæculis concesserunt aliquas exemptiones, & quomodo?*
An requiratur Beneplacitum Apostolicum? ibid.
An cesset exemptio post obitum Episcopi concedentis?
19 *Episcopi non potuerant concedere exemptionem in totum, & quomodo in actibus particularibus?*
20. *An concessa jurisdictione etiam quoad visitationem per Episcopum, intelligatur cumulativè cum ipso?*
An possit concedi totalis exemptio in limine fundationis Ecclesiæ? Et de verbis inducentibus exemptionem tam activam, quàm passivam, remissivè.
21 *Exemptio concessa ab Episcopo, confirmata à Papa, an afficiat successores?*
22 *Explicantur decisiones circa hoc.*
23 *Adducitur dispositio Concilii Constantiensis, ubi fuerunt revocatæ exemptiones: concessæ post obitum Gregorii XI. & explicatur.*
24 *An dicta Constitutionis forma procedat in exemptionibus futuris, & quæ forma sit?*
25 *Forma Constitutionis Lateranensis sub Leone X. quoad exemptionem.*
26 *An concessa exemptione per Summum Pontificem, non servata dicta forma, substineatur?*
27 *Facultas Summi Pontificis in concedendo exemptiones comprobatur, non verò concessa à Principibus Laicis, & declaratur.*
28 *Ista exemptio dari potest dupliciter, & quomodo?*
29 *An possit concedi exemptio ab ipso Summo Pontifice?*
30 *An exemptio concessa Regularibus sit restricta* ex cap. Volentes de privilegiis in *6. & n. n. seqq.*
31 *Dispositio dicti Textus adducitur, & in qua exemptione procedat.*

32 *Pri-*

32 *Privilegia Regularium an sint mixta?*
33 *Quid si adsit specialis mentio exemptionis in omnibus casibus?*
34 *Regulares ut plurimum obtinuerunt exemptionem etiam in tribus casibus exceptis à citato Textu, & habent exemptionem amplissimam.*
35 *Non requiritur derogatio specialis dicto Textui, præsertim quando exemptio est specialissima.*
36 *Exemptio Regularium hodie est omnimoda, etiam in dictis tribus casibus.*
37 *Comprobatur rursus ex mente S. Concil. Trident. & Sacræ Congregationis.*
38 *An Regulares possint renunciare eorum exemptioni, vel consuetudini præjudicare, & de eorum Judice Conservatore, & aliis remissivè.*
39 *Episcopus, & Ordinarius habent intentionem fundatam contra omnia Monasteria, & Regulares, nisi constet de exemptione. Ita in alia Ecclesia sæculari.*
40 *Id cessat si adsit privilegium, vel legitima præscriptio exemptionis.*
41 *In casu privilegii clari, vel dubii, cui sit danda manutentio? latè discutitur, & numeris seqq.*
42 *An prætensa exemptione per immemorabilem interim debeat manuteneri Episcopus, vel exemptus?*
Distinguuntur casus, ibid. & n. sequ.
43 *Præscriptio quadragenaria quatenus sufficiat, vel non in dicta materia, & generaliter plenè discutitur.*
44 *Ultra Montes solent esse aliqua Monasteria separata à corpore Religionis, & Ordinario subjecta.*
45 *Privilegio concesso toti Religioni, quibus Monasteriis dicatur communicata exemptio.*
46 *Quomodo intelligatur Monasterium facere unum corpus cum Religione?*
47 *An possit Religio exempta aggregare Monasterium non exemptum, vel Congregationem, communicando illi exemptionem.*
48 *Omnes Regulares, præter certa Monasteria constituentia corpus separatum à Religione, habent exemptionem, & etiam ista, si habeant Privilegia particularia.*
49 *Excipiuntur casus nonnulli.*
50 *Summus Pontifex uniens Monasterium separatum, Corpori Religionis exempta, an tale Monasterium acquirat exemptionem ab Episcopo? & n. n. seqq.*
51 *Distinguuntur casus, & n. n. seqq.*
52 *Implicat adesse duo Capita, & quatenus aggregatio sit præjudicialis Episcopo, non requiritur derogatio Juris istius.*
53 *Si verò Papa excorporet Monasterium à tota Religione exempta, an remaneat dictum Monasterium exemptum, vel reincidat in jurisdictionem Episcopi?*
54 *Gratia Summi Pontificis erga Bannitum quo pacto non valeat præjudicare tertio?*

CErtum, firmumque est, Episcopos habere Juris intentionem fundatam in omnibus Ecclesiis, &
1 personis Ecclesiasticis propriæ Diœcesis, & etiam in Monasteriis Regularium, eorumque personis, & bonis, juxta *cap.* 20. *Act. Apost.* ibi: *Attendite vobis, & universo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit Sanguine suo, Can. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. Unde ab initio Ecclesiæ per quinque Sæcula Monachos
2 Episcopis fuisse subjectos, commemorat *Can.* 4. *Concilii Chalcedonensis sub D. Leone Primo relat.* à Gratian. *in can. quidam Monachi* 18. *quæst.* 2. & fit mentio *in Concilio Aurelianensi* 1. & 4. *in Can. Abbates* 8. *eadem causa, & quæst. & Can. Monachi, & Can. Monasteria ibidem*, ubi referuntur Canones Conciliorum intra quintum Sæculum celebratorum, hancque veritatem profitentur Doctores, ut apud Gonzal. *in cap. Grave* 19. *de Offic. Ordin. numer.* 9. ubi alios Textus Canonicos recensent Thomassin. *de Benef. lib.* 3. *cap.* 26. & 27. *Dandinus Alteserra in Asceticon.* sive *de origine rei Monasticæ lib.* 2. *cap.* 5. *Van-Espen. de Jure Ecclesiastico Univers. par.* 3. *tit.* 12. *cap.* 2. & 3. *Frances Episcopus Barbastr. in Pastorali Regul. quæst.* 2. *par.* 2. *à num.* 8. Fagnan. *in cap. nimis prava num.* 3. *de excessibus Prælatorum*, Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 105. *nu.* 1. & *seqq.* Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 11. *nu.* 1. & *seqq.* Card. de Luca *de Jurisdict. disc.* 28. *num.* 8. *vers. Verum.* Rota *dec.* 47. *num.* 14. *post* Tambur. *cit.* & latè *in Firmana Jurisdiction.* 13. *Maji* 1702. *coram* D. Molines.

Istaque subjectio diversimodè secundùm varios Ecclesiæ ritus fuerat in Orientali Ecclesia, hinc nec
poterat quis habitum Monasticum sumere, nisi ob- 3
tenta licentia Episcopi. In Ecclesia Africana nullus eligebatur Abbas sine Episcopi consensu. In Hispania nullus profitebatur Religionem, nisi Episcopo laudante. In Gallicana, omnimoda obedientia Episcopis præstabatur, ut recensent Doctores plures relati à Gonzal. *cit. cap. grave num.* 9.

Sicque præcisis privilegiis exemptionum à Papa
indultarum, Regulares erant, & fuot subditi Or- 4
dinariis locorum, latiùs & disertè Card. Albitius *in discept.* 2. *in Romana Jurisdict. seu Tituli Cardinalitii num.* 1. & *seqq. post tract. de Jurisdictione* Card. de Luca, quod intelligi debet etiam quoad Instituta regularia, unde in Concilio Vernensi *cap.* 3. generaliter statuitur, ut unusquisque Episcoporum potestatem habeat tam in Clero, quàm in Regularibus, ut si quid contra disciplinam monasticam admissum esset, emendaretur, ut refert *cit.* Gonzal. licèt in his institutis incœperint posteà Prælatis Regularibus esse subditi, scilicet circa disciplinam regularem, *Can. Abbates, Can. Abbas, Can. Si quis Abbas, Can. Monasteria* 18. *quæst.* 2. Fagn. *in cap. quod super his num.* 19. *de major. & obed.*

Hæc autem exemptio post dictum quintum Sæcu-
lum cœpit induci pro specialibus Monasteriis ab eis- 5
dem Episcopis, ut S. Germanus Episcopus Parisiensis exemit anno 509. Mooasterium S. Vincentii Ordinis Sancti Benedicti, instante Rege Childeberto Choppin. *de Jur. Cœnobitar. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 19. & hanc fuisse primam exemptionem ait *cit.* Tambur. *disp.* 5. *quæst.* 11. *num.* 10. Nam alioquin D. Gregorius I. Pontifex fertur concessisse exemptionem Monachis in Concilio Romano anno 601. & refertur *in can.* 5. 18. *quæst.* 2. Baron. *annal. anno* 601. Passerin. *de stat. hom. tom.* 3. *quæst.* 189. *num.* 10. *insp.* 10. *num.* 974. & *alii*: Sed verè talis exemptio non fuit generalis, sed particularis quoad certa Monasteria Cassinensium, ut docet Card. Albitius, *ut suprà num.* 8. & *seqq.* ex pluribus auctoritatibus; & hoc idem firmat Barbos. *cit. alleg.* 105. *num.* 12. Et certè videtur hæc opinio verior, quia frustranea fuissent subsequentia Privilegia exemptionum concessa, si ea haberentur ex dicto Concilio Romano, ut benè arguit *cit.* Card. Albitius *num.* 13. & post eum, dixerunt Card. de Luca *de Jurisdict. discurs.* 34. *num.* 7. & alibi, *Van-Espen. Jur. Ecclesiastici Universi cit. tit.* 12. *cap.* 2. Quodque comprobatur *ex Epistol.* 33. D. Gregorii *lib.* 7. scribentis Episcopo *Squillacen.* ubi ait: *Servatis omnibus, quæ à tuis prædecessoribus promissa sunt, & servata, Cura tua, ut circa actus, & vitam Monachorum existentium, te vigilantem insistere, & si quempiam illis pravè conversari, aut in aliquam immunditia culpam incidisse inveneris, districta emendatione corrigere.* Præterea in unione, quam facit Monasterii in Diœcesi Nucerina, cum Abbatia in Civitate Surrenti, illud sub Episcopo Nucerino asserit continuari, *lib.* 2.

Ep.

Ep. 18. in cap. 2. de relig. domib. Parique modo, dum concedit Privilegia Monasterio Classen. in Civitate Ravennæ, Visitationem Episcopi præsupponit, *lib. 1. Ep. 16.* Et quidem verba dicti *can. 5. 18. quæst. 2.* sonant tantùm exemptionem ab oneribus, & certis actibus, non autem solutionem à totali jurisdictione Episcoporum, ut ex lectura liquet, & concordant cum aliis Canonibus, ac Epistolis ejusdem D. Gregorii supponentibus jus Episcopi in Monasteriis circa legem jurisdictionis. Post verò dictum Concilium alioquin generalem non faciens de hoc dispositionem, fit quoque mentio de tali subjectione Monachorum, *in cap. Constitutus, cap. Cum Venerabilis, & cap. Dilectus de excess. Prælat.* Unde eò magis erronea videtur assertio illorum, qui extollentes Regularium jura, usque ad jus Divinum hujusmodi Privilegia adscribunt, ut apud Mirand. *in Manual. Prælat. par. 1. qu. 23.* quem rejicit Alvisser Benedictinus in Murenula Vermiculata, seu *de privil. Ordin. Regul. cap. 18. nu. 11.* quibus Scriptoribus Regularibus fides non passim est habenda in his materiis, ut advertit Card. de Luca *disc. 26. num. 6. & disc. 29. num. 7. de Jurisdict.*

Ista enim exemptio concedi consueverat aliquando
6 ab Episcopis, & confirmabatur per Summos Pontifices, aliquandò verò immediatè concedebatur à Papa, ut latè de ista antiqua subjectione, & subsequuta exemptione agit Thomassin. *de Benef. par. 1. lib. 3. cap. 26. & seqq.* Sed cùm ex tali exemptione libertas augeretur Monachorum, itaut plures conquererentur de simili exemptione, ut D. Bernard. *lib. 3. de Consid. cap. 4. 8. 9. & 10. & Ep. 42. in fin. & 179. & 180.* Ivo Carnot. *Ep. 65.* & alii adducti à cit. Gonzal. *in cap. Grave de off. ordin. nu. 9.* & alios antiquos Patres contra hujusmodi exemptiones exclamasse dixerunt Altesserra, *cit. cap. 12.* Federicus Kæg. *prax. relig. sivè de exempt. decad. 1. cap. 4. & cap. 8.* Van-Espen. *par. 3. tit. 12. cap. 4. to. 2.* & habetur D. Franciscum in ejus Testamento
7 disposuisse inter cætera, ut ejus successores non curarent hujusmodi privilegiorum impetrationem, ut apud Card. Baron. anno 676. Hinc quia visæ fuerunt hujusmodi exemptiones, ut potiùs obfuissent Regulari ob-
8 servantiæ, proindè cessare cœperunt, ut innuit cit. Card. Baron. sed denuò posteà viguerunt, Tambur. *de disp. 5. qu. 12. à nu. 14. usque ad 42.* Certum est autem, ut deindè omnibus Monachis, & Religiosis talis exemptio omnimoda fuerit concessa à variis Summis Pontificibus, Fagn. *in cit. cap. nimis prava num. 4. de excessibus Prælat.* Cokier. *de Jurisd. Ordin. in exempt. qu. 17. par. 1. nu. 25.* itaut Superiores habeantur loco Ordinarii, Barbos. *cit. alleg. 105. nu. 3. & de Jur. Eccles. cap. 12.* & diutiùs eorum subjectio Ordinariis in Gallia, & Hispania duravit, idem Barbos. *alleg. 105. nu. 12. in fin.* Gonzal. *cit. cap. grave nu. 9.* itaut vel ipsi Religiosi petierint exemptionem, vel Episcopi jurisdictionem à se abdicarint. Idque processit ex nimio Antistitum in Monachos rigore, Greg. VII. *lib. 7. Ep. 69.* & latè de origine talium exemptionum, Rousel. *lib. 4. histor. Pontificiæ Jurisd. cap. 5. num. 5.* itaut neque in Concilio Diœcesano, neque Provinciali adsit aliqua auctoritas, nisi in certis casibus, in quibus, ut alibi dicam, est reservata facultas Episcopis contra Regulares, debentque Ordinarii custodire Privilegia Regularium, Fagn. *cap. sicut olim de accusat. numer. 88. & cap. quod super his nu. 11. & seqq. de major. & obed.*

Dicta tamen exemptio priùs fuit ab oneribus, & solutionibus, & à sola lege Diœcesana, non autem jurisdictionis, & reliquis, *ut in can. Quam sit necessarium 18. qu. 2.* nec non à libertate electionis Abbatis. Hinc idem D. Gregorius auctor dicti Canonis *in can. Cognovimus ibidem*: dicit omnimodam curam tam bonorum, quàm animarum Monachorum etiam quoad regularem vitam spectare ad Episcopum, latè Van-Espen. *cit. par. 3. tit. 12. cap. 1. cum sequentibus*, & quoad regularia Instituta etiam antiquitùs fuit concessa exemptio, ut benè habetur *in can. Luminoso* ejusdem Gregorii *cit. causa & qu.* ubi Gloss. *ver. ordinationem* dixit, quod dictus *Canon* loquitur de Monasterio exempto, *Can.* autem *cognovimus*, de non exempto, ita ut in exempto Episcopus non se ingereret, secus in non exempto; sed posteà exemptio evenit quo ad omnia, ut latè apud citatos Doctores: unde ita intelligenda est Rota *in cit. Firmana*, ubi dicitur hujusmodi exemptio fuisse tantùm ad favorem Regularium, uti Regularium, non quòd sensus sit, ut restricta sit ad ea, quæ non egrediebantur disciplinam Regularem Monachorum, nam etsi vel quoad regularia Instituta, vel electionem Abbatis, vel quoad exemptionem onerum, à diversis Canonibus antiquis sit restricta Immunitas, tamen hoc fuit prioribus temporibus, sed posteà fuerunt ista privilegia in omnibus dilatata, nedum quoad regularia Instituta respectu quorum jamdiu fuit sublata Jurisdictio Ordinariis, *Clem. 2.* ubi Gloss. *v. alia de statu Monach. & alibi*, Rota, *dec. 260. nu. 6. par. 7. rec.* & latè Rota *in Vilnen. Jurisdict. 11. Maji 1696. & 22. Aprilis 1698.* cor. D. Olmo, ubi quod circa Instituta Regularia subjiciuntur Regulares Superioribus Regularium etiam in Monasteriis, quæ non habent exemptionem, & subjiciuntur Episcopis.

Sed etiam quoad omnia non respicientia illa, fuit
concessa exemptio, ut testantur citati Doctores, & 9
clara est mens Sac. Conc. Trid. quod etiam quoad Regulares delinquentes extra Claustra, etsi in aliis casibus, qui non concernerent disciplinam Claustralem, & regulæ observantiam, datur tantùm Jurisdictio Ordinariis uti Sedis Apostolicæ delegatis, & sic supponit exemptionem, quæ etsi in Sacris Canonibus, & pluribus privilegiis videatur restricta ad certas causas, posteà Privilegiis particularibus Summorum Pontificum indistinctè fuit data, ut benè observant *ex cit. can. 18. quæst. 2.* Rodriquez *quæst. regul. qu. 7. nu. 3. & 5.* Card. Albit. *cit. discept. 2. à num. 26.* & per communicationem privilegiorum, omnes Regulares illam habent, Card. de Luca *de Jurisd. disc. 28. nu. 4.* firma tamen solùm remanente in Episcopo jurisdictione, quæ dicitur Ordinis, & præeminentiali, ac territoriali, ad differentiam separationis veri territorii à Diœcesi, ut dixit Card. de Luca *disc. 35. nu. 5. & seq. de Jurisdictione*, & de exemptione passiva Regularium, loquitur Rota *in Vilnen. Jurisdict. 11. Maji 1696. §. penult. & 22. Aprilis 1698. §. 1.* coram D. dell'Olmo. Si verò sensus Decisionis esset, quod Regularis uti Parochus animarum secularium, numquam fuerit factus exemptus à jurisdictione Episcopi, possent salvari prædicta, posita veritate conclusionis in eadem decisione enucleata, de qua alibi erit sermo. Aliud enim est Regulares uti tales tantùm eximi ab Episcopis, & ratione disciplinæ Regularis solummodò: aliud quod si habeant qualitatem superadditam Parochi, Episcopo subsunt; quia prima assertio generalis repugnat omnimodæ exemptioni Regularium, vel delinquant circa regularem observantiam, vel quomodocumque, quia est exemptio personalis, aliàs frustranei fuissent tot Canones Conciliorum præsertim Sac. Concil. Trident. tribuentes facultatem Episcopis coercendi eos in pluribus, quæ certè sunt extra sphæram regularis observantiæ, si hoc à jure habuissent, prout frustratoria esset Constitutio Gregorii XV. relata à Fagn. *cap. cum Capella de privil.* & tamen delicta tunc impacta Regularibus non erant ullo modo respicientia regularem observantiam, & fuit necessaria Constitutio specialis Summi Pontificis, ut possent Episcopi illos punire, & quidem auctoritate delegata. Secunda assertio, quod ratione Parochiæ remaneant Regulares subditi Episcopo, vel jure ordinario, ut aliqui putant, vel delegato, non tollit veritatem primæ assertionis, quia potest esse, quod ratione alicujus qualitatis superadditæ, reviviscat jus Ordinarii; itaut vel jure Ordinario, vel delegato procedat, ut alibi dicam.

Nec prædictis obstant Decisiones in *Salisburgen.*
Jurisdictionis, nempè *decis. 65. & 131. part. 12.* 10
recent. in quibus videtur firmari Episcopum habere ordinariam jurisdictionem in Ecclesiis Regularium

in omnibut, præterquàm in iis, quæ coocernunt
regularia Instituta, quia dictæ Decisiones erant in
casu Monasterii Sancti Lamberti, cujus situatio,
unà cum Ecclesiis dependentibus, dubium noo erat
esse in Diœcesi Salisburgen. & aderat cura anima-
rum, & cùm subsecuta fuerit concordia inter Ordi-
narium, & Abbatem, in qua fuit reservata jurisdictio
ordinaria in dictis Ecclesiis, declaratum fuit per Sa-
cram Rotam, jurisdictionem quoad regularia Insti-
tuta fuisse Abbati reservatam, nec sententiam cooce-
dentem Archiepiscopo ordinariam jurisdictiooem, ali-
ter esse intelligendam, quia intelligitur in ea parte,
quæ de jure venit exequenda, hoc est, præter re-
gularia Instituta, & ut dixi, noo agebatur de Mo-
nasterio exempto, sed præcisis Privilegiis, remanen-
te ex Juris dispositiooe sub ordinaria jurisdictione,
& agebatur de Cura animarum, ut tenuit præser-
tim *secunda Decisio num. 16. 19. & seqq.*

Cæterùm quando adsunt Privilegia exemptiva, ut
11 habent nunc omnes Religiones, vel per se, vel per
communionem, & agitur, ut infrà dicam, de Mo-
nasterio sub corpore Religionis exemptæ posito,
vel de Monasterio ex se habente Privilegium ple-
num exemptionis, Ordinarius nequit uti ordinaria
jurisdictione, neque in loco, neque in personis, ut
benè Rota *decis.* 260. *part.* 7. *rec.* præsertim *nu.* 5. 6.
& 7. ubi de PP. Societatis Jesu, quod Ordinarii
quoad concernentia regularia Instituta, noo habent
jurisdictionem. Secùs io aliis, si non adsint privile-
gia exemptiva, & ita etiam habetur in *Decisionibus
Brixinen. jurisdict. inter impress.* Peutinger. *dec.* 450.
& 467. *in principio*, quod subsunt Generali Ordi-
nis, uti Ordinario, agendo de Præmonstratensi-
bus, *& in secunda num.* 12. *cum. seqq.* quod actus
Episcopi intelligi debent quoad Curam Animarum
in Populo, vel benedictionem Abbatum. Et hodiè
est communis talis exemptio omnibus Regularibus,
ut omninò sint exempti ab Ordinariis, ad Gloss. *in
Clem. prima vers. propriis de rebus Eccles. non alien.*
quam singularem dicit Navar. *in cap. ne dicatis* 12.
quæst. 2. *num.* 63. *vers. Addo* 2. *Mandosius de Signat.
Gratia ver. exemptiones vers. verum*, qui testatur
hasce exemptiones tam antiquas, quàm modernas
obtinuisse Regulares, Fagnan. *in cap. de priore de
appellat.* & Rota *in cit. Nullius, seu Celsonen Ju-
risdictionis* 2. *Aprilis* 1666. §. *Huic facti* coram
12 Eminentissimo Carpineo. In Germania tamen plura
adsunt Monasteria Regularium noo redacta in Congre-
gationem, quæ subsunt Episcopis, ut citat. Fagnan.
innuit, & Card. de Luca *disc.* 28. *de jurisd. nu.* 8. *in*
13 *fine*, prout *Sac. Concil. Tridens.* ut dixi, plura con-
cessit Episcopis in Regulares, & S. M. Innocen-
tius X. in suppressione parvorum Conventuum, *in
Constaut. incip. Instaurandæ*, ac alii Summi Pontifi-
ces, de quibus suo loco erit sermo.

Advertendum tamen est, quod alia est exemptio
14 totalis activa per viam separationis territorii à Diœ-
cesi, constituendo locum *Nullius*: Alia est pura
exemptio passiva, qua manente territorio in eadem
Diœcesi eximantur personæ, vel locus ab ordinaria
jurisdictione. De hac eoim exemptione sic loquutus
fui, quam habent regulariter Regulares; de alia au-
tem alibi dicam, quam habent etiam certa Mona-
steria Regularium, ut Cassinen. ac alia, vel in to-
tum, vel cum separatione territorii, vel activam in
certis casibus, sine separatione.

Hic verò opportunè plura exquiri possunt, &
15 primò cui competat jus concedendi hujusmodi exem-
ptiones ab Ordinariis? Et dicendum competere soli
Summo Pontifici, qui potest talem exemptionem
impartiri. Solus enim ille valet subtrahere ab ha-
bente ordinariam jurisdictiooem, aliquem locum,
vel subditum. Cùm enim omnis jurisdictio Episco-
porum, & aliorum ab illo Supremo Fonte emanet,
ut aliàs dixi, certum est posse subtrahere, quod ipse
dedit, & ita in terminis constat *ex can. si Papa* 10.
de privil. in 6. & Gloss. *in cap. Constitutus ver. a quo-
cumque de rel. Dom. & in cap. cum Venerabilis ver.
Causa de Censib.* Abbas *in cap. cum contingat* 13. *nu.* 18.
de Foro competenti, *latè* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.*
23. *nu.* 34. *& seqq.* Donat. *de regul. par.* 2. *tract.* 13.
de exempt. Relig. tract. 13. *qu.* 4. Francesc. *de Eccles.
Cathedr. cap.* 30. *num.* 34. *& seqq.* Barbosa *de potest.
Episc. par.* 3. *alleg.* 89. *num.* 2. *&* 3. Roxas *dec.* 219.
nu. 3. Rota *decis.* 227. *nu.* 4. *part.* 16. *recent. & dec.*
132. *num.* 2. *part.* 19. *recent. & decis.* 485. *nu.* 1. *ead.
part.* 19. *tom.* 2. *& decis.* 534. *num.* 3. & coram Eme-
rix Jun. *decis.* 592. *nu.* 7. & priùs *decis.* 14. *num.* 1.

Quid autem dicendum de Legato à Latere? Et ne-
que hunc habere istam facultatem, in terminis do- 16
cuerunt Cokier. *de exempt. part.* 1. *qu.* 3. *num.* 13.
Donat. *cit. qu.* 4. Rota *dec.* 48. coram Millino *nu.* 3.
& sic multò minùs Archiepiscopus, etiam de con-
sensu Episcopi, *cap. cum inter de re judic.* Cokier. *cit.
num.* 12. Francesc. *cit. num.* 38. Lott. *de re benef. lib.* 1.
qu. 23. *nu.* 34. *& seq.* Barbosa *de potest. Episc. cit. alleg.*
89. *num.* 3. *&* latè *decis.* 485. *nu.* 2. *& seq. part.* 19.
tom. 2. *rec.* qui Legatus à Latere, etsi repræsentet Pon-
tificiam Majestatem, tamen non habet ea, quæ spe-
cialiter sunt Papæ reservata, *cap. cum Venerabilis de
Consuet. & cap.* 1. *de off. legati* Gambar. *de potest.
legat. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 13. *&* 23. unde cùm exemptio
à jurisdictiooe Ordioarii sit jus quoddam publicum
ipsius Ecclesiæ, in cujus portionem in famigerata Dio-
nysiana distinctione Diœcesum sortita fuerit talis Ec-
clesia, non potest à Diœcesi sejungi, quàm ab eo,
qui assignavit terminos, nisi tamen Cardinalis Legatus
haberet specialem potestatem in hoc, quod denegatum
dicitur, quando expressè non concedatur, ut benè Rota
cit. dec. 485. *nu.* 4. *&* 5. *par.* 19. *to.* 2. *& dec.* 534. *nu.* 13.

Nec minùs potest talem exemptionem concedere
ipse Episcopus, ut apud Rotam *decis.* 290. *num.* 14. 17
& seqq. coram Bichio, *dec.* 220. *nu.* 17. coram San.
Mem. Alexandro VIII. & etiam in fortioribus termi-
nis confirmationis Privilegii concessi per Episcopum
factæ à Papa, non vocato Episcopo successore, etsi con-
firmatio sit ex certa scientia, Duran. *dec.* 446. *n.* 7. *&* 8.
Royas *dec.* 211. *nu.* 5. *& dec.* 132. *nu.* 4. *&* 5. *par.* 19. *rec.*

Verùm hoc noo debet indistinctè procedere, sed
cum distinctione casuum veritatem patefacere opus 18
est. Et primò certum est Episcopos anteactis Eccle-
siæ sæculis dedisse aliquoties istam exemptionem,
ut fuit supra dictum; sed vel dicendum fuisse illam
restrictam ad certos actus, non autem ad totalem
exemptionem, vel adfuisse Sedis Apostolicæ appro-
bationem expressam, vel saltem tacitam, ex lapsu
temporis præsumptam, ut benè in his terminis Ro-
ta *cit. decis.* 132. *num.* 22. *part.* 19. *recen.* quæ-
cumque enim solemnitas extrinseca, lapsu temporis
præsumitur. Talis autem prohibitio in inferiore Pa-
pa eò magis procedit, stante prohibitione alienan-
di res Ecclesiæ, inter quas certum est esse jura, ac
præcipuè jurisdictiooem, ut alibi dicam, & com-
muniter Canonistæ *in cap. cum Venerabilis, ubi*
Abb. *num.* 3. *de Censibus*, Felin. *in cap. cum inter
num.* 4. *de re judic.* Fagn. *in cap. veniens num.* 25. *de
translat.* & probant citatæ Decisiones. Si verò eam
dederit Episcopus, cessat ob præjudicium successo-
rum, post ejus mortem, *cap. Veniens de transact. ubi
Doctores*, & Fagn. *num.* 12. & requirit consensum
Capituli, Tambur. *de jur. Abb. to.* 1. *disp.* 15. *qu.* 13.
nu. 7. *& seq. &* Rota *in Vilnen. Jurisd.* 22. *Aprilis* 1698.
§. *hæc autem in fine* coram D. dell'Olmo.

Hinc, ut dixi, Episcopi exemerunt aliquando Regula-
res, quoad certos actus, ac illos potuisse id facere, do- 19
cent Doctores, noo autem in totum eximere, etiam à
visitatione, ac procuratione, ut distinguunt citatæ au-
ctoritates, & latè cit. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 23. *nu.*
34. *& seq.* Barbos. *alleg.* 89. *nu.* 3. & Rota *decis.* 485. *&
dec.* 534. *par.* 19. *to.* 2. *& dec.* 592. cor. Emerix, *& decis.*
840. *nu.* 3. cor. eod. ubi præsertim, si adsit separatio Ter-
ritorii, ex tex. *cap. cum contingat de for. compet.* ubi Scri-
bentes, ea ratione, quia in casibus particularibus noo
consideratur ea dismembratio totalis, quæ est in omni-
moda

moda exemptione, prohibita fieri etiam Principi sæculari de ejus regalibus in perniciem Reipublicæ, ut dicam in *Commentario ad Constit. unic.* Calixti Secundi, quæque sola dari potest à Papa, qui eximendo ab una Diœcesi Ecclesiam, ea remanet in subjectione Sedis Apostolicæ, à qua quasi rivulis ab uno Fonte erumpentibus, & in suo se cursu per diversa spargentibus, ad ipsius Fontis primam scaturiginem reverti non est incongruum, ut utar verbis Leonis IX. in decretali scripta Episcopis Africæ *supra in Constitut. 2. dicti Pontificis*. In actibus verò particularibus videtur permissa, sed ex rationabili causa, & adimpleto consensu Capituli, ac aliis *in can. sine exceptione 12. qu. 2. decis. 382. num. 3. part. 2.* ac aliis juribus circa alienationes rerum Ecclesiæ, de quibus solemnitatibus latè egi in Commentario, *ad Constitut. 1. D. Leonis Magni*. Verùm cùm post Paulinam requiratur beneplacitum Apostolicum in alienatione rerum Ecclesiæ, etiam jurium, ut dixi ibi, & alibi erit sermo, dubitandum non est, ut modificetur ista facultas ad formam dictæ Paulinæ, & ita intelligendi sunt Doctores, ut ante Paulinam procedant, secus post, ut benè notavit in his terminis præcisis Rota *decis. 447. num. 2. vers. quod privilegium cum fuerit datum ante Paulinam part. 1. rec.* repetit. *dec. 57. num. 3.* post Tambur. *de jur. Abb.* & supponit Rota *decis. 132. part. 19. recent. & decis. 592. nu. 7.* coram eodem. Sed an concessa jurisdictione etiam quoad
20 Visitationem per Episcopum, intelligatur cumulativè cum ipso, vel saltem totalis exemptio possit concedi ab Episcopo in limine fundationis Ecclesiæ, sine beneplacito, prout ex verbis, quibus inducatur Papa ad concedendum privilegium exemptionis tantùm passivæ, vel etiam activæ impropriè, seu propriè *Nullius* cum separatione Territorii. Et de probatione legitimæ præscriptionis, & immemorabilis dicam in aliis Commentariis.

Si tamen dicta exemptio ab Episcopo, seu infe-
21 riore concessa, fuerit à Papa approbata ex certa scientia, tunc certum est valere, sed idem est, ac si Papa illam dedisset, notat Lott. *cit. loco*, etsi non fuerit citatus Episcopus successor, ut latè Frances *cit. loco nu. 39.* Cokier. *cit. quæst. 12. num. 4. & seq.* nec non *nu. 31. & 32.* & satis est quod Papa concedat ex certa scientia, quæ supponitur adfuisse, si id egisse dicat cum causæ cognitione, & in terminis docuerunt Fagn. *cit. num. 26.* & Rota *cit. decis. 132. num. 23. & seq. part. 19.* & infra iterum dicam.

Nec obstant citatæ in contrarium Decisiones, quia
22 procedunt, ut exemptio restricta solùm ad unum casum, nempè correctionem Clericorum, non sit extendenda ad alias causas, & confirmatio Papæ nequit plus concessionis præbere, ut respondet *cit. decis. 132. num. fin.* nec minùs dispositio *S. Concil. Tridem. sess. 24. cap. penult. de reformat.* ubi videntur omnes Concordiæ, & Privilegia concessa, ultra vitam concedentis non durare, quia id limitatur quoad actus à Sede Apostolica confirmatos ex certa scientia, ut ex declaratione *S. Congreg. in Lucerina 13. Junii 1629.* testatur Barbosa *ibi cit. num. 82.* & Rota *cit. decis. num. 27.* nempè concordias, & exemptiones per Episcopos concessas, & ante S. Concilium Trident. ex certa scientia cum inserto tenore à Sede Apostolica confirmatas, non esse à dicto Concilio in dicto capite sublatas, tunc enim præjudicaretur successoribus Episcopis, etsi non vocatis.

Minùs obstat dispositio Concilii Constantiensis anno 1409. celebrati *sess. 43. tit. de exempt.* nam dicta
23 Constitutio Conciliaris duas habet partes. Ibi enim Martinus Pontifex, sacro approbante Concilio, exemptiones reicidit Ecclesiarum quarumcumque, Monasteriorum, Capitulorum, locorum, Beneficiorum, aut personarum concessas per Romanos Pontifices post obitum Gregorii XI. ea ratione, quia ob satis notum, & deplorabile Schisma, quod sublatum fuit à dicto Concilio, itaut eodem tempore tres Summi Pontifices visi fuerint, quibus plures Orbis partes discretivè obediebant, voluit dictus Pontifex Martinus irritare exemptiones omnes à dd. Summis Pontificibus concessas. Hinc fuit dubitatum, an intelligerentur revocatæ concessiones factæ tantùm à non veris Pontificibus, vel etiam à veris? Et discusso articulo, S. Rota censuit indistinctè processisse revocationem, ut in *decis. 355. par. 2. recent:* ea ratione, quia verba Constitutionis loquuntur de Summis Pontificibus, aut pro Pontificibus se gerentibus. Et urget ratio, nam si revocarentur tantùm concessæ, seu confirmatæ à non veris Pontificibus, potuerant conqueri Nationes plures, quæ proprium Pontificem pro vero retinebant, & sicuti fuit deventum ad novam electionem Martini ad tollendum Schisma, ut alibi dicam, ita ne denuò altercationi daretur locus, omnes indistinctè fuerunt sublatæ concessiones ad consulendum authoritati Ordinariorum satis ob avaritiam Pseudo-Pontificum tunc temporis collapsæ; proindè eadem Constitutione fuit cautum, ut non intelligantur revocatæ exemptiones concessæ de consensu Ordinariorum, non quia talis consensus requiratur in Papa concedente, nam Concilium non habuit respectum ad potestatem concedentis, aliàs canonizasset exemptiones concessas per veros Pontifices: Sed tantùm indemnitati Ordinariorum consulere voluit vulneratæ occasione Schismatis, & sic stante consensu eorumdem, non poterat considerari jus concedentis, ut benè consideratur in *cit. dec. num. 40.* ubi etiam dicitur deberi talis consensus probari ab exempto. Non tamen firmum videtur id, quod incidenter dicitur ibidem sufficere decennium, ut præsumeretur consensus Ordinarii, quia illo tempore Schismatis tam calamitatibus presso, consensus Episcoporum liber dici non potuit, sed potiùs sub jugo Schismatis usurpatus, vel saltem si in dominio veri Pontificis evenisset, calamitas illius temporis patiebatur, ut etiam plura egerint veri Pontifices, quæ aliis temporibus non concessissent, vel majori ex causa, & hæc fuit mens Concilii Constantiensis, & Martini revocationem prædictam faciendi.

Altera pars Constitutionis prædictæ Conciliaris fuit,
non intendimus exemptiones de cætero facere, nisi cau- 24
sa cognita, & vocatis quorum interest, ut *tom. 12. Concil. Gener. cap. 254.* & refert Van-Espen. *cit. tit. 12. cap. 4. nu. 48.* Idque enim providè egit Martinus, ut tot exemptiones Schismatis tempore datas, & rescissas, statim dato remedio, denuò pullularent, sed fuit personalis voluntaria ipsius Papæ restrictio, etsi Con-
ciliaris potest à Papa dispensari. Ita etiam quoad Con- 25
stitu. Concilii Lateranensis sub Leone X. anno 1515. *sess. 10.* ubi fuit dictum, exemptiones de cætero absque rationabili causa, & quorum interest minimè citatis pro tempore concessas, nullius roboris esse decernimus, quæ comprehendit tantùm futuras, aliàs esset destruere tot exemptiones antiquas, quarum memoriæ hominum solemnitates à Constitutione requisitæ nequeunt adesse, ut verba ipsius Constitutionis indicant apud Cokier *de Jurisd. Ord. in exempt. lib. 1. qu. 12.* & sentit Rota *cit. decis. 132. num. 21.* contra Gratian. *discept. 918. nu. 62. & seq. ad fin.* Cui
Constitutioni Conciliari derogari potest à Papa, ut 26
in consimilibus benè Fagn. *cap. ex parte il secondo numer. 26. de Privil.* & in terminis Gratian. *cit. discept. 918. nu. 30.* Rota *dec. 123. par. 1. divers.* & sic posita derogatione, abest quæcumque difficultas, & in his terminis exemptionis concessæ à Papa sine vocatione Episcoporum docuerunt, non obstante dicta dispositione Conciliari, supracitati Doctores Cokier *cit. qu. 12. nu. 4. & qu. ult. nu. 31. & 32. de Eccl. Cathedr. Exempta cap. 1. nu. 99. & cap. 30. nu. 34. ad 42.* & benè Paschalis Papa *in cap. 4. significasti 4. de elect.* ibi: *Ajunt in Conciliis statutum non inveniri, quasi Romana Ecclesia legem Concilia ulla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis excipiatur auctoritas.* Ultra quod Concilium illud non dat formam, nisi existentiæ rationabilis causæ, & cita-

tionis; prima ſupponi debet in Papa, ſi concedat
ex certa ſcientia, & ſecundæ derogaſſe, cùm ex actu
incompatibili, Papa habens in ſcrinio pectoris om-
nia jura, cenſetur derogaſſe contrariæ diſpoſitioni
Cap. licet de Conſt. in 6. ubi Gloſſ. *v. Jura*, *& cit.
dec.* 132. *num.* 23. *&* 26. *par.* 19. ad differentiam
reſcriptorum, quæ non ſupponuntur Jata cum ſcien-
tia, ut Gloſſ. *cit.* diſtinxit. Nefas enim eſt dubitare de
poteſtate Papæ in materia exemptionis; & ſicuti hoc
ſpectat ad Imperatorem in propria Juriſdictione Laicali
toto *tit. C. de his, qui à principe vacationem munerum
acceperunt lib.* 10. ita in Eccleſiaſticis, ſpectat ad Sum-
mum Pontificem, in quo reſidet univerſalitas Juriſdi-
ctionis, *cap. Dudum de decimis*, *cap. Benè quidem di-
ſtinct.* 96. *Can. frater* 19. *qu.* 1. *Can. Luminoſo* 18. *qu.*
2. *Regius de Regimine Regularium Centur.* 2. *tract.* 2.
dub. 3. *concluſ.* 1. *&* 2. Tondut. *qu. Beneſ. par.* 1. *cap.* 62.
nu. 6. Rota *dec.* 15. *de privil.* cor. Achille de Graſſis.

Iſtaque facultas Papæ eſt ab antiquiſſimo tempore
27 uſurpata, ut in *cit. Can.* 5. Grat. 18. *qu.* 2. *& suprà*
innui. Imò in eadem formula famigerata Marculfi, de
qua plures ſcripſerunt, & noviſſimè Van-Eſpen. *cit. tit.*
12. *cap.* 2. *nu.* 22. refert verba dictæ formulæ ibi; *Dum
ab antiquitus juxta Conſtitutionem Pontificum, Mona-
ſteria Sanctorum Lirinenſis, Augaunenſis, & Luxo-
vienſis, vel modo innumerabilia per omne Regnum Fran-
corum ſub libertatis privilegio videntur conſiſtere.* En
igitur, quod Summi Pontificis auctoritati, & Con-
ſtitutioni talia exemptiva privilegia adſcribuntur; &
Regales Sanctiones intelligi debent quoad onera Lai-
calia, & temporalia, ut Fiſcus remitteret quodcum-
que jus in bonis eorum Regularium, Marcha *lib.* 3.
concord. Sacerd. & Imp. cap. 16. *& cap.* 3. *lib.* 1.
hiſt. Pontif. Juriſd. Gonzal. *cit. cap. Grave nu.* 9. *in
fin. de off. Jud. ordin.* non autem quoad exemptionem
in ſpiritualibus, Card. de Luca *de Juriſd. diſc.* 12. *nu.*
21. ubi tamen deſervire pro adminiculo, ſed iſtud
rejicit Rota *deciſ.* 483. *num.* 16. *par.* 14. *& dec.* 430.
nu. 18. *par.* 15. *rec.* & coram Emerix *deciſ.* 14. *nu.* 4.
& deciſ. 395. *num.* 15. *deciſ.* 840. *nu.* 3.

Iſta autem exemptio dupliciter fieri poteſt, vel exi-
mendo ſubditum ab Ordinario, & illum exemptum
28 ponere ſub juriſdictione alterius Prælati, vel eumdem
reſervare ſub juriſdictione immediata ejuſdem Sum-
mi Pontificis. Sed numquid poſſit concedi exemptio
29 ab ipſo Summo Pontifice? Et dicendum, quod etſi
Papa poſſit aliquem privilegiatum reddere quoad ſe
circa onera, putà decimas, procurationes, & ſimi-
lia, non poteſt tamen eximere univerſaliter à juriſ-
dictione ipſius, quia eſſet illum à poteſtate Dei libe-
rare, ut poſt Innoc. & Felin. docent Cokier. *cit. par.*
1. *qu.* 3. Barbol. *cap. innotuit de elect. in* 6. Frances *cit. cap.*
32. *nu.* 43. *& ſeqq.* aliàs enim ita exempti eſſent ace-
phali, contra Textum *in Can. Nulla ratione* 93. *di-
ſtinct.* Abb. *cap. novit de Jud.* Fagn. *cap. ex par. nu.* 22.
de privil. ubi conceſſa exemptione ab Ordinario, non
cenſetur conceſſa exemptio à Papa, vel ab ejus De-
legatis; imò eo tempore, quo Papa concedit exem-
ptionem, cenſetur ipſe conſtitui Judex, & Superior
immediatus, Fagn. *cap. cum tempore num.* 3. *de ar-
bitr. & cap. Veniens num.* 26. *de tranſact.* jure enim
Divino eſt proviſum, ut quiſque hominum ſit ſub
poteſtate ſui Superioris. Et quamvis poſſint præ-
ſcribi jura contra Eccleſiam Romanam per cente-
nariam, *Cap. Si diligenti de præſcript.* Redoan. de
Spoliis *quæſt.* 14. *num.* 20. & alibi dicam, tamen id
intelligitur de juribus temporalibus, non autem de
ſpiritualibus, ſaltem quo ad illam poteſtatem ſupre-
mam, & Monarchicam, ſoli Deo, & Summo Pon-
tifici uti ejus Vicario competentem. Ipſi enim cu-
ra Dominici Gregis fuit tributa.

Sed numquid exemptio iſta conceſſa Regularibus,
30 reſtricta intelligatur ex diſpoſitione Textus *in cap.
Volentes* 1. *de privil. in* 6.

Diſpoſitio dicti Textus eſt ſatis nota. Cùm enim
31 ob pleraſque exemptiones conceſſas ante Concilium
Lugdunenſe ſub Innocentio IV. celebratum, ortæ
fuerint diſputationes circa intelligentiam exemptio-
nis, fuit in dicto Concilio declaratum, ut quicum-
que exemptus poſſit conveniri coram Ordinario ratio-
ne rei, contractus, vel delicti commiſſi extra locum
exemptum, & poſſit ab Ordinario puniri. Quæ de-
cretalis fuit confirmata, ſeu potiùs præſervata, nil
tamen novi addendo, à S. Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.*
14. *de reform.* ut benè notat Paſſerin. *de ſtat. hom.
tom.* 3. *quæſt.* 189. *art.* 10. *nu.* 637. *& ad cit. cap. Vo-
lentes num.* 9. Diſputant verò Doctores, de qua exem-
ptione loquatur textus. Alii dicunt procedere in exem-
ptione locali tantùm, Covarruv. *pract. quæſt. cap.* 11.
num. 5. Barboſa ad cit. Textum *num.* 3. Alii in qua-
cumque exemptione etſi generali, ex verbis Textus,
quantumcumque ſint exempti, ut notat Gemin. *ibi
num.* 3. & plenè Rota *dec.* 165. *par.* 7. *rec.*

Verùm Textus loquitur de perſonali exemptione,
ſed ad locum reſpectum habente, & ſic cùm tri-
plex ſit exemptio, perſonalis, realis, & mixta, Tex-
tus procedit in mixta, hoc eſt perſonali, ratione
loci, & hic fuit caſus in *cit. deciſ.* 165. & in eadem
cauſa *deciſ.* 306. *eadem par.* 7. quia agebatur de exem-
ptione conceſſa Civibus Lauretanis ratione ipſius
Civitatis, & ſic, etſi adfuerint verba univerſalia,
penitus omnino eximimus, ea tamen intelligi debent
ſamulativè ad conceſſionem factam intuitu, & reſ-
pectivè ad locum. Sed ſi exemptio fuerit perſona-
lis tantùm, verbis univerſalibus concepta, nec reſtri-
ctivè ad aliquem locum, tunc non intrat diſpoſitio
citati Textus, ut benè notant Doctores, Soccin. *in
cap. recipimus à nu.* 57. *de privil.* Cokier. cit. *par.* 2.
qu. 45. *nu.* 3. Ricc. 3. *par. reſol.* 97. *nu.* 3. Barbol. *alleg.*
105. *num.* 25. *de poteſt. Epiſc.* Fagn. *latè in cap. ex
par. num.* 49. *& ſeqq. de privil.* ubi probatur dictum
Textum procedere in dicta exemptione mixta, ſcili-
cet perſonali ratione loci, ut ſupponit decretalis ipſa
locum exemptum.

Hinc quoad Regulares generaliter eorum privilegia
ſunt mixta, ratione ſcilicet loci, ſeu Monaſterii exem- 32
pti, ut idem Fagn. *num.* 49. & Gemin. *cit. loc.* §. *in
eos autem de privil. in* 6. docuit, quod, etſi in gra-
tiam Ciſtercienſium, de quibus in hoc Commenta-
rio, fuerit declaratum ab eodem Innocentio IV.
non fuiſſe derogatum per dictum Textum *cap. Vo-
lentes* 1. eorum privilegiis; non tamen intelligi de-
bent conceſſa privilegia in tribus caſibus ratione rei
ſitæ extra locum exemptum, ut non poſſint conve-
niri coram Ordinario, non comprehenſa in ejus
Privilegiis, *& deciſ. cit.* 165. *nu.* 15. *par.* 7. *recent.*

Si tamen adſit ſpecialis mentio exemptionis, etiam
in tribus caſibus exceptis à *cit. cap.* 1. *de privil.* tunc 33
ceſſat quæcumque difficultas, & requiritur dicta ex-
preſſio, ut idem Fagn. *ubi ſupra num.* 42. *&* §. *ſe-
cunda ſpecies num.* 43. quia dicta decretalis nil novi
circa hujuſmodi privilegiatos ſtatuit, ſed tantùm de-
clarat exemptiones generaliter conceſſas. Et quo ad
illas conceſſas poſt dictum Concilium, etſi non fiat
mentio de tribus illis caſibus, nihilominus, ſi adſit
derogatio dicti Concilii Lugdunenſis, vel expreſſa,
vel inducta ex verbis æquipollentibus, ſufficit ad
declarandam Papæ voluntatem concedendi id, cui
adverſaretur Conſtitutio, Rota *cit. dec.* 165. *par.* 7.
recent. & deciſ. 132. *nu.* 26. *par.* 19.

Ideò cùm Regulares plerique Privilegium obti-
nuerint cum expreſſione dictorum trium caſuum in 34
dicto *cap. Volentes* exceptuatorum, nempè Fratres Præ-
dicatores à Benedicto XI. in Bulla incipiente, *In-
ter cæteras Idibus Maji* 1304. *fol.* 75. *in Bullario
Prædicatorum*, *& à Sixto IV. in Conſtitut. Mare
Magnum* appellata, quæ *incip. Regiminis*, *ut in
Bullar. tom.* 1. Fratres Eremitæ Ordinis S. Auguſtini,
& alii quibus conceditur exemptio, etiam in tribus
caſibus à dicta Conſtitutione exceptis. Et quoad Ci-
ſtercienſes, quidquid ſit de privilegio conceſſo in hac
Conſtitutione, & aliis ante Concilium Lugdunenſe
prædictum, juxta quod proceſſit Gemin. *ſupra cit.* longè
poſt *ex Conſt. Innocentii VIII. t.* 1. *Bull.* 9. §. 4. habue-

runt

tunt quidem exemptionem amplissimam, etiam in
dictis tribus casibus. Hinc est quod nulla opus fuit
35 expressa dictæ Conciliaris dispositionis derogatione,
& quatenus in nonnullis apposita videatur, tamen
ad abundantem cautelam adjecta extitit, quia, ut
proximè diximus, dicta Constitutio locum habe-
bat tantummodò in alio genere exemptorum,
non autem in exemptis specialissima illa exem-
ptione, etiam in dictis tribus casibus. Ex quo se-
quitur, quod nec in dispositione Concilii Triden-
tini innovante dispositionem dictæ Constitutionis,
comprehensi fuerunt Regulares, & alii, qui distin-
cta illa, & speciali exemptione fruebantur, ut inter
alios præ ceteris firmarunt Novar. *in Lucerna Re-*
36 *gular. ver. causa nu.* 3. *&* 4. Barbosa *in Collect. Concil.*
Trident. ad dictum cap. 14. *nu.* 3. Fagn. *in cap. Tua-*
rum de privil. à nu. 10. ubi latissimè, *& in cap. Quod*
super his nu. 20. *& seqq. de major. & obed.* ubi ponit
declarationem *Sac. Congregat. Concil. nu.* 20. *in fin. An*
Regulares degentes extra Claustra comprehenderentur
in dict. cap. 14. *sess.* 7. *S. Concilii Tridentini, itaut*
ratione rei, contractus, & delicti possint coram Or-
dinario conveniri? S. Congreg. censuit, neque in Con-
stitutione Generali Lugdunensi edita in cap. Volentes,
neque in decreto Concil. Trident. cap. 14. *sess.* 7. *com-*
prehendi Regulares, ideoque eos juxta eorum privile-
gia, coram suis Superioribus, vel Conservatoribus
esse conveniendos. Aliàs fuisset superfluum Conci-
lium Tridentinum concedendo facultatem Episcopis
contra Regulares delinquentes extra locum exem-
ptum, ait *cit.* Fagn. qui refert, quòd cùm in Sy-
nodo Cracoviensi fuerit dictum Mendicantes debe-
re conveniri coram Episcopo in tribus dictis casi-
bus, fuit deletum; imò cùm in Concilio Provincia-
li fuerit dictum, *Statuimus Regulares teneri ad Regu-*
lam, ut præscripsit S. Concil. Trident. sess. 25. *cap.* 1.
de regul. fuit mandatum pro *Statuimus* poni *intel-*
ligant Regulares teneri ad observationem regulæ. Ne
per verbum imperativum inducatur auctoritas Con-
cilii erga eos exemptos.

Quod autem mens Concilii non fuerit subjiciendi
37 Regulares habentes specialissima privilegia suis Diœ-
cesanis in dictis tribus casibus, convincitur manife-
stè ex plerisque locis ipsius Concilii, ut ex *sess.* 6.
cap. 3. *de reform.* ubi concessit Episcopis, ut pos-
sint punire Regulares extra Claustra degentes, & de-
linquentes, sed nonnisi ut Apostolicæ Sedis Delegati;
ergo supposuit Concilium; Regulares ratione deli-
cti non subesse Jurisdictioni Ordinariæ Episcopi Diœ-
cesani. Idipsum etiam colligitur *in dict. cap.* 14. *sess.*
7. *& ex cap.* 11. *&* 14. *sess.* 24. pro quibus remitto
lectorem ad Fagn. *in dict. cap. Tuarum, &c. quod su-*
per his, & ad Passerin. *de stat. hom. t.* 3. *qu.* 189. *art.*
10. *inspect.* 10. Et demum ita etiam declaravit dicta
S. C. Concilii, quod approbavit Paulus V. per litteras
in forma *Brevis*, cum decreto irritanti, *sub die* 24. *Au-*
gusti 1607. *incip. Religiosorum*, & habetur in Bullario
to. 3. Quare exemptio, quæ concedi solet Regularibus
est omnimoda, exceptis iis, quæ posteà specialiter re-
servata fuerunt Episcopis per Concilium Tridentinum,
& alias Constitutiones, ut latè docet Peyrin. *de privil.*
Regul. vol. 2. *Const.* 2. *Sixti IV.* §. 7. *nu.* 8. An au-
38 tem tali exemptioni possit renunciari, vel consuetu-
dine præjudicari, & quis sit Judex competens isto-
rum Regularium, & præsertim quoad Judices Con-
servatores eorumdem, & an subsint in certis casibus
jurisdictioni Capituli Sede vacante, Diœcesanæ, vel
Provinciali Synodo, alibi dicam.

Solùm hìc corollariè statuendæ sunt plures Con-
39 clusiones pro faciliori intelligentia hujusmodi mate-
riæ exemptionis. Prima est, quod de Jure communi
Episcopus, & Ordinarius habet intentionem fundatam
exercendi jurisdictionem in quemcumque locum suæ
Diœcesis, & etiam in qualcumque personas Ecclesia-
sticas, imò contra monasteria Regularium, & Regu-
lares ipsos, nisi constet de exemptione, ut firmant DD.
supra relati Card. de Luc. *disc.* 28. *de Jurisd.* Sanch.

Consil. moral. lib. 1. *c.* 21. *dub.* 1. Francis. *in Post. regul.*
par. 2. *qu.* 2. *nu.* 8. *usque ad fin.* Rodriqu. *qu. regul. t.* 2. *qu.*
2. *art.* 8. Donat. *in praxi rer. regul. qu.* 2. *n.* 3. *&* 5. Rox.
dec. 218. *dec.* 78. *par.* 1. *dec.* 520. *nu.* 2. *par.* 5. *t.* 2. *dec.*
330. *nu.* 2. *& seq. par.* 15. Coccin. *dec.* 157. *dec.* 534. *nu.*
1. *par.* 19. *t.* 2. *rec. & dec.* 843. *n.* 1. cor. Emerix Jun. &
priùs *dec.* 592. *n.* 1. *& in Vilnensi Jurisdictionis* 11. *Maji*
1696. §. *penult. &* 22. *Aprilis* 1698. §. 1. coram D. Olmo,
imò etiam contra Abbates inferiores habentes jurisdi-
ctionem, *ut in cit. dec.* cor. Roxas, *& dec.* 923. cor. Card.
Cerro, *Brixien. Jurisdictionis* 5. *Julii* 1688. §. *Validitas*
cor. D. Caprara, *Leodien. Jurisdictionis* 3. *Martii, &*
13. *Junii* 1692. *&* 18. *Aprilis* 1698. §. *Probuit* coram D.
Molines, *& in Gerunden. Jurisdictionis* 5. *Martii, &*
13. *Junii* 1692. cor. eodem, *&* 4. *Julii* 1698. §. *Ec-*
clesiæ autem coram D. Pio, *& in cit. Firmana Juris-*
dictionis coram D. Molines, ita ut Episcopis sine
probatione alicujus actus detur manutentio, quia
istud est privilegium habens juris assistentiam, nam
si non constet de contrario, ipse venit manutenen-
dus, dummodò certè constet locum esse in Diœ-
cesi, nec incipiendum ab inhibitione, nisi privile-
gio exhibito, & discusso, Pamphil. *dec.* 382. *num.* 2.
dec. 260. *num.* 1. *par.* 7. *recen.*

Secunda Conclusio est, quod si adsit Privilegium,
vel legitima præscriptio exemptionis, tunc Epicopus 40
nequit habere jurisdictionem, ut habetur expresse *in*
cap. Cum dilectus de Relig. domibus, ibi: *Si vobis*
constiterit de exemptione, seu legitima præscriptione,
tam Abbatem, quàm Monasterium ab impetitione Epi-
scopi absolvatis, Posth. *de manut. observ.* 45. *nu.* 10.
Rota *dec.* 77. *num.* 13. post Tambur. *de Jur. Abbat.*
dec. 78. *num.* 1. *par.* 5. *dec.* 508. *num.* 12. *& seqq. &*
cit. dec. 843. *nu.* 2. coram Emerix. Jun. plenè *in Tar-*
conen. Jurisdictionis 10. *Maji* 1700. *&* 27. *Junii* 1701.
§. *& denique* coram D. Olmo.

In hoc autem est distinguendnm. Aut privilegium
est clarum, & tunc manutentio non est danda Epi- 41
scopo, sed exemptis, præsertim si adducantur aliqui
actus pro ipsis, Rota *dec.* 59. *num.* 1. *& seqq. post cit.*
Tambur. *dec.* 260. *num.* 8. *par.* 7. *recen. & in cit.* Tarra-
conen. §. *& denique*, quia tunc absorbetur assisten-
tia juris, Posth. *cit. num.* 20. Pignatell. *tom.* 5. *Con-*
sult. 85. *nu.* 10 Et quamvis adsint actus pro Episco-
po, tamen nisi sint longi temporis, & sine actibus
contrariis, nequeunt mereri manutentionem, quia
supponuntur facti clandestinè, & sine scientia majo-
rum Superiorum Religionis, & Papæ, cui etiam præ-
judicarut in tollenda exemptione, ut alibi dicam.

Si verò privilegium est dubium, vel in eo conti-
neantur verba non denotantia exemptionem plenariam,
ut *in cit. decis.* 218. coram Roxas, de quibus verbis
alibi erit sermo, & tunc manutentio debet dari Epi-
scopo, etiamsi concurrant actus pro exemptis, nisi
sint longissimi temporis, Card. de Luca *de decimis*
disc. 5. *num.* 15. *&* 17. Cerr. *decis.* 923. *num.* 4.
& 5. *dec.* 157. *num.* 5. post Posth. *de Manutent. dec.*
185. *num.* 9. *& seqq. cor. S. M. Alexandro VIII. dec.*
302. *num.* 5. *&* 6. *par.* 9. *& dec.* 22. *num.* 6. *par.* 17. *&*
cit. dec. 843. *num.* 6. coram Emerix Jun. & Rota *in*
Nullius, seu Urgellen. Primitiarum 23. *Junii* 1702. §.
Et demum cor. D. Muto, & in *confirmatoria*, quia
cùm Privilegium consideretur dubium, semper præ-
valet juris assistentia, nam illud debet esse apertum,
& clarum, *dec.* 534. *num.* 1. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*
præsertim si non concurrant actus pro exemptis. Si
verò pro istis adessent actus, & nullus actus addu-
ceretur pro Episcopo, ut saltem per viam interpreta-
tionis posset privilegium adductum esse operativum,
tunc dicerem manutenendos esse exemptos, imò etiam
in petitorio obtinerent, quia privilegia ab observantia
interpretari solent; unde potest fieri inhibitio Ordi-
nario, ut limitando regulam contrariam supra ad-
ductam, optimè dixit Rota *cit. dec.* 260. *num.* 8.
par. 7. *recen.* & priùs *decis.* 447. *nu.* 3. *par.* 1. *rec.*
Si tamen concurrerent actus hinc inde, manutenen-
dus est Epicopus, quia actus hujus conjunguntur

cum aſſiſtentia juris, & ſic ſunt in concurſu præferendi iis, qui nituntur titulo privilegii non claro, ut dicunt citatæ *Deciſiones Nullius*, *ſeu Urgellen.* cum ibi citatis, *& dec.* 382. *n.* 5. *par.* 2. *rec. & in Leodien. juriſdictionis ſuper manutentione* 29. *Aprilis* 1701. coram D. Priolo, *& in Surrentina manutentionis* 4. *Maji* 1695. coram D. Scotto, & coram Emerix Jun. *dec.* 479. *num.* 2. & 3.

Sed an prætendente aliquo loco exemptionem ob
42 Immemorabilem, interim debeat manuteneri ipſe exemptus, vel Epiſcopus? Videtur poſſe manuteneri ipſe, ſi adſit privilegium, & antiquiſſima poſſeſſio, itaut non requiratur canonizatio Immemorabilis per tres conformes, Rota *dec.* 447. *numer. fin. par.* 1. *rec.* ſecùs dicitur *in dec.* 60. revocatoria illius poſt Tambur. *de Jur. Abb.* & plenè Card. de Luca *de juriſ. diſc.* 6. *num.* 2. *diſc.* 9. *num.* 3. *diſc.* 12. *num.* 15. *& diſc.* 19. *num.* 3. *& in dec.* 290. *num.* 29. coram Bichio, *& dec.* 21. *nu.* 16. coram Zarat. *& dec.* 485. *num.* 14. *par.* 19. *rec. tom.* 2. Verùm in hoc diſtinguendum eſt: Aut agitur de actibus, quibus reſiſtit Sac. Concilium Tridentinum, quod habet decretum irritans, ut eſt in Juriſdictione delegata in exemptis, in cauſis Matrimonialibus &c. Et tunc requiritur Immemorabilis canonizatio per tres conformes, & interim manutenetur Epiſcopus, etſi adſit privilegium, non tamen legitimum, & clarum, ut benè explicat Rota *dec. cit.* 60. poſt Tambur. *num.* 4. 5. & 6. & procedunt quamplures doctrinæ, & deciſiones in hujuſmodi caſu territorii ſeparati omninò. Aut agitur de pura exemptione paſſiva, & quatenus concurrat privilegium, de cujus viribus diſputari oportet, & longæva poſſeſſio exemptionis, & nullus actus pro Epiſcopo, tunc dari videtur manutentio exempto, quia videtur privilegium aliquo modo legitimatum per obſervantiam, donec probetur, vel meliùs juſtificetur titulus, niſi incontinenti videatur inſectus, & quando non reſiſtit vehementer jus, aut Concilii
43 decretum irritans, etiam procedit præſcriptio quadragenaria cum titulo, ut docet Card. de Luca *diſc.* 1. *de Juriſd. nu.* 24. *& diſc.* 5. *nu.* 5. *ad finem*, quia jure communi ſupponitur capacitas obtinendi exemptionem, imò Juriſdictionem in certis caſibus, ut ſupponitur in ipſo *cap. Cum perſona de privileg. in* 6. *& cap. Auditis*, *& cap. Cum olim de præſcriptionibus*, & in his terminis dari manutentionem ob non reſiſtentiam Juris claram inferiori, dixit Rota plenè *in cit. dec. Olomucen. juriſdictionis ſuper remiſſoria* 9. *Junii* 1692. *§. fin.* coram D. Muto, *& in eadem ſuper negotio principali* 19. *Januarii §. quando & ſequ. &* 5. *Junii* 1693. *§. ſic quoque coram eodem*, ubi plenè agitur, quando inferiori poſſit dari manutentio, cui non reſiſtat jus, & faciunt Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *Ut lite pend.* Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *decl.* 4. *num.* 6. *dec.* 685. *num.* 2. & 3. *par.* 1. *dec.* 508. *num.* 11. *par.* 5. *recent. &* 23. *nu.* 20. coram Durano, & in terminis etiam Juriſdictionis in aliena Diœceſi, nempè Maſſæ Lubrenſis per Archiepiſcopum Surrentinum, *in Surrentina Manutentionis* 4. *Maji* 1595. *§. nec valet*, coram D. Scotto, & in terminis juriſdictionis minoris, reſervata tamen majori ordinaria, & delegata Epiſcopi, ut debeat quis manuteneri, imò etiam acquirere jus per præſcriptionem quadragenariam, ſi non ſolùm jus non reſiſteret vehementer, ſed etiam aliquo modo aſſiſteret, plenè Rota *dec.* 1257. *num.* 22. *& dec.* 1308. *num.* 10. *& ſeqq.* coram Emerix Jun.

Ultra montes, & præſertim in Germania ſolent
44 evenire iſtæ quæſtiones, in certis Monaſteriis, quia ibi ſolent eſſe aliqua Monaſteria ſeparata à corpore Religionis, ad inſtar temporis antiqui, quo unumquodque Monaſterium ſuum recognoſcebat caput, & in hoc niſi concurrat ſpeciale privilegium Summi Pontificis, non dicitur exemptum ab Ordinario, nec illi ſuffragantur Privilegia conceſſa Ordini, quæ intelliguntur data omnibus Monaſteriis, quæ conſti-
45 tuunt unicum Corpus gubernii cum Ordine, & ab eo, cui fuit privilegium conceſſum, dependentia, *L. ſi Chorus ff. de leg.* 3. Spad. *Conſ.* 134. *num.* 11. & 18. *tom.* 1. benè Card. de Luca *diſc.* 28. *de juriſdict. numer.* 6. & 9. Rota *dec.* 566. *num.* 7. *par.* 5. *tom.* 2. *recen. & in cit.* Vilnenſi, præſertim 2. *§. Haud.* In iis autem Monaſteriis conſtituentibus corpus de per ſe, & ſeparatim ab Ordine, cui fuerunt conceſſa privilegia, aliter eſt dicendum, quia unionem non faciunt cum corpore, à quo tamquam non membra nequeunt haurire vires, & communicationem Jurium, ut præſopponunt *Deciſiones* 450. & 457. coram Peutinger. & plenè in terminis Monaſterii Canonicorum Regularium non dependentis à Congregatione Lateranenſi, cui fuerunt Privilegia exemptionis attributa, firmavit Rota *in dec. cit. Vilnenſi juriſdictionis* 11. *Maji* 1696. & 22. *Aprilis* 1698. coram D. Olmo. Non tamen obſtat, quod Monaſteria ſint ſeparata inter ſe, & habeat unumquodque ſuum Caput. Sufficiet tamen, quod ſubſint unico Capiti, nempè Generali, & faciant ea Corpora diſtincta inter ſe, unicum Corpus Religionis, ut be- 46
nè *in cit. deciſ.* coram Peutinger. præſertim *num.* 10. & 11. ubi de Canonicis Præmonſtratenſibus, & in dictis Deciſionibus plenè tractatur, quatenùs dicantur conſtituere certa Monaſteria tale Corpus unitum cum Capite Religionis, nempè ex Chronicis, ex enunciativa in Bullis Apoſtolicis, quod ſervent ibi degentes, Conſtitutiones Ordinis, quodque in dictis Monaſteriis Epiſcopi habeant tantùm jus Chriſmatis, Olei Sancti, Conſecrationis, ex interventu Abbatum in Capitulo Generali, ex Viſitationibus factis per Viſitatores Ordinis, & aliis actibus juriſdictionalibus Capituli Generalis, non obſtantibus actibus in contrarium Epiſcopi, quia ſi ſint circa curam animarum Populi, cui præerat Monaſterium, vel ſi reſpicerent benedictionem Abbatum, ut erant actus prætenſæ confirmationis peractæ per Epiſcopos poſt electionem Abbatis, ſeu juramenta per ipſos præſtita iiſdem Epiſcopis, vel uti actus turbativi, & ſine ſcientia Generalis, non poterant præjudicare Generali Ordinis, ad quem uti Ordinarium Monaſteriorum ſpectat de jure juriſdictio ratione privilegiorum exemptionis, præſervatis caſibus particularibus Epiſcopis ratione Sac. Concil. Trident. & ſpecialium S. S. Pontificum Conſtitutionum, ut alibi dicam.

Verùm cautè eſt procedendum in intelligentia dictarum Deceſionum, quodque requiratur, ut ſit Monaſterium dependens, & gubernetur ab eodem Capite, & vivat ſub unico Corpore, nec ſufficit profeſſio ejuſdem Regulæ, vel denominatio eadem. Nam benè dicit Deciſio in dicto caſu, quo privilegium exemptionis fuerat conceſſum à Martino V. Monaſteriis viventibus ſub unico Generali, & per modum unius Corporis, & Religionis, & ſic pro illis tantùm ibi nominatis, conſtituentibus dictum Corpus morale. Secùs autem putarem dicendum, ſi exemptio eſſet ratione Inſtituti, & Ordinis, nullo habito reſpectu ad certa Monaſteria, vel Corpus Religionis, *& in dec.* Vilnen. aderant poſſeſſio Epiſcopi, Sententia, & aliæ circumſtantiæ; ſed debet attendi unio corporis: hinc videmus plures Religiones eſſe ſciſſas in Congregationes, & tamen potiri iiſdem privilegiis.

Hinc ſi fuerit privilegium conceſſum Religioni, an
poſſit aggregari à Capitulo Generali certum Monaſte- 47
rium, vel Congregatio, & ſic communicari eidem Privilegium exemptionis?

Dicerem non ſuffragari ſuam exemptionem, neque Conventui ſpeciali, neque Congregationi ſeparatæ, nam vel talis Conventus, ſeu Congregatio initio exemptionis conceſſæ includebatur in privilegio, ſaltem per viam communicationis privilegiorum cum Ordine, cui fuit conceſſum, & tunc non intrat dubium; aut non comprehendebatur, ut ſupponit aggregatio nova facta à Generali, ſeu Capitulo, & fuit ſub juriſdictione Epiſcopi, & nullo modo poteſt hujuſmodi aggregationis actus præjudicare juriſdictioni Epiſcopali, quæ eſt in

tali

rali Monasterio per solum Summum Pontificem eximenda, aliud enim est quod concesso privilegio toti Ordini, nullo habito respectu ad certos locos Ordinis, sed tantùm ad Regulares in genere, & tunc, ut dixi, veniunt omnes talem Regulam sectantes, & Episcopi amittunt jurisdictionem ex placito Papæ; aliud erit si Privilegium sit concessum certo Corpori Religionis, & sic non veniat id, quod est extra Corpus, etsi ejusdem Regulæ, & tunc requiritur novum Privilegium Papæ exemptivum à jurisdictione Ordinarii, quia nequit Capitulum Generale Ordinis, per aggregationem præjudicare Episcopo, ut in simili Tambur. *de Jur. Abbat. disp.* 15. *quæst.* 18. *num.* 35. *&* 36. & dixit Rota *in cit.* Vilnen. quamvis non substinere videatur distinctio *in cit. prima decis.* §. *ult.* quod talis incorporatio facta à Capitulo alterius Conventus, fieri valeat, secùs si aggregetur integra certa Congregatio, citans *Cap. unic.* §. *fin. de Relig. Dom. in* 6. & Fagn. *in cap. recolentes nu.* 25. *& seq. de stat. Monach.* quia hic fit mentio, ut non possit unus ordo transire ad alium, secùs in certo Monasterio cum licentia Episcopi secundùm aliquos, numquam tamen loquuntur de hoc articulo. Utrum autem Monasterium existens sub jurisdictione Episcopi, non comprehensum sub jurisdictione Ordinis, possit per aggregationem submitti, & sic communicari illi Privilegium exemptionis? Dico negativè; quia vel agatur de Monasterio, vel de Congregatione, talis aggregatio vim habebit pro aliis non præjudicialibus Episcopo, uti tertio, ut sentit eadem Rota citata, & accedente consensu Episcopi, tunc intraret distinctio inter Conventum, & Congregationem, si ageretur de transitu de uno Ordine ad alium, vel inter Congregationes habentes diversas Constitutiones à Sede Apostolica approbatas, ut alio loco dicemus; secùs inter ejusdem Ordinis, & Constitutionum professores, quia aggregatio valebit, & accedente Episcopi consensu, communicaretur exemptio, tunc enim tolleretur præjudicium juris tertii, cui aggregatio nequit præjudicare, ut in similibus Rota *in Surrentina Jurisdictionis* 21. *Februarii* 1698. §. *Verum totum coram* D. Ansaldo.

Hinc hodiè præter Monasteria, quæ constituunt
48 Corpus distinctum, & non habent privilegia specialia, Regulares omnes potiuntur exemptione, vel per communicationem, vel per se, ut firmant Cokier. *de jurisdict. in exemptos part.* 1. *qu.* 17. *nu.* 9. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 105. *nu.* 3. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *qu.* 2. Francef. *in pastor. part.* 2. *qu.* 2. *per tot.* & benè Rota *in cit. Nullius, seu Celsonen. jurisd.* 2. *April.* 1666. §. *fin. cor.* Eminentiss. Carpineo;
49 exceptis casibus, vel quoad Curam animarum, vel si degant extra Claustra in delictis notoriis post monitionem factam Superiori, vel uti Delegato Apostolico Episcopo procedente in certis casibus, ut plenè Fagn. *cit. cap. Quod super nu.* 20. *de major. & obed.* & nos alibi latè dicemus.

Sed quid dicendum, si Papa aliquod Monasterium
50 divisum à Corpore Religionis exemptæ, & per se stans, univerit, & incorporaverit toti Religioni, an illud acquirat exemptionem ab Ordinario? Et primò videtur negativè dicendum; quia per talem unionem, & aggregationem, nequit dici voluisse Summum Pontificem derogare juri Episcopi innato, nisi expressè id dixerit, cùm neque per clausulas generales derogatio ista censeri debeat, ut generaliter firmant Textus *in cap. super eo de off. & potest. Jud. Delegat.* Gonzal. *n.* 6. & alii repetentes ibidem, Rota *decis.* 131. *nu.* 2. *cor.* Dunoz. *Jun. & cor.* Coccin. *nu.* 9. *&* 10. *decis.* 157. ubi in terminis similibus incorporationis, Duran. *dec.* 446. *nu.* 7. Roxas *dec.* 211. *nu.* 6. 7. *& dec.* 531. *num.* 5. *part.* 17. *recent.* præsertim si adsit clausula sine præjudicio habentium jura, *ut in cit. decis. cor.* Dunoz. *& decis.* 299. *nu.* 7. *cor.* Card. Cerro, Seraphin. *dec.* 144. *num.* 6. In contrarium quod obtineat exemptionem per dictam unionem, & quod actus possessorii Episcopi antecedentes non suffragentur post superventum statum exemptionis per unionem, dixit Rota *in Uratislavien. manutentionis* 22. *Junii* 1703. §. *non attentis coram* D. Lancetta.

Verùm distinguendi sunt casus, neque certa regula statui potest, cùm debeant scrutari verba Summi Pontificis, etenim si ex iis eliciatur quod Papa voluerit
tantùm aggregare, & unire Monasterium in concer- 51
nentibus Institutum regulare, absque derogatione jurium antecedentium Episcopi, & præsertim si adsit clausula *sine præjudicio jurium Episcopi*, & verè ille ante dictam unionem, seu incorporationem exercebat jurisdictionem in dicto Monasterio, videtur esse casus sine dubio, quia constat Papam noluisse concedere, nisi ea, quæ hujusmodi Episcopali juri non præjudicent, & cum his circumstantiis procedit *decis. cor.* Coccino *nu.* 9. §. *& cessat*, & facit Rota *in citatis Decisionibus* Vilnen. *jurisdict. & Surrentina*. Si verò tale Monasterium ante hujusmodi aggregationem non fuisset subjectum Episcopo, & Ordinario, etiamsi adesset clausula *sine præjudicio jurium Episcopi*, evanescit tale jus non præexistens, quia dicta clausula intelligitur de jure præexistenti, ut benè Rota *cit. dec.* 299. *nu.* 8. *cor.* Card. Cerro, & Bich. *dec.* 175. *nu.* 7. *dec.* 57. *nu.* 9. *part.* 19. *recent. & in cit.* Uratislavien.

Si verò ex verbis Bullæ colligatur mens Summi Pontificis velle facere dictam unionem, seu incorporationem, ut tale Monasterium fiat unicum Corpus cum ipsa Religione, & eò magis si hujusmodi privilegiis potiri mandat, tunc etiam conceditur exemptio in secundo casu ex verbis Papæ, & in primo
ex tacita voluntate ejusdem. Cùm enim implicet, 52
ut duo sint capita, non videtur congruum, ut eadem res diverso jure censeatur, & cùm talis aggreatio sit de per se præjudicialis, non requiritur derogatio juri quæsito Episcopo, quia per ipsam unionem plenariam fit dismembratio ex jurisdictione Episcopi tamquàm necessariò consequens, ut in terminis privilegii de sui natura præjudicialis, docent *Doctores*, & admittitur *in dicta Vilnen.* §. *ultimo*, quando incorporatio fiat à Sede Apostolica, quia Monasterium redactum sub regimine totius Ordinis, debet eodemmet jure censeri, Fagn. *in cap. cum dilectus num.* 17. *&* 18. *de Relig.* Dom. Card. de Luca *de jurisdict. disc.* 28. *num.* 9. *& de regul. disc.* 1. *nu.* 17. & benè Rota *decis.* 450. *&* 467. *coram* Peutinger. præsertim *num.* 12. *&* 13.

Quid autem dicendum, si à Summo Pontifice ex-
corporetur aliquod Monasterium à toto corpore 53
Religionis, an per hoc intelligatur restitutum sub jurisdictione Ordinarii? Et in hoc etiam consideranda sunt verba rescripti, nam si ibi adsit aliqua clausula id importans, certa est ejus dispositio. Si verò nihil deducatur, dicendum remanere sub jurisdictione Summi Pontificis, cui per incorporationem in Religione fuerat subordinatum, non enim præsumitur Papa voluisse sibi præjudicare, & concedere Episcopo id, quod non habebat, ut in simili controversia brevis excorporationis à Religione, & deinde incorporationis, non suffragari Episcopo prætendenti jus in electione Abbatis Præmonstratensis Monasterii Sancti Vincentii in Civitate Uratislavien. decidit *Sacra Congregatio Concilii in Uratislavien.* 4. *Maji* 1697. Et quamvis considerentur actus jurisdictionales Episcopi intermedii inter priorem excorporationem à toto ordine, & novam subjectionem, tamen illi nequeunt obesse, quia cum Monasterium excorporatum, jam priùs exemptum, vel per Privilegia specialia, ut erat illud S. Vincentii, vel per communicationem, jam erat exemptum ab Ordinario, & Sedi Apostolicæ subjectum per dictam excorporationem à toto Ordine, obtinuit quidem exemptionem ab Ordinario, sed non subjectionis Sedi Apostolicæ per præventivam exemptionem acquisitæ, & sic omnes actus intermedii facti nequiverant præjudicare juri Sedis Apostolicæ, nisi concurrente immemorabili, sicuti neque per incorporationem in Ordine, censetur annul-

annullata exemptio ab Episcopo; sed solùm exemptio à toto Ordine, ut erat casus dictæ Uratislavien. ex rationibus supra deductis.

Nec obstat Decisio *in Bononien. successionis 7. Ju-*
54 *nii 1694. coram* D. Caprara, ubi firmatur, gratiam Summi Pontificis erga bannitum, etsi plenariam, non posse regulariter præjudicare tertio habenti jus intermedium: quia quidquid sit de hoc, de quo redibit sermo in alio Commentario, hic non agitur de gratia exemptionis novæ inductæ ab Ordinarii jurisdictione, sed tantùm de gratia destructiva exemptionis concessæ à toto Ordine, quæ exemptio numquam destruxit exemptionem ab Ordinario, & subjectionem Sedi Appostolicæ, ut fuit dictum.

S E C T I O II.

An in transactione Incorporalium Jurium, seu Ecclesiasticorum, requiratur Beneplacitum Apostolicum?

S U M M A R I U M.

1 *Paschalis Pontifex in §. 3. hujus Constitutionis confirmavit concordiam seu transactionem inter Monasterium Cisterciensium, & Molismense.*
2 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactione rerum Ecclesiæ.*
3 *An requiratur in transactione Jurium?*
4 *Affirmativè resolvitur in quocumque jure incorporali, ita de praeminentiali, seu jurisdictionali, prout requiritur etiam causa necessaria, vel utilis.*
5 *Pro causa requiritur lis, & quod hinc inde aliquid detur, vel remittatur.*
6 *Quid in alienatione Juris patronatus, & Capella?*
7 *Id procedit etiam in transactione inter Ecclesias, & inter Episcopos, ac inferiores Pralatos.*
Et requiritur causa predicta, & ex quibus resultet læsio etiam in transactione?
8 *Limitatur conclusio, si bona, & jura remaneant in Ecclesia, & nihil amittat.*
9 *Secundò in omnibus actibus, in quibus permittitur alienatio.*
10 *Tertiò si fiat in Ecclesiasticos ejusdem corporis, & quomodo id procedat?*
11 *Quid requiratur pro obligandis successoribus?*
12 *Limitatur, quod dicitur num. 10.*
13 *Nec requiritur solemnitas in actu inter Ecclesias ob cultum divinum, processiones, & alia.*
14 *Declaratur dicta conclusio.*
15 *Quid dicendum in transactione quoad decimas, funeralia, & jura Parochialia?*
Proceditur cum distinctione, & adducitur praxis in hoc.
16 *An requiratur Beneplacitum Apostolicum, & solemnitas in Compromisso necessario, vel voluntario? & n. n. seqq.*
17 *Compromissum demandatum à statuto quatenus debeat reiterari, & quid in voluntario?*
18 *An requiratur solemnitas in laudi acceptatione, & cessione litis.*
19 *An requiratur in rescissione transactionis? & n. n. seqq.*
20 *Distinguitur, quando transactio fuit facta cum Beneplacito, & quando secùs.*
21 *Quid dicendum, si Ecclesia nihil amittat?*

IN §. 3. præsentis Constitutionis per Paschalem Auctorem ipsius fuit confirmata Concordia, seu
1 Transactio laudata per Lugdunensem Episcopum super controversiis exortis inter dictos Monachos Cistercienses, & illos Molismensis Monasterii, ex quo insurgit dubium explicandum, an Beneplacitum Apostolicum sit necessarium in hujusmodi Transactionibus?

Primò statuendum est Beneplacitum Apostolicum
requisitum per Extravagantem Paulinam in aliena-
tione rerum Ecclesiæ, esse necessarium etiam in tran- 2
sactione, cùm enim per transactionem bona hinc in-
de cedantur, videtur illa comprehendi sub nomine
alienationis, & ita in specie docuerunt Choppin *de
Sacra polit. fol.* 623. Rebuff. *de alien. num.* 66. Gra-
tian. *discept.* 846. *num.* 8. *&* 13. Rota *decis.* 301.
num. 1. *coram* Coccin. Burrat. *dec.* 690. *numer.* 12.
Add. ad Ludovis. *decis.* 418. *num.* 17. *decis.* 270.
par. 4. *recent. & decis.* 518. *&* 460. *num.* 6. *apud
Posth. de Manu.* Otthobon. *decis.* 159. *&* 220.
Rota *decis.* 124. *num.* 9. *&* 10. *par.* 12. *recent. &
decis.* 284. *num.* 6. *&* 7. *par.* 14. & alibi passim,
cùm hoc sit extra controversiam, itaut nedum in
Ecclesia successor, sed ipse transigens nomine Ec-
clesiæ posset impugnare transactionem sine Benepla-
cito, ut prosequitur *cit. dec.* 124. *numer.* 11. *par.*
12. *rec.* Si verò non agatur de transactione rerum
corporalium, videri potest non esse considerabilis cau- 3
sa Constitutionis, ut bona conserventur penes Ec-
clesias, & non dilapidentur. Jura enim sunt quæ-
dam tertia species, Card. de Luca *de Testam. disc.* 42.
& sic non veniunt sub nomine Bonorum, præ-
sertim ad substinendum actum, ut ait *cit.* Card. de Luca.

Verum cùm Extravagans utatur verbo *rerum*, sub
isto vocabulo debent intelligi jura, & actiones, *l.* 4
rei appellat. 23. *ff. de verb. significat.* Bero. *cons.* 161.
num. 20. *vol.* 3. Alexand. *cons.* 185. Barbos. *allegat.*
255. *num.* 9. præsertim stante dictione universali in
eadem Constitutione apposita *omnium*, quæ est uni-
versalissima, & nil excludit, *l. Julianus in princip.
ff. de leg.* 3. *leg. hoc articulo ff. de hared. Instit.*
Barbos *dict.* 241. & in terminis Transactionis Ju-
rium etiam incorporalium, & præeminentialium,
ac jurisdictionalium, docuerunt Barbos. *de potest.
Episcop. alleg.* 95. *num.* 63. Card. de Luca *de benef.
disc.* 32. *num.* 13. Caputaquen. *decis.* 106. *par.* 1.
& decis. 318. *par.* 3. Coccin. *decis.* 362. *numer.* 3.
decis. 341. *par.* 4. *decis.* 561. *par.* 5. *& decis.* 24. *par.*
10. *decis.* 124. *numer.* 9. *&* 10. *par.* 12. *& decis.*
284. *num.* 6. *&* 7. *par.* 14. *& coram* Otthobon. *dec.*
220. *& decis.* 136. *num.* 4. *&* 5. *decis.* 1169. *nu.* 4.
decis. 1266. *num.* 1. *coram Emerix Jun.* Et licèt
aliquæ doctrinæ procedant sine distinctione Bene-
placiti Apostolici, sed tantùm exprimant solemnita-
tes, tamen pro istis hodie subrogatum fuit Bene-
placitum Apostolicum in dicta Extravaganti, Card.
de Luca *de alienat. prohibit. disc.* 17. *num.* 4. *& seq.*
Pamphil. *decis.* 36. *num.* 3. *ubi Adden.* & firma est
Conclusio requiri in alienatione & transactione Ju-
rium Incorporalium prædictorum easdem solemnita-
tes requisitas in aliis alienationibus rerum Ecclesiæ, 5
nec non causam utilem, vel necessariam, & sic re-
quiritur lis, & quod hinc indè aliquid detur, vel
remittatur, ut prosequitur *citat.* Cardin. de Luca
disc. 32. *num.* 12. *de benef. cum ibi citatis*, & plenè
apud Otthobon. *decis.* 220. *num.* 14. *& in* Bonon.
prædii 14. *Junii* 1665. §. *Hoc verò coram* Eminentiss.
Card. Carpineo: Et in terminis alienationis Jurispa-
tronatus Capellæ, seu sepulchri, ut requirantur so- 6
lemnitates Extravagantis, Navar. *cons.* 1. *num.* 1. *de
sepult.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 11.
Bich. *decis.* 145. *num.* 6. *& decis.* 163. *num.* 6. *par.*
17. *recent.* Verùm id procedit in transactione, seu
venditione Capellæ uti rei corporalis, secus in
concessione uti rei spiritualis, & spontè facta,
etsi Patroni ratione eleemosynæ, vel pro con-
structione Fabricæ aliquid donent, vel assignent ne-
cessariam dotem, Genuens. *in prax. Neap. impress.
Ven. cap.* 41. *num.* 18. & ita intelligendæ sunt præ-
fatæ doctrinæ.

Idque procedit nedum si transactio fiat inter Lai-
cum, & Ecclesiam, sed etiam inter Ecclesias, quia 7
etiam

etiam inter ipsas procedit dispositio Extravagantis,
ut in terminis dixit Cardin. de Luca *de praemin.*
disc. 5. Turricel. *de alien. rer. Eccl. cap.* 27. *num.* 22.
Rota *decis.* 922. *num.* 1. coram Emerix Jun. *dec.* 220.
coram S. M. Alexand. VIII. *num.* 16. ubi agebatur de
præeminentia eligendi Vicarium inter duas Ecclesias,
quæ transegerunt, latè Bich. *dec.* 525. *num.* 20. &
præcisè si agatur de re jurisdictionali inter Episco-
pum, & inferiorem, plenè Rota *in decis.* 434. *num.*
13. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* ubi de exemptione à vi-
sitatione, ut semper requiratur Beneplacitum Papæ,
nec sufficiat illud Legati à Latere. Et circa Jurisdi-
ctionalia, latè in Herbipolen. *rescissionis Concordiæ*
4. *Februarii* 1692. §. *Non adfuit*, & 22. *Junii* 1695.
§. *Certum* coram Emerix Jun. *inter impressas decis.*
1028. & *dec.* 1267. ubi quod ad substinendam tran-
sactionem etiam inter Ecclesias, requiratur solemni-
tas Beneplaciti, ac necessitas, vel evidens utilitas
Urceol. *de transact. q.* 23. resultans, si hinc inde
accipiatur aliquid, nec sufficit assertiva Episcopi su-
per lite, & jure Prælati inferioris, ut aliàs dicam.
Et de transactione facta de rebus spectantibus ad Mi-
nores Observantes, sine Beneplacito Apostolico, est
decisio Romana, seu Mexicana Eleemosynarum 6.
Februarii 1699. coram D. Tremoville. Utilitatis ca-
usa resultat ex lite, licèt sit in gradu restitutionis in
integrum, obtinendæ, etsi non obtentæ, imò solus
recessus à lite sufficit, plenè *in decis.* 540. *part.* 19.
tom. 2. *recent.* quod intelligendum est, si concurrat
justa causa recedendi à lite, quæ major debet esse,
si concurrat res judicata contra rescissionem transa-
ctionis, & quod in transactione, futurus eventus
litis possit commensurari, ad effectum eliciendi læ-
sionem, plenè Rota *decis.* 461. 465. 479. & 486.
part. 19. *tom.* 2. *recent.* & si adsit lis extincta, ne-
quit fieri, *cit. decis.* 465. *nu.* 7. & de dicta læsione
considerando dubium eventum litis, Romana, seu Fir-
mana successionis 9. Decembris 1697. coram D. Mu-
to, & Soanen. Immissionis 23. Junii dicti anni co-
ram D. Molines. Considerari tamen debent omnia
Capitula transactionis, ut possit cognosci utilitas,
vel damnum, aliàs dici nequit erronea, & læsiva
Rota in Romana Transactionis 21. Februarii 1701.
coram D. Caprara.

Præfata tamen conclusio pluries limitatur, & pri-
8 mò; Si bona, & jura remaneant in Ecclesia, &
non transferantur in Laicum, quia tunc transactio
substinetur sine Beneplacito, quia Ecclesia nil amit-
tit, *c t.* Card. de Luca *disc.* 17. *de alien. num.* 5. ut in
renunciando juri quærendo tantùm, quia tunc non
dicitur Ecclesia alienare, ut aliàs dicam circa repu-
diationem hæreditatis; Secundò in iis casibus, in
quibus est permissa alienatio, etiam dici debet tran-
9 sactio, quia nequit esse latior hujus prohibitio di-
rectæ alienationis. Tertiò limita, si fiat transactio
inter Ecclesiasticos ejusdem Corporis, & Collegii,
10 quia tunc cùm non consideretur alienatio respectu
totius, non intrat dispositio, ut distinguit Card. de
Luca *disc.* 5. *de praemin. num.* 8. *disc.* 54. *de alien.*
num. 8. & 9. & *de Can. disc.* 30. *de Parochis disc.*
26. ubi enim est distinctio Ecclesiarum, vel etiam
Mensarum, tunc dicitur vera alienatio ab una in al-
teram, & facit Rota *dec.* 561. *num.* 9. *part.* 5. *re-*
cent. Ubald. *dec.* 290. *num.* 4. Duran. *decis.* 419. *num.*
6. Merlin. *decis.* 490. *num.* 8. & *decis.* 663. *num.* 20.
& *seqq.* coram Dunoz. Jun. Sed si agatur de obligan-
dis successoribus, videtur requiri Beneplacitum Apo-
11 stolicum, etiam si res vertatur inter duas Dignitates
ejusdem Ecclesiæ, ut declaravit S. Congregatio Ri-
tuum apud *cit.* Card. de Luca *disc.* 30. *de Can.* Un-
de quidquid sit de utilitate actus, ut non requira-
12 tur Beneplacitum in prædictis casibus Ecclesiastico-
rum ejusdem corporis, tamen si sit diversitas digni-
tatis, ut Successor ligetur transactione, seu concor-
dia, impetratur Beneplacitum ad majorem cautelam,
& ita sensit Rota *decis.* 21. *num.* 6. *part.* 7. *recent.*
13 Quartò in transactione inter Ecclesias quoad præce-
dentiam in Processionibus, Seraphin. *decis.* 36. *per tot.*
ex cap. fin. de pact. in 6. quia agitur de Cultu Divi-
no, & tollendis dissentionibus, *decis.* 38. *n. fin.* post
Murgam ad Const. Apost. Duran. Jun. *dec.* 168. ubi
bene distinxit, quod quando tractatur de subjectione
totali unius Ecclesiæ alteri, tunc quia agitur de ma- 14
ximo præjudicio, procedit Conclusio, secus in hujus-
modi pactis licitis ad vitanda scandala, quia intrat li-
mitatio. Ita dicendum in transactione super decimis,
funeralibus, & juribus Parochialibus, *decis.* 402. *part.* 15
5. *decis.* 161. & 218. *part.* 7. *recent.* Sed requiritur De-
cretum Episcopi causa cognita, *dec.* 270. *nu.* 5. *part.* 4.
tom. 1. *recent.* Ego tamen semper dicere censeo, quod
si agatur de Ecclesia cum alia Ecclesia, & si transactio
fit super decimis, & funeralibus, videtur maximum
præjudicium, nedum in re, sed in præeminentia, & 16
subordinatione respectivè, ideò requiritur Benepla-
citum Apostolicum, & prædicta procedunt quando
non concurrat tam grave præjudicium, ut distinxit
Rota *cit. decis.* 270. *num.* 5. & pro majori securitate
contra successores debet impetrari, *cit. decis.* 218. *num.*
6. *part.* 17. *recent.* actus tamen sine illo valeret, ut in
cit. decis. Verùm in hujusmodi transactionibus rerum
Ecclesiæ, solet peti Beneplacitum à Sacr. Congregat.
Episcoporum, vel Sac. Concil. Trident. & confirma-
ri etiam à Papa in forma specifica, & posito Bene-
placito Apostolico, obligat omnes successores, Ur-
ceol. *de transact. qu.* 25. *num.* 9. & *seq. dec.* 192. *num.*
3. & 210. *per tot. part.* 1. *recent.* & *dec.* 475. *num.* 3.
coram Seraph. & *dec.* 262. *num.* 6. & *seq. part.* 19. &
in Romana funeralium 4. Martii 1695. §. *Quia illa*
quæ, & 30. Januarii 1696. *num.* 2. coram D. Molines
post Antonel. *de jur. & oner. Eccl. dec.* 13. ubi de tran-
sactione quoad funeralia inter Parochum S. Eustachii,
seu Vicarium, & Archipresbyterum, plenè Rota *de-*
cis. 540. *num.* 1. & *seq. in fin. par.* 19. *tom.* 2. *recent.*
aliàs sine Beneplacito præsumitur voluisse partes eam
inire personaliter, nec ligare successores, *dec.* 1028. *nu.*
2. coram Emerix Jun.

Quid tamen erit dicendum de compromisso? Idem
procedere docent Doctores, cùm fraternizet cum tran-
sactione, nam ex eo potest deveniri ad alienationem
rei in compromisso deductæ, imo est species aliena-
tionis, Barbosa *de Jur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 17. Re-
doan. & *alii cit.* à Gales. *fol.* 167. Grat. *discept.* 674.
num. 15. Seraph. *decis.* 36. nisi tamen agatur de com-
promisso necessario, nam necessitas actus facit ces-
sare prohibitionem, Card. de Luca *cit. disc.* 1. *de alien.*
probib. num. 43. & *disc.* 21. *num.* 7. Cavaler. *dec.* 327.
num. 4. Cels. *dec.* 200. *num.* 8. prout in feudo, ubi de- 17
mandatur Compromissum, quod etiam aliquando ex
Statuto injungitur. Si tamen Statutum sit ab aucto-
ritate legitima conditum, tunc debet fieri unum; vel
plura, donec sequatur laudum, ad differentiam Com-
promissi voluntarii, quod expirat, latè Rota in Ra-
vennaten. Compromissi 22. Junii 1692. coram D. Ca-
prara. Sic quoque est prohibita laudi acceptatio, Blanch. 18
de compromiss. par. 1. *quæst.* 2. Bellet. *disq. Clerical. par.*
1. *de Clerico Debit.* §. 6. *num.* 2. Card. de Luca *cit. disc.*
21. *num.* 3. Grat. *discept. cit. num.* 16. Eadem ratione
est prohibita cessio litis, juris, actionis acquisitæ com-
petentis Ecclesiæ, Pytingh. *in Jus Canonic. lib.* 3. *tit.* 13.
sect. 1. §. 1. *num.* 5. Gratian. *discept.* 674. *num.* 10. Verall.
decis. 106. *part.* 1. Id tamen limitatur, si omnia bona
litis acquirantur, & detur aliquod in pecunia, vel
constituatur debitum super iisdem Bonis, dummodò
possessio eorumdem remaneat penes Ecclesiam, Ricc.
part. 1. *resol.* 43. Adden. ad Buratt. *dec.* 690. *litt. B.* Et
laudum executioni demandatum habet vim transactio-
nis, *decis.* 167. *nu.* 5. coram Emerix sen. Tandem hic
potest quæri, an requiratur Beneplacitum in rescis-
sione transactionis, & concordiæ? Et dicendum af- 19
firmativè, Rota *decis.* 42. *numer.* 14. & *seq. part.* 8. &
dec. 235. *n.* 7. & *seq. par.* 17. *recent.*

Verùm distinguendum est: Aut Ecclesia obtinuit
Beneplacitum super transactione, & nequit illam res- 20
cindere sine novo Beneplacito, quia sicuti pro evitan-

dalæ-

da læsione, Beneplaciti solemnitas est requisita, ita existente possibili læsione tam in transactione ineunda, quàm rescindenda, eadem solemnitas debet intervenire, & in casu, quo Beneplacitum non adsit expressè, sed tacitum ex observantia diuturna, idem est dicendum, quia est eadem dispositio præsumpti, & expressi, ut in his terminis Rota *decis.* 1169. *nu.* 8. coram Emerix Jun. & *num.* 10. bene firmat requiri causam pro rescissione ultra Beneplacitum, nempe præjudicium in transactione.

Si verò non fuerit obtentum Beneplacitum in contractu, tunc aut Ecclesia nihil restituit, & sicuti potest pœnitere, ita potest habere contractum nullum: Vel aliquid recepit ex concordia gesta sine Beneplacito, & non potest rescindere, & restituere bona sine solemnitate Beneplaciti, quia non minùs posset lædi Ecclesia in hoc, quàm in principali contractu, ut benè explicat Rota *cit. decis.* 42. *num.* 15. & *seq. part.* 8. *rec.* ubi in terminis, quod etsi teneatur Ecclesia declarare, an velit stare contractui gesto sine Beneplacito, istudque obtineri, ut diximus in Commentario ad primam Constitutionem D. Leonis, & alibi dicam, ne contrahens stet semper in suspenso ob claudicationem, quam favore Ecclesiæ Jura induxerunt, tamen id agere nequit Ecclesia sine Beneplacito, restituendo rem acceptam, & in his terminis procedit etiam *dec.* 235. *part.* 17. *recent.* & *cit. decis.* 1169. *numer.* 7. coram Emerix Jun.

Si tandem Ecclesia in rescissione nihil amittat,
21 tunc non requiritur Beneplacitum, aliàs dicendum esset requiri in quocumque casu, quo Ecclesia nolit stare contractui gesto sine Beneplacito, & tamen, ut dicam alio loco, Ecclesia habet in facultate standi, vel annullandi hujusmodi contractus, ut Rota *decis.* 136. *num.* 8. coram eodem Emerix Jun. Ego tamen haberem difficultatem, si transactio contineret certam, & evidentissimam utilitatem Ecclesiæ, quia tunc cùm Laicus transigens nequeat eam impugnare, & sic sit jus quæsitum ipsi Ecclesiæ cogendi eum ad observantiam, videtur non posse dici remittere Jus quærendum, quia ex parte sua Laicus est obligatus Ecclesiæ dare, quod promisit, & idem esset, ac si Ecclesia recepisset, & *dec.* 136. *cit.* erat casus, quod non aderat utilitas Ecclesiæ in transactione, quam ipsa Ecclesia impugnavit, ut *num.* 5. & 8. bene se explicat, juncto initio decisionis; tunc enim non potuerat Laicus opponere Ecclesiæ impugnanti actum, defectum Beneplaciti in ipsa impugnatione sibi permissa, donec sequatur Beneplacitum, sed in casu quo Ecclesia utilem contractum impugnare vult, dimittendo obligationem jam natam contra Laicum ex transactione valida quoad ipsum, tunc elicitur damnum Ecclesiæ, pro quo vitando solemnitas Beneplaciti semper requiritur, Federic. *de Sen. cons.* 100. *aliàs* 96. Redoan. *de reb. Ecclesiæ non alien. quæst.* 46. *num.* 7. *versic.* & *sine dictis solemnitatibus*, & ita videtur sentire Rota *cit. dec.* 235. *num.* 7. & 13. *par.* 17. *recent.*

CONSTITUTIO SECUNDA

PASCHALIS II.

incipiens (*Quanto.*)

EPITOME BULLÆ.

PASCHALIS PRIORI BASILICÆ Salvatoris ejusque Fratribus Regularem Vitam Professis.

COncedit iste Pontifex Canonicis Regularibus, qui erant in Ecclesia Divi Joannis in Laterano, Parochiam, describitque confinia istius, illamque eximit à quocumque onere, præter hæreditaria, ac prohibet, ne in confinibus dictæ Parochiæ Ecclesias ædificare, aut altare, vel aliquam Religionem erigere quis valeat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Materia de qua in præsenti Constitutione tractatur.*

2 *Vita Communis, quæ in primitiva Ecclesia instituta fuit penes omnes Fideles, continuavit deinde apud solos Clericos.*

3 *Canonicorum nomen unde derivatum sit?*

4 *Clerus Ecclesiæ Cathedralis ducebat unà cum Episcopo vitam communem in Claustris propè Ecclesiam.*

5 *D. Augustinus dictam vitam communem Clericorum jam collapsam, iterum restauravit.*

6 *Canonici Regulares prius ab Apostolis instituti fuerunt; sed deinde à D. Augustino sub certa Regula renovati fuerunt.*

7 *De origine, restauratione, & præeminentiis dicti Ordinis, remissivè.*

8 *Canonicorum Regularium variæ sunt Congregationes, quarum aliæ qualitatem sæcularem, aliæ Regularem habent.*

9 *Recensentur sigillatim omnes Congregationes Canonicorum Regularium.*

10 *Alii Ordines Regulares tam Clericorum quàm Fratrum, qui sub Regula D. Augustini vivunt, remissivè.*

11 *Inter Canonicos, & Eremitas D. Augustini, maxima fuit concertatio circa eorum institutionis prioritatem.*

12 *Convenienter dici potest, utramque Regulam fuisse simul eodem tempore institutam à D. Augustino.*

13 *Tres Regulæ fuerunt à D. Augustino institutæ, & recensentur.*

14 *Tertia ex dictis Regulis fuit ab Ecclesia Catholica approbata, & comprehendit ea omnia, quæ in duabus anterioribus ordinata fuerant.*

15 *Dicta tertia Regula fuit communis Canonicis, Fratribus Eremitis, & Monialibus D. Augustini.*

Tam Canonicorum istorum Congregationes, quàm Eremitæ optimè meriti de Ecclesia Catholica, ibid.

Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Renatus Imperiale Protector Eremitarum D. Augustini laudatur pro vita communi in istis inducta.

16 *Ordo Canonicorum Regularium antiquissimus, restauratus primò fuit ab Urbano I.*

17 *Vita communis inter Clericos statuta fuit à dicto Pontifice anno 230.*

18 *Idem Ordo magis deinde sub forma Regulæ restitutus fuit à D. Augustino.*

19 *Contentiones, & pugnæ in Ecclesia sunt semper vitandæ, quia sunt semper damnosæ, & bono spirituali adversantes.*

20 *Canonici Regulares Lateranenses non appellantur tales, quia instituti fuerint in Basilica D. Joannis Laterani, sed quia deinde ibi positi fuerunt.*

21 *Congregatio Canonicorum Regularium S. Rufi per errorem attributa S. Rufo, D. Pauli discipulo, cùm tamen ab alio S. Rufo proveniat.*

22 *Canonici Regulares in quibusdam Ecclesiis, etiam post restaurationem à D. Augustino factam, remanserunt sub quibusdam legibus non importantibus strictam Regularitatem.*

23 *Ecclesia D. Joannis Laterani constructa fuit*

ope-

opera, & liberalitate Constantini Imperatoris.

24 *Pontifices in dicta Ecclesia sua munera Pontificalia exercebant, ibique etiam Clerus Romanus Divina Officia persolvebat.*

25 *Clerici Regulares D. Augustini fuerunt deinde positi in dicta Ecclesia, & quare? & quo anno?*

26 *An in dicta Ecclesia extiterint prius Monachi Benedictini?*

27 *Monachi Benedictini in dicta Ecclesia curam psallendi habebant; Canonici verò Regulares administrabant eodem tempore reliqua divina ministeria.*

28 *Monachi praedicti deinde abjerunt, & Ecclesia praedicta remansit sub sola cura Canonicorum Regularium.*

29 *Congregatio Canonicorum Regularium reformata fuit primò ab Alexandro II. & deinde ab Anastasio IV.*

30 *Canonici praedicti Regulares remoti fuerunt ab Ecclesia Lateranensi per Bonifacium VIII. qui illuc Canonicos saeculares introduxit.*

31 *Unio omnium Canonicorum Regularium ordinata fuit à Martino V. in unam Congregationem dictam* Frigionariam, *sive* Frigidoonariam.

32 *Canonici Regulares Frigidonarii iterum restituti ad Basilicam Lateranensem per Eugenium IV. ejectis Canonicis saecularibus.*

33 *Congregatio praedicta Frigidonaria appellata deinde fuit Congregatio Lateranensis.*

34 *Canonici Regulares iterum remoti à dicta Basilica tempore Nicolai V. & restituti Canonici Saeculares tempore Callixti III.*

35 *Sed iterum deinde Paulus II. eosdem Canonicos Regulares unà cum saecularibus in eadem Basilica admisit.*

36 *Scandala, & dissentiones plurimae, quae inter dictos Canonicos diversae speciei quotidie oriebantur.*

37 *Canonici Regulares tandem ejecti fuerunt, eisque assignata fuit per Sixtum IV. Ecclesia S. Mariae de Pace, & deinde etiam Ecclesia S. Agnetis.*

38 *Canonici Saeculares deinde pacificè, & maximo cultu praedictam Basilicam tenuerunt.*

Relaxatio vitae communis fuit noxia moribus Ecclesiasticorum, ibid.

Canonici D. Joannis in Laterano laudantur, ibid.

39 *Congregatio Canonicorum Regularium apprimè illustris, & plurimorum Summorum Pontificum Parens.*

40 *Inscriptio, quae inter reliqua monumenta antiqui Monasterii dictorum Canonicorum adhuc reperitur.*

41 *Cura Animarum pertinens ad Parochiam hujus Basilicae exercebatur prius per Presbyterum ab ipsis Canonicis deputatum, & ad eorumdem nutum amovibilem.*

42 *Cura praedicta exercetur nunc per Vicarium perpetuum, & à quo praesentetur, à quo instituatur, & quae emolumenta habeat?*

43 *Parochialia emolumenta etiam incerta, quae causa funerum obveniunt, debentur ipsi Vicario, exclusis omninò Capitulo, & Canonicis.*

Refertur super hoc, decretum Congregationis S. Visitationis Apostolicae.

44 *Idem firmatum est à Rota generaliter, quoad reliquas Vicarias Urbis.*

45 *Vicarii Basilicarum praecedunt quoscumque alios Parochos, & Rectores Urbis.*

46 *Sed Vicarius Basilicae Lateranensis praecedentiam habet super caeteris Vicariis.*

47 *Confinia quibus latus ambitus dictae Parochiae restringitur, recensentur.*

48 *Coadjutores duo dati fuerunt dicto Vicario, pro administratione curae animarum.*

49 *Refertur Breve S. M. Innocentii XII. decernens dictos Coadjutores, cum conditionibus, de quibus ibid.*

50 *Fuit executioni demandatum, non obstante contradictione Canonicorum, & Capituli.*

OPportuna se offert occasio in hoc Commentario
nonnulla agendi de his Canonicis Regularibus, 1
nec non de eorum permanentia in Ecclesia D. Joan-
nis in Laterano, & quo modo ab ea discesserint, prae-
terea verò de statu antiquo & praesenti praefatae Pa-
rochiae, ubi incidenter etiam aliqua tangam concer-
nentia dictam Basilicam S. Joannis, & demum de di-
ctis privilegiis disseram.
In primitiva Ecclesia, fidelium unus erat animus, 2
itaut omnes ad Apostolorum pedes, suas substantias
ponerent, ut distribuerentur, prout eis videbatur, ut
dicemus infra alio loco. Quod vitae communis genus,
frigescente laicorum fervore, in Clericis continuavit,
ex quo nomen Canonicorum effluxit promiscuè à Cle- 3
ricis usurpatum; Canonici etenim dicuntur Clerici
in fraternitate, prout certè erant omnes Clerici in pri-
mitiva illa Ecclesia: reservatus tamen fuit talis viven-
di usus apud Clerum Ecclesiarum Cathedralium unà
cum Episcopo vitam ducentem communem in Clau- 4
stris propè Ecclesiam constructis. Collabescente ta-
men hoc rigore ferè apud omnes, D. Augustinus in 5
Civitate Hipponae iterùm eos ad communem Vitam
revocavit, assignatis Regulis. Unde fertur apud Hi-
storicos Sacros hic Ordo jam inde ab Apostolis ortum
agnoscere, quia institutio eorum fuit subinde restau-
rata primò ab Augustino anno 397. Sic Vincentius *in*
speculo doctrinali lib. 19. *cap.* 16. ibi: *Ordo Canoni-*
corum Regularium primò ab Apostolis, posteà à B. Au- 6
gustino regulariter fuit institutus. Et in speculo Histo-
riali lib. 16. inquit: *Factus Sacerdos*, scilicet Au-
gustinus, *Monasterium Clericorum instituit, & coepit*
vivere secundum Regulam sub S. S. Apostolis institu-
tam. Et Raphael Volaterranus *lib.* 21. *Commentario-*
rum ver. Augustinus, ibi: *Ordo Canonicorum tam ab*
eo institutus, quàm revocatus, ab Apostolis enim in
monte Sion, exordium sumpsit. Et Sixtus IV. *in Const.*
10. *in exordio*, ibi: *Ordo iste in nascentis Ecclesiae San-*
cta institutione. De origine autem talis Ordinis, ejus- 7
que restauratione, ac praeeminentiis, latè habetur in
allegationibus relatis à Tamburino *de jur. Abb. tom.* 1.
disp. 25. ac Barb. *de jur. Eccl. tom.* 1. *cap.* 41. *num.* 10.
Valenz. *cons.* 10. *num.* 46. Joanne Trullo, ubi de Ca-
nonicorum Regularium Ordine, antiquitate, nomi-
ne, instituto, approbatione, & Viris illustribus, Fagn.
in cap. quod Dei timorem num. 8. *de statu Monachorum*
Pignatell. *to.* 8. *consult.* 43. *n.* 53. quos consule prae aliis.
Iste autem Ordo Canonicorum Regularium in plu- 8
res Classes fuit distributus, & variae deinde Congrega-
tiones fuerunt successivis temporibus institutae, quae
sub eadem regula D. Augustini vivunt, quarum aliae
qualitatem Cleri saecularis verè conservant, aliae potiùs
regularem redolent, ex forma votorum, ac modo vi-
vendi in Claustris, & sub omnimoda disciplina regula-
ri magis, & minùs, secundùm diversitatem Congre-
gationum, isti enim sunt juxta ordinem relatum à Bar-
bosa *cit. loco*, Canonici Regulares Lateranenses, Ca-
nonici Regulares S. Rufi, Canonici Regulares S. Aro- 9
asiae, S. Victoris, Praemonstratenses, Mantuanorum,
S. Sepulchri, S. Crucis Conimbricensis, Canonici Re-
gulares Gronoduel, dictus Ordo Vallis Viridis, Cano-
nici Regulares Vvindesementium, Canonici Regulares
Frigionarii, Canonici Regulares S. Salvatoris, Cano-
nici Regulares S. Georgii in Alga, Canonici Regula-
res S. Petri de monte Corbulo. Sunt etiam Canoni-
ci Regulares S. Spiritus Venetiarum, de quibus fit
mentio *in Const.* 17. *Cùm sit compertum* Alexandri VII. 10
Multiplices quoque fuerunt Ordines Regulares, tam
Clericorum, quàm Fratrum, ex eadem Regula D. Au-
gustini promanati, de quibus latè apud *cit.* Barbos. qui
accuratè originem, denominationem, authoresque de
iis agentes recenset.

Oc-

Occasione igitur agendi de hujusmodi Regula Di-
11 vi Augustini Canonicis Regularibus data, videtur
referenda contentio illa maxima, quæ diu agitata
fuit inter Eremitas Divi Augustini, ac Canonicos
de antiquitate eorum Instituti, Authoribus præcipuè
propriæ familiæ hinc inde certantibus, itaut etiam
in jurgia non religiosè devenerint; Authores videri
possent apud cit. Barbosam. Tamen videntur iidem
Eremitani convenire, ut D. Augustinus eodem tem-
12 pore utrisque Regulam exhibuerit. Cùm utrumque
genus, activum in exhibendis ministeriis Ecclesiasti-
cis, & contemplativum in antris, ac speluncis in
ejus intentione fuerit, ut refert Amb. Coriolanus
*in Commentariis Regulæ, ac in defensorio Eremit. re-
lat.* à cit. Trullo *cap.* 33. ibi: *Ad quam certè digni-
tatem assumptus* (scilicet Episcopatus) *Augustinus Cle-
ricorum Regularium, quos vocabulo Græco Canonicos
appellamus, Monasterium instituit, & duos priores vi-
vendi modos in unam redegit regulam, quam &
Fratribus & Canonicis esse communem voluit.* Ex
quibus verbis quæri posset, an multiplices numeren-
13 tur regulæ à D. Augustino editæ? Et quidem certè
tres esse constat.

Prima respiciens vitam tantùm contemplativam,
ac solitariam, decretam ex communi Fratrum in Mon-
te Pisano consilio, anno ejus ætatis trigesimo pri-
mo, anno Domini 408. quæ incipit, *Communi de-
finitione decrevimus.* Secunda incipit, *Ante omnia,
Fratres charissimi,* in centum Cellis anno ejus æta-
tis trigesimo secundo, anno Domini 410. juxta ali-
quos; vel in Asia secundùm alios in Monte Pisa-
no, seu alio loco, edita. Tertia demùm, quam Ec-
clesia Catholica approbavit, totque Religionum In-
14 stitutores sequuti fuere, est, quam fecit jam Presby-
ter, & postquam Episcopus fuit, juxta sensum alio-
rum, Hipponensis creatus. Hæc enim tertia regula
Speculum à Sancto Patriarcha fuit nuncupata, ut
potè quia in ea omnia in antecedentibus Regulis tam
bene delineatis, clarè perlegerentur. Ex quibus pa-
tet tertiam hanc Regulam fuisse communem Canoni-
15 cis, Monialibus, & Fratribus, quorum varietate
Sancta Mater Ecclesia illustraretur, prout eventus
demonstravit, hinc à receptione dictæ tertiæ Regu-
læ certamen est inter authores, itaut plura emerse-
rint dissidia in Ordine Augustiniano, de quibus apud
cit. Trull. *cap.* 32. *num.* 5. Quidquid sit verè de hoc,
id quidem est certum, quod Ecclesia ab Augusti-
niana quacumque familia maximum decus reporta-
vit, ac in præsenti obtinet, dum tam Canonici Re-
gulares in Congregationes redacti, quàm Fratres
Eremitæ semper ubique insignium virorum, sancti-
tate, & doctrina uberes fructus peperere, eoque ma-
ximè hoc tempore præfulgent, ob vitam commu-
nem reassumptam Apostolicis Constitutionibus nu-
per indictam, etsi difficilem priùs cognitam, tamen
in praxi suavem redditam, prudentia & directione
Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardina-
lis Josephi Renati Imperialis hujus Religionis Pro-
tectoris, qui in rebus, tùm Ecclesiasticis, tùm tem-
poralibus agendis virtutem parem Natalibus eximiam,
cum morum placiditate conjunctam præseferens,
tantum opus in dictorum Regularium Cœtu aggres-
sus, fœliciter ad finem perduxit.

Origo igitur Canonicorum Regularium, hoc est
16 Clericorum, cum nova Ecclesia concurrit, restaura-
tio autem etiam ante Augustini tempora aliquo mo-
do fuit, ut ab Urbano I. anno Christi 230. qui vi-
tam communem inter Clericos statuit. Verùm re-
17 stauratio in forma Regulæ ab Augustino fuit peracta
primò in Ecclesia Hipponensi, deinde per Orbem
dilatata, & recepta per varios probos Viros variis
18 nominibus nuncupata. Contentiones autem excita-
tas prætermittendas duxi, quarum nullus est finis;
nullaque utilitas, sæpè enim spirituali profectui, ac
ædificationi adversantur. Unde cum D. Paulo 1.
19 Timot. 1. dicam, *Neque intenderent fabulis, & ge-
nealogiis interminatis, quæ, quæstiones magis præstant,
quàm ædificationem Dei.* Et ad Titum 3. *Stultas au-
tem quæstiones, & genealogias, & contentiones, &
pugnas legis devita, sunt enim inutiles, & vanæ.*
Sicque, an D. Augustinus cucullatus semper incesse-
rit more Eremitarum, vel usus fuerit habitu Clericali
quid refert? Morum perfectio, & vitæ ejus sancti-
monia erit æmulanda, non habitus.

Prima autem Congregatio Canonicorum Regula-
rium fuit dicta Lateranensis, non quia Laterani in Ba- 20
silica D. Joannis ortum habuerint hujusmodi Canoni-
ci; sed cùm Canonici Regulares sub Regula D. Au-
gustini jam in Ecclesia Dei pluribus in partibus vige-
rent, itaut plures Episcopi propriam Canoniam hu-
jusmodi vitæ genere exornaverint, idem Institutum
Canonici Ecclesiæ Romanæ Orbis & Urbis Capi-
tis ad fidelium ædificationem congruum fuit ut
imitarentur. Hinc id quod dicitur de Congregatio-
ne Canonicorum Regularium S. Rufi, quæ à Ru- 21
fo D. Pauli Apostoli Discipulo fertur ortum duxisse,
non videtur verum, ducto æquivoco, tum ex igno-
rantia anni ejus collectionis, tum ex loco ejus præ-
cipui domicilii sub dicto D. Rufo in Urbe Valenti-
na in Gallia, cujus etiam nobilis Prioratus est Lug-
duni, ut advertit Claudius Robertus *in sua Gallia
Christiana tit. de Abbatis litt. R, ver. S. Rufus,* de
quibus Canonicis loquitur Tamburin. *tit.* 2. *disp.* 24.
qu. 4. *num.* 5. & alii relati à Barb. *cit. cap.* 41. *num.*
105. *de jur. Eccl. tom.* 1. Certum enim est priùs an-
te Augustini restaurationem horum Canonicorum,
sub ejus Regula, adfuisse Canonicos Regulares in
pluribus Ecclesiis Cathedralibus, imò etiam reman- 22
sisse post dictum Institutum Augustini sub certis qui-
busdam legibus, ac Regulis, non autem importan-
tibus illam strictam, & Claustralem regularitatem à
dicto Sancto Institutore indictam, prout sunt Cano-
nici S. Mariæ de Pilar Cæsaraugustanæ Civitatis po-
stea immutati in alium statum moderno tempore,
& adsunt exempla in aliis Cathedralibus ultra Mon-
tes, ubi tales Canonici verè, & omninò sunt sæcu-
lares cum certis regulis viventes, ut innuit Cardin. de
Luca *de præmin. disc.* 24. *n.* 3. & 4.

Cùm igitur Ecclesia D. Joannis Laterani, Sedes qui- 23
dem Patriarchalis Romani Pontificis, & Episcopalis
Urbis Antistitis toto Orbe terrarum venerabilis, ope-
ra Magni Constantini Ecclesiæ Catholicæ Benefacto-
ris extructa fuisset, ædificatis Ædibus contiguis pro
Papa Melchiade in ipso Laterano, Cæsaris liberali-
tate, prout scribit Optatus Milevitanus contra Par-
menianum *lib.* 1. & Baron. *in annal. tom.* 3. *pag.* 91.
& 249. continuò Summi Pontifices è latebris educti
in diris antea persequutionibus pro Ecclesiis habitis,
in illis divina Officia persolvebant; quibus in altari 24
ministraturis accedebat Clerus Romanus, singuli sci-
licet Ecclesiastici in suo proprio munere, & ordine,
itaut Presbyteri, & Diaconi pro Sacra Synaxi, Cle-
rici inferioris Ordinis pro psalmodia, unà cum devo-
to populo accurrente, & hymnos canente, ac psal-
mos, pro ingenti tunc Christianorum charitate Uni-
versalem Pastorem piè venerabantur, istoque passim
divino verbo eos nutriente. Frigescente postea Popu-
li fervore, ac occupatis reliquis de Clero in propriis
titulis, ac Ecclesiis Urbis, ne Ecclesiæ matricis cul-
tus diminueretur, fuit institutus proprius Clerus di- 25
ctæ Basilicæ, ut in spiritu proficeret, ac munera Ec-
clesiastica, ut par erat, in sancto illo loco persolve-
ret sub Regula Divi Augustini, idque evenit tempore
Divi Leonis Magni post annum 440. prout refert Cæ-
sar Franciotti Clericus Regularis Lucen. *in Historia
Sacra Lucensi edita anno* 1613. Sed magis communi-
ter tempore Gelasii I. circa annum 495. ut scripsit Onu-
phrius Panvinus *in annot.* ad Platinam ex Archivio La-
teranensi, cui erit credendum, cùm ipse fuerit Cano-
nicus dictæ Ecclesiæ, Pignatell. *tom.* 8. *consult.* 43. *nu-
mer.* 57.

Dubitatur tamen à plerisque hic, an priùs extiterint
in dicta Ecclesia Monachi D. Benedicti? Et extitisse
videntur ex D. Gregorio Dialog. *lib.* 2. *in princ.* & 26
Baron.

Baron. tom. 7. annal. pag. 551. & tempore Benedicti
I. qui regnavit anno 475. dixit Cherub. *ad Bullam*
Anastasii IV. *Schol.* 2. *fol.* 6. & Albericus à Rosate
in Rubr. ff. de statu hominum, ibi ; *In Urbe Roma*
sunt quinque Ecclesiæ, quæ Patriarchales vocantur,
ut Ecclesia B. Joannis Lateranensis, quæ consuevit ha-
bere Priorem &c. erant Religiosi, & facti sunt Cano-
nici Ordinis S. Augustini, ut recensetur apud Tamb.
in allegat. contra Canonicos prædictos loc. cit. nu. 243.
Sic dictus Cherub. *loc. cit. in fine* dixit, priùs fuisse
in eo Regulares Monachos, deinde Sæculares Cle-
ricos, postremò Canonicos Regulares. Tamen con-
trarium tuetur Rasponus in suo Patriarchio Latera-
nensi *cap.* 1. *lib.* 2. quod nempè priùs fuerint sæcu-
lares, & quod Monachi fuerint instituti in Cœnobio
particulari à dicto Gelasio I. ex Ordine B. Benedicti
27 eodem tempore, quò fuit Clerus assignatus dictæ
Ecclesiæ Lateranæ pro servitio ejusdem sub Regula
D. Augustini, ac cùm ea tempestate cantus in Divi-
nis Officiis magis elucesceret inter Monachos illos,
psalmodia die noctuque assignata fuit eisdem, cura
verò ministeriorum Divinorum Canonicis Regulari-
bus. Dicti autem Monachi deinde cessavere, sed non
constat quo tempore id evenerit, cùm Scriptores so-
lùm de Canonicis mentionem faciant auctis nume-
ro, ut possent etiam psalmodiæ vacare; de hoc verò
nihil certi dico, hocque solùm firmo longè ante tem-
pus hujus Bullæ Paschalis Secundi Canonicos illos ha-
buisse dictam Ecclesiam, ut liquet ex citatis authori-
bus, cùm præsertim eadem Bulla jam supponat existen-
tiam dictorum Canonicorum, eisdem confirmando
Parochiam certis finibus designatam, cum variis Pri-
28 vilegiis, & postea tempore Alexandri II. qui regnavit
anno 1072. dicti Canonici erant in dicta Ecclesia,
ut ex Bulla Innocentii IV. *in lib. Privil. dictæ Con-*
gregationis, ait Cherubinus ad Bullam Sixti IV. *la*
10. *fol.* 72. *tom.* 1. *Schol.* 1. Idemque Alexander II.
ejusdem Instituti professor pristinam vitam reformare
curavit in dictis Canonicis, ut ex dictis constat,
& refert Cæsar Rasponus Canonicus dictæ Basilicæ
cit. loc. §. *floruitque*. Qui Alexander fuit Episcopus
29 Lucensis, in qua Civitate maximè floruerat hic Ordo
Canonicorum, restauratus, seu reformatus à S. Fri-
diano Episcopo Lucensi circa annum 588. ut refert ci-
tat. Barbosa *de jur. Eccles. cap.* 41. *numer.* 101. Et sic
inter eos fuisse creditur dictus Alexander, qui eam-
dem reformationem in Canonicis Lateranensibus intro-
duxit, de iisdemque ut dixi fit mentio anno 1106. in
hac Constitutione. Anastasius verò IV. anno 1154.
etiam Canonicus Regularis Romanus mentionem
agens de dicta reformatione Alexandri II. sui Præde-
cessoris plures leges illis dedit pro eorum conservatio-
ne quo ad electionem Prioris, modum vivendi, Ca-
pitula congregandi, & privilegiorum elargitionem, de
qua Bulla infra, quæ *incip. Potestatem ligandi la prima*.
Fuerunt postea ejecti dicti Canonici Regulares à
30 Bonifacio VIII. qui sedit anno Domini 1294. pro-
pter disciplinam jam relaxatam, Canonicos sæculares
ibi collocans à Civibus Romanis stipendiis eis specia-
libus assignatis. Interim Benedictus XII. *Constit. in-*
cipit Ad decorem la 6. *anno* 1339. eorum Institutum
restauravit sexaginta quatuor Regulis, postea aliqua-
tenus abrogatis; & Martinus V. *anno* 1421. Consti-
tutionem *in ordine la* 7. promulgavit pro unione om-
nium Canonicorum Regularium D. Augustini ubique
31 professorum in unam Congregationem *Frigionariam*
dictam, postea *Lateranensem*, cùm eadem sit, ac
promiscuè usurpetur. Cùm etenim in unoquoque
Conventu Regularitas observaretur, fuerunt omnia
Monasteria in hanc Congregationem unita cum inno-
vatione Constitutionum, & communicatione, seu
extensione privilegiorum; ex quo prima Congrega-
tio hujusmodi Canonicorum legitimè à Papa fuit ere-
cta, ut infrà in dicta Bulla, ubi etiam dicam ad dif-
ferentiam Canonicorum Regularium Sanctissimi Sal-
vatoris, & aliorum. De quibus Canonicis Frigido-
nariis sic vocatis, rejiciendo nomenclaturam Fri-
gionarii à Barbosa datam, loquitur Gonzal. *capit.*
cum Causam de elect. numer. 1. Cives igitur Romani
possidentes Canonicatus in hac Basilica ægrè tulerunt
hanc unionem post *annos* 151. nempè *anno* 1447. 32
tempore Eugenii Quarti, qui Monachus fuerat, &
propensior Regularibus, qui ejici sæculares, & sub-
stitui iterùm Canonicos Regulares curavit accersitos
à Congregatione Frigionaria dicta noviter reforma-
ta in Civitate Lucæ *anno* 1406. tempore Gregorii
XII. per duos Viros probos, & unita ut supra à Mar- 33
tino V. & inde Lateranensis appellata ab eodem, ex
Ecclesia Lateranensi Capite, de qua Pconot. *in histor.*
tripart. lib. 3. *capit.* 8. *per tot.* Azor. *Instit. Moral.*
part. 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *quæst.* 3. Tambur. *cit. tom.* 2.
disp. 24. *de Jur. Abbat. quæst.* 4. *num.* 27. Fr. Emanuel.
Rodriq. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 3. quæ rein-
tegratio Canonicorum Regularium enunciatur *in dict.*
Const. Sixti IV. §. 2. & extat Bulla non relata in Bul-
lario, utpotè inserta *in dicta Sixtina*, *& in dict. lib.*
privil. fol. 315. apud cit. Cherubin. *Schol.* 2. quam con-
firmavit Nicolaus V. in Bulla in eadem relata §. 4. Post
obitum verò Nicolai, orto tumultu, Cives Nobiles
Romani cupientes substentari Præbendis Canonica-
tuum, iterum ejecerunt Canonicos Regulares, ite-
rumque introducti fuere sæculares tempore Callixti 34
Tertii successoris, qui sedit *anno* 1455. ratamque ha-
buit expulsionem, ac providit Canonicatus rogatu Po-
puli Romani decem, & octo, inter quos quinque in
præcipuis Baronibus Romanis. Cùm etenim dictus
Pontifex esset Hispanus, studebat amorem nobilium,
& Populi his beneficiis lucrari. Bulla non invenitur,
sed refertur *in eadem Sixtina* §. 5. ut notat noster Che-
rubinus Sen. in margine Bullæ prædictæ. Deinde ve- 35
rò Paulus Secundus Venetus iterum cupiens Cano-
nicos Regulares admittere, inhærens voluntati erga
istos Eugenii IV. sui avunculi, sed timens sæcularium
conatus ex Populi, ac Senatus Juribus fortes, in-
cœpit simul Regulares, & sæculares in dicta Ecclesia
habere ad divinum Cultum separatim peragendum,
itaut obeunte sæculari, alius non subrogaretur, &
sic sensim sæcularitas tolleretur, resignationes non ac-
ceptans, alios ad resignandum liberè beneficia sua-
dens, aliquando etiam acriter agens cum aliis. Hoc
provocavit Civium Romanorum iram, ut plura scan-
dala in eadem Ecclesia visa fuerint inter illos Canoni- 36
cos diversæ speciei, ut tandem vi Lateranum om-
ninò cedere sæcularibus Regulares adstricti fuerint, 37
donec Sixtus IV. finem huic tam diræ controversiæ
imposuit, assignando Regularibus ejectis Ecclesiam,
& Monasterium ab ipso non levi magnificentia ex-
tructum in medio Urbis sub invocatione S. Mariæ de
Pace, unà cum omnibus Privilegiis, ac futura, etiam
denominatione Canonicorum Regularium verè Late-
ranensium, qui postea etiam habuerunt Ecclesiam D. 38
Agnetis; Ecclesiam verò D. Joannis sæcularibus Ca-
nonicis reliquit, ut in Constitutione, de qua infrà
anno 1476. *la* 10. Sixti IV. à quo tempore sine alia
perturbatione continuarunt Canonici sæculares maxi-
mo cultu, & incomparabili pietate in hoc insigni Ca-
pitulo omnibus nota, quo loco, notabile videtur quod
scripsit cit. Card. Raspon. *eod. loco cit.* §. *ult.* continu-
asse per aliquod tempus Canonicos sæculares recitare
nocturnas horas in nocte, quamvis enim abolitione
vitæ communis possit dici cum Dionysio Chartusia-
no, quo ad Clericos in genere, quæ & quanta vi-
tia orta sint, atque quotidie oriantur ex relaxatio-
ne illa vitæ communis, Dormitoriisque ejusdem,
experientia potius docuit, quàm lingua possit expli-
cari, refert Van-Espen. *Jur. Eccl. univ. part.* 1. *tit.* 7.
cap. 3. *num.* 1. tamen isti Canonici tam benè in mo-
ribus, ac disciplina Canonicali præfulgent, ut rectè
observent monitum ejusdem Dionysii *tract. de Vita*
Canonicali semper præ oculis habendum; nempè *Cle-*
rici vocantur Canonici, quoniam regularem, & re-
ctam tenentur ducere vitam, vitiorumque obliquitates
vitando, sinceriter gradari, juxta præfixa eis à San-
ctis Patribus instituta.

Ex

Ex deductis igitur elicitur, quàm fuerit illustris
39 hæc Coogregatio Canonicorum Regularium Laterani, præsertim ex tot Pootificibus partis Romanæ Ecclesiæ, qui nempè fuerunt Sergius, & Landus Primi, Stephanus, Eugenius, & Sergius Secundi, Stephanus III. dictus, & IV. Benedictus II. III. & IV. Damasus, & Zaccharias, & ipse, quem dixi, Alexander Secundus, Urbanus, Paschalis, Hooorius, Innocentius, & Lucius Secundi, Alexander, Innocentius, ac Honorius Tertii, Anastasius IV. Cardinales non numerantur, ne tempus teratur. Monumenta Reliquiarum, & Claustri, ac alia usque adhuc reperiuntur ad præfati Mooasterii designationem, ut in reliquiis horti hæc inscriptio videatur:

40 *Canonicam formam sumentes discite normam,*
Quam promisistis, hoc Claustrum quando petistis.
Discite sic esse, tria Vobis adesse necesse,
Nil proprium, morem castum, portando pudorem,
Claustri structura sit vobis docta figura,
Ut sic clarescant anima, moresque nitescant,
Et stabiliantur animo, qui canonicantur,
Ut conjungantur, lapidesque sic polliantur,
Gaudeat . . . Novellis . . .,
Christoque fidelis,
Qui sua demisit operi, vel mundi:

Deveniendo nunc ad materiam Parochiæ in hac Bulla coocessæ Canonicis Regularibus in dicta Eoclesia S. Joannis; sciendum est, fuisse animarum curam administratam ab istis toto eo tempore, quo in eadem Ecclesia moram fecerant; sed post accessum
41 Canonicorum sæcularium, eadem cura ad ipsos pervenit, fuitque exercita, vel per aliquem Canonicum, vel per alium Presbyterum ad nutum amovibilem, dooec San. Mem. Pius V. *in ejus Constit.* 139. *Bullar. tom.*2. statuit quod ista cura esset penes Vicarium per-
42 petuum, prout mandavit in aliis decem Ecclesiis Urbis, in quibus cura erat penes Capitula, constituendo undecim Vicarias perpetuas, itaut in præsenti ad formam dictæ Constitutionis, post obitum Vicarii, seu Curati hujus Ecclesiæ, fit concursus coram Eminentissimo Vicario, in quo præeliguntur tres, & istorum unus præsentatur à Capitulo eidem Eminentissimo, qui Bullam Institutionis concedit, habetque menstrua scuta decem monetæ pro congrua solvenda à massa Capitulari, unà cum omnibus emolumentis Parochialibus. Et cùm orta fuerit disputatio inter Capitulum, & dictum Vicarium *anno* 1639. super exactione
43 dictorum Jurium in S. C. Visitationis, præsertim, quoad funera tam Parochianorum, quàm extraneorum, qui tumulantur in dicta Basilica, fuit resolutum ad favorem dicti Vicarii, excluso Capitulo, quæ declaratio confirmata *anno* 1659. ab Alexandro VII. est tenoris sequentis.

DECRETUM

Ad favorem Vicarii perpetui Sancti Joannis Lateranensis, emanatum à San. Mem. ALEXANDRO VII. de anno 1659.

QUò cura animarum per Viros idoneos, & probatos accuratiùs exerceatur, ac ejusdem onera faciliùs supportentur, Sanctissimus Dominus Noster declarat, & decernit emolumenta quæcumque Parochialia, & incerta tam funerum Parochianorum, quàm exterorum, qui ad Basilicam Lateranensem pro Ecclesiastica sepultura, aut aliàs tumulandi fuerint, spectare ad ipsum Vicarium Curam animarum pro tempore exercentem, juxta Constitutionem Pii Quinti, & decretum Visitationis Urbani Octavi 28. *Septembris* 1630. *&* 31. *Martii* 1639. *exclusis Capitulo, & Canonicis ab omni prorsùs participatione præmissorum &c.*

Ita reperitur in libro Visitationis Apostolicæ Lateranensis existen. in Secretaria Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ. In quorum fidem &c. Romæ hac die 25. *Octobris* 1687.

Loco ✠ Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

Quod decretum refertur à Pignatel. *in allegat. recensita post Decimum Tomum ejus consult. fol.*364. *vers. Verùm, & fol.* 366. ubi per extensum ponitur illud, &
etiam fit mentio à Card. de Luca *disc.*22. *de Parochis* 44
*num.*5. & generaliter quoad istas Vicarias, videtur firmare Rota *in dec.*1179. *&* 1268. coram Coccino in controversia agitata inter Capitulum, & Vicarium Sanctæ Mariæ in Via Lata ad præscriptum dictæ Constitutionis, quidquid sit, si adsit aliqua conventio specialis, de quibus tamen io Commentario ad dictam Constitutionem Pianam agam, sicuti de præcedentia
debita huic Vicario supra cæteros etiam Rectores per- 45
petuos Parochialium Urbis, juxta *Decretum Sacr. Congreg. Rituum die* 13. *Junii* 1693. *Eminentissimo Carpineo Ponente*, ut fundamenta dictæ resolutionis recensendo, dicam in Commentario ad dictam Bullam Pianam, sicuti supra Archipresbyteros Sanctæ Mariæ Ro-
tundæ, & Sancti Celsi, & Juliani, itaut semper in 46
omnibus actibus, Vicarius hujus Sacrosanctæ Basilicæ primum locum teneat supra cæteros Vicarios, & Rectores, prout post eum ille Basilicæ Divi Petri, & deinde ille S. Mariæ Transtyberim, & S. Laurentii in Damaso, servata inter hos duos ultimos alternativa.

Confinia, quæ fuerunt per Summum Pontificem indicata in ista Bulla pro Parochia, de quibus fit mentio per Cardinalem de Luca *disc.* 32. *de Parochis num.*
3. *vers. fortius*, lapsu temporis videntur immutata, imò 47
ampliata, cùm perveniant ad plura milliaria extra Januas Urbis quatuor, nempè

Portam S. Joannis, Portam Latinam, Portam S. Sebastiani, & Portam Majorem; & mittuntur Missionarii ad Casalia ruralia de mandato Eminentissimi Vicarii. Ex hac igitur dilatatione Parochiæ opportunum visum fuit San. Mem. Innocentio XII. solito ejus zelo
providere de aliis ministris Coadjutoribus hujusmodi 48
Vicarium, hinc fueruot suppressæ duæ Capellaniæ, quæ erant in Altari Sanctissimi Sacramenti dictæ Basilicæ, ut primò vacaturæ conferantur duobus Presbyteris pro auxilio Parochi ad Curam animarum, modo, & forma, quibus infra in decreto, & Brevi supra expedito. Imò oppugnante Capitulo exequutionem dictæ gratiæ, fuit bis resolutum ad favorem gratiæ concessæ. Tenor decreti est infrascriptus.

Die 23. *Decembris.*

Facta à Sanctissimo Domino Nostro per me relatione de statu Parochiæ existentis in Ecclesia Lateranensi, & relato etiam decreto Sacræ Visitationis Apostolicæ lato *sub die prima Octobris* 1693. tenoris &c.

Sanctitas sua agnita insufficientia redditruum Recto-
ris, ac Vicarii, Curam animarum in eadem Basilica am- 49
plissima Parochia exercentis, annuit, ut duæ Capellaniæ perpetuæ sine cura, aliàs à fel. rec. Gregorio XIII. anno 1575. *seu &c. Kal. Septembris erecta in Altare Sanctissimi Sacramenti pro duobus Presbyteris perpetuis Capellanis dicti Altaris Custodibus, cum primùm una, vel altera vacare contigerit per obitum, vel liberam dimissionem, & illarum, vel alterius fructus, & redditus, sequuta Vacatione, applicarentur Parocho, seu Vicario ejusdem Lateranensis Ecclesiæ pro duobus Sacerdotibus idoneis ad Curam animarum exercendam à Cardinali Urbis Vicario approbandis, & ad ejusdem nutum amovendis, ad hoc ut unus illorum Altari, & Capellæ Sanctissimi Sacramenti inserviens Parochum, seu Vicarium in administratione Curæ coadjuvet, & nihilominus duas Missas qualibet hebdomada per seipsum, non autem per alium, nisi in casu infirmitatis, in prædicto Altari, Dominicis, & festis diebus de precepto, quo ad fieri potest, celebret; alter verò eumdem Parochum, seu Vi-*

carium

carium pariter in administratione Curæ animarum extra mœnia in loco vulgò dicto la Falcognana, *ibidem Sacramenta administrando Villicis, & Agricolis, aliisque vicinia loca habitantibus, pariter coadjuvet, cum facultate ibidem decenter retinendi pro eorum commodo, & consolatione Sanctissimum Sacramentum, onere eidem injuncto duas Missas qualibet Hebdomada per se ipsum, & non per alium, nisi sit infirmitate detentus, Dominicis scilicet, & quæ per hebdomadam occurrunt festis diebus de præcepto celebrando, qui quidem Coadjutores ab eodem Rectore, seu Vicario proponi possunt, & ab eodem Eminentissimo Urbis Vicario debeant pro administratione Curæ Animarum, prævio examine approbari. Pro quorum Presbyterorum ut suprà coadjuvantium stipendio, omnia & quæcumque emolumenta prius in dictis duabus Capellaniis in præfato motu proprio Gregorii XIII. assignata, ad præsens Vicario Curato Ecclesiæ Lateranen. applicanda, ab eodem integrè, & proportionabiliter assignentur, & super his eadem Sanctitas sua mandavit expediri litteras in forma Brevis. Datum die 23. Decembris 1693.*

J. Caracciolus Secretarius.

Fuit etiam expeditus Motus proprius ejusdem San. Mem. Innocentii XII. prout apparet in Secretaria S. Visitationis Apostolicæ. Necnon in Officio Hieremiæ de Rubeis Notarii Eminentissimi Vicarii, fuit controversia inter Capitulum, & Canonicos, & Vicarium perpetuum. *Die 19. Maii 1695. Sac. Congreg. Vis. Apost.* decrevit *nullum jus competere Capitulo. Et die* 28. *Julii* 1695. decrevit *nihil de moderatione Bullæ, & amplius non proponatur.*

J. Caracciolus.

S E C T I O I.

De Privilegio concesso, ut non possit ædificari Ecclesia, aut Capella in districtu hujus Parochiæ D. Joannis, & de hujusmodi Privilegiorum interpretatione, & an requiratur licentia Episcopi, aut Parochi?

S U M M A R I U M.

1 *Ecclesiarum ædificationis antiquus ritus, & ejus diversa denominatio adducitur.*
2 *Differentia Ecclesiæ ab Oratorio, Sacello, & Capella.*
3 *Statuitur requiri de Jure communi consensum Episcopi Diœcesani pro constructione Ecclesiæ tam sæcularis, quàm Regularis.*
4 *Episcopus habet juris assistentiam super toto territorio suæ Diœcesis, & n. seq. & n. 61.*
5 *Ecclesiæ omnes inferiores dependent ab Ecclesia Cathedrali.*
6 *Authoritas Sæcularis nullatenus potest se intromittere circa constructiones Ecclesiarum.*
7 *Ædificationem Templorum prohibens, committit sacrilegium.*
8 *Consensus Episcopi requiritur in ædificatione Capellarum, ubi sacra celebrantur, secus verò si tantùm pro orando construantur.*
9 *Ecclesia non est ædificanda in præjudicium antiquioris Ecclesiæ vicinæ, præsertim Parochialis.*
10 *Ædificatio Ecclesiæ si ab Episcopo permittatur in præjudicium Parochialis, potest Parochus se opponere, & à licentia concessa appellare.*
11 *Appellari etiam viceversa potest, si Episcopus sine rationabili causa deneget licentiam construendi novam Ecclesiam.*
12 *Ædificare novam Ecclesiam cuilibet est permissum, non concurrente præjudicio alterius Ecclesiæ.*
13 *Appellatio, si agatur de constructione Ecclesiæ Regularium, non potest interponi, nisi ad Papam, vel ad S. C. Episcoporum, & Regularium.*
14 *In aliis casibus interponi potest ad Nuntium, imò etiam ad Metropolitanum.*
15 *Consensus Parochi an sit necessarius in constructione novæ Ecclesiæ, ultra consensum Episcopi?*
16 *Proponitur sententia affirmativa, ex qua sequitur Parochum esse citandum, antequam Episcopus licentiam impartiatur.*
17 *Statuitur nihilominus non esse necessarium dictum Parochi consensum, quoties Ecclesia construenda non est Parochialis, vel Regularis, nec ullum præjudicium infert Parochiali.*
18 *Consensus Parochi pro constructione Ecclesiæ non Parochialis à nullo jure requiritur.*
19 *Explicatur* text. in can. quicumque 16. qu. 1. & in cap. 1. de nov. oper. nunciat.
20 *Episcopus in concessione licentiæ pro constructione novæ Ecclesiæ, tenetur consulere, ne præjudicium inferatur Parocho quoad decimas, aliave jura Parochialia.*
21 *Cessante dicto præjudicio, nullus Parochi consensus est necessarius pro constructione Ecclesiæ non Parochialis.*
22 *Ecclesiæ dilatatio fieri potest etiam sine consensu Episcopi.*
23 *Parochus nullam authoritatem habet circa novæ Ecclesiæ constructionem, sed solùm interesse, ne fiat cum ejus præjudicio.*
24 Text. in cap. ad audientiam il 1. de Eccles. ædific. *explicatur.*
25 *Parochus, si deducat suum præjudicium resultans ex constructione novæ Ecclesiæ, est audiendus.*
26 *Consensus tacitus Episcopi sufficit pro construenda Ecclesia sæculari.*
27 *Talis consensus tacitus non sufficit pro constructione Ecclesiæ regularis, sed requiritur expressus, & de ratione disparitatis.*
28 *Rejicitur sententia affirmans requiri consensum Parochi, de quo supra n. 16. & respondetur ejus argumentis.*
29 *Cardinalis de Luca adductus pro supradicta sententia explicatur.*
30 *Nova Monasteria ædificari nequeunt sine consensu Parochi, & sine aliis solemnitatibus requisitis ex Constitutione Clementis VIII. & aliorum Pontificum.*
31 *Vocatio Parochi in dicto casu aliorumque interesse habentium requiritur de forma, propter decretum irritans, quod habet Constitutio Pontificia.*
32 *Episcopus in concedendo assensu pro construendis Ecclesiis Regularium tenetur vocare interesse habentes, juxta formam traditam à dicta Bulla Clementis.*
Sed pro aliis Ecclesiis non tenetur aliquem vocare cùm possit extrajudicialiter se informare, ibid.
33 *Consensus Parochi propriè loquendo nec etiam requiritur pro constructione Ecclesiarum Regularium; sed solùm debet audiri, ne sibi præjudicetur, & n. seq.*
34 *Parochus nequit opponere, cessante præjudicio suæ Ecclesiæ; hoc verò interveniente, nequit pro suo arbitrio consentire.*
35 *Parochi consensus non requiritur, sed est audiendus, ut ædificatio fiat sine ejus præjudicio.*
36 *Pro erectione Ecclesiæ sæcularis neque citatio, neque consensus Parochi requiritur, sed tantùm potest se opponere, si cognoverit ædificationem esse in sui præjudicium, quod intellige prout infra.*
37 *In fundatione Ecclesiarum regularium debet citari Parochus, & nisi dissentiat, permittitur fundatio, aliàs potest appellare.*
38 *In fundatione Conventuum Regularium requiritur expressus consensus aliorum Religiosorum, & Incolarum.*
39 Ventrigl. citatus *pro Parocho, interpretatur.*
40 *In necessaria constructione Ecclesiæ non inspicitur*

Paro-

Parochi prajudicium, secus in non necessaria.

41 In dismembratione Ecclesia Parochialis, seu erectione nove, consensus Parochi requiritur; qui si renuat, suppletur ab Episcopo.

42 Isti termini, quod Episcopi consensus sit necessarius in erectione Ecclesia sine prajudicio Parochi, & quod de forma requiratur citatio, & consensus Parochi, sunt diversi, & quare?

43 Episcopus habet arbitrium limitatum à jure, ut alteri non prajudicetur; & ideo non tantùm Parochus, sed quivis interesse pratendens potest comparere, & impedire propter ejus prajudicium.

44 In constructione Ecclesia, in qua functiones Parocho prajudiciales fiunt, citari debet Parochus, non pro forma, sed ut legitimus contradictor.

45 Parochus ubi est citandus, potest etiam appellare, & interim nihil debet innovari.

46 Pendente appellatione Parochi, Ecclesia non potest consecrari, si est constructa, cùm deinde amplius non possit demoliri.

47 Imo si construatur, data cautione de demoliendo expresse in decreto debet dici, quod non possit consecrari.

48 Parochi prajudicium consideratur ob deficientiam concursus populi, oblationum, & similium, quod remittitur arbitrio Episcopi, qui debet considerare etiam circumstantias constructionis Ecclesia.

49 Prajudicium ob pulsationem campanarum, quando non impedit divina officia, non est in consideratione.

50 Prajudicium deficientia concursus Populi praponderatur cum majori cultu ex nova Ecclesia construenda.

51 Ex consuetudine nemo tenetur audire Missam in Parochia.

52 Prajudicium deficientia eleemosynarum, Missarum, & sepulturarum, non est considerabile, & quare?

53 Certa regula non potest assignari, sed considerari debet tam prajudicium oppositorum, quàm compensatio emolumenti, & cultus divini, ac Populi utilitatis.

54 Ad Ordinarium spectat cognoscere, an causa opponendi sit rationabilis.

55 In Area Cathedralis Ecclesia non potest construi Oratorium; quod declaratur.

56 Auctoritates adducta in contrarium pro requirendo consensu Parochi in constructione Ecclesie, conciliantur.

57 Prajudicium, quod est in constructione Ecclesia regularis, non consideratur in constructione Ecclesia sacularis pro audienda Missa ad commoditatem populi, vel pro Seminario.

58 In constructione Ecclesia sacularis, in qua peragi debent divina Officia, dum agitur de prajudicio notabili Parochi, debet requiri ejus consensus.

59 Episcopus etiamsi consuevisset licentiam Parochi requirere in constructione Ecclesia, non idcircò prajudicavit sua innata jurisdictioni, & quare?

60 Declaratur dec. 165. part. 16. rec. & aliæ decisiones.

An Parochus possit erigere Capellam in districtu sua Parochia, non obstante privilegio consimili hujus Bulla, & quomodo procedat? ibidem.

An tamen requiratur licentia Episcopi? ibidem.

61 Ad Episcopum solum spectat concedere hujusmodi licentias quoad jurisdictionem.

62 An possit Parochus erigere saltem Oratoria, sine tali licentia?

63 Respondetur contrariis, quod Parochus posset construere quamcumque Ecclesiam, sine licentia Ordinarii.

64 Parochi consensus non solùm requiritur pro interesse, sed etiam necessariò, si adsit speciale privilegium.

Privilegia plura concessa in hac materia Regularibus, ibid.

65 Hujusmodi Privilegia debent benè considerari, quia non habent eamdem formam.

66 Aliquando enim conceduntur, ne possit fieri adificatio in casu scandali, & prajudicii, quo cessante, non requiritur licentia.

67 Differentia quatenus prohibeatur fundatio Ecclesia, vel Oratorii, seu Capella, aut Altaris; & de privilegio concesso in hac Constitutione Parochia pradicta D. Joannis.

68 An quatenus concesso privilegio, ne possit adificari Ecclesia sine consensu Cardinalis Titularis, requiratur licentia Capituli? Ubi de Cardinali Titulari S. Laurentii in Damaso.

69 Episcopus qua debet advertere in constructione nova Ecclesia hujusmodi.

70 Aliquando eriguntur Ecclesia ob avaritiam.

71 An requiratur licentia Episcopi in fundatione Capellarum, & Oratoriorum? & numer. seq.

72 Distinguuntur Oratoriorum species, & Capellarum, & num. 76.

73 In Oratoriis privatis non requiritur, & qui sint? Et etiam in Capellis intus Ecclesiam publicam, & n. seq.

74 Declarantur Textus in hac materia.

75 Requiritur in Oratoriis publicis, & Capellis publicis per se stantibus.

76 Oratorii privati, ac publici differentia, & n. n. seq.

77 Celebratio Missa, non facit Oratorium publicum.

78 Qui effectus resultent ex dicta distinctione?

79 Vera requisita Oratorii publici intrinseca, & n. n. seq.

80 Etiam in domo privata aliquando datur qualitas publica, & adducuntur resolutiones S. Congregationis.

81 An sit necessaria dos in erectione Oratorii, seu Capella.

82 Quoad Oratoria privata, & domestica, non requiritur.

83 Quoad Oratoria publica, & Capellas hujusmodi, negant aliqui, & quare, & n. n. seq.

84 In Ecclesiis adificandis dos debet assignari, aliàs tenetur Episcopus.

Quando tenetur Episcopus in subsidium adificantium, & bonorum patrimonialium, etiam in bonis Ecclesia propria? ibid.

85 Dos requiritur in fundatione Ecclesia consecrata, vel saltem non requiritur in constructione cujuscumque Oratorii, vel Capella.

Doctores id firmantes cum declaratione Sac. Congreg.

86 In fundatione Ecclesia publice etiam ante consecrationem debet dari dos, vel saltem in consecratione.

Ecclesia nunc non solent consecrari, sed benedicuntur, ibid.

Effectus diversus resultans ob reconciliationem in casu pollutionis, qua datur etiam in Ecclesia benedicta simpliciter, imo solùm designata ad publicum exercitium Sacramentorum, & Missa, ibid.

87 Antiquitus rara erant Ecclesia, imo una pro Civitate, exceptis Urbibus majoribus.

Erant tamen permissa Capella, & Oratoria separata cum titulo Beneficii, à quo origo Beneficiorum ruralium, ibid. & n. 89.

In Oratoriis, ubi Sacerdos non instituitur, sed tantùm accedit ad celebrandum, non est necessaria dos.

88 In Ecclesiis consecratis, vel ubi adest titulus Bene-

ficii

Jicii perpetui aut consecrandis requiritur dos.
Ita in Capellis, seu Oratoriis, quæ etiam antiquitus consecrabantur, ibid.

89 *Adducuntur rationes, ac explicantur textus.*
Ecclesiæ antiquitùs fundabantur necessariò cum Beneficiis, & sic cum dote.

90 *Etiam Ecclesia cultui publico pro Sacramentorum administratione erecta auctoritate Episcopi cum impositione primi lapidis, habere debet dotem.*

91 *In Oratoriis, & Capellis intus Ecclesiam dotatam, non requiritur, si non adsit ibi speciale Beneficium.*
In Oratoriis, & Capellis extra, si non adsit Beneficium, nec sit consecrata, aut legitima auctoritate erecta ad cultum publicum, nec requiritur, ibid.
Adducitur differentiæ ratio, ibi.

92 *Episcopi in quibus Oratoriis possunt permittere celebrationem, & de differentia Oratoriorum in triplici specie, & a. n. antecedente & seq.*

93 *Debent tamen semper Episcopi curare assignari subventionem etiam in casibus, in quibus non est necessaria rigorosè dos.*

94 *Distinguuntur Doctores, & Doctrina juxta prædicta.*
Adducuntur plura circa celebrationem Missæ in his Oratoriis diversis ad confirmationem prædictæ distinctionis, ibid.

95 *Corollariè adducitur doctrina firmata in hac materia, & explicatur doctrina, & resolutiones S. Congreg.*
Olim in Oratoriis ut plurimùm Clerici instituebantur, continuò inibi residentes, ibid.

96 *In Oratoriis S.R.E. Cardinalium, & Episcoporum in Diœcesi satisfacit quilibet obligationi Missæ.*

DUm in §. 3. hujus Constitutionis Paschalis videtur interdicta ædificatio cujuscumque Ecclesiæ, Altarisque, & Religionis Institutio in districtu Parochialis prædictæ D. Joannis, seu Basilicæ Salvatoris, erit hac occasione, primò videndum, an pro ædificanda Ecclesia requiratur licentia Episcopi, & Parochi?

Ecclesiarum ædificationes cultui veri Dei necessarias, non solùm nova lex Evangelica, verùm vetus
1 quoque servavit, & post Christi Domini Resurrectionem statim inceperunt Ecclesiæ sub hoc nomine jam inde ab Apostolorum tempore usurpato, cùm Ecclesia, vox Græca sit, concionem, seu Congregationem denotans, Apost. 1. ad Corinth. capit. 11. ibi: *Convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos*. Et deinde: *Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Et Divus Augustinus *quæst. 57. in Levit. Ecclesia dicitur locus, quo Ecclesia congregatur, nam Ecclesia homines sunt, de quibus dicitur, Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, hoc tamen vocari ipsam domum orationum, idem Apostolus testis est*. Aliquando dicitur Capella, Oratorium, à primiovis tamen Christianis sub nomine Templi non usurpata ob Gentilitatem tunc vigentem, sub Templi denominatione Diis eorum Aedes dicantem, ut monet Bellarm. *lib. 3. de Cultu Sanctorum capit.* 4. & etiam dominantibus Imperatoribus Gentilibus fuisse Ecclesias ædificatas referunt Card. Baronius *anno* 57. Thomassin. *de benef. tom.* 3. *lib.*1.*cap.*2. *num.*11. & *cap.*3. *num.*4. & Euseb. *lib.*8. *cap.* 1. dixit: *Quo factum est, ut priscis ædificiis jam non contenti in singulis Urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis extruxerint Ecclesias*. Data postea pace Ecclesiæ per piissimum Constantinum, certarunt Imperatores, ac Reges in Ecclesiarum constructionibus, ut notum est in historiis Ecclesiasticis.

Differebat tamen Ecclesia ab Oratorio, seu Sacel-
2 lo, & Capella, quia Oratorium erat pro oratione tantùm, sive locus Orationi dicatus, non verò ad collectas, & Sacrificium Missæ peragendum, & dicebatur privatus, non publicus, ut & docet Du-Gange *in Gloss. ver. Oratorium*; Capella verò dicebatur quæ non erat Aedes Parochialis, nec ibi Sacramenta administrabantur, idem Du-Gange *verb. Capella*. Ideoque adest titulus in Decretalibus *De Capellis Monachorum*, non de Ecclesiis. Nam Monachis antiquitus permissum minimè fuit in eorum Ecclesiis Sacramenta fidelibus ministrare, sed tantùm illæ destinatæ erant pro Conventu Monachorum, non autem Populi.

Ecclesiæ verò dicebantur illæ, ad quas Populus conveniebat pro Sacramentis recipiendis, & contra eas contemnentes, uti non necessarias, Anomæos dictos exclamavit D. Chrysostomus *hom.* 30. *Te homo decipis, & magno in errore versaris, nam etsi domi quoque detur orandi facultas, tamen fieri non potest, ut domi tam bene ores, quàm in Ecclesia.*

Cùm igitur Ecclesiæ, & Capellæ sint destinatæ pro cultu Dei, optimè Concilia voluerunt, ut non per- 3
mittatur Ecclesias, tùm Sæculares, tùm Regulares ædificari sine consensu proprii Episcopi, ut in Concilio Lugdunensi *Can.* 4. *Placuit igitur neminem ædificare aut construere Monasteria, aut Oratorii domum sine conscientia ipsius Civitatis Episcopi, ut* 18. *qu.* 2. *can.* 10.

Et in pluribus juribus Canonicis cautum reperitur non licere alicui Ecclesiam construere sine licentia, & permissione Episcopi Diœcesani, in cujus Parochia, seu Territorio construi debet, *ut ex can. nemo Can. si quis etiam, Can. placuit de consecrat. dist.* 1. *Can. quicumque* 16. *qu.* 1. prout neque Monasterium alicujus Religionis, *Can. de Monachis Can. quidam Monachorum* 18. *qu.* 2. & alibi. Imò quo ad ista Monasteria Regularium, fuit reservata auctoritas præstanda etiam à Sede Apostolica, *in cap.* 1. *de excessibus Prælatorum, & cap.* 1. *de statu Regularium in* 6. Sed quia quo ad erectionem Ecclesiarum, & Domorum Regularium redibit proprius sermo in Commentariis ad Constitutiones speciales de hac re disponentes, ideo hìc strictè materiam coarctabo quo ad Ecclesias sæculares ædificandas, quas quidem non posse sine licentia Episcopi Diœcesani construi liquet ex citatis Juribus, & docent Doctores ibi scribentes, *& toto titulo de Ecclesiis ædificandis*, latè Barb. *de potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 26. *& de jure Eccl. lib.* 2. *cap.* 2. Bellet. *disquis. Clerical. part.* 1. *tit. de Cleric. debitore* §. 15. Ugolin. *de off. Episc. cap.* 28. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 23. *qu.* 7. Selva *de Beneficiis part.* 1. *quæst.* 6. Fuschus *de Visitat. lib.* 1. *cap.* 10. Azor. *Inst. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæst.* 4. Pax Jordan. *Elucubrat. can. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 8. Ventrigl. *in praxi rerum notabilium tom.* 2. *annot.* 17. §. 1. Amostaz. *de Causis piis lib.* 5. *cap.* 2. Frances. *de Eccles. Cathed. cap.* 16. Murga *ad Const. Apostolicas const.* 2. *numer.* 25. *&* 26. ubi quod in loco exempto requiritur licentia Papæ, quia verè in tali loco Episcopus ordinarius nullam habet jurisdictionem, & latè *in disq. moral. & Canon. tractat.* 1. *disq.* 2. *à num.* 11. *& tract.* 7. *disq.* 12. *num.* 5. Rot. *dec.* 337. *num.* 15. *part.* 10. *rec. & dec.* 124. 289. *&* 309. *part.* 12. *& dec.* 165. *num.* 1. *& seq. part.* 16. quæ promiscuè procedunt quoad Ecclesias sæcularium, & Regularium circa jus commune ex citatis juribus. Et in terminis Ecclesiæ Sæcularis *dec.* 847. coram Seraph. *& in Romana Aperitionis Oratorii* 15. *Aprilis* 1695. §. *Constat*, coram B.M. Emerix, quæ est post Antonell. *de jurib. Clericorum dec.* 12. & inter impressas 1243. *& dec.* 17. post dict. Antonell.

Optima enim ratione requisitus hic consensus Episcopi fuit jure inductus, nam ipse habet juris assistentiam 4
super toto Territorio ejus Diœcesis, cùm omnes Ecclesiæ inferiores à Cathedrali dependeant, *cap. Dilectus* 5
de Capellis Monachorum, & optimè Abb. *in cap. Ad audientiam il* 1. *n.* 8. *de Eccl. ædifican. versic. Item.*

Hinc prorsus ab hujusmodi permissione Ecclesiæ construendæ, aliena est authoritas sæcularis, & im- 6

probandæ sunt leges modum in hoc imponentes, & Sacrilegium committere, dicendus est, prohibens
7 Templa ædificare, Germonius *in assert. libert. Eccles. cap.* 8. latè Valenzuola contra Venetos, occasione interdicti Pauli V. 2. *part. num.* 6. *& ultimo*, Gonzal. *in cit. cap. ad audientiam num.*3. Barb. *ibid.* Ideoque jura civilia de hoc disponentia, vel fuerunt illegitimè promulgata contra libertatem Ecclesiæ, vel fuerunt abrogata per jura posteriora, imò ab iisdem juribus fuit talis consensus Episcopi requisitus, *ut in rubr. Auth. ut nullus fabricet Oratorii Domos, præter voluntatem Episcopi*, ubi Cujacius, & Julianus Patritius *in Constit.* 61. advertunt, *& in Auth. de Eccles. §. si quis autem collat.* 9. *& Auth. de Monachis vers. illud agitur collat.* 1. & etiam in Capitularibus Caroli Magni refert Thomassin. *de Benef. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 95. *per tot.* & præsertim *num.* 6. & Van-Espen. *Jur. Eccl. Univ. part.* 2. *tit.* 16. *cap.* 2. ubi distinguit varias Capellarum species, ut scilicet requiratur con-
8 sensus Episcopi in Capellis, ubi Sacra celebrantur, secus in Capellis privatis pro orando tantùm constructis, istæ etenim non habent qualitatem religiosam, cùm non fuerint publica authoritate Cultui Divino dedicatæ, prout requiritur.

Non tamen liberum concessum fuit arbitrium Episcopis in hujusmodi consensu præstando, sed cum li-
9 mitatione, ut per constructionem novæ Ecclesiæ, nullum damnum antiquiori irrogetur, præsertim Parochiali, ob Decimas, & alia jura Parochialia, quæ forsan amitteret, ut expresè habetur *in Can. quicumque* 16. *quæst.* 1. *capit.* 1. *&* 2. *de novi operis nunciatione cap. in his* 30. *de priv.* & notant citati Doctores.

Hinc est quod si Episcopus arbitrando, licentiam
10 concederet, tunc poterit Parochus contradicere, & ædificationem impedire, Barbos. *cit. num.* 5. *&* 6. Pax Jordan. *num.* 39. Guidon. Pap. *dec.* 370. Seraphin. *decis.* 847. *num.* 1. prout viceversa erit licitum appella-
11 re, si Episcopus absque motivo præjudicii antiquioris Ecclesiæ, deneget licentiam construendi novam, nam cuilibet est id permissum, non concurrente alterius
12 præjudicio, Zerol. *in prax. par.* 1. *ver. Ecclesia*, Piasec. *in praxi par.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *& seqq.* Barbos. *de Jur. Eccles. cit. cap.* 2. *num.* 4. Ventrigl. *cit. annot.* 17. §. 1. *num.* 3. Cardinalis de Luca *de Regul. disc.* 29. *num.* 12. ubi explicando, quod si agatur de constructione novi Monasterii Regularium, appellatio, seu recursus fieri debeat ad Papam, vel Sacram Congregationem
13 Episcoporum, & Regularium tantùm *ex Constitut.* 31. Greg. XV. cum hoc tamen firmat regulam extra illum casum posse recurri ad Superiorem puta Metropoli-
14 tanum, qui potest vel revocare consensum datum ab Episcopo, vel supplere irrationabiliter denegatum.

Sed dubitari potest, an requiratur consensus Paro-
15 chi, vel saltem citatio ejusdem, antequam Episcopus concedat assensum in ædificatione novæ Ecclesiæ Sæcularis?

Videtur enim primò esse necessarius Parochi con-
16 sensus, & sic eo magis esse ille citandus, ut sentiunt in terminis Capellæ sæcularis, Ricc. *part.* 4. *res.* 297. *num.* 2. *& collect.* 2350. Cardin. de Luca *de Parochis disc.* 29. *num.* 9. Ventrigl. *in praxi cit. annot.* 17. §. 1. *n.* 8. *& annot.* 18. *tom.* 1. *num.* 21. Barbos. *cit. alleg.* 26. *num.* 5. Pignatell. *Consult.* 177. *num.* 52. *tom.* 1. Carol. Ant. de Luca ad Gratian. *discept.* 517. *num.* 6. ubi ponit inter requisita concurrentia ad Ecclesiæ constructionem, Parochi consensum, Caracc. *de jur. Paroch. tit.* 2. *cap.* 1. Barbos. *de Paroch. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 26. Navar. *in novo jur. Pontific. concl.* 10. *num.* 3. ubi quod hoc sit Parochi privilegium, Squillant. *de obligat. & privil. Episc. part.* 3. *cap.* 36. Guid. Pap. *dec.* 360. Seraph. *cit. dec.* 847. *n.* 1. & latè *dec.* 124. *& dec.* 309. *part.* 12. *rec. & dec.* 165. *part.* 16. *rec.*

Nihilominus dico, Parochi consensum in casu quæ-
17 siti non esse necessarium, nec debere requiri, si tamen nullum præjudicium ei inferri valeat per constructionem novæ Ecclesiæ, quæ tamen non sit Parochialis, nec Regularis. Si verò adsit ejus præjudicium, tunc debet audiri, & poterit impugnare, & se opponere novæ fundationi.

Nullum enim jus demandat, ut requiratur consen- 18
sus Parochi in ædificanda Ecclesia, quæ non sit Parochialis. Quandoquidem in *Can. quicumque cit.* solùm injungitur, ut Episcopus consulat, quod non inferatur præjudicium quoad decimas, & alia jura ad Ecclesiam Parochialem pertinentia; *Et in cap.* 1. *de novi operis nunciatione* est præcisus casus constructionis factæ Ecclesiæ non Parochialis, sine consensu Parochi, & tamen Papa non irritat actum, neque mandat illius consensum adhiberi, sed solùm, quod Episcopus justitiam faciat Parocho, qui opus novum nunciavit, & nihilominus, hoc non obstante, Ecclesia fuit constructa. Similiter in eo Papa mandat definiri causam, juxta Canonicas sanctiones, quæ volunt nullam Ecclesiam in præjudicium alterius construi. Itaque vult solùm, quod demoliatur Ecclesia constructa post novi operis nunciationem, & quod Episcopus eam construi mandet, quatenus non sit præjudicialis alteri Ecclesiæ; hoc quippè non est solùm pro Ecclesia Parochiali, sed pro quacumque
alia Ecclesia, cui posset præjudicare nova, ut ob- 19
servat Pignatell. *Consult.* 79. *per tot.* & præsertim *numer.* 56. *&* 57. *& numer.* 67. *tom.* 1. ergo si esset verum requiri consensum Parochi ob possibile interesse, sequeretur, quod etiam esset necessarius consen-
sus Rectorum aliarum Ecclesiarum. Igitur est at- 20
tendendum præjudicium considerabile tantum quo ad decimas, & alia emolumenta, vel jura Parochialia, quibus Episcopus tenetur consulere; unde si cesset tale damnum, nullus requiritur Parochi consensus, ducto argumento à ratione cessante, *cap. cum cessante de appellationibus*, & optimè facit in similibus 21
terminis Rota *decis.* 131. *numer.* 2. coram Mantica,
ubi quod non requiritur neque consensus Episcopi 22
pro dilatatione Ecclesiæ, quia cessat causa, ob quam à Jure talis consensus requiritur, scilicet pro ejus præjudicio, ne sine dote construatur, & ne aliis Ecclesiis præjudicetur, proinde est remissum hoc, arbitrio Episcopi, qui debet illud regulare, sine præjudicio antiquioris Ecclesiæ; ipse enim est Ordinarius totius Territorii, & nullam authoritatem habet Parochus, nisi quod actus fiat sine illius præjudicio, ut
in his terminis Abbas *in capit. ad audientiam il primo numer.* 8. *versic. item de Eccl. ædificandis*, ubi 23
quod ideò in citato Textu reservatur Parocho jus præsentandi Rectorem in Ecclesia noviter ædificata, non ratione superioritatis, sed præjudicii reddituum dismembratorum, & assignatorum novo Rectori, optimè Rota *citat. decis.* 131. *numer.* 5. *in fin.* ibi: *Non tractatur de ejus præjudicio*, coram Mantica, Murga *citat. numer.* 27. Et sic distinguit Butrius *in capit. cum olim numer.* 8. 9. *&* 15. *de Consuetud.* Et ratio præcipua est, quod hujusmodi licentia dependet ab actu jurisdictionis, quam quis habet in Territorio,
proinde requiritur licentia Episcopi jurisdictionem 24
habentis, qua habita, implicat, ut etiam ex eadem causa jurisdictionis, requiratur licentia Parochi, cùm duo capita nequeant esse in eodem corpore, & proinde ratione interesse, & præjudicii requiritur consensus Parochi, quatenus scilicet illud adesset, Rota *decis.* 489. *numer.* 8. ubi quod Parochus, & Capitulum potest impedire constructionem novæ Ecclesiæ, ratione præjudicii sibi inferendi tantùm, *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* ubi etiam dicit quod existente præjudicio, possunt sibi cavere cum appositione pactorum etiam Juri non conformium, unde quotiescumque id agitur sine præjudicio Parochi, nullum jus potest is habere impugnandi constructionem ex ipsius non vocatione, & ita videtur sentire Ventrigl. *citat. annot.* 17. *numer.* 6. ubi quod opinio prædicta, ut requiratur consensus, procedat, quando Ecclesia nova
præjudicat Parochiæ, & *numer.* 8. hoc idem 25
firmat, quod scilicet sit audiendus, si deducat

ejus

ejus præjudicium, Mant. *cit. decis. num.* 5. §. *Neque.*
Quod rursùs probatur, quia Episcopi consensus taci-
tus sufficit pro construenda Ecclesia sæculari, ut notant
26 Doctores apud Azor. *citat. cap.* 3. *litt. E*, Roech. *de*
jurepatr. quæst. 8. Selva *de Benef. part.* 1. *quæst.* 6. *n.*
21. Barbos. *cit. alleg.* 26. *num.* 2. Et quamvis contra-
rium alii dicant apud Pignatell. *consul.* 177. *tom.* 1. ta-
men est observandum illos loqui de fundationibus Mo-
nasteriorum Regularium, & se fundant in eo, quod
27 in istis est certa forma præscripta à Clem. VIII. Gre-
gor. XV. & Urbano VIII. Sicque cùm in Ecclesiis sæ-
cularibus talis forma non sit præfinita, cessat ratio
opinionis contrariæ, & firma remanet supradicta, ut
sufficiat tacitus consensus Episcopi; unde Episcopus
non debet requirere Parochum, aliàs tacitus consen-
sus illius non prodesset.

Nec obstant Doctores in contrarium citati, nàm
28 Riccius, & alii se fundant in Textibus *Can. Quicum-*
que cit. & cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à Præ-
latis; sed in primo, id non disponitur, sed tantùm,
quod Episcopus non debeat præjudicare antiquiori Ec-
clesiæ; unde cessante hujus præjudicio, nil aliud re-
quirit. Alter verò Textus decernit, ut Episcopus non
possit concedere Regularibus decimas, & obventio-
nes Parochialium. Imò idem Ricc. *ibid. & num. fin.*
& Barbos. *de Parochis*, dicunt quod datur Privilegium
Oratorii privati sine præjudicio Parochialis, juxta
Clausulam solitam Secretariæ Brevium; sed hoc non
probat requiri consensum Parochi, sed tantùm, ut
eidem consulatur pro possibili præjudicio vitando
29 Cardin. de Luca *disc.* 29. *de Parochis*. Imò etiam *in*
disc. 29. *de Regularibus* hoc non firmat, tum quia in
primo discursu num. 9. ait: *Unde receptum est, ejus*
consensum scilicet Parochi requiri, seu licitè habere jus
se opponendi; ex quibus verbis elicitur, non requiri
consensum; sed potiùs, concedente Episcopo faculta-
tem novæ constructionis contra formam juris, quod
vult fieri sine præjudicio Parochi, valeat iste reclama-
re tam coram eodem Episcopo, quàm Superioribus,
& procedit in utroque discursu quo ad erectiones Mo-
30 nasteriorum, in quibus est diversa ratio, ob formam
præscriptam à Summis Pontificibus prædictis, & præ-
sertim à Clemente VIII. *Const.* 99. *in Bullario*, de qui-
bus suo loco, ubi expresè mandatur, quod audian-
tur omnes interesse habentes, & causa cognita, licen-
tia concedatur ab Episcopo, ut meminerunt Campa-
nil. *cit. n.* 81. *in fin.* & Card. de Luca *cit. disc.* 29. *n.* 5.
31 Optima etiam ratione, quia præjudicium Parochi est
certum ob functiones administrationis Sacramentorum
erga omnes, quam agunt Regulares, & stante dicta
speciali provisione, est pro forma, ut Parochus tunc
audiatur, prout alii interesse forsan habentes, aliàs
actus est nullus, cùm in dicta Constitutione adsit
decretum irritans, ut in terminis advertunt Gratian.
discept. 517. *num.* 18. & 19. Pignatell. *cit. consult.* 179.
num. 68. & Rota *cit. dec.* 129. *num.* 22. *par.* 12. *recent.* &
in hoc sensu procedunt omnes alii Doctores, qui po-
nunt inter requisita novæ constructionis Ecclesiæ,
Parochi consensum; & sic cùm Constitutiones præ-
dictæ sint restrictæ ad fundationem Conventuum Re-
gularium, & nequeant ad alium casum Ecclesiæ sæ-
32 cularis prorogari, remanet dispositio juris communis,
quod nullam formam præbet Episcopo pro consensu,
sed tantummodò, ut consulat, ne fiat Parocho præ-
judicium; imò neque debet ille vocari, quia cùm
sit remissum arbitrio Episcopi, poterit extrajudicialiter
se informare, & cessante præjudicio notabili ipsius
emolumentorum, cessat qualitas legitimi contradi-
ctoris, *ut in cit. dec.* 131. Manticæ *num. fin.* & hæc
est sola differentia circa jus commune, & formam
Clementinæ, quoad Conventus, quia scilicet primum
remittit cognitionem Episcopo extrajudicialem, & sic
non tenetur aliquem vocare; secunda verò mandat
vocari interesse habentes, unde in utroque casu pro-
33 priè loquendo, nullus requiritur consensus Parochi
pro auctorizando actu, sed tantùm habet hic jus op-
ponendi pro suo interesse; tum quia dictæ Constitu-

tiones talem consensum non demandant, sed solùm
exprimunt, ut Parochus vocari debeat, ad effectum
opponendi, quatenus, causa cognita, ejus præjudi- 34
cio consulatur, tum etiam quia cessante tali præjudi-
cio nequit actus impugnari. Præterquam quod etiam-
si ageretur de præjudicio ejus Ecclesiæ, neque posset
præstare assensum, quia saperet alienationem jurium
Ecclesiasticorum, nisi concurrat causa necessaria, jux-
ta *cit. cap. ad audientiam il primo, & cap. tua no-*
bis de Eccles. ædifican. proindè verè non dicitur con- 35
sensus necessarius, sed ut audiatur Parochus, quod
ædificatio fiat sine ejus præjudicio. Patet etiam ex eo,
quod soleat impartiri hujusmodi licentia construendi
Ecclesias à Sede Apostolica, in qua ponitur Clau-
sula *cum consensu Parochi*. Et quidem jure fuit reserva-
ta necessaria impetratio hujus licentiæ, aliàs consen-
tiendo Parochi viderentur alienare Jura Ecclesiæ, &
sic requiritur Beneplacitum Apostolicum, & in hoc
casu non solùm est necessaria citatio, sed requiritur
consensus ex forma præscripta in Beneplacito Aposto-
lico. Unde corollariè procedendo in hac re, pro ere-
ctione Ecclesiæ sæcularis, non requiritur citatio Pa- 36
rochi, neque consensus, sed tantùm potest se oppo-
nere, si cognoverit ejus præjudicium, & debet au-
diri ejus oppositio. In fundatione tamen Regularium
Ecclesiarum debet necessariò citari, & causa judicia- 37
liter expediri, & quatenus non dissenserit Parochus,
datur executioni licentia Apostolica, aliàs potest ap-
pellare, ut Pignatell. *cit. numer.* 73. & sic consensus
hoc casu potius dici debet pro acquiescentia judicato,
nisi requiratur ex Brevi Pontificio expressus consen-
sus, quidquid sit quoad consensum aliarum Religio-
num, in quibus requiritur expressus, prout incolarum 38
ex decreto S. Congregationis tempore Greg. XV. re-
lat. à Ventrigl. *cit. tom.* 1. *annot.* 18. *num.* 13. & *nu.*
21. ex adverso citando pro Parocho, & dicit esse au- 39
diendum ad formam Constitutionis Clementinæ, non
autem, quod debeat dare consensum. Et ita etiam *to.*
2. *annot.* 17. §. 1. *num.* 8. non firmat, quod requiratur
consensus Parochi in nova Ecclesia sæculari construen-
da, etsi sine aliqua necessitate, sed tantùm esse audien-
dum, si deducat ejus præjudicium; differentia enim
necessitatis, vel non, facit, quod primo casu etiam 40
cum præjudicio Parochi potest de novo construi; in
secundo tantùm sine præjudicio, ut optimè Gloss. *in*
cap. 1. *de novi operis nunciatione ver. præjudicium*, &
Gloss. *in cap. tua nobis ver. indigenti de Eccles. ædifi-*
can. & cap. ad audientiam il primo eodem tit. Si ta-
men agatur de dismembratione, & sic de erectione
novæ Ecclesiæ Parochialis, tunc requiritur consensus
Parochi, vel debet supplere Episcopus, si is renue- 41
rit, & proinde debet citari juxta formam *cit. cap. ad*
audientiam, & Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 4. *de re-*
form. optimè Rota *decis.* 745. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*
& in terminis dismembrationis cum Clausula in Brevi
vocatis vocandis, Lott. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28.
num. 10.

Confunduntur enim à pluribus in hac materia ere- 42
ctionis novæ Ecclesiæ, hæc duo, nimirum auctori-
tas, & consensus Episcopi necessariò requisitus, sine
tamen præjudicio Parochi, ex quo oritur ipsi jus op-
ponendi, & appellandi, ut supradixi, à judicio ejus-
dem Episcopi, & quod requiratur pro forma citatio,
& consensus Parochi; primum enim verum est, quia
Episcopus habet arbitrium limitatum à Jure, & à ra-
tione etiam naturali, ut alteri non præjudicetur, &
in hoc sensu non solùm Parochus, sed quicumque
habens interesse, poterit impedire, & suum jus
deducere, ut ei consulatur; nam *cit. Can. Quicum-* 43
que loquitur indistinctè de Ecclesia antiquiori, & in
cit. decis. Seraphini 847. quamvis Papa concesserit Bre-
ve *Sine præjudicio jurium Parochialium*, tamen com-
paruit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, proindè si
comparuerit Parochus, deducendo ejus præjudicium
debet audiri, aliàs Episcopus debet ponere clausulam
sine præjudicio Jurium Parochialium, ut etiam ipse
Papa solet apponere, ut in eadem *decision.* soluf-

que Parochus debet audiri in sua prætensione, quate-
nus comparuerit, ut docent Campanil. *cit. numer.* 81.
ibi; *Esset audiendus in sua pratensione*, Pax Jordan.
cit. numer. 39. quod liceat impedire propter ejus præ-
judicium, prout etiam Barbosa *cit. num.* 5. *& decis.*
370. coram Guidon. Pap. & optimè Rot. *in citat.*
Rom. Oratorii revocatoria *prima* 13. *Januarii* 1698.
coram D. Priolo, quæ est *decisio* 17. *numer.* 2. 3.
& 4. post Antonell. *cit.* Et quamvis in dicto casu
licentia Eminentissimi Vicarii fuerit data, audito Ca-
pitulo S. Laurentii in Damaso; tamen id fuit, quia
Capitulum jam comparuerat se opponendo fundationi
novæ Ecclesiæ Agonizantium, deducendo Ecclesiæ
Parochialis præjudicium, unde Sacra Rota firmavit
non requiri consensum, remoto ejus præjudicio, vel
suppleri injustè denegatum; & licèt ibi dicat esse au-
diendum Parochum, hoc intelligi debet pro sui in-
teresse opposito, prout erat in ea facti hypothesi,
non tamen pro forma, ut requireretur ejus citatio ex
suprà firmatis, si non adsit ejus præjudicium.

Ideoque si agatur de Ecclesia ædificanda, in qua
44 aliquæ functiones præjudiciales Parocho fiant, ob
quas, obventiones, ac jura ipsius Parochi diminuan-
tur, quia tunc interesse Parochi est certum, videtur
citari debere, non quidem pro forma, sed tamquam
possibilis contradictor; & ita intelligi potest opinio
contraria, quod scilicet debeat Parochus citari, pro-
ut videtur sentire etiam citata decisio §. *reliqui*, jux-
ta sensum litteralem *cit. cap. ad Audientiam*, quod etsi
disponat de nova Parochia, protrahitur tamen ad ca-
sum, in quo jura Parochialia dismembrantur favore
alterius Ecclesiæ, & in hoc casu neque requiritur ejus
45 consensus, sed uti legitimus contradictor debet ci-
tari, & appellare potest, & interim nihil innovari.
Imò si Ecclesia fuerit jam constructa, non debet con-
secrari, quia post consecrationem non est locus de-
46 molitioni, ut in terminis novi operis nunciationis, si
detur interim facultas construendi Ecclesiam, data
cautione de demoliendo, debet addi quod interim non
47 consecretur, Crescent. *dec.* 1. *de novi operis nuntia-
tione*.

Si tamen revera adsit præjudicium Parochi, prout
48 quandoque in facto evenire solet, ex deficientia Po-
puli concursus, diminutione oblationum, emolumen-
torumque juris sepulturæ, & similibus, quæ acquirun-
tur novæ Ecclesiæ; & tunc Episcopus in impartiendo
licentiam, debet considerare qualitatem loci, causam
ædificationis novæ Ecclesiæ, an sit necessaria pro
cultu Dei, & utilitate Parochianorum, vel si hoc
præjudicium sit compensatum cum aliquo emolumen-
to, ut optimè considerat Rota *in decis.* 847. coram
Seraphino, in qua rejectum fuit præjudicium oppo-
situm pulsationis Campanarum, quando non impe-
49 dit Divina Officia, prout Genuens. *in prax. Eccles.*
quæst. 507. *num.* 5. Barbos. *vot.* 102. *num.* 69. Novar.
pract. For. part. 2. *quæst.* 1. Similiter quoad concur-
sum Populi deficientem fieri præponderationem cum
majori cultu proveniente ex nova Ecclesia, dixit
50 Seraph. *cit. dec.* 847. *num.* 3. post Butrium *in cap. cum
olim num.* 15. *de Consuetudine*, præsertim, quia quid-
quid sit de jure antiquo in *cap. ut Dominicis de Paro-
51 chis*, hodie ex consuetudine nemo tenetur audire Mis-
sam in Parochia.

Item cessat præjudicium, quoad eleemosynas Missa-
52 rum, cùm illæ sint incertæ, & possent dari cuicum-
que Ecclesiæ, in qua Missæ celebrantur, prout cessat
quoque in jure sepulturæ, propter libertatem, quam
quivis habet ubilibet illam eligendi, *ut in decis.* 745.
part. 2. *rec.* unde cùm sit consultum Parocho per Quar-
tam funeralem, sibi debitam ab eligentibus sepultu-
ram in nova Ecclesia, ipse erit in lucro, ut omnibus
latè consideratis respondit Rota *in cit. decis. Romana
Oratorii dec.* 1243. coram Emerix Jun.

Igitur in hoc nequit dari certa regula, sed de-
53 bent considerari circumstantiæ tam præjudiciorum op-
positorum, quàm compensationis emolumenti, nec-
non Cultus Divini, ac Populi utilitatis, ut optimè
dicitur *in cit. dec.* 745. *part.* 2. *&* 165. *num.* 17. *part.*
16. *recent.* Ad Ordinarium autem spectat cognoscere, 54
an causa opponendi sit rationabilis, vel ne, ut dicunt
citati Doctores.

Verùm in Area Carhedralis Ecclesiæ, ejusque cir-
cuitu intra quadraginta passus, non debet Oratorium 55
construi, *can. nulla* 16. *quæst.* 1. Oldrad. *cons.* 55. *gloss.*
in can. quisquis ver. domos 17. *qu.* 4. sed dicta Jura
idcircò prohibent ædificationem intra quadraginta pas-
sus, quia intra hos terminos Ecclesia Cathedralis gau-
det immunitate, quidquid sit de consuetudine in ma-
gnis Civitatibus, proinde licet fabricare domos Cle-
ricorum, ergo eò magis Oratoria, & Ecclesias, ut
dixit Butr. *in cap. inter alia num.* 9. *de Immun. Eccl.*
Sed verè in atrio Ecclesiæ, ubi est Cæmeterium, pro-
cedit indistinctè prohibitio, ut declarat *cit. can. nul-
la*. Rota *dict. decis.* 847. *num.* 5. *&* 6. coram Sera-
phino, & alio loco, ubi de distantia Ecclesiarum ite-
rum dicam.

Nec obstant Pignatell. *consult. cit.* 179. *à nu.* 56. *&*
seqq. tom. 1. *& cons.* 12. *tom.* 10. cum pluribus deci- 56
sionibus ibi coadunatis, *ac decisiones supra num.* 14.
in contrarium adductæ, quia tam ipsi, quàm decisio-
nes loquuntur in terminis novæ Ecclesiæ Regularis
construendæ, tunc enim est major ratio, quia Re-
gulares ob eorum privilegia præjudicare valent magis
Parocho, ut notum est, nam concursum Populi con-
sovent prædicatione verbi Dei, administratione Sa-
cramcotorum, præsertim pœnitentiæ, libertate sepul-
turæ quoad omnes, & plurimi cum exemptione à
contributione Quartæ funeralium, hinc possunt ob-
lationes sibi appropriare, ut considerat Rota in his
terminis *decis.* 124. *num.* 9. *& seqq. part.* 12. *& cit.*
decis. Rom. Oratorii num. 2. & facit Card. de Luca
disc. 29. *de regul. num.* 15. Et ex eadem ratione Sum-
mi Pontifices certam formam injunxerunt in permit-
tendis erectionibus Conventuum Regularium, ut ci-
tari debeant omnes interesse habentes, & præsertim
Parochus, ut interpretantur Doctores, & Decisiones
Sacræ Rotæ, ut suo loco dicam, & refert Pignatell.
ut suprà Consult. 179. *num.* 72. quia interesse, & præ-
judicium est clarum ob dictas rationes, quæ non vi-
gent in Ecclesia sæculari, & solùm pro audienda 57
Missa, publicè constructa ad commoditatem Popu-
li, ut est casus cit. decisionis Seraph. vel simplicis Ora-
torii pro aliqua Confraternitate, ut est *in cit. Roma-
na Oratorii*, seu pro aliquo Seminario, ut in *dec.* 982.
coram Dunozet. Jun. Si tamen agatur de Ecclesia
etiam sæculari, in qua Divina Officia peragi debeant, 58
tunc certum est adesse præjudicium grave Parochi, &
sic debet, vel præservari, vel requiri ejus consensus,
ut fuit actum *in dec.* 131. coram Mantica, non pro
forma, sed ut postea non possit reclamare.

Nec urgeret, si probaretur Episcopos consuevisse 59
hujusmodi licentiam Parochi requirere, quia non ex-
inde potest præjudicari innatæ jurisdictioni Episcopali
eam concedendi sine tali consensu, ut in similibus di-
xit Rota *in Tarraconen. jurisdict. super Edictis* 28. *Ju-
nii* 1700. §. *non quidem vers. tum demum*, coram D.
Olmo, & talis observantia est referenda non necessi-
tati talis consensus, sed prudentiæ Episcoporum, qui
ante constructionem, Parochi præjudicium possibile
nosse, & evitare volunt; ne post actum, possit ille
reclamare.

Ita nec obstat *dec.* 489. *num.* 8. *&* 9. *part.* 19. *tom.*
2. *rec.* quod Parochus, & Capitulum possint impe- 60
dire Ecclesiarum constructiones, imò etiam in eis
apponere leges; quia si rectè observetur, decisio lo-
quitur tantùm de præjudicio, ob quod potest se op-
ponere, non autem de licentia auctorizante, ultra
quod ibi est casus erectionis Conventus Regula-
rium.

Nec minùs obstare valet *decis.* 165. *par.* 16. *recent.*
ubi firmatur posse Parochum erigere Capellam in di-
strictu suæ Parochiæ, quia qui alteri aliquid prohibe-
re potest, id facere valet; nam casus dictæ deci-
sionis erat, quod cùm cuperet Parochus construere
quam-

quamdam Capellam in districtu propriæ Parochiæ, & impediretur à PP. Carmelitanis, eo sub prætextu, quod præjudicaretur eorum privilegiis, ne fabricentur Ecclesiæ, & Oratoria intra certum spatium, ut infra dicam, S. Rota resolvit tale privilegium, quod sine dubio est operativum contra alios, non posse limitare Jurisdictionem Parochi, ad quem effectum requiritur specialis derogatio juri illius. Et quamvis se extendat decisio in probando, quod jure suo Parochus potest hujusmodi Capellas, & loca Ecclesiastica erigere, tamen debet intelligi ad sensum dictæ decisionis; ne tale jus per generale privilegium, ne alii ædificent, intelligatur vulneratum, aliàs assertio quod id Parocho liceat sine licentia Episcopi, non videtur vera; Canones enim in *cit. dec.* adducti *numer.* 1. nempè *can. quicumque 16. quæst.* 1. *capit. ad audientiam de Eccles. ædif.* ut supra explicavi, talem auctoritatem præbent tantùm Episcopo, ita tamen, ut consulatur, ne adsit Parochi præjudicium, ratione cujus ipse potest se opponere; *ut in cit. can. quicumque*, ut si voluerit Ecclesiam ædificare, & consensum, & voluntatem Episcopi habuerit in cujus Parochia est, licitum sit, verùm tamen cura tantùm est Episcopi, ut aliæ Ecclesiæ antiquiores propter novam, suam justitiam, atque decimam non perdant. En igitur quod facultas concedendi licentiam ædificandi, spectat ad Episcopum, consensus verò pro præjudicio, spectat ad Parochum, & faciunt textus *in can.*
61 *nemo*, *can. placuit de consecr. dist.* 1. & quod hoc jus sit Episcopi, docent citati Doctores *supra relati num.* 3. & bene Barbosa *de potest. Episc. cit. alleg.* 26. *num.* 1. *vers. secundo*, Card. de Luca *Miscell. Eccles. disc.* 30. *numer.* 18. *&* 19. Pax Jordan. *elucub. Can. to.* 1. *lib.* 5. *tit.* 8. *numer.* 13. Bertachin. *vot.* 64. *per tot.* ubi plura cumulantur decreta Sacræ Congregationis tam Episcoporum, & Regularium, quàm S. Concilii, & ponitur ab Episcopo primus lapis cum Cruce, Cardin. Albit. post Cardin. de Luca *de jurisdict. discept.* 1. *num.* 3. nisi enim adsit authoritas Episcopi, nequit esse locus Ecclesiasticus, ut plenè Murga *disq. moral. & Can. tom.* 1. *disq.* 2. *num.* 11. *& disq.* 10. *numer.* 5. Posset tamen procedere dicta auctoritas Parochi in simplici Oratorio ad orandum, non verò
62 ad Sacra peragenda; nam si in privatis Oratoriis permissis cum facultate Apostolica, locus solet designari, & revideri ab Episcopo, ut alibi dicam, & est inconcussa praxis, eò magis dicendum est in Oratoriis publicis. Neque allegabilis est ratio adducta, quod qui consensum ad aliquid faciendum dare potest,
63 valet per seipsum facere; nam debet distingui; Aut consensus datur pro præjudicio quod timetur, & non procedit conclusio, aut pro auctoritate, & jurisdictione, & tunc currit argumentum; aliàs daretur potestas in eo, qui eam non habet, contra regulam, *nemo dat, quod non habet*, *de reg. Jur. in* 6. Et ita distinguit Rota *cit. decis.* 17. *num.* 4. *&* 5. post Antonel. *de oner. Cler.* nam sicuti pro licentia est requirendus Ordinarius uti dominus, ita Parochus pro præjudicio.

Prædicta tamen firmata, ut non requiratur consen-
64 sus Parochi pro forma, itaut possit Ordinarius constructionem permittere Ecclesiæ sine consensu illius, si præservetur ejus præjudicium, limitatur in casu quo adsit speciale privilegium, ut in hac Bulla, & quandoque habent etiam alii, nempè Augustiniani quoad eorum Parochias, ut in *Constit.* 4. Innoc. IV. *in ejusdem Relig. Bull. fol.* 66. §. 12. *& Const.* 16. *numer.* 12. *fol.* 181. & Urbani IV. *Constit.* 9. §. 10. *fol.* 371. ubi expressè injungitur, ut non possint construi Ecclesiæ intra fines eorum Parochiæ, nisi accedente authoritate Episcopi, & Fratrum consensu, ut apud Panimol. *decis.* 11. *num.* 1. *&* 12. *vers. qua ratione*. Similiter illud habent PP. Cassinenses Monasterii Sancti Facundi in Hispania, Murga *ad Constitut. Apostolicas Constitut.* 2. Cœlestini III. *nu.* 26. sed non sufficit solus consensus Abbatis, ut innuit Murg. *cit.* sed requiritur Abbatis pro præjudicio, & ad tollendum privilegium, & Episcopi pro Jurisdictione, nisi agatur de Abbate habente Jurisdictionem territorialem *Nullius*, quia tunc iste esset Ordinarius, & de isto videtur citatus Auctor sentire *n.* 31. qui quidem consensus requiritur in singulis casibus occurrentibus.

In hac tamen materia privilegiorum hujusmodi, de- 65
bent bene illa considerari in facti contingentia, variæque eorum formulæ perpendi, & verba non impropriari, sed adamussim, & strictè servari, prout sonant, & non extendi ultra præcisum casum, de quo agitur, ut optimè in terminis talis privilegii Rot. *cit. decis.* 165. *numer.* 11. 12. *&* 13. *part.* 16. *recent.* Unde cum P.P. Cassinenses habeant privilegium, ne intra fines eorum Parochiæ, Ecclesiæ ædificentur, ut in eorum Bullario *Const.* 58. *num.* 2. *Const.* 110. *numer.* 21. *Const.* 129. *num.* 22. & aliis, quæ privilegia fuerunt communicata etiam aliis Congregationibus S. Benedicti, Barbosa *de jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 72. & Olivetanis *Lucerna Regul. v. Olivetani num.* 5. fuit disputatum ad instantiam dictorum P. P. Bononiæ coram me uti Locumtenente Aud. Cam. an esset locus infirmationi Judicati Vicarii Generalis Bononiæ, qui declaravit validam licentiam concessam ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Boncompagno generis nobilitate, ac morum honestate, & pastorali zelo in administratione suæ Ecclesiæ satis referto, construendi certam Capellam intra fines Parochiæ dictorum PP. Olivetanorum, non obstantibus dictis privilegiis decreto irritanti munitis, quibus innixi P.P. Olivetani dicebant non posse Archiepiscopum præjudicare, sed requiri licentiam Papæ, ad tradita per Cokier. *de Jurisd. in exempt. part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 36. Murga *ad Const. Apost. Const.* 2. §. 7. *num.* 26. *&* 32. & supra dixi.

Ego verò non obstantibus dictis privilegiis confir- 66
mavi dictam sententiam, ea ratione, quia illa privilegia sunt restricta ad casum scandali, & præjudicii tantùm, ut propterea non liceat Episcopis hujusmodi licentias concedere: ergo à contrario sensu dicendum, non fuisse prohibitam Capellæ constructionem, cessante scandalo seu præjudicio, aliud enim est prohibere ædificationem in certo casu tantùm, & tunc cessante tali casu, cessat prohibitio: aliud est prohibere indefinitè, quia hoc casu solus Papa potest derogando privilegiis, contrarium permittere. Ita etiam
servanda sunt privilegia, an percutiant solùm Eccle- 67
sias, vel etiam Oratoria, seu Capellas, quia differunt inter se, ut supra dixi. Nam simplex Capella non venit sub nomine Ecclesiæ. Verba enim debent strictè, & secundùm proprium significatum intelligi in hujusmodi concessionibus privilegiativis limitantibus jurisdictionem Episcoporum, & Parochorum jus, Rot. *cit. decis.* 165. *numer.* 14. *part.* 16. *rec.* Et eadem ratione, prohibita Altaris ædificatione in hac Bulla, non intelligitur prohibitum simplex Oratorium ad orandum, sed locus ubi Sacrum celebratur, & Papa simultaneè loquitur de Ecclesia, Oratorio, & Monasterio, quia in omnibus hæc parificantur circa administrationem Sacramentorum, quæ Papa noluit fieri in districtu hujus Parochiæ, & hæc fuit causa motiva prohibitionis, & cùm talis administratio fiat in dictis locis, ideò illa expressit; nam de Ecclesia est certum ab initio Christianorum, ut supra dixi; de Monasteriis, quidquid fuerit in exordio Regularium, quibus interdicta erat ministratio Sacramentorum laicis, imò etiam ipsis à Sæculari Præsbytero fiebat, ut in omni aliis locis, & dicam alibi latè, itaut Oratoria quædam habebant Regulares Monasteriis proxima, quò conveniebant ad preces Deo porrigendas, non autem ut collectæ fidelium gererentur, nec erant omnibus aperta, sed iis duntaxat de Monasterio patebant, ut notavit Du Gange *in Gloss. ver. Oratorium*, & refert Van-Espen. *Jur. Eccl. Un. par.* 2. *tit.* 16. *cap.* 2. *numer.* 6. Sed tempore hujus Bullæ, prout hodie Regulares jam ad administrationem Sacramentorum admissi fuerunt in eorum Ecclesiis certis reservatis functionibus Parochialibus: Item Bulla

prohibuit Altaria, quia nomine Altaris, venit locus
facer ad facrificandum aptus. Hinc Sacri Canones
in explicando jure ſpiritnalis oblationum, ac decima-
rum, nomine Altaris uſi fuere, *can. Quæſitum* 1. *q.* 3.
cap. Recolentes 3. *de ſtat. Monach.* & Goſrid. Vindoci-
nenſis *lib.* 1. *ep.* 12. dixit: *Redemptionem Eccleſiarum,
quæ vulgari vocabulo Altaria nuncupantur*. Et Abb.
Floriac. anno 1003. in ejus Apologia relata per Gon-
zal. *cit. cap. Recolentes num.* 2. ibi: *Ex domo conſecra-
ta & Altari unum quoddam fit, quod dicitur Eccle-
ſia, ſicut unus homo conſtat ex corpore, & anima*. Al-
tare enim Apoſtolus 1. *ad Corinth. cap.* 10. Menſam
Domini vocat; Menſa enim eſt ſuper qua Sacerdos
conficit, & offert Euchariſtiæ Sacramentum, & Sa-
crificium, & recipitur victima, Bellarm. *contr. to.* 3. *de
Miſſa lib.* 1. *cap.* 21. *in* 4. *col. verſ. ſecundo*.

Prout ſi demandaverit non ædificari ſine conſenſu
68 Titularis Cardinalis, requiri hujus conſenſum, & non
Eccleſiæ ipſius tituli, ſi Indulti verba fuerint directa
ad perſonam tantùm Titularis, etſi aliæ partes illius re-
ſpiciant Capitulum Eccleſiæ, quia attendi debet diſpo-
ſitiva illius partis, quæ injungit neceſſitatem aſſenſus,
qui nec etiam poteſt ſuppleri à Judice in præjudicium
Indulti Pontificis, per quod jus fuit acquiſitum In-
dultario, ut in his terminis, ad favorem Eminentiſſi-
mi Cardinalis Otthoboni Titularis Baſilicæ S. Laurentii
in Damaſo in vim Brevis Urbani III. reſolvit Sac. Ro-
ta *in cit. deciſ. Romana Oratorii* 12. & 17. poſt Anto-
nell. *de onerib. Clericorum*, itaut etiam licentia Emi-
nentiſs. Vicarii uti difformis licentiæ obtentæ per Ar-
chiconfraternitatem Agonizantium à prædicto Emi-
nentiſſimo Titulari fuerit nulla; nec requiri in vim
dicti Brevis conſenſum Capituli, ſed ſufficere illum
Titularis, traditur *in dec.* 1243. coram Emerix Jun.
Nec obſtat *dec.* 489. *num.* 8. & 9. *par.* 19. *c.* 2. *rec.* quia
ut dixi ſupra, procedit ratione intereſſe, & agebatur
de conſtructione Eccleſiæ Regularis.

Epiſcopus tamen debet advertere, ne fiat præjudi-
69 cium Parochiali Eccleſiæ, ut propterea nimium ab-
ſtrahatur ab illa, à cujus neglectu ulterius naſcatur
ignorantia in populo circa credenda, & obſervanda:
& debet apponi in hujuſmodi licentiis clauſula *ſine
præjudicio Parochialis Eccleſiæ*. Et quamvis major di-
ligentia ex dictis præjudiciis adhiberi oporteat in ere-
ctione novarum Parochialium, & Monaſteriorum,
quàm ſimplicium Eccleſiarum, ſeu Capellarum, quia
in iſtis non frequentatur adminiſtratio Sacramento-
rum, ut in primis; tamen etiam Epiſcopi debent ad-
vertere ſingulos caſus, vel neceſſitatis, vel congruen-
tiæ, & memores ſint ejus quod Juſtinianus Imperator
dixit *in auth. novell.* 67. *Ut nullus fabricet Oratorii do-
mos præter voluntatem Epiſcopi* §. 1. ibi: *Multi etiam
ſimulantes fabricare quaſi Oratorii domos, ſuis meden-
tur languoribus, non Orthodoxarum Eccleſiarum ædifi-
catores facti, ſed ſpeluncarum illicitarum*. Et Conci-
lium Bracharenſe 11. rel. à Grat. *can.* 10. *diſt.* 1. refert:
*Si quis Baſilicam non pro devotione fidei, ſed pro quæ-
70 ſtu cupiditatis ædificat, ut quidquid ibi de oblatione col-
ligitur, medium cum Clericis dividat, & quod Baſili-
cam in terra ſua quæſtus cauſa condiderit* (quod mali-
quibus locis uſque modò fit) *hoc de cætero obſervari
debeat, ut nullus Epiſcoporum tam abominabili voto
conſentiat, nec Baſilicam, quæ non pro Sanctorum pa-
trocinio, ſed magis ſub tributaria conditione eſt condi-
ta, audeat conſecrare*. Imò ipſa Sacra Congregatio
Concilii in impartiendis licentiis pro novarum Eccle-
ſiarum conſtructione, ſolet apponere dictam Clauſu-
lam *ſine præjudicio Parochialis Eccleſiæ*, *ut in Forolì-
vien. erectionis Eccleſiæ* Sac. Congreg. prædicta reſol-
vit *die* 16. *Januarii* 1694. eſſe concedendam licentiam
celebrandi Miſſam, *ſine præjudicio Parochialis Eccle-
ſiæ*, & agebatur de Capella rurali, & ſolet etiam in-
ſpicere, an ſit diſtans ab Eccleſia Parochiali, aliàs non
permittit.

Sed quoad Oratoria, & Capellas, an ſit neceſſaria
71 licentia Epiſcopi, eſt diſtinguendum; Aut agitur de
Oratoriis ut ſupra dixi deſtinatis ad orandum tantùm
ſine adminiſtratione Sacramentorum, nec Sacrificii
Miſſæ principaliter, & non requiritur, unde *in lib.* 72
Capitul. Reg. Franc. cap. 383. dicitur, *qui in domo ſuo
Oratorium habuerit, orare ibi poteſt, tamen non audeat
in eo ſacras facere Miſſas, ſine permiſſu Epiſcopi lo-
ci ipſius*, & conſonat Synodus Aurelianenſis apud
Gratian. *can.* 33. *diſt.* 1. *de conſecrat.* ibi: *Unicuique
fidelium in domo ſua Oratorium licet habere, & ibi
orare, Miſſam autem ibi celebrare non liceat*. Et ſub
Miſſarum celebratione comprehendi adminiſtrationem
aliorum Sacramentorum, patet *ex Can.* 31. *Sextæ Sy-
nodi* ibi: *Clericos qui in Oratoriis, quæ ſunt intra do-
mos, Sacra faciunt, vel baptizant, hoc illius loci Epiſ-
copi licentia facere debere decernimus, quare ſi quis
Clericus hoc non ſic ſervaverit, deponatur*. Unde in 73
illis Oratoriis privatis, vel domi, vel etiam in locis
publicis, dummodò ad Sacra peragenda auctoritate pu-
blica legitima non ſint deſtinata, non requiritur li-
centia Epiſcopi in conſtructione, quia loca ſacra mi-
nimè ſunt, Gonzal. *cap. auctoritate de cenſibus*, licèt
ibi Miſſa celebretur ex auctoritate Papæ, vel Epiſco-
pi, ut advertit del Bene *de Imm. capit.* 2. *dub.* 2. *ſect.*
8. *num.* 15. & *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 1. *num.* 4. *in fine*,
& *ſect.* 12. *num.* 2. prout idem dicendum de Capellis
exiſtentibus in Eccleſia publica, quia ſunt pars Ec-
cleſiæ.

Nec obſtat, quod tam in textibus Civilibus, *ut in
auth. Ut nullus fabricet Oratorii domos præter volunta-* 74
tem Epiſcopi, tam in titulo, quàm in corpore, in qui-
bus expreſsè Oratoria pariſicantur Eccleſiis, & Mo-
naſteriis, pro quorum ædificatione licentiam Epiſco-
pi ſtatuit, ac cætera requiſita neceſſaria pro Eccleſiæ
conſtructione, ut in Decreto Grat. 18. *quæſt.* 2. *can.
Quidam* ibi: *Neminem aut ædificare, aut conſtruere
Monaſteria, aut Oratorii domum ſine conſcientia Epiſ-
copi. Et cap. Auctoritate* 4. *de privil. in* 6. Siquidem
Imperator in *dict. auth.* loquitur de Oratoriis publicis
deſtinatis auctoritate publica pro adminiſtratione Sa-
cramentorum, ut habetur in corpore, quia expri-
mens requiſita pro ædificatione, dixit *ea quæ ad one-
ra Monaſterii ſunt ſufficientia*, & de Eccleſiis, aut
Oratoriis publicis, in quibus hujuſmodi ſacra pera-
guntur, clarè loquitur, prout Grat. *cit.* quia ut ad-
vertit Gloſſ. *cit. can. quidam v. Oratorii*, loquitur tex-
tus de locis, in quibus ſacra peraguntur, ita etiam in
diſt. 1. *de Conſecratione*, quia, ut notatur in Summa,
verus titulus dictæ *diſt. eſt de celebratione Miſſarum*,
&c. & conſequenter omnia ibi deſcripta applicari 75
debent locis, ubi onera adſunt, & ita non requiri li-
centiam Epiſcopi in iis, quæ non dedicantur, ſeu eri-
guntur auctoritate publica, docuerunt Van-Eſpen. *cit.
cap.* 2. *num.* 4. *verſ. neque*, Card. de Luca *Miſcell. Ec-
cleſ. diſc.* 1. *num.* 33. prout requiritur in Oratoriis pu-
blicis, & Capellis publicis per ſe ſtantibus, quia ſunt
loca dedicata ad hujuſmodi miniſteria, quæ æquipa-
rantur Eccleſiis, Italia de *Immun. cap.* 4. §. 4. *num.* 3.
& plenè Doctores *in cap. Auctoritate de Cenſibus*, &
conſonant textus *cap. auctoritate il* 4. *de privil. in* 6.
Gloſſ. *ibid. ver. oratoria*, ubi quod requiritur aucto-
ritas Epiſcopi in erectione Oratoriorum, ſeu Capella-
rum publicarum ad ſacrum faciendum erectorum, ſe-
cus in privatis ad orandum, in quibus nequit Miſſa 76
celebrari ſine prævia Epiſcopi, vel Papæ permiſſione
Fagn. *cit. cap. auctoritate num.* 1. & 2. & 17. ubi po-
nit iſtam differentiam inter Oratorium privatum, &
publicum, ut primum ſit ſine auctoritate Epiſcopi
erectum ad orandum tantùm, vel intra domum, vel
etiam extra, ſed non intus Eccleſiam, aut Epiſcopi
auctoritate non dicatum, ſeu conſtructum. Secun-
dum, quod Epiſcopo auctorizante ſit ad publicum
cultum deſtinatum, Ventrigl. *part.* 2. *annot.* 19. §. *un.
num.* 2. & *ſeq.* ubi Carol. Ant. de Luca, Sanchez *de
Matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *numer.* 39. & *ſequ.* ubi con-
cordantes, Del Bene, Ital. ac alii citati.

Hinc, etſi celebratio Miſſæ fiat aliquando etiam in
Oratoriis privatis, tamen non exinde redditur publi- 77
cum, quia id fieri poteſt permiſſivè ex indulto
Sum-

Summi Pontificis quoad domesticos, & Episcopi, extra domum, sed in Oratoriis publicis Missa celebratur ex sui natura, eo ipso, quod ab Episcopo publico cultui sint Canonico ritu addicta, in illis verò permissivè, quæ permissio est reservata Sedi Apostolicæ tantùm, intra Domos, ut latiùs dicam, ubi erit sermo de istis Oratoriis privatis, ac indulto in iis celebrandi. Idque etiam procedit in Capellis, quæ nomine Oratoriorum venire solent, ut in *cit. cap. 4. de privilegiis, in 6.* & communiter Doctores, Ital. *cit. §. 4. n. 3. & §. 9.* & aliquando nomine Ecclesiarum, latè Pignat. *consul. 98. tom. 6.* Thomas. *de benef. tom. 1. lib. 2. cap. 87. & 92.* & alibi.

Ex fonte hujusmodi dedicationis Oratoriorum au-
78 ctoritate Episcopi publico Dei cultui, plures emergunt differentiæ inter Oratorium, seu Capellam publicam, & privatam, ut scilicet prima gaudeat Immunitate Ecclesiastica, secus secunda. In prima possunt Missæ celebrari, secus in secunda sine indulto. Oratoria publica Episcopus visitare potest, recipiendo procurationem, secus privata; & an hoc procedat in Oratoriis, & Capellis Regularium, ac eorum Granciis, dicam alibi. Præterea in privatis non possunt publicè teneri, ac pulsari Campanæ, secus in publicis, nec minùs in illis haberi janua in publica via, secus in aliis, ut latè cit. Doctores, & Barb. ad Concil. Trident. *sess. 22. de Sacrif. Miss. in decr. de observ. & evit. in Sacrificio Missæ num. 21. & 22. & de jur. Eccl. lib. 2. cap. 3. num. 68.* Del Bene *cit. locis*; ideò decretum prædictum S. Concilii Tridentini prohibitivum, ne Missæ Sacrificium celebretur, nisi in Oratoriis dedicatis ad divinum cultum, non comprehendere nisi Oratoria privata in Domibus, non autem Capellas, & Oratoria publica cum requisitis prædictis, ex declaratione S. Congregationis dixit Barbos. *cit. num. 22.* & ad propositum Card. de Luca *Miscell. Eccl. disc. 1. num. 53.*

Igitur juvat examinare, & distinguere in hujusmo-
79 di Oratoriis qualitatem publicam, & privatam ex fundatione in Beneficium Apostolica, vel Episcopali auctoritate, ex usu sepulturæ, quæ non quidem privatis, sed publicis tantùm competunt, quibus similiter competunt, ut in eis Missæ Sacrificium ex sui natura, sine alio indulto peragi valeat, eique interessentes, satisfaciant præcepto in quacumque festivitate; nec non ut subjaceant visitationi, & procurationi Episcopi, eorumque bona uti Ecclesiastica sint prohibita alienari, sine solemnitatibus. Quæ quidem omnia minimè convenire constat Oratoriis privatis, in quibus ex indulto tantùm Missa celebrari valet, sed dumtaxat Oratoriis, quæ sint Ecclesiæ publicæ. Cætera verò verificari possunt in Oratoriis privatis in loco publico constructis, in quibus ex indulto Episcopi sacrum fieri potest, pro commoditate Populi, ut infra dicam. Imo è contra etiam
80 in domestico potest dari qualitas Ecclesiæ publicæ, ut in *Compsana die 31. Maii* 1704. in S. Congregatione Concilii, etsi ageretur de Oratorio, seu Capella in Aula Baronis, tamen quia concurrebant plura signa publicæ erectionis, præsertim Campanula, officiatura certis diebus festivis per Clerum, & fortiùs Beneficii Ecclesiastici erectione, visitatio cum procurationis exactione, proposito dubio. Primò, *An Interdictum emanatum per Ordinarium cum fundamento, quod Oratorium seu Capella, de qua agitur, sit privata, & non publica, substineatur? S. Congreg. respondit negative*, & alias adducit resolutiones ad rem Nicol. *in lucubr. Can. lib. 5. tit. 33. num. 7.* Quare liquet non comprehendi sub nomine Oratorii privati Capellas erectas in Beneficii titulum, quamvis existant intra Palatia Laicorum; sed S. Congregatio Immunitatis ad tollenda inconvenientia in *Neritonensi 17. Januarii* 1628. censuit Capellam cum Beneficio esse removendam à Domo privati, quamvis si non fuerit remota, gaudeat Immunitate Ecclesiastica, ut refert idem Nicolius.

Sed numquid in erectione Oratorii, seu Capellæ sit necessaria dotis constitutio, prout necessariam eam 81
volunt Jura Canonica in ædificatione Ecclesiæ? Et quoad Oratoria, seu Capellas domesticas, etsi celebretur Missa, omnes conveniunt non requiri, quia cum non sint ad cultum publicum, & perpetuum erecta, nec sit necessaria in erectione, ex dictis, licentia Epi- 82
scopi, deficit ratio, & suppositum Jurium prædictorum. Etenim hoc dotis requisitum idcircò à Juribus fuit cautum, ut locus Deo dicatus perpetuò firmus remaneat, dotis constitutione, quam Episcopi debent scrutari, dum concedunt licentiam in ejus erectione. Igitur quotiescumque talis licentia non requiritur, cessat etiam dispositio talium Jurium, & ita docent omnes Doctores, Fagn. *cit. cap. auctoritate num. 6. & num. 27.* Abb. *in cap. fin. de Censibus*, Pax Jordan. *tom. 2. lib. 7. tit. 8. v. visit. orat. num. 8.* de Luca ad Ventrigl. *cit. annot. 19. §. un. num. 2.*

Quoad Oratoria verò, & Capellas publicas, ne- 83
gant aliqui dotem requiri, istam assignando differentiam inter illa, & Ecclesias, ut in istis dos debeat 84
assignari in limine fundationis, nec Episcopus sine ea consensum dare potest, ex textu *in Can. Nemo de Consecratione dist. 1. Can. Placuit 1. qu. 2. cap. cum sicut de Consecrat. Eccl. cap. sancitum de Censibus*, ubi hujusmodi dos, mansus dicitur, & dicam in *sequ. sect.* Et consonat *Pontificale Romanum par. 2. de Benedict. & imposit. primar. lapid. pro Eccles. ædif. in rubr.* per hæc verba: *Nemo Ecclesiam ædificet, priusquam Pontificis judicio locus & ambitus designetur, & quo ad luminaria, quid ad Rectoris Ministrorum stipendia sufficiat, quidque ad Ecclesiæ dotem pertineat, definiatur, & per eum, vel ejus auctoritate per Sacerdotem crux in loco figatur, & primarius lapis in Ecclesia ponatur.* Et idem Jus Civile id denotat *in auth. de Eccles. §. Si quis & auth. de Monachi vers. illud igitur coll. 1.* à cujus dispositionis pictate videtur sumpsisse normam Jus Canonicum, nil prorsus addendo, latè Doctores Canonistæ ad cit. Textus *Canonicos, & in tit. de ædif. Eccl. in decret.* Tamb. *de jur. Abb. tom. 1. disp. 23. quæst. 7.* Barbos. *de potest. Epis. par. 2. alleg. 26. & part. 3. alleg. 64. & de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 2.* Lambert. *de jur. Patr. part. 1. lib. 1. quæst. 5. art. 21.* Durand. *ration. div. off. lib. 1. cap. 6.* Ventrigl. *in praxi part. 2. annot. 17. §. 1.* Bell. *disq. Cler. 1. par. de Cler. debit. §. 15. num. 2. & seq.* Card. de Luca *Miscellan. Eccl. disc. 30. num. 18.* Rota *dec. 713. num. 3.* coram Coccino; itaut teneatur Episcopus dotare Ecclesiam de propriis, non autem de Ecclesia, cui nequit præjudicare per ejus negligentiam, dotem non requirendo à construente, ut advertit Gloss. *v. consecranda cap. cum sicut de Consecrat. Eccl.* Gonzal. *cit. cap. num. 6.* discussis tamen facultatibus fundatorum, qui possunt cogi, Card. de Luca *cit. num. 14.* Ventrigl. *citat. annot. 17. §. 1. num. 29.* Lamb. *cit. tract. de iure Patr. lib. 1. par. 1. q. 5. art. 19. & 21. & in cit. textu in fin.*

His firmatis, dicunt aliqui Doctores dotem non es- 85
se necessariam in dedicatione istarum Capellarum, seu Oratoriorum, quia illa tantùm requiritur in fundatione Ecclesiæ, quæ consecrari debet, ut habetur in *cit. cap. cum sicut de consecratione*, vel saltem quatenus requiratur etiam in constructione Ecclesiæ, non tamen videtur à Jure id expressum in erectione Oratorii, seu Capellæ, imo hoc est peculiare indicium à Canonistis traditum, ad colligendam differentiam inter Oratoria, & Ecclesias, ut prima careant dote, secus verò secundæ, & ita dixerunt Innoc. *in cap. Auctoritate*, Abb. *ibid. num. 3. de censib. & alii cit. per* Fagn. *ibid. num. 5. & 25.* Ventrigl. *in praxi cit. annot. 17. §. 1. num. 16.* Nicolius *lucubrat. Can. lib. 5. tit. 39. num. 234. vers. Imo*, Rota *decis. 666. num. 4.* coram Coccino, & pluries declaravit *S. Congreg. Episc.* apud eumdem Nicol. *cit. lib. tit. 373. num. 7. vers. limita 4.* ubi quod dotatio tantùm requiratur in Ecclesiæ consecratione, quæ non fit in Oratorio, citans *cap. cum sicut 6. de consecrat.* Idemque dixit Rota *dec. 713. n. 3.* coram Coccino.

Pro qua re, prænotandum primò, certum esse in
86 fundatione Ecclesiæ, & ante Consecrationem, ut dos
assignari debeat; & quamvis Textus in *cit.cap. cum sicut* loquatur de Ecclesia consecranda, tamen Gloss. *ibid. v. consecrata* benè notat procedere etiam in fundatione Ecclesiæ, & quatenus fuerit omissa dotatio, certius est non esse permittendam consecrationem, ut expressè dicitur in *can. placuit* 1. *q.* 2. *ubi* Gloss. quod requiratur dotatio ante impositionem primi lapidis, quæ fit ante consecrationem. Rursùs omnes textus supra relati, ubi injungitur pro requisito dotatio, loquuntur de fundatione, ut *in Can. Nemo de Consecrat. dist.* 1. eò magis quia nunc raro consecrantur Ecclesiæ, sed solùm benedicuntur, reservata ista solemnitate Cathedralibus tantùm, vel aliis majoribus Ecclesiis, ut notatur per Barb. *de jur. Eccl. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 28. Et de consecratione facta Basilicæ D. Petri in Urbe, & Neapolis Metropolitanæ, testatur Ventrigl. *cit. annot.* 17. *part.* 2. Lott. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 12. *&* 13. & del Bene *cit. cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 8. *& seq.* dixit, quod sufficit, ut tam Ecclesiæ, quàm Oratoria sint auctoritate publica erecta, ac destinata ad ministranda sacra, ut sit locus sacer, etsi careant consecratione, aut benedictione formali, benè *in cap. fin. de Consecrat.* usque à tempore Gregorii IX. dicitur, quòd si Ecclesia non fuerit consecrata, etiam polluitur per sanguinis aut seminis effusionem, sed per Sacerdotem simplicem rebenedici potest, ut in praxi servatur, & not. Gonzal. *ibid.* quod procedit in quacumque Ecclesia deputata ad publicam Missarum celebrationem, etsi non consecrata, nec benedicta, Lotter. *cit. num.* 8. *& seq.* Secundò notandum,
87 quod etsi antiquitùs raræ essent Ecclesiæ, itaut omnes ferè Civitates, præter Romam, Alexandriam, Antiochiam, Constantinopolim, & similes majores Urbes, singulas haberent Ecclesias, ut notat Thomassin. *de benef. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. & aliquando erant permissæ Capellæ, vel Oratoria, vel ad orandum tantùm, vel ad Missæ Sacrificium peragendum permissivè in locis, ubi non erant Ecclesiæ, cum institutione certi Presbyteri pro Missis, & divinis officiis, ut notat idem Thomass. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 92. *num.* 9. qui *ibid. cap.* 93. tradit, in hujusmodi Oratoriis, ubi Sacerdos non instituitur, sed tantùm accedit ad celebrandum, non esse necessariam dotem. Quare in his Capellis, seu Oratoriis promiscuè usurpatis, Beneficia erigebantur perpetua, à quo certa Beneficia ruralia, ut ibi dicitur.

Nihilominus dico in Ecclesiis requiri dotem, si eri-
88 gatur titulus Beneficii perpetuus, aut canonicè erigantur, aut sint consecrandæ, quod numquam fit, nisi assignata dote pro Rectore Ecclesiæ: ita in Capellis seu Oratoriis publicis consecratis, quæ solebant etiam antiquitùs consecrari, ut infra dicam, dos assignabatur.

Quoad primum est certum, quod omnia Jura
89 vel loquuntur de Ecclesia consecrata, vel in qua titulus beneficii est institutus, ea ratione quia tunc datur quoddam conjugium spirituale, pro quo requiritur dos; hoc probatur in *cap.* 1. *de Censibus*, ibi: *Sanctitum est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque servitio tribuatur, & Presbyteri in eis constituti aliquod servitium faciant, &c.* & sic supponit textus installationem Presbyterorum, quod est adesse Beneficiatos, *& cit. Can. Nemo nobis* 25. *de jure Patr.* ac alia Jura loquuntur de Ecclesia dedicanda, seu consecranda, imò in *cit. cap. Cum sicut de consecr.* casus erat Ecclesiæ cum Capitulo Canonicorum. Et quamvis aliquando non fiat mentio de Consecratione, tamen supponitur, quia antiquitùs dum erant Ecclesiæ raræ, non omittebatur Consecratio statim post ædificationem perfectam. Unde in *cit. cap. fin. de Consecrat.* etsi Gregorius dixerit Ecclesiam non consecratam pollui, tamen subdit, *est tamen quò citius fieri poterit consecranda.*

Hinc etiam in Capellis Ruralibus, Beneficia perpetua fundabantur in erectione, ut in Concilio Aurelianensi IV. *cap.* 33. ibi: *Siquis in agro suo, aut habet, aut postulet habere Diœcesim, primum & terras ei deputet sufficienter, & Clericos, qui ibi sua officia impleant, ut sacratis locis reverentia condigna tribuatur.* Et tempore D. Gregorii epist. 9. *lib.* 2. *ibi: Thimotea illustris fœmina petitoria nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis intra Civitatem Ariminensem in loco juris sui Oratorium, se pro sui devotione fundasse, &c. percepta prius donatione legitima consecrabis*, aut apud Gonzal. *cap. cum sicut num.* 1. *de Consecrat. Eccl.* vel quatenus reservatur Juspatronatus, ut in *Can.* 1. *placuit cit. & not.* Gloss. *in d. cap. cum sicut* in figuratione casus: *Nota, quod Ecclesia non debet consecrari, nec etiam fundari, nisi à Patrono ei de dote provideatur.* Et ratio est quia vel per consecrationem; qua perpetuo cultui Divino copulatur, vel per Jus patronatus, & Beneficium, consideratur onus conjugii perpetui spiritualis, pro quo datur dos ad instar conjugii temporalis, & illa est secundùm numerum Ministrorum, Gonzal. *citat. cap. Cum sicut de consecr. Eccl. numer.* 1. *&* 4. Ventrigl. *cit. ann.* 17. *nu.* 17. *& seq.* & D. Chrysostomus *hom.* 18. *in act. Apost.* ibi: *Quasi ducta uxore, vel sponsa, vel dotata Virgine, sic erga Ecclesiam affectus sis, dotem inscribi illi.* Et Oratoria etiam consecrabantur, ut notat Du Gange *relat.* à Van-Espen. *part.* 2. *cit. cap.* 2. *num.* 6. Et ita in his Oratoriis, ubi adsunt Beneficia perpetua, vel Rectores, vel si sint consecrata dotes constituendas esse, docuerunt Gonzal. *cap. fin. in fine de censib.* Bellett. *disqu. Cler. cit.* §. 15. *num.* 11. Ventrigl. *cit. adnot.* 17. *num.* 16. *in fine*, Lambert. *de Jur. patr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 21. *num.* 15. *& art.* 19. *num.* 12. Rota *cit. dec.* 713. *numer. fin.* coram Coccino, *& dec.* 65. coram Mantica, ubi quando dicitur Ecclesia. Et etiam Consecratio præsumitur, vel benedictio ad publicum cultum, & dos si non adsit, præsumitur usurpata, ut in *d. decis.* quando adsunt signa consecrationis. Intelligendum rursus est, quod
dixilmus de Consecratione Ecclesiæ, vel Capellæ, seu 90
Oratorii, etiam de eo, quod auctoritate Episcopi dedicatur, & erigitur, apposito primo lapide, ut habetur in *cit. can. Nemo*, & observat Gloss. *cit. cap. Cum sicut v. consecrata*, & Gloss. *v. dotem in can. placuit*, & sic etsi secundùm tempora præsentia, ut dixi, non consecrentur Ecclesiæ, nisi Cathedrales, & majores, ut de consuetudine Ricc. ad Lancell. *Instit. Can. lib.* 2. *tit.* 18. *vers. quia Ecclesia*, & nomine Ecclesiæ, venit benedicta tantùm, Nicol. in Floscul. *v. Ecclesia*; ideò pro Ecclesia publica sufficit, quod auctoritate Episcopi sit erecta, & ita distinguunt requiri dotem in istis, quia deputatio ad usum sacrum, est perpetua, & ad instar Matrimonii, dos debet assignari perpetua, & sic Doctores aliquando recipiunt pro consecrata, Ecclesiam cultui publico, & perpetuo dicatam, Episcopi auctoritate.

Si tandem agatur de Capellis, & Oratoriis non 91
consecratis, nec fundatis auctoritate publica, nec in iis sint fundata Beneficia Ecclesiastica, & tunc aut sunt intus Ecclesiam dotatam, & non debet assignari dos, quia sufficit, ut Ecclesia sit dotata, nam censentur ædificatæ Capellæ ad ornatum, dummodò non adsit speciale Beneficium erectum, Bellet. *cit. num.* 12. Ventrigl. *cit. nu.* 16. cum ibi adductis, Genuens. *in praxi cap.* 109. *num.* 1. Lambert. *cit.* aut de aliis extra Ecclesiam, & hoc procedere quoad dotem rigorosè sumptam, quia ea non datur, nisi posito illo conjugio spirituali pro supportatione onerum perpetuorum, advertit citat. Lambert. *artic.* 21. *numer.* 19. *vers. aut.* Ista enim Oratoria facilè destruuntur, & amittuntur ac permittuntur ad instar eorum privatorum, cum differentia tantùm, ut in istis celebratio nequeat permitti, nisi à Papa, secùs in primis, in
quibus declaratur Breve San. Mem. Pauli V. ut Epis- 92
copi in iis possint permittere celebrationem, ut refertur per extensum à Nicol. *cit. tit.* 33. *num.* 7. *vers. Limita tertiò*; unde adsunt Oratoria, quæ non sunt Ecclesiæ, idest publica auctoritate erecta, quæ illis in omni-

omnibus assimilantur, ut dixi, nec minùs domestica, in quibus requiritur beneplacitum Papæ pro Missa celebranda. Sed sunt quoque Oratoria privata, nimirùm sine auctoritate publica erecta, sed extra domos privatas, & in istis Episcopus potest concedere licentiam ad sacrum inibi peragendum, quam non requirerent, si essent cultui publico destinatæ in erectione, uti veræ Ecclesiæ. Et in istis procedunt auctoritates supradductæ excludentes requisitum, dummodò tamen in eisdem nullum beneficium fundatum, nulla dedicatio publico cultui divino per Episcopum facta fuerit in erectione per impositionem primi lapidis, neo non fuerint omissæ aliæ cæremoniæ benedictionis, vel consecrationis, & nullum onus Missarum perpetuum adjectum, nec adsint sepulturæ, nec Campanile (quidquid sit de simplici Campanula) nec solemnes Missæ celebrentur, benè Rota *decis.* 38. & 65. coram Mantica, quæ sunt indicia Ecclesiæ publicæ.

Igitur celebratio Missæ inibi fit permissivè ab Episcopo, non autem ex dedicatione publica, ac destinatione ad hunc effectum, quia fabrica fuit incœpta auctoritate privata, & sine solemnitatibus concurrentibus ad veræ Ecclesiæ ædificationem. Debent tamen Episcopi in hujusmodi Capellis, &
93 Oratoriis etiam existentibus intus Ecclesias, præsertim si ferant onera Missarum, antequam concedant licentiam celebrandi, stabilire emolumentum fixum pro tali onere, etsi temporali, ne deinde devotione frigescente, remaneant sine cultu, & paramentis, ut advertunt Ventrigl. *cit. adnot.* 19. *num.* 24. & Genuens. *relat. num.* 1. & etiam Lambert. *citat. art.* 19. *versus finem*, & *art.* 21. *numer.* 19. ubi quod debet dari dos pro luminaribus, & ornamentis, quæ propriè dos non dicitur, sed subventio, quæ cessat, cessante necessitate, & in simplici Capella non consecrata, Sac. Congreg. Concilii rescripserat *esse concedendam licentiam celebrandi in Forolovien. erectionis Ecclesiæ 16. Januarii 1694.* cùm adesset constitutio dotis, seu subventionis.

Quare omnes Canonistæ videntur distinguere circa dotem necessariam in Ecclesia, seu Oratorio pu-
94 blico cultui divino designato per Episcopum, ac Oratorium privatum pro propria devotione, quia illæ consecrantur, vel dedicantur, aut benedicuntur ad perpetuam firmitatem, ista fiunt à privatis hodiè existentia, cras amovibilia; Ecclesiæ enim sunt loca Religiosa, & sancta, Deo irrevocabiliter dicata, ut dixerunt *Canonistæ* apud Fagn. *cit. cap. auctoritate de Censibus*, Card. Zabarell. *cons.* 11. *nu.* 10. Antonius de Butr. *cons.* 19. *num.* 9. Mandos. *in reg.* 34. Cancell. *de annal. quæst.* 17. *num.* 10. Fusc. *de Visitatione lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 1. & *seq.* Lott. *cit. quæst.* 113. *num.* 1. & *seq.* Vivian. *de Jure patron. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. ac alii, & quod hæc dos sit perpetuò sub administratione Episcopi, nec possit in limine fundationis aliter conveniri, est textus expressus *in can.* 1. 10. *quæst.* 1. ubi Gloss. *ver. non pertinet*, quia esset pactum contra jus publicum, & Gonzal. *in cap. nimis num.* 8. *in fine de Jur. Jur.* Et hæ Capellæ, seu Oratoria privata extra Ecclesiam, in quibus permittitur ab Episcopis celebratio, prout etiam antiquitùs fiebat in Oratoriis privatis, seu domesticis, dicuntur tertia species Capellarum. Hinc in Oratoriis privatis positis in Villis, aut locis ruralibus, non erat permissa celebratio, nisi de licentia Episcopi, *can. Si quis dist.* 1. & quod in Capellis non consecratis nequeat celebrari, nisi permittente Episcopo, *can. concedimus dist.* 1. *de consecr. cap. unicuique cap. Missarum*, *ibid.* & etiam hodiè servatur, ut dixi. *Et in Concilio Agathensi cap.* 21. relato per Pignatel. *consult.* 98. *tom.* 6. ubi fusè juxta morem materiam Capellarum, & Oratoriorum agit. Et Gloss. *cit. ca. si quis vers. Oratorium bene*, ibi: *Hoc exaudi de Oratorio privato, secus in Oratoriis aliis, quæ populus facit, ut ex cap. ad audientiam de Eccl. ædif. nam ibi in solemnitatibus celebrare licitum est*; hæc enim super his est differentia antiquitùs agnita. Aut enim Capellæ, & Oratoria erant auctoritate Episcopi erecta pro necessitate Populi, & Sacramentorum administratione in loco remoto à Parochia, & tunc dicebatur Ecclesia, *cit. cap. ad audientiam*, & assimilantur in omnibus, Ecclesiis publicis. Aut erant privata, & ista, vel erant in ruribus ad populi commoditatem orandi, vel in privatis domibus, & tunc causa exigente, permittebatur ab Episcopis ibi celebratio, non quidem ex sui natura, propter deficientiam publicæ erectionis, & dedicationis, sed dispensativè, ut Gloss. *cit. can. si quis vers. ob fatigationem*, & dixit Ventrigl. *cit. annot.* 19. ubi de Luca, *can. Clericos*, *can. Missarum dist.* 1. *de consecr.* & *cap. in his de privil.* ubi Abb. Ricc. *in addit.* ad Lancett. *Instit. Can. lib.* 2. *tit.* 18. §. *Ecclesia vers.* 2. *fallit*, reservata posteà apud Sedem Apostolicam facultate concedendi hujusmodi licentias in Oratoriis domesticis, remanente potestate Episcopis in aliis privatis extra domos non confundendis cum Ecclesiis; sed ad distinctionem domesticorum, publica dicuntur, ut benè notavit Fagnan. *cit. cap. Auctoritate num.* 23. *de Censibus*, & *num.* 27. *vers. Unde*. Etenim si verè ista Oratoria sine aliqua solemnitate extructa, essent idem, ac Oratoria publica auctoritate erecta, quæ assimilantur Ecclesiis in omnibus, non esset opus impetrari licentiam ab Episcopo celebrandi, quod essent ex ejus institutione ad id, prævia benedictione, seu consecratione deputata; sed licentia ea necessaria est in Oratoriis, ut dixi, privatis, & in iis non permittitur totum id quod fit in Ecclesiis, sed pura celebratio Missæ, quæ aliquo modo dicuntur publica, ad differentiam domesticorum, ita etsi ista non visitentur, ut *volunt cit. Doctores*, tamen illa in quibus publicè Sacrificium Missæ dicitur, visitantur, sed procuratio non exigitur, quæ exigitur ab iis, quæ ex sui erectione publica auctoritate, ac cæremonia Deo dicantur: & ratio est, quia ista tertia species habet dotem, ex qua procuratio debet dari, secus secunda species, ut optimè Gonzal. *cit. cap. Auctoritate de Censibus*, ibi: *Quia etsi hujusmodi loca* (loquitur de Oratoriis secundi generis) *in quibus Missa tantùm celebratur, & ut talia subjiciantur Diœcesanis Episcopis, tamen quia non habent titulum beneficii annexum, nec redditus, aut proventus Ecclesiasticos, ideò procurationem non solvunt, licèt possint ab Episcopis visitari*, & quod Missæ celebratio non inducat qualitatem publicam Rot. *dec.* 38. *num.* 8. coram Mantica.

Quare concludendum, in Ecclesiis consecratis re-
quiri extra dubium dotem, aliàs cogi fundatorem, 95
& in subsidium teneri Episcopum, prout in Ecclesia benedicta, & auctoritate publica erecta, & dos facit præsumere consecrationem, seu publicam Canonicam erectionem, Rot. *cit. dec.* 38. *num.* 1. coram Mantica. Secundò etiam in Capellis tam intus Ecclesiam dotatam, quàm extra de per se stantibus, prout etiam in Oratoriis, si hæc fundentur cum titulo Beneficii, quod nequeant dari sine dote. Etenim olim in Oratoriis erigebantur Beneficia, & in illis Clerici instituebantur pro continuo servitio residentes, ut plenè Thomassin. *de benef. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 93. *num.* 13. & *per tot.* & *cap.* 94. *num.* 1. & *seq.* Gonzal. *cap.* 4. *num.* 4. *de Jurepatron.* Ita si Oratoria essent consecrata, vel præviis cæremoniis impositionis primi lapidis benedicta, & auctoritate publica cultui divino perpetuò dicata, requiritur dos. Non autem requiritur dos in aliis, vel domesticis, vel etiam in publico loco existentibus sine dictis requisitis, etsi permissivè ibi celebretur Missa. Requiritur tamen pro istis congrua obligatio subventionis pro paramentis, & pro oneribus Missarum manualium, aut alio onere injuncto, quæque subventio non dicitur dos, quia non est perpetua in patrimonium sacrum adscita, sed tem-

temporalis, durante permissione Episcopi. Unde in primis semper remanet obligatio Episcopi, in subsidium; in secundis non adest dicta obligatio, quia possunt destrui talia Oratoria, & denegari ab Episcopo celebratio.

Hinc juxta hunc intellectum debent intelligi declarationes Sac. Congreg. & doctrinæ, quod sit necessaria dos in Ecclesiis tantùm consecratis, quia sunt perpetuò Deo dicatæ, nec retractabiles, prout etiam sunt etsi non consecratæ, si sint beneficiatæ, ut notarunt *cit. Doctores*, & Rota *dec.* 713. *nu.* 3. coram Coccino, vel præviis cæremoniis impositionis primi lapidis ab Episcopo Ecclesiastico ritu Deo dicatæ, & consequenter etiam dos debet esse perpetua, & non simplex subventio, prout perpetuus est ejus honor, donec ejus vestigia pateant, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 45. Frances *de Eccles. Cathed. cap.* 7. *num.* 79. Rota *dec.* 472. *nu.* 31. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* nec ex eo quod Capella habeat simplicem Campanulam, & ostium in via, potest dici publicè dedicata perpetuò ad cultum Dei, ut Missæ præcepto satisfiat, quia id est ad differentiam Oratorii ad orandum tantùm. Hinc etsi in
96 Capella Palatii Episcopalis satisfiat à quocumque præcepto Missæ, quia dicitur Capella publica, non tamen illa dicenda est perpetuo, ac publico cultui dicata, itaut requiratur vera dos, quod in praxi esset ridiculum asserere, prout idem est in Capellis S. R. E. Cardinalium, Nicol. *cit. lib.* 5. *tit.* 33. *nu.* 7. *vers. Limita tamen*, & sic ista publica qualitas intelligitur eo modo quo dixi, ad differentiam domesticorum Oratoriorum, nam Oratorium etsi non habeat ostium in via, etiam potest dici publicum ex dicta erectione Canonicè facta, Mant. *cit. decis.* 65. *numer.* 8.

Dum hìc agitur de erectione Ecclesiarum non facienda, nisi cum licentia Ordinarii occasione privilegii præfati concessi in hac Constitutione Paschalis Ecclesiæ D. Joannis, commemorare liceat privilegium concessum Capitulo Basilicæ Lateranensis à Sixto V. erigendi in suis locis loca pia, sine licentia Ordinariorum, *in Constit.* 19. *ejusdem Bullar. tom.* 2. de quo privilegio ibi erit sermo, & etiam innuo *in seq. sectione*.

SECTIO II.

De exemptione onerum concessa in hac Constitutione quoad bona spiritualia Parochiæ S. Joannis,

SUMMARIUM.

1 *In hac Constitutione Summus Pontifex concedit exemptionem Parochiali Ecclesiæ S. Joannis in Laterano à quocumque onere ex bonis spiritualibus, salvo jure hereditario, quod haberent aliæ Ecclesiæ.*
2 *Explicatur Privilegium.*
3 *Si onus hereditarium fuisset in fundo, seu manso Ecclesiæ, vel Census, an deberet solvi?*
Et an possit esse capax Ecclesia, seu locus destinatus ad illam, aut ipsius mansus, scilicet dos Oneris, & Census, ibid.
4 *Res sacræ sunt nullius, & extra commercium.*
5 *Non potest imponi in illis census.*
6 *Ita dicendum in manso Ecclesiæ.*
Mansus qui dicatur, & debet esse immunis à quocumque onere? ibidem, & numer. 25. & seq.
7 *Quid dicendum, si imponatur census super tota tenuta, in qua adsit in parte locus sacer, an substineatur in parte non sacra?*
Resolvitur affirmativè, ibid.
8 *Respondetur contrariis.*
Mansus dicitur ab aliquibus etiam Territorium adjacens Ecclesiæ, ibid.
9 *Quod distinguitur, & declaratur doctrina juxtà distinctionem.*
Eremus an sit locus sacer? ibid.
10 *An census possit imponi quoad locum destinatum ad rem sacram.*
An sola destinatio faciat rem sacram? ibid. & num. seq.
11 *Laicus non permittitur reservare dominium in re sacra, nec est illius capax.*
Laicus fundans Ecclesiam in suo fundo non fit Dominus illius, sed simplex Patronus fieri potest.
Remanet Ecclesia sub dominio Episcopi, & solum cedit illi, non è contra.
12 *Si fundetur Ecclesia ab habente capacitatem rei Ecclesiasticæ, an acquirat dominium, ubi de Ecclesia in solo Lateranensi.*
13 *Si tamen Laicus in proprio fundo ædificet, non potest eum subjicere alteri, quàm Episcopo?*
Declarantur in hoc doctrina, ibid.
14 *An possit imponi census in manso, seu fundo Ecclesiæ ad favorem alterius Ecclesiæ?*
15 *Affirmant Doctores.*
16 *Sed declarantur, ut census præexistens ante Ecclesiæ constructionem remaneat ea ædificata in fundo censito, secus in impositione Census post ædificationem.*
17 *An Census præexistens in re sacra ante istam qualitatem possit affrancari postquam fundus fit sacer.*
18 *In censibus consignativis ad formam Bullæ Pianæ, non est dubium.*
19 *Quid dicendum in reservativis, & adducuntur rationes hinc inde.*
20 *Resolvitur affirmativè quoad onus ad favorem Laici.*
21 *Sed an procedat etiam in onere constituto ad favorem Ecclesiæ?*
Adducuntur Doctores pro negativa, ibid.
22 *Concluditur affirmativè, ut etiam alia Ecclesia possit cogi ad affrancandum, & de differentia quoad onus in favorem Laici.*
23 *Conquassatio privilegiorum quando cesset?*
24 *Onus respectu Laici quatenus dici possit resolvi ob constructionem Ecclesiæ in fundo ob incompatibilitatem, & a. n. seqq.*
25 *Mansus Ecclesiæ explicatur quatenus possit sumi pluribus modis.*
Aliquando pro agro, in quo frumentum, & vinum pro Sacrificio Missæ colligitur, ibid.
Aliquando pro dote Ecclesiæ ædificatæ, ibid.
Aliquando pro ipso situ Ecclesiæ, ejusque Ministrorum, ibid.
26 *Mansus debet esse liber ab omni onere & servitio respectu Principis Laici, imo fit statim liber.*
27 *Alia onera fixa & invariabilia remanent tantùm in aliis Bonis Ecclesiæ, secus autem in manso.*
28 *Si tamen onus sit ratione contractus, an privatus amittat jus per constructionem Ecclesiæ, itaut libera reddatur.*
Plures distinguuntur casus, ibid.
29 *Quid dicendum, si onus sit ad favorem tertii non ædificantis Ecclesiam?*
30 *Corollariè adducitur differentia in ista materia inter onera ad favorem Ecclesiasticorum Principum, & Laicorum privatorum.*
An debeat solvi decima alteri Ecclesiæ de Manso, & quid in Ecclesia dismembrata respectu antiquæ? ibid.

IN alio §. hujus Constitutionis, eximitur hæc Parochia Divi Joannis à solutione cujuscumque oneris ex bonis spiritualibus, ac divinis rebus, salvo ju- 1
re hæreditario quoad alias Ecclesias intra fines Parochiæ pertinentes.

Ex

Ex quibus verbis arguitur exemptio à quocumque
2 onere respectu Ecclesiæ, aut alterius loci pii, sol-
vendo ex obventionibus dictæ Parochiæ, ac rebus
divinis, scilicet iis, quæ sunt destinatæ divino ser-
vitio, quoad decimas, & oblationes alteri Eccle-
siæ, ut dicam *num.* 30. Reservavit tamen Papa alia
jura, quæ haberent aliæ Ecclesiæ, non ex vi su-
perioritatis, à qua eximit dictam Parochiam, sed ju-
re hæreditario, scilicet privato quodam jure, & ra-
tione contractus.

Sed quid dicendum, si onus, vel census fuisset
3 in ipso fundo Ecclesiæ, an deberet solvi, & possit
esse capax pro fundo census ipsa Ecclesia, vel lo-
cus destinatus ad constructionem Ecclesiæ?

Certum est, in fundo, & re sacra, nequit cen-
4 sus, aut onus imponi, quia res sacræ sunt nullius
§. *nullius Instit. de rer. divis. leg.* 1. *ff. eodem tit.*
& proinde, uti extra commercium, nequeunt esse
capaces hujus servitutis, argum. textus *in leg.* 1. §.
5 *eam rem ff. quæ res pign. oblig. non poss.* & in ter-
minis docuerunt Felician. *de Censibus tom.* 1. *lib.* 2.
cap. 3. *num.* 1. Cenc. *eodem tract. quæst.* 28. *num.*
1. *& seqq.* & Rota *in Romana Censuum* 9. *Maji*
1689. *num.* 1. §. *defectus autem* coram Card. Cac-
cia, *& eadem* 16. *Januarii* 1693. coram D. Ma-
nuel. *num.* 2. §. *nec præfatam*, & meliùs in confir-
matoria *die* 6. *Martii ejusdem anni* coram eodem
D. Manuel. *num.* 2. *&* 4. quæ decisiones sunt in-
ter impressas post Card. de Luca *de Usuris*, *&*
Cambiis decis. 33. 34. *&* 35. & faciunt jura Cano-
nica loquentia de Manso, qui erat certa agri men-
6 sura pro dote Ecclesiæ, *cap.* 2. *de Jurepatr. & cap.*
1. *de Censibus*, *deque Filasacus in cap.* 4. §. 2. *de*
off. ordin. & de ejus quantitate secundùm distinctio-
nem Ecclesiarum, & Ministrorum, latè Lambert. *lib.*
1. *de jurepatr. par.* 1. *quæst.* 5. *artic.* 21. Gonzal.
& alii Canonistæ *cit. cap.* 1. *de Censibus* & dixi *in*
antecedenti sect. quique mansus liber erat, & immu-
nis ab omni onere, & servitio, ut in patrimonium
Dei adscitus, juxta textum *in cit. cap.* 1. *de Censi-*
bus, & observat Rota *in dec. Romana Locorum Mon-*
tium 20. *Aprilis* 1693. §. *nec titulum* coram D. Mu-
to, *& in dec. Romana Quindenniorum, super dubio*
Affrancationis 6. *Junii* 1687. *numer.* 7. *&* 8. post
Card. de Luca *de servit. dec.* 32.

Si tamen Census imponatur super tota Tenuta,
7 in qua adsit in aliqua parte locus sacer, sed rema-
neat alia pars non sacra, substinetur in parte non
sacra, & sic Rota firmavit non esse nullum censum
impositum in Territorio PP. Discalceatorum Car-
melitarum, in quo erat Desertus, si ultra Cellulas,
Monasterium, Ecclesiam & alia ad quæ usus Reli-
giosus restringitur, adsit aliud Terrenum, etsi ad-
jacens fructiferum, in prædictis decisionibus *Romana*
Censuum.

Nec obstat, quod mansus dicitur ille situs non
8 solùm in quo Ecclesia ædificatur, sed etiam adja-
cens, ut docent Barbos. *in cap.* 1. *de Censibus num.*
1. *& seqq.* Butr. *num.* 2. *vers. Idem nota*, & Rota
in Romana Quindenniorum super dubio affrancat. cit.
num. 7. *&* 8. quia id est intelligendum de toto situ
adjacente constituente Monasterium, seu locum sa-
9 crum, ut erat in casu dictæ decisionis, ubi agebatur
de Monasterio Septem Dolorum Urbis; secùs autem
si agatur de fundo contiguo alicui Monasterio, cu-
jus non sit pars, & ita intelligenda est prima de-
cisio *Romana Censuum*, aliàs quæcumque res spectans
ad Ecclesiam posset dici sacra lato modo, sed tan-
tùm debet intelligi de illo usu sacro pro Ecclesia, seu
Monasterio, horto, & similibus, ut benè Rota
dec. 339. *num.* 40. *par.* 6. *recen.* tamen in casu dictæ
decisionis *Romana Censuum* agebatur de Eremo, qui
certè sacer locus dici debet, etsi aliquo modo habeat
adjacentes Vineas cultas, quatenus sint ad usum,
& honestum sublevamen animi Religiosorum, ut de
Eremo esse locum sacrum, dixit Donat. *rer. Re-*
gular. tom. 2. *tract.* 14. *de Erem. quæst.* 1. *num.* 14.
& sic verè dicta decisio se fundavit, quia Census
fuit impositus ante constructionem Eremi, & in re-
servatione dominii Laicalis in dicto loco repugnante
loci sacri qualitati prætensæ.

Sicuti non procedit Conclusio in puro loco desti-
nato ad rem sacram, ut de Censu imposito ante con- 10
structionem dicti Eremi dixit tertia decisio citata
num. 5. nam sola destinatio ad usum sacrum, illum
sacrum non reddit, juxta textum *in leg. si non dum*,
& ibi Gloss. *ver. dedicatam C. de furtis*, quia potest
in talem usum non converti, Spada *Consil.* 135.
num. 10. *lib.* 1. eò magis si in tenimento, super
quo fuit res sacra constructa, donator laicus sibi re-
servaverit dominium, cùm Laicis non permittatur
illud reservare super re sacra, *cap. Massana de elect. &* 11
cap. Decernimus de Judic. & prosequitur *cit. decis.* 3.
num. 6. *&* 7. ubi etiam firmatur, quod si Laicus
erigat Ecclesiam in suo fundo, non fit dominus Ec-
clesiæ, sed simplex patronus fieri potest, sed ea re-
manet sub dominio Episcopi, quia res sacræ non
possunt occupari à Laicis, Calderin. *cons.* 5. *num.* 1.
de relig. dom. Sanchez *resp. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 14.
in fine Bursat. *cons.* 178. *num.* 16. *vers. cum quodam*,
Rota *decis.* 250. *num.* 21. coram Roxas, & specia-
le est, ut cedat solum Ecclesiæ, non è contra, *decis.*
352. *num. fin.* coram Ubaldo, nisi tamen fundetur
Ecclesia in situ habentis capacitatem dominii in re sa-
cra, & in terminis donationis fundi præventivè fa-
ctæ Capitulo Lateranensi, in quo idem donator Lai- 12
cus deinde fundaverat Ecclesiam, quod ista remanse-
rit sub dominio ejusdem Capituli, excluso Episcopo
prætendente in ea jus, firmavit Rot. *in cit. dec.* 250.
num. 22. *& per tot.* cor. Roxas, *& faciunt* Gloss. *&*
DD. in cap. de Monachis in v. de proventibus de præ-
bendis, *& dignit.* Rot. *dec.* 102. *num.* 3. *in fine vers.*
cujus dominium par. 1. *rec. & decis.* 153. *num.* 2. *par.*
2. Si tamen Laicus in proprio fundo ædificat, non 13
potest donare Ecclesiam ædificatam alteri in præjudi-
cium Episcopi, qui habebat jus in limine fundatio-
nis, nam ita procedunt *cit. Doctores* præsertim Rot.
cit. dec. 102. *par.* 2. ubi agebatur de Dominio distri-
ctus Abbatiæ Claravallensis per donationem præven-
tivam, & sic accedente posteriori ædificatione Eccle-
siæ, ista remansit sub ejusdem Abbatiæ dominio, cu-
jus erat solum, & sic in dicto casu requiritur consen-
sus Episcopi, ut optimè distinguit Gloss. *cit. v. de*
proventibus. Sed etiam nunc requiritur Beneplacitum
Apostolicum per Extravag. Paulinam; ut etiam
dixit Rota *cit. decis.* 250. *num. fin.* coram Roxas.

Nec minus obstat prædictis, quod etsi in manso,
scilicet fundo Ecclesiæ non possit imponi Census ad
favorem laici, videtur posse saltem fieri ad favorem
Ecclesiæ, ex dispositione *cit. cap.* 1. *de Censibus*; nam
sicuti non decet Ecclesiam esse laicis tributariam,
quæ fuit præcisa ratio hujus prohibitionis, ita non
existente tali repugnantia respectu alterius Ecclesiæ,
cessat quoque prohibitio, Abb. *ibid. nu.* 4. Suarez *de* 15
relig. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. Leo Thesaur.
Eccl. 2. *cap.* 12. *num.* 55. Gutierez *Can. qq. lib.* 2.
cap. 21. *num.* 54. *decis.* 339. *num.* 15. *par.* 6. *decis.*
294. *num.* 1. *part.* 4. & coram Card. Cerro *decis.* 2.
numer. 24. ut distinguunt Doctores ad cit. textum,
præsertim Barbos. *num.* 4. Rota *decis.* 474. *num.* 25.
par. 9. *rec.* tamen ista procedunt in Censu præexi-
stente, & sic etiam permanente post mutationem sta- 16
tus in rem sacram; quia cessat illud inconveniens con-
sideratum, ut Ecclesia subeat servitutem laici; secus
autem si agatur de Censu posteà imponendo, quia
cùm talia bona destinata pro usu Ecclesiæ sint nul-
lius, ut in his terminis Rota *decis.* 294. *numer. fin.*
part. 4. *tom.* 1. *rec.* ex hac ratione non possunt re-
cipere onus, quod imponitur per Censum, seu per
quamcumque hypothecam, eò vel magis, quia in
casu coactionis Ecclesiæ ad solutionem, deberet pro-
cedi ad ejus alienationem, ad instantiam Credito-
ris, quod absurdum omninò cuicumque discurren-
ti videtur.

Sed

Sed numquid præexistente Censu in re sacra ante
17 istam qualitatem, possit ille redimi, & affrancari?
Et dubium est in Censu emphyteutico; nam in aliis
consignativis, utpotè de sui natura redimibilibus in
18 vim Bullæ Pianæ, non est dubium. Videtur autem
negativè resolvendum, quia importaret coactam ven-
ditionem à jure improbatam, *l. dudum C. de contrah.*
19 *emptione*; tamen si agatur de Ecclesia construenda,
videtur favore religionis id permittendum; nam sicu-
ti permittitur ex causa tam ædificandi, quàm am-
pliandi Ecclesiam coactio vendendi, ad *leg. si quis se-
pulchrum*, ubi Gloss. *ver. compellere ff. de relig. &c.*
Thesaur. *quæst. For.* 64. *num.* 6. Menoch. *cons.* 1206.
vol. 3. Cyriac. *contrav. For. lib.* 1. *controv.* 1. *per tot.*
contrav. 231. *num.* 8. *&* 12. *Add.* ad Franch. *dec.* 203.
num. 1. *decis.* 494. *num.* 16. *&* 17. *part.* 19. *rec.* &
20 nos alibi dicemus; ita eo magis erit permittenda coa-
ctio pro affrancatione oneris, ut Mansus ipse liber
evadat. Imò respectu oneris ad favorem laici, urget
fortius motivum desumptum *ex cit. cap.* 1. *de Censi-
bus*, ne Ecclesia tributaria fiat laico, ut firmat *cit.*
dec. Rom. Quindenniorum super dubio affrancationis 6.
Junii 1687. coram Benincasa *num.* 7.

Difficultas verò est in servitute, seu subjectione er-
21 ga aliam Ecclesiam, respectu cujus, ut dixi, sicuti
non venit consideranda illa repugnantia, seu incon-
veniens servitutis alterius Ecclesiæ; ita nequit cogi
ad affrancationem oneris, quod sine vulneratione sta-
tus ipsius Ecclesiæ servientis subsistere potest, ultra
quod cùm agatur inter privilegiatos, vicissim privile-
gia eliduntur, ut in terminis Valenz. *cons.* 18. *nu.* 87.
& seq. & prosequitur *cit. decis. Romana Quindennio-
rum num.* 9.

Verùm dico quod etsi ex sui natura, libera non
22 evadat Ecclesia ab onere respectu Ecclesiæ, ut est in
onere respectu laici ratione incompatibilitatis, tamen
potest implorari officium Judicis, ut ab illo onere exi-
matur, & in hoc differt respectu servitutis laicalis.
Hocque tamen officium numquam denegatur, con-
currente favore causæ piæ, Abb. *in cap.* 1. *de Censi-
bus num.* 8. *vers. patronus potest*, ibi Zabarell. *opp.* 1.
ver. sed instructum Episcopum, *& cons.* 88. *numer.* 5.
Brunus *inter cons. feudalia cons.* 110. *num.* 1. *& sequ.*
Sola ad Constit. Sabaudiæ in decret. rempubl. par. 3.
Gloss. *unic. num.* 22. itaut dominus directus teneatur
extinctioni Census consentire, ut Ecclesia remaneat
libera, Bellug. *in speculo Princip. tit. de amortiz.* §. *re-
stat*, *num.* 3. Capon. *contr.* 1. *num.* 25. & etiam in-
ter Ecclesias, Francisc. Marcus *decis.* 354. *num.* 6. *in
fine*, benè Rota *decis.* 2. *num.* 26. coram Card. Cerro,
23 nec conquassatio privilegiorum aliquid facit, quia ista
cessat, si concurrat major ratio in privilegiato agen-
te de damno vitando, prout ageret Ecclesia serviens,
quæ libertatem à servitute emphyteutica petit, ut in
similibus terminis Mastrill. *decis.* 280. *num.* 88. *& seq.*
& benè firmavit *citat. decis. Romana Quindenniorum
num.* 11. *& seq.*

Prædicta tamen circa onus respectu laici, ut ex sui
24 natura in manso Ecclesiæ resolvatur, ratione incom-
patibilitatis, non ita indiscriminatim sunt recipien-
da. Itaque pro dilucidatione materiæ, dico quod
25 mansus Ecclesiæ, de quo loquitur cit. textus *in cap.* 1.
de Censibus, pluribus modis à Canonistis usurpari so-
let. Alii namque illum dicunt agrum, ex quo fru-
mentum, & vinum ad sacrificium Missæ necessa-
rium colligitur, vel prædium quoddam, pro quo
laborando sufficiunt duo boves in anno, Gloss. *ver.
Mansus cit. cap.* 1. & Gloss. *in can. secundum Cano-
nicam* 23. *quæst.* 8. ubi alii, & unus mansus saltem
erat necessarius pro dote Ecclesiæ, quæ fundatur de
novo, & aliquando plures pro pietate fundatoris da-
bantur. Et in Concilio Valentino Galliæ *Colonica
vestita* dicebatur. Hinc pro tributis, quæ per Impe-
ratores imponebantur, terra universa divisa in man-
sos, censui supponebatur, ut disertè ait Gonzal. *in
cit. cap.* 1. *num.* 4. *Abbas ibidem*, ubi regulariter re-
cipi pro prima dote Ecclesiæ necessaria, & fit men-
tio in *decis. Rom. locorum montium* coram D. Muto
supra cit. Aliquando etiam mansus Ecclesiæ sumi so-
let magis strictè pro situ, in quo Ecclesia fundatur,
& habitatio pro ejus ministris, quia ipse situs est pri-
ma dos uti solum ipsius Ecclesiæ, & ejus adjacentia,
horto, area, ut ex lectura textus patet, & supra
diximus.

Hic igitur mansus liber debet esse absque ullo ser-
vitio, & tributo, *cit. cap.* 1. Abbas ibidem, & alii 26
communiter. Tamen istud servitium, & tributum,
vel consideratur respectu Principis Laici, & circa
hoc nulla cadit difficultas, quod statim fit exemptus,
utpotè adscitus in patrimonium Christi, & Ecclesiæ
Gloss. *in cit. cap. secundùm Canonicam num.* 8. Abbas
Gonz. Barbosa *& alii ad cit. cap.* 1. Turrecrem. *Can.
si in tributum* 11. *quæst.* 1. *& in summa de Eccl. lib.*
1. *cap.* 98. *in resp. ad* 7. *argum.* Suarez *ad Regem
Angliæ de Imm. Eccl. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 6. *&* 7.
& cap. 19. *num.* 2. *&* 8. & latiùs *cap.* 20. *numer.*
17. Rota *decis.* 339. *num.* 40. ubi de situ, Cœme-
terio pro sepulturis, & horto Ecclesiæ, *par.* 6. *recent.
in famigerata Alben Gabella*, *seu onerum* 28. *Junii*
1630. coram Merlino. Quoad alia autem bona,
quæ Ecclesia acquirit alio modo, quàm pro dotis
constitutione, ut supra, & tunc post acquisitionem,
nullum potest imponi tributum. De aliis autem re- 27
manent tantùm ea onera, quæ sunt fixa, invariabi-
lia, & realia tantùm, imposita rebus perpetuis, de
qua re alibi erit sermo ubi de Immunitate bonorum
Ecclesiæ, & observat Abb. *cit. numer.* 8. & Rota
in cit. decis. ac in Hydruntina dec. 259. *&* 332. co-
ram Celso.

Aut agitur de onere infixo manso ad favorem Lai-
ci privati, ratione contractus aut emphiteusis, Li- 28
velli, Canonis, locationis perpetuæ, Census reser-
vativi, imò & consignativi, & similium. Et tunc aut
ipse dominus fundat Ecclesiam sine aliqua reservatio-
ne, & videtur eam liberam facere, ex cit. textu *in
cap.* 1. *ubi Abbas* benè distinguit, & facit Rota
cit. dec. 339. *num.* 40. *par.* 6. ubi etiam talem Immu-
nitatem firmat quoad privatos. Aut sibi reservavit
tale onus, & facere non potest, ob dispositionem
dicti textus, dixit idem Abbas *num.* 6. ubi nec reser-
vare, nec imponere potest, quod tamen limitat, si
dederit amplam dotem, & reservatio fiat consensu
Episcopi; nam in fundatione potest apponi pactum
contra jus, ut aliàs dicitur; quod dictum tamen
Abbatis intelligi debet, dummodò onus non reserve-
tur, vel imponatur in manso destinato ad usum spi-
ritualem, puta situm ipsius Ecclesiæ, vel Cœme-
terii, ut benè ipse se explicavit paulò inferiùs, & di-
stinxit Rota *cit. dec. num.* 40. Si tamen sit servitium
inducens servitutem, aliàs si esset tantùm onus pe-
cuniarium, poterit etiam in his intelligi decisio, &
in praxi solet reservari præstatio certæ quantitatis Ce-
ræ pro situ Ecclesiæ, dummodò tamen remaneat dos
necessaria, numquam tamen potest esse servitium in-
ducens servitutem ipsi rei; hinc in *decis.* 294. *par.*
4. *tom.* 1. *rec. repetit. post Cencium de Censib. decis.*
225. S. Rota mandavit solvi certum canonem reser-
vatum in venditione facta præcisè pro construenda
Ecclesia, tamen denegavit devolutionem, ob non
solutionem, ut *num.* 5. *vers. quo vero ad devolutio-
nem*, & sic onus potest imponi in fundatione, sed
semper salva natura rei, quæ fit nullius per con-
structionem Ecclesiæ, cujus singulare est, ut so-
lum cedat illi, & non è contra, *decis.* 352. *numer.
fin.* coram Ubal.

Si verò agatur de tertio habente onus. Aut ipse
requisitus præstat consensum pro constructione, & 29
tunc cessat difficultas, quia censetur eam liberare;
si verò dissentit, tenetur patronus, & potest tan-
tumdem illi dare pro dicto servitio, & liberare Ec-
clesiam. Ita etiam si Patronus fundet Ecclesiam sine
scientia ejus, qui habet prædium subjugatum, ut be-
nè distinguit Abb. *cit. loco juxta* Gloss. *in cit. can. se-
cundùm Canonicam in fine*; quia non debet præju-
dicari

dicari Domino, sicuti iste tenetur favore Religionis debita recompensatione solutionis valoris remittere onus, ut benè Rota *dec. 2. numer. 26. & 27.* coram Card. Cerro, ubi etiam priùs firmatum fuit transire etiam in manso dicta onera respectu Laicorum privatorum in vim contractus, & agebatur de solutione quindenniorum per PP. Theatinos, situs Ecclesiæ noviter extructæ sub dominio directo PP. Chartusianorum.

Hinc paret differentia inter Ecclesiasticum, &
30 Laicum, cui solvatur tributum, ut primum præstetur pro manso, secus secundum, in *cit. cap. 1. & in cit. decis. 2.* coram Card. Cerro, *& in decis.* Rom. Quindenniorum post Card. de Luca *cit.* debet potius intelligi circa tributum ratione superioritatis, quod nequit esse etiam in dicto Manso, respectu Laici tam Superioris, quàm privati, ut etiam in *cit. decis. 339. num. 40.* potest tamen esse onus Ecclesiasticum, ut exemplificant Doctores in subsidio charitativo, & decimis, Pignatel. *tom. 1. consult. 179. num. 61.* secus autem in onere infixo ratione contractus, ut benè *cit. decis. 2. numer. 22.* coram Card. Cerro, quia parum refert, ut sit favore Ecclesiæ, vel privati Laici, quia Ecclesia in isto casu censetur uti privata, & sic rectè in utroque casu non resolvitur ipso jure tale onus. Sed benè implorari potest officium Judicis, ut teneretur illud possidens remittere, prævia solutione, ut quoad Ecclesiam dominam directam procedunt *cit. decis. 2.* coram Cerro, & post Cardin. de Luca, & quoad privatos passim docent Doctores, præsertim Abbas *cit. num. 8. vers. sed, & patronus potest liberare* Card. Zabarell. *eodem cap. 1. opp. 1. vers. sed instruitur Episc. & cons. 88. numer. 5. vers. si ergo*, & alii citati supra, & affrancatio debet fieri, justo mediante pretio ad tractum temporis, quo fuit venditum jus, ut in terminis dixit Rota *in cit. dec.* Rom. Quindenniorum *super dubio affrancationis num. fin.*

Dicendum autem, quod administratio Mansi spectat ad Episcopum *can. 1. 10. quæst. 1.* ubi Gloss. *ver. pertinet*, & pactum non valeret in contrarium, quia esset contra jus publicum, Gonzal. *cap. Nimis num. 8. in fine de Jurepatr. Add.* ad Buratt. *decis. 223. num. 18.*

An autem præcisa exemptione, debeat solvi decima de Manso, & quid de bonis alterius Ecclesiæ, vel in dismembrata ab alia Ecclesia, an remaneat onus decimarum respectu istius, de quo DD. *in cap. nimis prava de excess. Prælat.* Rota *decis. 448. par. 1. rec.* Sed ego de hac re agam in aliis Commentariis ubi erit sermo de decimis.

CONSTITUTIO TERTIA

PASCHALIS II.

incipiens (*Dominum Excelsum.*)

EPITOME BULLÆ.

PASCHALIS EPISCOPIS ANAGNINO, & aliis per Campaniam constitutis.

Catalogo Sanctorum adscribit iste Papa Petrum Episcopum Anagninum, ejusque festum celebrari mandat tertio Nonas Augusti, pupliceque coli permittit sub Data Signiæ, secundo Nonas Junii, Pontificatus ejus Anno Decimo.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Petrus Episcopus Anagninus adscriptus fuit Sanctorum Catalogo à Paschali II. in hac Constitutione.*

2 *Anagnia Civitas laudatur, utpotè Patria quatuor Pontificum.*

Gregorius IX. & Bonifacius VIII. Decretalium Auctores laudantur, ibid.

Præconia, & usus Juris Canonici ab ipsis hæreticis adhibentur, ibidem.

3 *Prærogativæ septem recensentur, quibus Beati honorantur in Ecclesia Militanti per Canonizationem.*

4 *Cultus publicus est principalis ex dictis prærogativis, aliæ verò dicto Cultui subalternantur.*

5 *Canonizatio Sanctorum definitur.*

6 *Hæretici antiquiores, & deindè Calvinistæ, negabant Cultum aliquem deberi Angelis, & Beatis, & num. 11.*

7 *Sanctis juxta fidem Catholicam debetur Veneratio, & Cultus Duliæ.*

8 *Cultus triplex est, latriæ, Civilis, & duliæ.*

9 *Cultus latriæ debetur Deo, Civilis hominibus, & Duliæ Sanctis.*

10 *Beatissimæ Virgini debetur super aliis Sanctis præstantior Cultus, qui dicitur hyperduliæ.*

11 *Iterum statuitur contra hæreticos, deberi Sanctis dictum Duliæ Cultum.*

12 *Distinctio hæc latriæ & duliæ Cultus olim ignota, sed eodem communi Cultus nomine designabatur Cultus Dei, & Creaturæ.*

13 *Ex hac distinctione non adhibita intelligitur, cur Sancti Patres alicubi admittere, alicubi negare videntur Cultum, & venerationem Sanctorum.*

14 *Patres, & Scriptores antiqui dicta distinctione usi fuerunt, ad designandum Cultum Dei, & Cultum Sanctorum.*

15 *Falsus Cultus Deorum non dicitur Idolodulia, sed Idololatria.*

16 *De differentia inter latriæ, & duliæ Cultum.*

17 *An Christi humanitati debeatur etiam Cultus latriæ?*

18 *Statuitur, deberi dictum Cultum, ex authoritate Sanctorum Patrum Græcorum, & Latinorum.*

19 *An Christus ita suum Patrem adoraverit, ut ex dicta adoratione aliquam inæqualitatem ostenderit, ut volebant Ariani?*

20 *Ostenditur authoritate Sanctorum Patrum, ex Oratione, & Adoratione Christi erga Patrem, non posse deduci aliquam inæqualitatem.*

21 *Christus oravit, & adoravit Patrem, ut homo, non ut Deus.*

22 *Cultus Sanctorum probatur testimoniis Sanctorum Patrum, & exemplis Sacræ Scripturæ.*

23 *Plura exempla ex Sacra Scriptura adducuntur, ex quibus constat, Hebræos usos fuisse Cultu Duliæ erga Angelos, & animas defunctorum.*

24 *Ex adoratione, quæ impenditur Sanctis, non minuitur honor Deo debitus.*

25 *Adoratio in aliquo potest dici communis tum Deo, tum Sanctis.*

26 *Sola tamen adoratio, quæ tribuitur Deo, est adoratio servitutis, non verò illa, quæ tribuitur Sanctis.*

27 *Hæretici dicti Angelici, quia colebant Angelos, uti Deos.*

28 *Sancti nolunt honorari eo Cultu, qui soli Deo debetur.*

29 *Paulus, & Barnabas summis conatibus vetuerunt, ne tamquam Dei adorarentur à Lycaoniis.*

30 *Adoratio divina non est præstanda Sanctis, sed soli Deo debetur.*

31 *Adoratio Sanctorum, licèt dirigatur ad illos, tamen ratio, & finis istius adorationis est Deus.*

32 Chri-

32 *Christiani propter adorationem Sanctorum habiti fuerunt Idololatræ à Judæis, & Hereticis.*

33 *Sanctorum Cultus aliquo modo restringebatur olim ab Ecclesia, ad extirpandas quascumque occasiones Idololatriæ tunc vigentis.*

34 *Christiani abutebantur adoratione Sanctorum; nam nonnulli adorabant Angelos tamquam Deos, & Beatissimam Virginem uti Deam.*

35 *Templa olim erigi prohibebantur Angelis, & Sanctis, & quare?*

36 *Hostia, & Sacrificia soli Deo offeruntur; Sancti verò solùm ut Dei amici honorantur.*

37 *Sancti ita honorantur, ut honor qui eis tribuitur, redundet in Deum,*

ANno 1110. Summus iste Pontifex Paschalis II.
in ejus Constitutione emanata Signiæ, Catalo-
1 go Sanctorum adscripsit Petrum Episcopum Ana-
gninum, cujus vita descripta habetur io Tabulis
Ecclesiæ Anagninæ, ut testatur Cherubin. *in Com-
pendio ad hanc Bullam Schol.* 1. & in eadem fit
mentio à Papa de gestis dicti Sancti, ea nempè fuis-
se recollecta unà cum miraculis à Brunoro Signiensi
Episcopo, quibus ritè examinatis, idem Papa coli
publicè jussit à fidelibus, assignata ejusdem Confes-
soris & Pontificis festivitate Natalitia die 3. Au-
gusti. Fuit is Monachus, & postea Episcopus Ci-
vitatis Anagniæ in Provincia Campaniæ S. Sedi Apo-
2 stolicæ subditæ. Civitas hæc est valdè decora, cùm
quatuor reperiatur insignita SS. Pontificibus eam Pa-
triam agnoscentibus, qui fuerunt Innocentius III.
Gregorius IX. Alexander IV. & Booifacius VIII. in-
ter quos Gregorius, & Bonifacius perennem lucem
Patriæ dederunt, dum ordinem legibus Canonicis præ-
stiterunt, compilatiooe Decretalium, quæ normam
nostræ Fidei, & morum fidelibus præbent, & in
summa veoeratione in toto Orbe Catholico haben-
tur; imò quod est notandum, etiam apud Hete-
rodoxos, qui etsi Pootificiæ auctoritati iofensi, ta-
men dissimulare nequeunt præstantiam dictarum Com-
pilatioonm, ut testatur Arturus Duck. *lib.* 1. *de au-
ctoritate juris Civilis cap.* 7. *num.* 17. *&* 18. ibi: *Il-
lud porrò in Juris Canonici laudibus eximium est, quod
Principes Protestantes Germanici, aliive, postquam ab
Ecclesia Romana secesserant, Lutheri, & Calvini do-
ctrinam amplexi, omnemque Pontificis Romani potesta-
tem abdicassent, jus tamen Canonicum non excusserunt,
sed eo in causis suis decidendis etiamnum utuntur. Et
licèt Martinus Lutherus zelo præpropero & inconsul-
to ductus, Juris Canonici libros, repugnantibus Juri-
sconsultis Vuittembergæ combussisset; Juris tamen Cano-
nici usum ab eo tempore Saxonei, Brusvicenses, cete-
rique Protestantes semper conservarunt, nulla muta-
tione in eo admissa, sicuti in Augustana Confessione
consenserunt, Jusque Canonicum Vuittembergæ, & in
reliquis Protestantium Academiis adhuc publicè doce-
tur*, ut refert Van-Espen. *in Jus Univ. Eccl. tom.* 1.
§. 5. *Prolegomen.* Et erga eamdem Civitatem Ana-
gninam animus meus maximam benevolentiam ser-
vat, cùm ibi plures ex latere meo paterno avito ex
Philonardi illustri familia Romana Præsules extitere,
quibus ipsa decorata est familia ultra tres S.R.E. Car-
dinales.

In hoc Commentario aliqua dicturus quoad Ca-
3 nonizatiooem Sanctorum, limitabo sermonem quoad
cultum Sanctis debitum, qui in hac Bulla Canoniza-
tionis permittitur, & est una ex prærogativis, quæ
ex Canonizatione oriuntur. Sunt enim illæ, ut ab
omnibus publicè Sanctus colatur, & denominetur.
Secundò, ut in publicis Ecclesiæ precibus invoce-
tur. Tertiò, ut Templa, & Aræ Deo in honorem
ejus erigantur. Quartò, ut Sacrificia tam Sacrosan-
ctæ Ecclesiæ, quàm laudum, & precum, quæ pas-
sim Officium, & horæ Canonicæ nuncupantur,
Deo in illorum hooorem publicè offerantur. Quin-
tò, ut dies festi in eorum honorem celebrentur. Sextò,
ut Imagines eorumdem pingantur, additis certis qui-
busdam radiis in signum gloriæ, qua fruuntur in
Cœlo. Septimò, ut eorum Reliquiæ publicè in Ec-
clesia honorentur, ut apud Card. Bellarmin. *lib.* 1. *de
Beatitudine Sanctorum.*

Igitur in hoc Constitutionis Commentario disse-
ram tantùm de cultu publico Sanctis præstando, cui 4
subalternantur cæteræ prærogativæ, de quibus alibi
erit agendum, dum ritum Canonizationis in præsen-
ti Bulla, constat ex lectura ejusdem restrictum in Re-
gesto Miraculorum, ac gestorum facto per Episcopum
Signiensem, de quo ritu servato præteritis sæculis, ac
qui in præsenti servatur, erit materia alterius Com-
mentarii.

Canooizatio Sanctorum ea est, qua per Summum
Pontificem aliquis defunctus Catalogo Sanctorum ad- 5
scribitur, & proindè illi præstatur à fidelibus cultus,
prout etiam præstatur Angelis. Verùm hæresis anti-
qua relata à Socrate *lib.* 2. *hist. cap.* 33. ab Eustachio 6
excitata, & imitata ab Eunomio, & Vigilantio apud
D. Hieronymum, novissimè per Calvinistas, & Lu-
teranos in arenam deducta fuit, nullam nempè ado-
rationem deberi Angelis ac Defunctis, omnemque
Sanctorum Cultum fuisse Idololatriam, Magdeburgen.
Centur. 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *col.* 340. & Calvin. *lib.* 1. *in-
stit. cap.* 11. §. 11. *& cap.* 12. §. 1. *&* 2.

Sed veritas Catholica est, Sanctos venerari, &
adorari debere Cultu Duliæ. D. Thomas aliique apud 7
Bellarm. *lib.* 2. *controv. de Sanctorum Beatitudine lib.*
1. *cap.* 11. Nam veneratio, & cultus trifariam consi- 8
derari valent pro qualitate excellentiæ, circa quam uti
objectum versantur. Una namque veneratio est, quæ
dirigitur circa excellentiam Divinam, & dicitur La- 9
tria soli Deo conveniens. Secunda est, quæ funda-
tur in excellentia humana, seu naturali, circa virtu-
tes, dignitates, &c. quæ subdividitur secundùm va-
ria objecta, puta alia quæ debetur Patri, alia Præce-
ptori, alia Principi, &c. juxta Aristot. *lib.* 9. Eticor.
cap. 2. & vocatur Cultus Civilis. Tertia demum quæ
est media inter utramque, divinam scilicet, & huma-
nam, respicit virtutes supernaturales, & præstan-
tissimas Sanctorum, ac vocatur Dulia. Quia tamen
inter præditos virtutibus supernaturalibus, emicat 10
Beatiss. Virgo Maria Regina omnium Sanctorum,
cui nec similis visa est, nec videbitur habere sequen-
tem, ideò quemdam alium præstantiorem Duliæ Cul-
tum ei tribuunt, quem dicunt Hyperduliæ. Sicque
cum Latria in actu interno sit summa voluntatis in-
clinatio cum apprehensione Dei ultimi finis, & pri-
mæ causæ; ideò soli Deo competit. Sic cultus civi-
lis est cum apprehensione excellentiæ tantùm huma-
næ, & Cultus Duliæ, excellentiæ supernaturalis,
plusquam scilicet humana, & minùs Divina, pro-
indè ille præstatur hominibus in hoc Mundo, & iste
Sanctis, ob merita ipsorum.

Negant tamen hæretici Duliæ Cultum, & tantùm
asserunt Cultum Religionis soli Deo debitum, & Cul- 11
tum civilem hominibus solùm, non Sanctis præ-
standum. Sed verè Sancti, & Angeli coli debent
Cultu Religionis, non primario, quem nos dicimus
Latriæ, sed secundario, scilicet Duliæ. Certum nam-
que est apud Hebræos nullum adfuisse nomen, quo 12
specialiter designaretur cultus Deo debitus, sed com-
muni verbo indicabatur cultus Dei, & Creaturæ.
Sic quoque in lingua Latina, ut innuit D. Augusti-
nus *lib.* 10. *de Civitate Dei cap.* 1. & hæc est ratio,
qua SS. Patres alicubi videntur cultum Religionis, 13
& adorationis Creaturis dare; alicubi denegare. Hinc
D. ipse Augustinus *de vera Relig. cap.* 55. dixit, San-
ctos hooorandos esse propter imitationem, non ado-
randos propter Religionem. *Et lib.* 20. *contra Fau-
stum cap.* 21. ait: *Memorias Martyrum Populus Chri-
stianus Religiosa solemnitate concelebrat.* Et verè ex
Scripturibus, adorandi, colendique voces, dedica-
tæ olim fuerunt pro significando tributo reverentiæ
erga Deum. Thomassin. *de Incarnat. lib.* 11. *cap.* 1.
per totum.

Cæterùm tam Scriptores antiqui, quàm veteres

Patres

14 Patres distinctiva verba hæc Latriæ, & Duliæ ad-
hibuerunt, primum scilicet quo ad cultum Dei, se-
cundum quo ad cultum Sanctorum, hinc cultum
falsum Deorum, non Idoloduliam, sed Idololatriam
15 semper dixere, ut testatur eit. Bellarm. *cap.* 11. *in*
fin. & D. Augustinus *lib.* 10. *de Civit. Dei cap.* 1.
dixit: *Latriæ quippe nomen ubicumque Sanctarum*
Scripturarum positum est interpretati sunt servitutem;
Sed ea servitus, quæ debetur hominibus, secundum
quam præcipit Apostolus servos Dominis suis subditos
esse debere; alio nomine Græcè nuncupari solet; La-
tria verò secundùm consuetudinem, quâ locuti sunt,
qui nobis Divina eloquia condiderunt, aut semper,
aut tam frequenter, ut penè semper, ea dicitur servi-
tus, quæ pertinet ad colendum Deum: Unde cùm
Latinam vocem adæquatam non haberemus, Græca
semper fuit usitata, & latè de differentia apud SS.
PP. & Scriptores Ecclesiasticos inter Latriam, &
16 Duliam, Thomassin. *de Incarnat. lib.*8. *cap.* 15. *nu.*
4. *& cap.* 18. *num.* 15. *& lib.* 11. *cap.* 1. *num.* 2.
& sequ. Græci etiam utebantur *Λατρεία*, pro sum-
mo adorationis genere *ibidem*, & pro Liturgia omnis
adorationis species continebatur, *cap.* 6. *num.* 12. §.
Universim, & prius *cap.* 3. *num.* 17.
Utrum autem Verbo Incarnato debeatur latriæ
17 cultus, ita ut etiam humanitas in hujusmodi adora-
tione implicetur? Respondent Græci, & Latini PP.
18 & primus D. Athan. *Epist. ad Adelphium*: *Non*
enim Creaturam adoramus, absit, in Ethnices, &
Arianos istiusmodi delirium competit, sed Dominum
rerum Creatarum, Incarnatum Verbum Dei adora-
mus. Nam tametsi caro ipsa per se pars sit rerum
Creatarum, attamen Dei Corpus effecta est, neque
istiusmodi corpus seorsim discriminatum à Verbo ado-
ratione prosequimur, neque Verbum adoraturi, Ver-
bum à Carne longè seponimus, sed cum sciamus Ver-
bum Carnem esse factum, illud jam in Carne situm
Deum agnoscimus. Quis igitur tam vecors est, ut
Domino ita loquatur, Absiste à Corpore, ut te ado-
remus? Aut quis ita impius est, ut cum Judæis pro-
pter Corpus dicat ei; Cur tu homo cum sis, Deum
te facis? Atqui non talis erat Leprosus, adorabat
enim Dominum in corpore, eumque Deum esse præ-
sentiebat his verbis utens: Domine si vis, potes me
mundare; neque ob Carnem arbitratus est, esse Crea-
turam Dei Verbum, neque quia Verbum erat opifex
rerum, Carnem pro nihilo habuit, quâ indutus erat,
sed, ut in re creata, Creatorem subsistentem adora-
bat, ideoque mundatus est. Et infra: *Non enim Ca-*
ro ignominiam attulit Verbo Dei, absit, sed potius
Caro per Verbum Dei glorificata est &c. nam qui
Verbum Carnem factum adorare nolunt, ingratos se
exhibent ejus humanitati; qui verò distrahunt Ver-
bum à sua Carne, nullam omnino redemptionem pec-
cati, aut mortis evastationem existimant. Ubi quæ-
so tandem nefarii seorsim per se inveniunt illam Car-
nem, quam Salvator noster Jesus Christus assumpsit,
ut audeant dicere, non adoramus Dominum cum
Carne, sed disjungimus Corpus, & illi soli latriam
offerimus?
Itidem D. Cyrillus in Scholiis *cap.* 27. *ex epist.*
ad Hebræos: Et cum iterum introducit primogenitum
in Orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Ange-
li Dei, ibi: *Adoratione vero non est dividendum in*
hominem seorsum, & Deum seorsum &c. neque enim
Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere
tam à nobis, quàm à Sanctis Angelis adorari. Unus
est enim qui est introductus in Orbem terrarum &c.
introductus est autem in Orbem terrarum, tunc cum
factus est homo.
Ex Latinis D. Ambrosius *lib.* 3. *de Spiritu San-*
cto cap. 12. *Adorant autem non solùm divinitatem*
ejus (scilicet Verbi) *sed etiam scabellum pedum*
ejus; quia scriptum est, adorate scabellum pedum,
quoniam sanctum est. Itaque per scabellum, terra
intelligitur, per terram autem Caro Christi, quam
hodie quoque in Mysteriis adoramus, & quam
Apostoli in Domino Jesu, ut supra diximus adora-
runt; neque enim divisus Christus, sed unus.
Sed numquid Christus potuerit dici verè adorare
Patrem, & an ex hoc minueretur coæqualitas, 19
stante inæqualitate, quæ videtur inesse inter ista no-
mina adoratum, & adorantem, ut Ariani impinge-
bant, ad minuendum Divinum Verbum à dignita-
te Patris; & licèt numquam adoratio verè legatur
de Christo erga Patrem, ut D. Chrysostomus ait
lib. contra Maximinum Arianum, ibi. *A filio acci-*
pio etiamsi non proferas testimonia, quoniam hic 20
adorat Deum, admittitur facilè secundùm hominem di-
ctum, quamvis nec hoc legas. Nam tributum à fi-
lio, Pater ille Cœlestis noluit, & semper eum di-
gnitate sua Christus Patrem oravit. Oratio enim, & 21
adoratio Christi erga Patrem fuit per viam suppli-
cationis secundùm humanitatem, nihil derogando à
majestate filiationis eum Patre æquali; liberi enim
sunt filii, & alieni à vocabulo servitutis competen-
tis servis. Et D. Augustinus *tract.* 107. *in Evang. Jo.*
Ex quo enim homo, ex hoc & infirmus, ex quo infirmus, ex
hoc & orans. Et infra: *Orat Deus, orat ad æqua-*
lem, causa autem orandi, quam habet semper beatus,
semper omnipotens, semper incommutabilis, æternus,
& Patri coæternus &c. Quare interpellat pro nobis.
Quia mediator etiam dignatus est. Et explicat de
more doctè materiam Thomassin. *de Incarnatione lib.*
9. cap. 4. per tot. ubi latè de Oratione Christi, &
in *capitibus sequentibus, ac per totum librum nonum*
de adoratione, tam Deo, quàm Christo, & Sanctis.
Proindè pluribus PP. testimoniis probatur Cul-
tus hujusmodi Sanctorum, ut disertè habetur apud 22
Labbè *in Concil. Ephesino II. act.* 4. *fol.* 195. Sic
in S. Scriptura apud Hebræos, arca Domini ado- 23
randa proponitur, ut *Psal.* 131. *Introibimus in lo-*
cum, ubi steterunt pedes ejus. Et in Hebræo est,
Adorabimus scabellum pedum ejus. Hinc Divus Hie-
ronymus *in Epist. ad Marcellam de adoratione ar-*
cæ ab Hebræis soluta, testatur ibi: *Venerabantur*
quondam Judæi Sancta Sanctorum, quia ibi erant
Cherubim, & Propitiatorium, & Arca Testamen-
ti; qui cultus utique non ex urbanitate, sed ex Re-
ligione præstabatur. Sic quoque Josue adoravit An-
gelum 5. *Nequaquam* (inquit, scilicet Angelus)
Sed Princeps sum exercitus Domini: continuo ceci-
dit Josue pronus in terram, & adoravit. Imò An-
gelus subjunxit: *Solve calceamentum pedum tuorum;*
locus enim in quo stas, sanctus est. Ita quoque *Reg.*
1. 28. Saul adoravit animam Samuelis sibi apparen-
tem; utique nec Angelis uti spiritibus, nec ani-
mabus Defunctorum, Civilis veneratio debebatur,
uti extra commercium Civile, ut patet; & latè de
hac materia Cultus erga Angelos, Sanctos, & Mar-
tyres, Thomassin. *de Incarnatione lib.* 11. *&* 12.
ubi plures quæstiones explicat, & exornat SS. PP.
testimoniis, ut repetere hìc esset superfluum, cùm
ferè innumeri sint de istis agentes Theologi, ac
Doctores scribentes.
Distinguendo igitur varietatem cultus, ita San-
ctis uti Dei amicis impenditur, ut ipsi Deo nul- 24
lus honor dematur; hinc in Synodo Nicæna II.
act. 4. *pag.* 488. *Sanctus Anastasius Patriarcha An-*
tiochenus in Epist. ad Scholasticum inquit: *Nemo of-*
fendatur adorationis significatione; adoramus enim ho- 25
mines, & Angelos Sanctos, non tamen servimus il-
lis; Dominum enim (inquit Moyses) *tuum adora-*
bis, & illi soli servies. Et vide quoniam in eo
quidem quod dixit *servies*, præposuit *soli*, in eo
verò quod ait *adorabis*, nequaquam. Quare vide-
mus verbum *adorare*, usurpatum etiam circa alia,
præter Deum, ut D. Hieronymus *lib.* 2. *Apologiæ*
contra Ruffinum ait: Veram Bethleem, Præsepe Do-
mini, & incunabula adoravi. Et Justin. *in* 2. *Apolog.*
pag. 2. dixit: *Sed & illum* (scilicet Deum Patrem)
& ejus filium, qui venit, nosque hæc docuit, & alio-
rum sequentium similiumque bonorum Angelorum exer-
citum, & Spiritum propheticum colimus, atque ado-
ramus,

ramus, *& re*, *seu veritate adoramus*. D. Athana-
sius *lib. de Virginitate in fin.* ibi: *Si homo justus
ædes tuas intraverit, cum timore, & tremore occur-
rens illi adorabis humi ad pedes illius*. D. Joannes
Chrysostomus, *homil. de Sanctis Juventino, & Ma-
ximo* ibi: *Idcircò sæpè eos invisimus, tumulos adora-
mus*: Et Concilium Chalcedonense, Martyres in-
vocavit. Thomassin. *de Incarnatione locis citatis*.

E' contra tamen servire Deo proprium esse illi de-
26 bitum, ait D. Augustinus *cit. cap. 55. de vera Re-
ligione*: *Quare*, inquit, *honoramus eos charitate, non
servitute, nec eis Templa construimus, nolunt enim
sic se honorari à nobis, quia nos ipsi cum boni simus
templa summi Dei esse noverunt*. Imò, quia erant
27 hæretici dicti Angelici, qui Angelos uti Deos co-
lebant, Epiphan. *heres. 60. & Balsamo ad Can. 35.
Concil. Laodicens.* & D. Augustinus, *in heresi 39.*
dixit: *Angelici in Angelorum cultu inclinati, quos
Epiphanius jam omnino defecisse testatur*; ideò SS.
28 PP. cautè in hoc procedebant, & Sanctos cultum
Deo debitum non curare, ait idem Augustinus *lib.*
20. contra Faustum Manichæum *cap. 21.* ibi: *Ipsi
Sancti, vel homines, vel Angeli exhiberi sibi no-
lunt, quod uni Deo deberi norunt*. Apparvit hoc in
29 D. Paulo, & in Barnaba, cùm commoti miraculis
quæ per eos facta sunt Lycaonii, illis tamquam Diis
immolare voluerunt. Conscissis enim vestibus suis
confitentes, & persuadentes eis se Deos non esse,
ista sibi fieri vetuerunt. Et Theodoretus *lib. 11. ad Græc.
affect.* ut patet ex lingua latina: *Neque verè hos Deos
putamus, neque Divinum illis honorem tribuimus, ne-
que adorationem inter eum, qui verè Deus est, & An-
gelos partimur, sed eos honoratiores quidem hominibus,
attamen conservos esse dicimus*: Certum namque est,
30 Sanctos adoratione Divina non adorandos, nec ado-
rationem Divinam cum Creaturis dividendam: Deus
enim noster est Deus Zelotypus, qui non vult ho-
norem sibi debitum aliis communicari. Adoramus
31 enim, ac colimus Deum in servis ejus, non quia
adoratio non dirigatur ad hominem justum, sed quia
ratio cur iste colatur, est Deus; *Amor*, inquit D.
Basilius *in orat. quadraginta Martyr. quem bonis con-
servis exhibemus, benevolentia erga communem Do-
minum significationem de se præbet*.

Hinc inveteratus fuit in Ecclesia mos colendi San-
ctos, adeò ut Etnici, & Judæi, ac Hæretici olim
etiam accusaverint Catholicos idololatriæ, ut de
32 Etnicis dixit Euseb. *lib. 8. cap. 6. historia*, & de Judæis
lib. 4. cap. 15. ac de Manichæis D. Augustinus *citat.
lib. 20. cap. 21. contra Faustum*. Sed quia ad fidem
Christianam ex Gentibus major pars accedebat rece-
dentes ab Idololatria, ad vindicandam notam tam ma-
ximam Idololatriæ, quam dabant Judæi, reliquive
Gentilium, ac hæreticorum, rectè majori aliqua vi
33 cultum restringebant erga Sanctos. Hinc videmus
Angelicos ad Cultum Angelorum accessisse, illos Deos
34 putantes, imò ad Mariam Virginem uti Deam ado-
rantes. Sic Epiphan. *heres. 9.* ad repellendos eos,
qui Mariæ uti Deæ Sacrificia faciebant, dixit: *Sit in
honore Maria, Dominus adoretur*. Erat namque tunc
vitium Idololatriæ innatum, & lacte materno im-
butum, acribus proindè medicaminibus talis proter-
35 va inclinatio extirpanda, & Templa, ac alia hujus-
modi Angelis non erigenda P.P. dixerunt, ut D. Au-
gustinus *lib. 1. contra Maximinum Arianorum Episco-
pum*, ibi: *Nonne si Templum alicui Sancto Angelo
excellentissimo de ligno, & lapidibus faceremus, ana-
thematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei,
quoniam Creaturis exhiberemus eam servitutem, quæ
uni tantum debetur Deo?*

Illis enim temporibus videbantur Templa Sanctis
erigi, sicuti olim Gentiles faciebant amore ducti er-
ga suos Deos, sed maxima differentia, ut Theodore-
tus *lib. 8. ad Græcos*: *Suos*, inquit, *mortuos Dominus
Deus noster in Templa pro Diis vestris induxit, ac
illos quidem cassos gloria, vanosque reddidit. Suis
autem Martyribus honorem illum dedit. Atqui nos ò
Græci homines non hostias Martyribus, nec libamina* 36
*ulla deferimus, sed ut Sanctos homines Dei amicissi-
mos honoramus*. Unde in solo Sacrificio, & aliis ad
istud pertinentibus est specialis Cultus proprius Dei,
in reliquis nequit assignari species distincta actuum
externorum ad adorationes secernendas, ut cit. Bel-
larm. *cap. 11. 12. 13. 14.* docet. Unde benè Joannes
XV. in supradicta ejus Constitutione, qua canoniza-
vit D. Udalricum, ut dixi, ita ait: *Quoniam sic ado-
ramus, & colimus reliquias Martyrum, & Confesso-* 37
*rum, ut eum cujus Martyres, & Confessores adore-
mus: honoramus servos, ut honor redundet in Domi-
num, qui dixit: qui vos recipit, me recipit; ac proin-
dè nos qui fiduciam nostra justitia non habemus, illo-
rum precibus, ac meritis apud Clementissimum Deum
jugiter adjuvemur*. Et consonat Concilium Tridenti-
num *sess. 25. tit. de Invocatione, veneratione, & reli-
quiis Sanctorum*, de qua materia alibi infra dicam quo
ad adorationem Reliquiarum, & Imaginum. Hìc
enim de adoratione, quæ justè à Catholicis præstatur
Sanctis, aliqua innuere volui, cùm passim apud San-
ctos Patres, ac modernos Theologos materia dige-
sta videatur, & præ ceteris apud doctissimum Bel-
larminium.

SECTIO UNICA.

De Data Bullarum antiqua, & moderna.

S U M M A R I U M.

1 *Constitutio hæc Paschalis fuit promulgata in Civitate Signia, & cum qua data.*

2 *Data loci fuit observata in legibus, aliquando servata ab antiquis sub verbo* Actum, *seu Characterismus.*

3 *In Constitutionibus Apostolicis ponitur sub verbo* Datum.

4 *Fit data à loco ubi Papa moratur, & de pluribus exemplis fit mentio, & nu. seq.*

5 *Aliquæ Bullæ antiquæ habent datum Laterani tantum.*

6 *Data in Bullis, tempore quo S. M. Innocentius XII. se transtulit ad Centum-Cellas, & Neptunum.*

7 *Data dum pernoctavit in Arce Gandulphi, & in Villa Burghesiana Caroceti.*

Laudatur magnificentia D. Principis Burghesii occasione transitus dicti Pontificis per dictam Villam, ibid.

8 *Commendatur pietas S. M. Innocentii XII. in operibus Aquaductuum in Centum-Cellas, & pro portu in loco Neptuni, & SS. Domini Nostri Clementis XI. pro iisdem; ac pro sedulo labore in populorum beneficium.*

9 *Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Benedictus Pamphilius laudatur, præsertim pro opere Portus Neptuni.*

10 *Ponitur in Bullis ultra datam loci, etiam locus loci, & varia forma data in antiquis Bullis circa locum loci adducuntur.*

11 *Data loci specialis est nunc, vel apud S. Petrum, vel apud S. Mariam Majorem.*

Summi Pontifices ubi solent morari in Urbe, ibid.

12 *Ante Paulum V. Data fiebat in Monte Quirinali, & non apud S. Majorem, & quare sic dicitur?*

13 *Alia Data formula in Bullis antiquis secundùm variam habitationem Summorum Pontificum.*

14 *Quare ponatur locus loci in Bullis, & quid in Instrumentis?*

15 *Formula, quæ adhiberi solet de præsenti in Bullis.*

16 *Antiquus stylus diversus, aliquando cum Consule tantùm, aliquoties cum Anno, vel Mense tantùm cum Indictione.*

17 *Dies*,

17 *Dies, & annus sunt apponendi, ut obvietur falsitatibus.*
18 *An si in Bullis, vel legibus non ponatur dies, & annus, habeant vim legum, & adducitur opinio negativa.*
19 *Opinio negativa comprobatur, & explicantur Textus Civiles circa leges quomodò procedant, ac ritus diversi?*
20 *Dispositio Imperatoris Constantini* in l. si qua C. de div. rescriptis *in quibus habet locum?*
21 *Certiùs in Constitutionibus Summi Pontificis non est necessaria appositio diei, & anni, vel Consulis, & n. n. sequ.*
22 *Comprobatur hoc exemplis.*
23 *Esset tamen Bulla suspecta de falso, utpotè contra stylum.*
24 *Antiquitùs etiam Ecclesia utebatur in data, Indictione, & qua ista sit, & à quo tempore ejus usus?*
25 *Sed talis usus remansit abolitus, & ponitur Annus Pontificatus, & à quo tempore?*
26 *Quomodò scribatur data diei, & anni in Bullis abbreviatè, vel per extensum?*
Quid in Brevibus? ibid. & n. sequ.
27 *De regula Cancellariæ, de dictionibus numeralibus, & quomodo fiat computatia Kalendarum? remissivè.*
28 *In Bullario Romano, cujus Constitutiones commentantur, adsunt plures in forma Brevis, & aliæ dicuntur veræ Bullæ, & quomodo cognoscantur?*
29 *Annus Pontificatus ponitur tam in Bullis, quàm in Brevibus, & quare inolevit talis usus, ac de ejus utilitate.*
30 *Pontificatus anni incipiunt à die Coronationis Papæ, & priùs quomodò fiat in Brevibus, quæ expediuntur, & remissivè.*

PRomulgavit Constitutionem istam Paschalis in Civitate Signiæ, quæ est in Campania per trigin-
1 ta circiter milliaria distante ab Urbe, Episcopali dignitate ab antiquo tempore decorata, & pluries ibi Summi Pontifices etiam pro tuta statione fuerunt, & in ejusdem Constitutionis data sic dixit: *Datum Signiæ secundo Nonas Junii, Pontificatus nostri anno decimo.*

Ista data loci, in quo Bulla, seu Constitutio la-
2 ta fuit, est observata etiam in legibus, ac rescriptis, & aliquando etiam sub verbo *Actum* apud antiquos *Characterismus* nuncupata, ut apud Auctores Hierolexici *ver. Datum*, ubi de differentia verborum *Da-*
3 *tum, & Actum*. Verùm in Constitutionibus Apostolicis in Bullario semper *Datum* dicitur, vel etiam *Data* dicebatur, & in regula *certum fieri Bonifacii VIII. de regul. Juris in 6.* Sed sub verbo *Datum* sunt Bullæ, & sic hodiè quoque servatur, nempè *Datum Romæ*, ubi solet Papa residere, sed si aliò se
4 transferat, ponitur data illius loci, ut fuit servatum in hac Constitutione, cum data Signiæ, & ita Avenione, Viterbii, Lucæ, & in Castris assignatur etiam Diœcesis, ut in Bulla tertia Gregorii XII. ibi *Datum in Castro Montis florum Ariminen. Diœcesis*, & in illa Innocentii VI. *Const.* 2. *Datum apud Villamnovam Avenionen. Diœcesis.* ac aliis in locis, in quibus Bullæ emanarunt. Ita Alexander IV. qui Neapoli fuit creatus anno 1254. duas primas Constitutiones evulgavit *sub datum Neapoli*, ut in Bullario *Constit.* 1. & 2. dicti Pontificis. Aliquæ tamen Bullæ antiquæ habent tantùm
5 datam Laterani, sine mentione Romæ, quia cùm intelligatur data in Palatio Lateranensi apud Ecclesiam Divi Joannis in Laterano, eliciebatur à loco loci ipsemet locus Urbis. Et ita dum S. M. Urbanus VIII. & Alexander VII. erant in Castro Gandulphi, fiebat data, in Arce Gandulphi, Albanen. Diœcesis, & ita Tusculi vulgo *Frascati* dictum fuit Tusculan. Diœcesis, testatur Corrad. *in prax. dispens.*
6 *lib. 2. cap. 7. nu. 44. in fin.* & novissimè dum S. M.
Innocentius XII. se transtulisset ad Centum Cellas, vulgò Civitatem Vetulam, pro aquarum conductibus fuit dictum, in quadam Bulla; *Datum Centum cellis Viterbien. Diœcesis*, prout quando se transtulit Neptunum Populo acclamante pro Portu ibidem perficiendo, fuit facta in Bullis *Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis*, quia ibi pernoctavit, nec non 7
quia magnificentissimè à D. Principe Burghesio in omnibus operibus ultra metam magnanimo, dictus Pontifex fuit exceptus in ejus Villa Caroceti, ibi fecit datam expeditionum sic, *Datum in Villa Burghesiana Caroceti Albanen. Diœcesis*, quæque opera insignia, ac Populis tam benefica incœpta tempore dicti Pontificis verè pii, ac pauperum Patris, 8
continuato zelo perfecta fuerunt tempore hujus Summi Pontificis Clementis XI. tam sedulò incumbentis universali beneficio, nil parcendo assiduis laboribus opportunis pro Ecclesiasticis functionibus, & Principis ministeriis adimplendis. Proque Portu Neptuni enituit opera etiam Eminentissimi, & Reveren- 9
dissimi D. Cardinalis Benedicti Pamphilii, in quo nil est desiderandum pro idea optimi Præsulis, & Principis tam in universali doctrina, quàm in illibatis moribus, quàm demum in œconomicis administrationibus pro bono publico explendis.

Ultra datam Urbis, ponitur quoque in Bullis lo-
cus loci, juxta stylum, nempè *Datum Romæ apud* 10
S. Petrum. Ista autem loci loci in Bullis antiquitùs non ponebatur, & in Bullario primùm reperi Bullam Unicam Martini IV. ubi: *Apud Urbem Veterem in platea Majoris Ecclesiæ anno primo*, qui fuit annus 1281. *Et in Bulla prima, & secunda* Honorii II. dicitur *Datum Romæ apud S. Sabinam*, quia ibi Papa morabatur. *Et in Bulla tertia* Bonifacii VIII. adest *apud S. Petrum* edita anno 1295. Et ita hodiè servatur quando Papa moratur in Palatio Vaticano, sic 11
dicto à Vaticinio Dei Vaticani, ut dixit Gell. *lib. 16. cap. 17.* & locus loci designatur apud S. Petrum, quia Papa moratur in Palatio propè dictam Basilicam, prout cum moratur in Palatio Quirinali, ut tempore æstivo facere solet, imò etiam ab aliquibus Pontificibus per totum annum, quod noluit servare iste Pontifex Clemens XI. maximo Zelo, ut Patriarchalis illa D. Petri antiqua Sedes Pontificum non deseratur, & tunc data fit *apud S. Mariam Majorem*, designando Basilicam Patriarchalem proximiorem, hoc incœpto stylo tempore S. M. Pauli V. ob eximiam devotionem erga Beatissimam Virginem, in honorem cujus Capellam eximiæ structuræ ædificavit in illa, dum priùs data fiebat *à Monte Quirinali*, ut testatur Corrad. *cit. cap. 7. nu. 44. vulgò* 12
Monte Cavallo, ex equis marmoreis ibi suis, & Quirinali, quia ibi Quirini Templum antiquitùs aderat. Ita reperiuntur in Bullario Datæ apud S. 13
Mariam Transtyberim, ut in Constitutione prima Eugenii II. & alibi apud S. Sabinam, apud Lateranum, apud S. Marcum, ut dixi, ex diversitate moræ Papæ. Estque conveniens, ut ponatur locus lo- 14
ci, ne detur via falsitati Bullæ, prout ex hac causa idem fit in Instrumentis, Joan. Andr. *cap. inter dilectos vers. facilius de fid. Instrum.* Angel. *in l. Scripturas C. qui potior &c.*

Prosequendo stylum hujusmodi datæ, quæ est in
usu, hæc ita concipitur in Bullis, *Datum Romæ apud* 15
S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinto pridie Kal. Julii, Pontificatus nostri anno quinto. In Brevibus dicitur, *Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 30. Junii 1705. Pontificatus nostri anno quinto*, nec ponitur Indictio, aut quid aliud.

In hac tamen Constitutione Paschalis, non ponitur annus Incarnationis, & ita hic antiquus stylus 16
est verior, nam in illis Leonis Magni, Gelasii, & aliis datur data mensis per Kalendas, sine Incarnationis anno, sed N. Viro Clarissimo Consule, quia tunc per Consulum annos satis eliciebatur series annorum, ut etiam videmus in Codice, & legibus. In

Bullis verò aliquando ponebatur annus Incarnatio-
nis, & aliquando cum mense tantùm numerus In-
dictionis, vel simul cum anno Incarnationis, vel
ut in hac Bulla data mensis, & Pontificatus annus,
vel dies mensis, sine anno, & Consule, *ut in Bul-
la secunda* Innocentii II. infrà commentanda. Hæ
diversæ mutationes in idem coincidunt, ut certa die,
cognoscatur data Constitutionis ad obviandum fal-
sitatibus, ut *in l. si qua 4. C. de divers. rescriptis*,
17 ubi cautum fuit, ut non haberent vim hujusmodi
Principum rescripta, sine die, & Consule. Unde
optimè ex dicto moderno stylo, potest falsitati
obviari.

Sed numquid si in Bulla non adsit dies & annus
18 robur habeat? Et videtur negativè dicendum, itaut
non obligaret, quia in legibus est ita cautum, &
fit mentio à Gratian. 25. *qu. 2. can. Dicenti n. re-
scripta cap. Eam te*, ubi gloss. *ver. datam de rescriptis
cap. inter de fide Instrum. l. si qua C. de div. rescript.*
Peteir. *de empt. & vend. cap. 4. num.* 18. Barbos. *ad
cit. l. si qua numer.* 2. Alii dicunt citatum textum
procedere in legibus antiquis, non autem recentio-
ribus, ut primæ non valeant sine data, secùs secun-
dæ, D. Chrysostom. *de verb. Hyerem: Non est in ho-
mine via ejus serm. 1. tom. 3. edit. Paris. pag. 915. Con-
stitutionem Imperatoriam nemo simpliciter, & temerè
recitabit veram, nisi tempus dixerit, & Auctorem de-
signaverit, & integram, atque illibatam proposuerit*,
Alter. *in expos. Bullæ in Cœn. Dom. disp. 22. cap. 8.
clause. ult. col. 5. vers. hic quæri potest*, Duard. *in expos.
dictæ Bullæ lib. 1. cap. 4. qu. 9.*

Contrarium tamen est dicendum, quia olim jure
19 Civili inspecto, in legibus non erat necessaria diei,
& Consulis appositio, teste D. Augustino *in colla-
tione cum Donatistis die tertia* ibi: *Evidentissimis legi-
bus definitum est Imperialia constituta, etiam si Consu-
les non legerentur, in dubium non revocari.* Et paulò
post: *Etiam si Consul desit, non impedit Imperialis
constituti veritatem*, refert Gonzal. *cap. plerumque n. 2.
de rescript.* itaut vicissitudo ritus fuerit in hujusmodi
legibus Imperatoris nomen apponi, vel non, diem,
annum, & Consulem, ut probat eruditè Brisson. *lib. 2.
antiquit. cap. 7. & lib. 3. de formul.* & plures sunt leges
sine hujusmodi nota verè semper obligantes, ut adver-
tit Gonzal. *ibid.* Et quamvis Constantinus Imperator
in cit. l. si qua C. de div. rescript. statuisset ut leges
auctoritate carerent, sine die, & Consule, Baron. *ann.*
312. *nu.* 15. tamen cœpit ejus dispositio antiquari;
imò sub Honorio statutum fuit, ut Constitutiones
ederentur sine die, & Consule, ut probant acta Col-
lationis Chartaginensis habitæ anno 411. & Justinia-
nus etiam id innuere videtur, abrogata tacitè hac le-
ge *Constit. de novo Cod. facien. §. 2. ver. etsi quæ & §.*
3. cui consonat Longobard. lex *lib. 3. tit.* 38. & Ale-
mannorum similis *tit.* 43. & notat Cuiac. *& gloss. mar-
gin. in d. leg. Si qua.* Imò quoad prædicta, necessitas
diei, & Consulis non procedit in legibus redactis in
publicum volumen, benè *not. Gloss. ad cit. Can. Di-
centi* Gratiani *u. sine die*, & etiam dicit quomodo
intelligenda sit dicta lex Constantini, & in quibus
editionibus.

Unde rursus dicta Constitutio Constantiniana lo-
20 cum habet quoad privilegia personalia, & rescripta,
& ita procedit Gloss. *cit. cap. eam te ver. data de
rescriptis*, ut animadvertit Jacob. Gothofred. *ad l.
primam C. Theod. de Constit. Princip. vers. 4.* Gonzal. *cit.
cap. plerumque num. 2. vers. ad quod jus de rescriptis*; li-
cet contrarium doceat Gloss. *cit. l. Si qua v. Personalia.*
Sed quidquid sit de his legibus Laicalibus, quoad
21 Constitutiones Summorum Pontificum, rursus est
considerandum, non posse subjici legibus Laicalibus,
& consonat observantia antiqua, ut non solùm non
adhiberetur usus diei, & Consulis, sed pro falsita-
te haberetur, ut in Citrense Concilio, quod con-
tra Ecclesiasticam consuetudinem ipsum Citrense
Concilium diem, & Consulem haberet, inquit Ci-
ronius *lib. 3. observ. cap. 7.* & saltem fuit promiscuus
ritus, hinc plures sunt Constitutiones in Bullario;
imò omnes ferè in Decretalibus, & corpore Juris, 22
sine die, & in Bullario liquet ex Bulla prima Leo-
nis IX. suprà commentata, nec non in certis aliis
antiquis Constitutionibus in Bullario redactis, & in
his terminis non obstare defectum diei, & anni,
quin obliget, Bonac. *de Censur. disp. 1. qu. 1. punct. 3.
nu.* 5. Cùm nulla extet lex Canonica id præscribens.
Sed in foro esset suspecta de falso, nisi haberet datam
solitam, juxta ritum modernum, *cap. quam gravi de
Crim. falsi*; nisi hinc inde probetur veritas, quia
esset contra stylum, ad textum in *l. Sacri Afflatus 6.* 23
de divers. rescript. Barbos. *ibid. num.* 6. Mascard. *de
probat. Conclus.* 1269. Rebuff. *in prax. benef. tit. oppo-
ni quæ contra Bullam possint num. 27. pag.* 150. & be-
nè in terminis datæ defectus, Duard. *loco cit. num.* 7.
Roman. *cons.* 231. & Bonac. *cit. loco num.* 6.

Unde etiam antiquitùs Ecclesia usa fuit in data,
Indictione, quæ in sui origine sumebatur pro certo 24
tributo, qui statutis temporibus solvebatur, *l. 28. ff.
de Usufr. legat. leg: 1. & per tot. C. de Indict.* Gon-
zal. *c. Inter 6. nu. 2. de fid. Instrum. Barbos. l. non
parum 11. num. 4. de Assessor. domestic. &c.* Sed sub
Constantino, Indictio cœpit usurpari pro temporis
cursus, & est circulus quindecim annorum, Circulus
proindè aliquando appellatur à Cuiac. *lib. 6. observ. c. 6.*
itaut singulis annis Indictio gradatim mutetur usque
ad numerum decimum quintum, deinde revolvitur
computatio ad primam Indictionem, de qua compu-
tatione vide Baron. *ann.* 312. ubi Spondan. *nu. 14. Gentil.
de temp. appell. cap.* 2. Calv. *in suo Lexico Jurid. ver. In-
dictiones*, Alciat. *lib. 8. parerg. cap.* 1. Covarr. *var. lib.
1. cap. 12. num. 4. cum seqq.* ubi latè quo tempore initium
habuerit Indictionum usus, & de earum calculo, obser-
vatione, & à qua anni parte incipiat, & adhibeba-
tur frequentiùs in Bullis, ut videtur, & constat ex
Epist. D. Gregorii, & suorum Prædecessorum.

Hodie tamen in Bullis, Indictionis usus abolitus
fuit, ut supra ex formula Datæ inspicitur, nec est ve- 25
rum, quod dixit Gonz. *cit. cap. nu. 2. in fin.* ex tempore
Innocentii III. loco Indictionis, annos Pontificatus
apponi consuevisse, ex Cironio, quia videtur usque
à tempore Alexandri II. in ejus Bulla supra commen-
tata positus annus Pontificatus sine Indictione. Imo
tempore Joannis XV. in ejus Constitutione Unica de
qua supra, etiam annus Pontificatus ponitur unà cum
Indictione, prout infra in aliis Bullis videtur usurpa-
tum. Sed deinde relicta Indictionis nota, annus Pon-
tificatus juxta formam supra recensitam tantùm ap-
ponitur, & servatur in relatione publicationis Bulla-
rum, quæ fit per Cursores Sanctissimi in locis solitis.

Dicta dies in Bullis ponitur per Kalendas, & Idus,
ut supra dedi exemplum, & ponitur numerus per 26
extensum, Kal. verò ant Id. ita scribuntur abbreviatè,
ut docet practicus Corrad. *cit. lib. 2. cap. 8. in praxi
dispens. nu.* 48. annus verò ponitur etiam per extensum,
ut supra firmavi exemplo, juxta cautelam Textus *in leg. 2.
§. eandem pœnam C. de vet. Jur. enucl.* ibi: *Numeros per
consequentiam litterarum volumus, non autem per signa
manifestari, & in l. 1. in fin. de confirm. ffff.* In Brevibus
verò ponitur annus abbreviatus, nempè MDCCV.
ultra differentiam initii, quod in Brevibus fit an-
no à Circumcisione, in Bullis verò ab anno In-
carnationis Domini, ut dixi etiam plenè in Procemio,
& quod ponatur per extensum annus in Bullis, 27
extat regula Cancellariæ *de dictionibus numeralibus*
apud Corrad. *cit. num.* 48. Mandos. *super regula de
Dictionibus numeralibus.* Et de usu ac computis Ka-
lendarum *vide* Gloss. *in cap. fin. de reg. Jur. in 6.
v. quinto Nonas Martii.*

Hìc tamen advertendum, quod in Bullario adsunt
etiam plures litteræ Apostolicæ in forma Brevis spe- 28
cialiter novissimis temporibus, & cum regulis su-
pra deductis in proœmio circa diversitatem expe-
ditionum inter Bullas, & Brevia, ac juxta ea quæ
hic dixi, valent cognosci, an Bullæ, vel Brevia sint;
cùm Papa aliquoties per unum, aliquando per alterum
modum

modum leges promulget, cùm eadem resultet vis, ut dixi in *cit. Præmio*, nempè si incidant cum verbis *Clemens Episcopus Servus Servorum Dei*, etsi extet data juxta formam supradictam, & adsit plumbum, dicitur Bulla; si verò cum titulo *Clemens Papa XI.* cum data, ut supra dixi, & annulo Piscatoris, dicitur Breve, ut latè in eodem Proœmio retuli.

Demum tam in Bulla quàm Brevi ponitur annus
29 Pontificatus, ut supra explicavi. Sicuti enim Imperatores antiqui ponebant annos Imperii, prout hodie faciunt, majori ratione id inolevit in Summis Pontificibus, & est mos antiquus, imò aliquando dicebatur anno Papæ Leonis E. G. Quinto, ut in Bulla secunda Leonis IX. habetur; aliquando anno Pontificatus primo, ut in Bulla Alexandri II. unica anno 1062. Et iste stylus maximam contulit utilitatem Annalibus Ecclesiasticis pro veritate eruenda, obliterata à Sedis Apostolicæ hostibus, ad consovendos eorum errores, ut notavit Bellarmin. *lib. 3. de Rom. Pontif. cap.* 24. ubi contra Platinam, & alios fabulam de Joanne Papa confutat. Et de stylo, ut Pontificatus
30 annus incipiat poni post Coronationem, & interim in Brevibus ponitur *à die suscepti à nobis Apostolatus officii*, supra diximus in Proœmio, & in Constitutione unica D. Gelasii.

CONSTITUTIO UNICA

CALLISTI II.
incipiens (*Omnipotenti.*)

EPITOME BULLÆ.

CALLISTUS HENRICO IMPERATORI.

GAudet iste Pontifex in hac Constitutione de reconciliatione Henrici Imperatoris cum Sancta Romana Ecclesia, eidemque Henricus Investituras, & regalia in Ecclesiis restituit, ac recepit quorumdam Regalium retrocessionem in subsequentibus diplomatibus post Bullam recensitis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Callisti nomen, Natio, Pater, ejusque nobilitas.*
2 *Excommunicavit Henricum Imperatorem, dum erat Archiepiscopus Viennensis.*
3 *Illius electio ad Pontificatum.*
4 *Ejus obitus.*
5 *Illius laudes pro terminatione Schismatis.*
6 *Causa ob quam hanc edidit Constitutionem directam Henrico Imperatori.*

POst obitum Gelasii Secundi Summi Pontificis successoris Paschalis II. creatus fuit Papa Callistus
1 hic Secundus, Guido antea vocatus, natione Gallus illustris quidem sanguinis Guillelmi Comitis Burgundiæ filius, & attinens Adelaidæ Reginæ Franciæ, ac Imperatori Henrico. Archiepiscopus Viennensis fa-
2 ctus excommunicavit dictum Imperatorem Henricum. Electus fuit Christi Vicarius *die 2. Februarii* 1119. in Monasterio Cluniaci in Gallia; coronatus
3 pridiè Idus Octobris eodem anno, & post cursum quinque annorum, mensium decem, & dierum
4 tresdecim obdormivit, sepulturæ traditus in Basilica D. Joannis Laterani. Vir quidem præclarissi-
5 mus, qui meruit discrimina tempore Antecessorum tam Ecclesiæ perniciosissima inter Papam, ac Imperatorem quoad Investituras, terminare, pacemque
Ecclesiæ post tot scissuras, & schismata reddere, proindè anno 1122. in Laterano hanc edidit Constitu- 6
tionem directam Charissimo Filio Imperatori Henrico ad magis ejus benevolentiam captandam, ut restitueret investituras, & regalia usurpata, eaque abrogaret, prout sequutum fuit, eidemque Pontifex posteà quædam regalium genera retrocessit.

SECTIO I.

De Investiturarum origine, processu, ac prohibitione.

SUMMARIUM.

1 *Controversia orta inter Summum Pontificem Gregorium VII. & Henricum IV. Imperatorem prætendentem investire Præsules Ecclesiasticos jurisdictione cum baculo, & annulo.*
2 *Henricus IV. Imperio spoliatus per dictum Gregorium VII. iterum illud recuperavit per mortem Rodulphi.*
3 *Fuit denique ab Henrico V. ejus filio bello captus, custodia detentus, & Regno privatus, ac exul mori coactus.*
4 *Sunt tamen qui asserunt, eum circa suum vitæ finem ad meliorem frugem rediisse.*
5 *Henricus V. assumpto Imperio, obedientiam per suos Legatos præstitit Summo Pontifici Paschali.*
6 *Conventiones, & pacta firmata inter Pontificem, & Oratores Imperatoris, quoad investituras ab Imperatore liberè remittendas.*
7 *Investituræ prædicta consistebant in eo, quod Episcopi debebant recipere ab Imperatore annulum, & baculum, pro exercenda jurisdictione.*
8 *Sed Paschalis se obligavit cedere Imperatori omnes, & quascumque ditiones, & bona quæ Ecclesia ex Regali munificentia consecuta fuerat.*
9 *Confirmationem dictorum pactorum, petente deinde Henrico, nec Episcopi, nec Clerici, sicuti nec ipsemet Pontifex dare voluerunt.*
10 *Tam Pontifex quàm Cardinales in carcerem ob dictam resistentiam detrusi fuerunt.*
11 *Paschalis ad redimendum se ab Henrico, jus, & privilegium dictarum Investiturarum Imperatori concessit.*
12 *Bulla Concessionis prædicta tam præjudicialis, duabus expressis rationibus cohonestata fuit.*
13 *Imperator deindè Coronam Imperialem à Paschali recepit, & ab eodem communicatus fuit particula ejusdem hostiæ consecratæ in sacrificio consumpta.*
14 *Verborum formula, qua Pontifex usus fuit in actu dictæ Communionis, in confirmationem pacis initæ.*
15 *Privilegium dictarum Investiturarum, revocatum deindè fuit à Concilio Lateranense convocato per eumdem Paschalem.*
16 *Paschalis publicam pœnitentiam dictæ concessionis exhibuit coram Concilio, deponens Pontificalia.*
17 *Gelasius II. in primo Pontificatus tempore, summam constantiam contra Imperatorem Henricum ostendit.*
18 *Callistus II. in Concilio Rhemensi condemnavit dictas Investituras, ac excommunicavit ipsum Henricum.*
19 *Reversus Romam, Antipapam captivum habuit, & intra Monasterium inclusit.*
20 *Pax deindè firmata fuit in Concilio Lateranensi I. inter ipsum, & Imperatorem Henricum.*

21 *Investiture predicta que ab Imperatore dabantur Episcopis per baculum, & annulum, abolita fuerunt.*

22 *Concessum tamen fuit, ut Imperator signum investitura per traditionem sui sceptri daret dictis Episcopis.*

23 *Ut isti jura feudorum Imperatori persolvere tenerentur; Imperator verò electiones Episcoporum dimitteret omninò liberas.*

24 *Investitura quid sit?*

25 *Abusus, ut Episcopi, aliique Beneficiati, investituras reciperent à Laicis, per plura secula toleratus fuit ab Ecclesia, & quare?*

26 *Electio tamen Canonica numquam apud Laicos tolerata fuit, sed semper ipsi Ecclesia reservata; licèt postea etiam dicta electio usurpata fuerit.*

27 *Laici non intendebant, mediantibus dictis Investituris, conferre Episcopis jura spiritualia, sed solùm temporalia ad illa feuda, qua ex eorum munificentia Ecclesiastici acquisierunt.*

28 *Privilegium Investiturarum concessum Henrico à Paschali Pontifice, an fuerit hereticale, controversum fuit inter quosdam in Concilio Rhemensi.*

29 *Due Investiturarum species, quarum una est de jure divino, alia verò de qua agitur est de jure humano, & hec sine heresi, apud Laicos esse potest.*

30 *Reges tamen sub specie hujus secunda Investitura usurpabant etiam illicitè spiritualitatem, & Ecclesia regimen, & num. 40.*

31 *Investitura predicta ab initio Ecclesia prohibita reperiantur.*

32 *Usurpata fuerunt per duo secula ante tempus Gregorii VII. nedum à Regibus, sed etiam ab aliis dominis subalternis.*

33 *Abusus dictarum investiturarum crevit, dum illarum pretextu, electiones etiam Episcoporum à Principibus usurpata fuerunt.*

34 *Gregorius VII. in V. Synoda Romana prohibuit sub pœna excommunicationis, ne dicta Investitura de manu Laicarum Personarum acciperentur.*

35 *Prohibitio dictarum Investiturarum confirmata deindè fuit, nedum ab ipsomet Gregorio in alio Concilio, sed etiam ab aliis subsequentibus Pontificibus, & Conciliis, & referuntur.*

36 *Simonia que in dictis Investituris committebatur, fuit causa, qua Pontifices moti fuerunt ad illas extirpandas.*

37 *Alia ratio fuit, quia sub pretextu Investiturarum, Principes usurpaverant jus dandi Episcopatus, & beneficia.*

38 *Investituras predictas fuisse licitas, ex eo quia dabantur ad bona, ex munificentia Laicorum acquisita, palliata est defensio.*

39 *Nam Episcopi non poterant se prebere tales, nisi post receptas investituras predictas.*

40 *Illicita etiam erant dicta Investitura, quia fiebant per baculum, & annulum Pastoralem, qua sunt Insignia Prelatura.*

41 *Episcopi tamen non utebantur dictis baculo, & annulo, qua recipiebant ab Imperatore, vel à Regibus, sed alia petebant à Papa.*

42 *Bona temporalia, que à Secularibus acquirit Ecclesia, fiunt Ecclesiastica, & consequenter exempta à Tributis, & Investituris, & num. seq.*

43 *Bona Ecclesiastica dicuntur Sancta Sanctorum, & Reges aliave seculares nequeunt amplius de eis aliquo modo disponere.*

44 *Investire Ecclesiam de re, quam actu habet, & possidet, est superfluum, & inane.*

45 *Bona ab Ecclesia possessa, si non sint feudalia alicujus Principis secularis, nullam subjectionem erga illum agnoscunt.*

46 *Investiture predicta recipiebantur indistinctè ex omnibus beneficiis, ac si essent feudalia.*

47 *Investitura predicta non fuerunt sublata à Callisto II. juxta aliquos, nisi quoad formam externam, ponendo sceptrum in locum baculi, & annuli, non verò quoad rem.*

48 *Veritas tamen est, fuisse illas in totum abrogatas quo ad jus superioritatis, quod seculares in Episcopos exercebant.*

49 *Fuit enim dumtaxat reservata facultas petendi Regalia post electionem, non verò immissionem in possessionem Ecclesia.*

50 *Regalia que conceduntur ab Imperatore, rationi congruit, ut ab eodem petantur.*

51 *Pontifices non curarunt de extrinseca illa solemnitate, sed reverà tollere voluerunt subjectionem Ecclesiarum erga Laicas Potestates.*

52 *Investiturarum jus defenditur ab aliquibus, utporè concessum Carolo Magno ab Hadriano Papa, & num. 63.*

53 *Sed hec opinio ortum habuit ex quodam errore Gratiani, ut demonstrat Baronius, & alii.*

54 *Investitura prefata nullo jure, sed sola prava consuetudine introducta fuerunt.*

55 *Non alio titulo, nisi quod Ecclesia munificentia Regum ditarentur.*

56 *Episcopi ex hac ratione ad gratificandum Imperiali, vel Regali munificentia, hunc abusum introduci passi fuerunt.*

57 *Littera ab Episcopo Tholosano data ad Innocentium XI. in quibus munificentia Regis Gallie erga Ecclesias extollitur.*

58 *Privilegium Investiturarum potest legitimè per Summum Pontificem revocari, & quare?*

59 *Privilegium predictum hodiè ex multiplici capite cessat.*

60 *Episcopi cautè procedere debent, ne pretextu gratificandi Principibus, introducant abusus prejudiciales Ecclesie.*

61 *Episcopi principaliter consecrati sunt ad tuendam Ecclesiam, & adducuntur in hac re egregia verba Facundi Hermian.*

62 *Authores recensentur, qui de Investituris egerunt.*

63 *Privilegium Investiturarum quatenus revera fuisset concessum per Hadrianum Papam Carolo Magno, illud importabat confirmationem quoad temporalem Principatum, non verò subjectionem Pontificis, & fuit concessum ob frequentia schismata, & infestos hostes Romana Ecclesia, quibus cessantibus potuit revocari.*

64 *Comprobatur supradicta conclusio ex verbis Gregorii Septimi.*

65 *Episcopatuum Investitura, & Ecclesiarum regimina ex avaritia Principum evaserunt venalia; idque exprobratum à Paschali Secundo Imperatori Henrico.*

66 *Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis invictè restitit supradicto abusui, qui in Anglia introductus fuerat.*

67 *Rex Anglia opera dicti Anselmi, deniquè spontè cessit omnibus supradictis Investituris Ecclesia prajudicialibus.*

68 *Reges Gallia ultrò etiam se abdicarunt predicto jure tempore Concilii Claramontani.*

69 *Urbanus Secundus, & Paschalis Secundus, pro condemnandis investituris contra Imperatorem, ad Reges Gallia confugere.*

70 *Lotarius post Concordiam initam, iterum pretendere cœpit investituras ab Innocentio Secundo.*

71 *Divi Bernardi opera non ultra progressa fuit Imperatoris pretensio.*

72 Pe-

72 *Petrus Diaconus non benè asserit, Investituras fuisse restitutas ab Innocentio II. & ejus testimonium contra dictum Pontificem est suspectum, & quare?*

73 *Investiturarum Controversia à dicto tempore citra cessarunt, nec Principes de eis amplius curarunt.*

74 *Quo tempore Principes saculares jus habere pratenderunt in Electionibus Ecclesiarum?*

75 *Investituram Feudalium quomodo Episcopi recipiant ab Imperatore?*

76 *A Regibus Gallia quomodo illa recipi consuevit?*

77 *Patronus an possit manutentionem pratendere in jure tradendi Claves Abbatissa, vel Beneficiato in signum Investitura?*

78 *Laicus est incapax juris investiendi, vel conferendi beneficia Ecclesiastica.*

79 *Collatio quot modis sumi possit, & quando det Ecclesiasticum titulum?*

80 *Alia dicitur collativa, alia authorizabilis, alia realis.*

81 *Investitura eodem etiam modo distinguitur.*

82 *Laici sunt incapaces juris Investitura primo, & secundo modo considerata, nempè prout importat actum Collationis, & Institutionis.*

83 *Papa nihilominus potest ex causa, hujusmodi privilegium laicis concedere, sicut & concessum revocare.*

84 *Consuetudine etiam immemorabili non potest à laico acquiri hujusmodi facultas, nisi concurrat fama Privilegii Apostolici.*

85 *Laicus an possit dare Investituram, seu institutionem tertio modo sumptam, scilicet realem immissionem prasupponentem Ecclesiasticum titulum jam acquisitum?*

86 *Investitura hoc tertio modo sumpta non importat aliquem Canonicum titulum, sed executionem tituli jam habiti.*

87 *Laicus est etiam incapax hujusmodi tertia investitura, vel institutionis.*

88 *Hujusmodi tertia investitura est etiam munus Ecclesiasticum, sive spirituale, & pertinebat de jure communi ad Archidiaconum, sed deinde consolidata remansit ad eumdem Collatorem.*

Laici possunt jura acquirere in Ecclesiis, quoad usum tantùm, non quoad dominium, ibid.

89 *Beneficia habent in se duplicem potestatem, aliam spiritualem, aliam temporalem.*

90 *Investitura, sive installatio, licèt dari nequeat per laicos, quoad jus spirituale, videtur nihilominus saltem dari posse quoad temporale.*

91 *Conclusio pradicta comprobatur authoritate* Rotæ decis. 241. coram Dunoz. Jun.

92 *Sed rejicitur conclusio, sic generaliter sumpta.*

93 *Titulus Beneficii, qui confertur ab Ordinario, importat tam jus spirituale, quàm temporale.*

94 *Laici nequeunt de rebus Ecclesiasticis, & beneficialibus ullo modo disponere.*

95 *Laici prohibentur etiam esse Oeconomi rerum Ecclesia.*

96 *Electus canonicè, & confirmatus, est verus Pralatus, & sine alia immissione potest statim uti rebus temporalibus propria Ecclesia.*

97 *Investitura reservata à Callisto sumenda per Episcopos ab Imperatore fuerunt tantùm circa possessionem regalium, sive feudalium, & ideò non extendenda ad alia.*

98 *Fortiùs non licet laico inferiori investituram dare per claves, vel alia instrumenta.*

99 *Nullum jus competit Patrono laico in Ecclesia, nisi honorificentia, puta nominandi, pracedendi, & alimenta recipiendi.*

100 *Patronus laicus neque custodiam rerum Ecclesiarum potest habere, sed tantum defensio earum illi permitti potest; jus scilicet solicitudinis.*

101 *Explicatur decisio Rota coram Dunozetto Jun. quod investitura ibi dicta intelligitur pro recognitione instituti in paritionem pracepti Ordinarii.*

102 *Si investitura intelligatur pro jure nominandi, seu prasentandi, qua prasentatio dicitur etiam impropriè Collatio, permittitur Patrono laico.*

103 *In electionibus, Electus denunciat electionem Patrono, ut consensum prastet, qui non potest contradicere, sed tantùm opponere, causam rationabilem allegando contra Electum.*

104 *Patrono laico nullimodè competit jus immittendi in possessionem Beneficiatum, & quare?*

105 *Consensus, qui à jure permittitur Patrono in Electis, non habet formam à jure expressam, ideoque potest explicari etiam per traditionem clavium.*

106 *Possessio Patroni prastandi consensum, & tradendi claves in signum Investitura, non inducit investituram propriam, sed impropriatur verbum investitura, pro signo consensus.*

107 *Aud. Cam.* & Rota in causa Pisana coram Ursino *moderati fuerunt possessionem patroni tradendi claves, in signum actualis possessionis officii Abbatissatus, non tamen investitura.*

108 *Fuit admissa dicta possessio, ita moderata, quia agebatur de pura manutentione in dubio, an jus resistat vel ne super traditione clavium in signum possessionis.*

109 *In fundatione Jurispatronatus si fuisset pactum tradendi claves in signum investitura poterit observari, & quare? quod intellige, ut numer. 112. 113.*

110 *In fundatione Jurispatronatus potest injungi quod pueri instituantur, quod quis possideat plura beneficia, quod beneficiatus nominet successorem, & similia.*

111 *In fundatione Jurispatronatus possunt ab Ordinario acceptari conditiones, quatenus sint simpliciter contra jus positivum, non autem si tangant substantiam beneficii, vel incapacitatem subjecti, aut habeant vehementem resistentiam juris.*

112 *In limine fundationis potest pacisci, quod Patronus Ecclesiasticus tradat investituram beneficii, seu dignitatis Ecclesiastica.*

113 *In fundatione Jurispatronatus an possit pacisci, quod Patronus laicus det investituram bonorum Patronalium beneficii, & quomodo?*

114 *Si in fundatione ita non sit cautum, an poterit acquirere Patronus laicus, ex prascriptione tale jus, & an Ecclesiasticus patronus idem possit, quod diversè modo resolvitur.*

NOn abs re puto aliqua de materia Investiturarum ac Regalium hìc enunciatorum dicere, in quibus pleraque de Callisti gestis occurrent.

Jam inde à temporibus Gregorii Septimi, talis con-
troversia inter Imperatorem Henricum Quartum, & 1
Summum Pontificem orta fuit, quòd Imperator
Præsules Ecclesiarum investiret jurisdictione cum ba-
culo, & annulo, ut infrà dicam; de gestis nam-
que dicti Henrici jam satis dixi in Bulla præfati Gre-
gorii. Sed illud recolere fas sit, Henrico IV. Imperio
per Gregorium spoliato, assumptoque, ut dixi, Rodul-
pho Duce, at amissa per istum vita in belli conflictu, 2
Henricus iterum Regno potitus fuit, qui suis sceleri-
bus, & præsertim continuo odio in Ecclesiam, quam
dilaniare non cessabat Pseudo-Pontificum promotione,
iterùm cœli iram provocavit, ut Henricus ejus Fi- 3
lius arma contra Patrem sumeret, specioso Religionis
prætextu, sed quidem maxima ambitione, cùm ipse

vehementiori malevolentia exarserit in Ecclesiam.
Unde Otho Frising. *lib. 7. cap. 8.* ait: *Rebellionem*
contra Patrem sub specie religionis, eo quod Pater ejus
à Romanis Pontificibus excommunicatus esset, molitur.
Hinc pessima, & inaudita proditione Patrem ample-
xurus accessit, eumque in Castro retinuit custodi-
tum, *ut cit. Auctor*, in quo loco Pater Insigniis resi-
gnatis Imperialibus, creatus fuit Imperator dictus Hen-
ricus Filius nuncupatus V. ac absolutionem petenti
Henrico Patri Cardinalis Legatus dictus Albani nega-
vit, Pontifici asserens reservatam, & in Civitate Ingel-
neim, uti privatus, ac captus vitam duxit, donec
Leodium ab illius Episcopo receptus adjit, ibique mæ-
rore agitatus, finem vitæ dedit; Princeps verò omni-
bus exosus, ac insignis Ecclesiæ Persecutor, tantùm
4 in Pauperes liberalis. Unde Otho Frisingen. scripsit
lib. 7. cap. 11. in ejus vita: Sunt tamen, qui credunt ei
ad probationem (scilicet tam miser finis) *non ad da-*
mnationem, hanc tentationem circa finem suum conti-
gisse, affirmantque ipsum eleemosynis, ac multis miseri-
cordia operibus à Domino meruisse, ut excessus ejus la-
scivaque ex fastigio Regni conversatio hoc modo in mun-
do puniretur. Henricus igitur V. Imperator ab omni-
5 bus veneratus Papæ Paschali obedientiam præviis suis
Legatis præstitit, ac Schismati renunciavit à Patre
promoto. Sed ubi in Italiam pervenit, misit Ora-
tores ad Papam Paschalem Secundum tunc Regnan-
tem pro pace ineunda quoad Investituras, firmatis-
6 que desuper pactis, quod Imperator non auderet
ampliùs Investituras prætendere, quæ consistebant
7 in eo, quod Episcopi Electi Canonicè coram Impe-
ratore comparebant, ab eoque in signum Investitu-
ræ annulum, & Baculum recipiebant, & posteà
competentem jurisdictionem exercebant, & è contra
8 Paschalis jussit, ut omnia bona, quæ ex regali mu-
nificentia, Ecclesiastici obtinebant, Imperatori ce-
derent, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus,
monetas, telonia, mercatos, Advocatias, Curtes,
ut refertur in Epistola Paschalis ad Henricum. Dein-
dè Romam petiit Henricus coronam recepturus à
Paschali, ubi magnificentissimè receptus à Clero,
& Populo, ad Basilicam D. Petri unà cum Papa,
cujus fimbrias, ut assolet fieri, dexteras Pluvialis te-
nens, Cardinali tamen Diacono à sinistris accessit.
Sed dum confirmationem pactorum Imperator pe-
9 teret ab universa Episcoporum, & Cleri Congre-
gatione, inferbuerunt Ecclesiastici contra Pascha-
lem eos privantem tot bonis Regum munificentia
partis. Sed urgente Henrico, ac Paschale reniten-
10 te, seditio maxima orta fuit ex Imperialibus tur-
bis, quæ ipsum Pontificem, ac Cardinales captivos
reddiderunt, ac quamvis Populus Romanus arma
sumens Alemannos plures trucidaverit, tamen pro-
hiberi minimè potuit, ne Paschalis cum aliis Car-
dinalibus in carcerem detrusi remansissent extra Ur-
bem in Monte Sancto, in quo vires ipsi defuerunt
obsistendi crudelitati Henrici, quamobrem privile-
11 gium eidem concessit retinendi jus Investituræ, ea
forma, qua usurpatum fuerat, Bullamque super hoc
se laturum Papa promisit, receptis ab Imperatore
pactis de ejus libertate, ac Patrimonii S. Sedis li-
bera redonatione, aliisque, de quibus omnibus vi-
dendus Petrus Diaconus *lib. 4. cap. 37. & seqq. in*
Chronica Cassinensi, Otho Frisingen. *lib. 7. Epist.*
Paschalis II. ad Henricum, Baron. *in annal. ann.* 1111.
num. 1. *& seq.* Labbè *tom.* 10. *fol.* 766. *& seq.* Ab-
bas Vrspergen. *in Chronica.*
Hæc enim conventio tam præjudicialis rebus Ec-
12 clesiæ inter tenebras noctis jure inita fuit mediante
Bulla, accersitis ab Urbe Officialibus, expressis in
illa duabus rationibus, altera Beneficentiæ Impera-
torum erga Ecclesias ditandas, altera ut electio fieret
majori pace cum Imperatoris auctoritate. Hisque pe-
ractis Romam redierunt Papa, & Imperator, & in
Ecclesia Divi Petri iste recepit Imperialem Coro-
13 nam manu illius, qui dum Pontificalem Missam ce-
lebraret, in Sacra Communione, partem Hostiæ Sa-
cramentalis in ipso Sacrificio consumptæ dedit Im-
peratori, hæc dicens: *Sicut pars ista vivifici corpo-* 14
ris divisa est, ita divisus sit à Regno Christi, &
Dei, quicumque pactum istud dirumpere tentaverit, Pe-
trus Diaconus *lib. 4. cap. 40.* Hisque gestis Impera-
tor Germaniam petiit, Paschalis verò apud suos parvi-
pensus fuit, ob illud privilegium Imperatori conces-
sum, adeò præjudiciale libertati Ecclesiæ, sed ipse sta-
tim perperam gesta animadvertens, nedum per Epi-
stolas Legatos S. Sedis conscios reddidit talis coactæ
actionis, sed Concilium Lateranense anno 1112. 15
convocavit, à quo dictum privilegium investitura-
rum proscriptum fuit, ac confirmatæ fuerunt Consti-
tutiones Gregorii VII. & aliorum Summorum Pon-
tificum, prout sonant verba dicti Concilii relata à
Marca *in concordia Sacerdotii & Imperii lib. 8. cap.*
12. in fine: *Ibique Paschalis signum humilitatis præ-*
bens Pontificalia deposuit, quod recusarunt PP. in ci- 16
neres redacto tantùm per dictum Papam privilegio præ-
dicto, Labbè *cit. tom.* 10. ubi suprà. In alioque Con-
cilio etiam Lateranense convocato, iterùm con-
demnatum fuit dictum privilegium.
Post obitum sequutum anno 1117. Paschalis præ-
dicti, creatus fuit Gelasius II. Monachus Cassinen. 17
qui non mediocrem constantiam ostendit contra Hen-
ricum in exiguo tempore unius anni, quo vixit
semper ab eo persequutionibus exagitatus, itaut in
Galliam abire coactus fuerit, ubi vitæ cedens Clu-
niaci sepultus fuit. In locum ejus, ut dixi, creatus fuit
Callistus II. qui statim eodem anno 1119. suæ ele- 18
ctionis, celebravit Concilium Rhemense contra di-
ctum Henricum, & pro condemnandis dictis investi-
turis cum interventu Regis Galliæ Ludovici VI.
vim Henrici detestatus, quem excommunicavit, ac
animum debilem Paschalis, ejusdem subsequentem
constantiam in revocationem prioris erroris com-
mendavit, Can. 1. *& sequen. dicti Concilii* apud Lab-
bè *tom.* 10. *fol.* 864.
Deindè Callistus Romam petiit ibi benignè re-
ceptus, Antipapam persecutus fuit tunc Bordinum 19
Gregorium VIII. dictum, & istum captivum in Ci-
vitate Sutri habuit, ac præclusit in Monasterio Mon-
tis Cassini, Baron. *anno* 1120. *&* 1121. *Epist. Cal-*
listi prædicti apud Labbè *tom.* 10. *fol.* 894. Deindè
post plures seditiones cum Henrico, tandem iste Pon-
tifex pacem universalem Ecclesiæ reddidit in Conci- 20
lio Lateranensi Primo anno 1122. in quo pax re-
mansit firmata cum Imperatore, statutis pactis circa
abolitionem investiturarum, nempè, quod in Germa- 21
nia electiones fierent præsente Imperatore citra vim,
& Simoniam, si verò controversiæ orirentur in dictis
electionibus, placarentur consilio Metropolitani, &
Episcoporum Provinciæ, ac acciperent Episcopi re-
galia de manu Regis non jam per baculum, & an- 22
nulum, sed per sceptrum, exceptis iis quæ ad Ro-
manam Ecclesiam pertinere noscerentur. Jura verò
Feudorum persolvere tenerentur. Extra Germaniam 23
verò Episcopi post sex menses à consecratione, re-
galia prædicta modo quo supra recipere deberent.
Imperator autem Henricus spopondit electiones fore
liberas, & consecrationes, nec investiendum esse
quem amplius per baculum, & annulum, quæ &
prædicta referuntur à Cabassutio *in notitia Concilio-*
rum fol. 399. *& seq. in Conc. Lateran. supradicto,*
& à cit. Marca *cap.* 21. *num.* 3. Baron. *cit.* & ab
aliis Scriptoribus in hac materia.
Investitura igitur, quæ fuit causa tanti Schismatis
idem sonat, ac possessio, seu immissio in possessio- 24
nem per supremum Principem, prout fit in feudis, per
Reges, & in bonis emphiteuticis, per Dominos dire-
ctos; hinc abusus inolevit in Ecclesia, quod Ecclesia-
stici acciperent Investituram, seu immissionem ad
beneficia per Laicos, & quoad Episcopatus, &
Abbatias, per delationem baculi, & annuli, Regi-
que juramentum præstabant electi, Theophilus Ray- 25
naud. *num.* 12. *fol.* 128. Et similem modum inve-
stiendi fuisse usitatum ex enumeratione plurium Episco-
porum,

porum, & Abbatum, refert Gregorius Turonen. *lib.*
3. *historiæ cap.* 2. *&* 16. *& lib.* 4. *cap.* 5. 7. 18. & us-
que à tempore Pipini, & Caroli Magni, id non im-
probabile esse, refert Thomassin. *de benef. par.* 2. *lib.*
2. *cap.* 38. *num.* 1. §. *hac, versus finem*, & plura exem-
pla adducit *dicto num.* 1. *per totum*. Sed verè tacuit
Ecclesia, quia hoc jure rariùs, & sanctiùs utebantur
Reges; at tolerato hoc jure investiendi, electio
26 tamen Canonica semper Ecclesiæ fuit reservata, Tho-
massin. *cit. num.* 3. §. *quamdiù*, licèt contrarium po-
stea etiam usurpabatur, Gulielmus Tyrius *lib. de Bello
Sacro cap.* 13. ibi: *Inoleverat enim consuetudo præser-
tim in Imperio, quod decedentibus Ecclesiarum Præ-
latis, annulus, & virga Pastoralis ad D. Imperato-
rem dirigebatur, unde postmodum unum quemlibet de
familiaribus, & Capellanis suis investiens, ad Eccle-
siam vacantem dirigebat, unde Pastoris fungeretur of-
ficio, non expectata Cleri electione*. Easdem investi-
turas in Gallia in morem fuisse testatur Marca *citat.
lib.* 8. *cap.* 19. & in Anglia dixit Matthæus Paris. *&
cit.* Thomassin. *cap.* 34. *num.* 4. *& cap.* 38. *numer.* 1.
& 9. quod etiam dicit in Italia quoque evenisse, ac de
Germania testatur *citat.* Gulielmus Tyrius, & Sug-
gerius Abbas *in oratione Treverensis Archiepiscopi
ad Paschalem II. in Ludovico Crasso* ibi: *Tempori-
bus antecessorum nostrorum SS. Apostolicorum viro-
rum Magni Gregorii, & aliorum, hoc ad vim Impe-
rii pertinere dignoscitur, ut in majorum electione hicor-
do servetur, antequam electio in palam proferatur, ad
aures Domini Imperatoris perferre, et si personam deceat
assensum ab eo ante factam electionem assumere, deindè
in Conventu secundum Canones, petitione Populi, ele-
ctione Cleri, assensu honoratorum præferre consecra-
tum liberè, nec Simoniacè, ad D. Imperatorem pro re-
galibus, ut annulo, & virga investiatur*. Dicebatur
enim quod licèt concessio spiritualium Jurium per
27 Principes Laicos dari nequeat ex defectu potestatis,
tamen cùm Ecclesiastica feuda habuissent munificen-
tia eorumdem Principum in iis bonis temporalibus,
eam recognoscebant, ac ab eis recipiebant investitu-
ras. Unde Ivo Carnot. *Epist.* 60. ait: *Si quis Lai-
cus ad hanc prorumpat insaniam, ut in datione, &
acceptatione virgæ, putet se tribuere posse Sacramen-
tum, vel rem Sacramenti Ecclesiastici; illum prorsus
judicamus hæreticum, non propter manualem investitu-
ram, sed propter præsumptionem diabolicam*. Et infra:
*Quæ concessio sivè fiat manu, sivè nutu, sivè lingua,
quid refert, cùm Reges nihil spirituale se dare inten-
dant?* Sic in Concilio Rhemensi ut supra enuncia-
28 to tempore Callisti maxima orta fuit contentio inter D.
Brunonem Episcopum Signiensem Abbatem Montis
Cassini, & Joannem Episcopum Cajetæ, quod privile-
gium concessum Henrico à prædicto Pontifice fuisset
hæreticale, ex Labbè *tom.* 10. *fol.* 767. *& seqq.* quare
quidam Auctor *de Investit. ad Callistum Papam cap.* 3.
& 4. dixit: *Alia est utique Investitura, quæ Episcopum
29 perficit, alia quæ pascit, illa jure divino habetur, ista
ex jure humano, subtrahe jus divinum, spiritualiter
Episcopus non creatur, subtrahe jus humanum, posses-
siones amittit, quibus ipse substentatur*. Unde Ivo Car-
notensis acerrimus propugnator Investiturarum hanc
hæresis qualitatem negat, sed verè ipse sibi impugnat,
30 cùm velit in hæresim tale jus conscendere, si spiritua-
litatem recipere præsumat, & tamen jam ex dicto
jure investiendi, electiones etiam Episcoporum Re-
ges usurparunt, itaut verbo tenus non recipere spiri-
tualitatem dicere potuissent, cùm revera spiritualia
recipere intelligerent, quia in Ecclesiæ regimine usur-
pabant insignia illa ab Imperatore concessa, ut doctè di-
xit Thomassin. *de benefic. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 32. *per tot.*
Tamen usque à tempore Apostolorum, similes in-
31 vestituræ prohibitæ videntur, ut *in Can.* 30. & in Sy-
nodo Nicæna sub Hadriano II. *act.* 8. *&* 10. Et quam-
vis abusus major irrepserit per duo sæcula ante tem-
32 pus Gregorii VII. nedum in Regibus, & Imperatore,
sed etiam in subalternis Domicellis, ut exemplis refert
Marca *citat. lib.* 8. *cap.* 25. licèt proprium Imperato-
ris hoc jactaretur, unde Vicelinus Aldemburgi Epi-
scopus electus recusavit recipere investituram à Duce
seu Comite Alsatiæ: *Visum est Episcopo verbum illud
durum, eo quod esset præter consuetudinem Episcopo-
rum, cùm investire erat solius Imperatoriæ majesta-
tis*, Helnotd. *in Chronic. Sclavor. lib.* 1. *cap.* 69.
qui abusus relaxatus fuit, præsertim dum hoc prætextu
electiones etiam Episcoporum; Principes quoque 33
usurpabant, & pecunia ministri Ecclesiæ deputaban-
tur, causam id dedit, ut Pontifices talem usurpatio-
nem vindicare curaverint, ideo ut dixi idem Gregorius
VII. jam à tempore Cardinalatus prospiciens servituti
huic Ecclesiarum in variis Legationibus functis, Pon-
tifex creatus curavit ipsas Ecclesias à tali servitute 34
eripere, prout primò suasionibus, tandem in
Synodo Romana V. decretum edidit his verbis:
*Quoniam Investituras Ecclesiarum contra statuta San-
ctorum Patrum à Laicis personis in multis partibus co-
gnovimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Ec-
clesia oriri, ex quibus Religio Christiana conculca-
tur, decernimus, ut nullus Investituras Episcopatus,
vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ de manu Imperatoris, vel
Regis, vel alicujus Laicæ personæ viri, vel fœminæ
suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat Investitu-
ram illam Apostolica authoritate irritam esse, & us-
que ad dignam satisfactionem excommunicationi subja-
cere*. Et in alio Concilio etiam Romano VII. addi-
dit: *Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchio-* 35
*num, Comitum, vel quilibet sæcularium potestatum In-
vestituram Episcopatus, vel alicujus dignitatis Ecclesia-
sticæ dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se
obstrictum esse sentiat*.

Quod confirmarunt Victor III. anno 1087. & po-
stea Urbanus II. *in Concilio Claramontano anno* 1095.
Canon. 18. ibi: *Interdictum est, ne Reges, vel alii
Principes aliquam Investituram de Ecclesiasticis ho-
noribus faciant*. Nec non Paschalis II. ut dixi, in Con-
cilio Romano, ac in Rhemensi, & Laterano, & Cal-
listus tandem finem huic controversiæ cum Impera-
tore dedit. Hoc idem fuit statutum ab aliis Conciliis,
ut Pictaviense *Can.* 1. ibi: *Decrevit S. Synodus, ut
nullus Episcopus, Abbas, Presbyter, vel qualibet Per-
sona de Clero accipiat de manu Regis, vel Comitis,
vel cujuslibet Laicæ Personæ donum Episcopatus, Ab-
batiæ, vel Ecclesiæ*. Et Innocentius III. *lib.* 1. *Epist.*
48. hoc idem innuit, maxima quidem ratione, tum
quia Simonia tam innata erat in hujusmodi genere in- 36
vestiturarum, ut numquam tali facinori tot Concilia
remedia adhibere potuerint sacrosanctis eorum regu-
lis. *Unde* Gregorius Turonen. *de vita PP. cap.* 6. ait:
*Germen istud iniquum cœpit pullulare, ut Sacerdotium
venderetur à Regibus, aut compararetur à Clericis*,
tum fortiùs, quia tale jus investituræ redolet spe-
ciem subordinationis Ecclesiasticorum Laicis, & po-
testatem istorum in electionibus Ecclesiasticis, quod 37
prohibitum videtur ex antiquis Canonibus, quòd
Ecclesiastici de manu Laica Ecclesiasticas dignita-
tes, & Beneficia recipiant, *ut in* 16. *quæst.* 7. Gra-
tianus plures refert Canones. Et in *can. Laicis cap.
si quis* & aliis *ead. caus. & quæst.* adest pœna excom-
municationis, *& in ca.* 4. *de jurepatr.* imponitur pœ-
na depositionis à Ministerio. Congruum enim est, ut
arceatur sæcularis Potestas ab administratione rerum
Ecclesiarum, nec valet dici agi tantùm de administra-
tione in bonis ab auctoritate Laica receptis, ut co- 38
nantur asserere contrarii, præsertim Maymburgus *in
lib. Gallico Idiomato Decadente de l'Empire*, quia hæc
est quædam palliatio, nam revera Episcopi non pote- 39
rant administrare, nisi recepta Investitura; eò for-
tiùs, quia annulus, & baculus iisdem dabantur 40
in signum Investituræ, quæ verè sunt insignia spe-
cialia Prælaturæ, ut docuit Godefr. *Vind. opusc.
de ordin. Episc. & de Investit.* ibi: *Laicus cum
Investituram tribuit, per virgam, & annulum
eam præstat per illa, quæ sunt Ecclesiæ Sacra-
mentalia, sicut sal, & aqua, Oleum, Chrisma, &
quædam alia, sine quibus Hominum & Eccle-*

fiarum consecrationes fieri non possunt. Imò idem Ivo
Carnotensis præcipuus defensor Investiturarum asse-
41 rit Episcopos noluisse uti talibus insigniis ab Impe-
ratore, & Regibus receptis, sed ea Papæ remitte-
bant, alia petentes, *cit. epist.* 238. ibi: *Videmus in
partibus Germaniarum & Galliarum multas hone-
stas Personas purgato isto navo, pastorales virgas
reddidisse, & per manus Apostolicas refutatas In-
vestituras recepisse*, & idem innuit cit. Tomassin.
cap. 38. *num.* 1. §. *Hec*, & *num.* 9. §. *vestigari*,
& Lambertinus *de Jurepatr. art.* 1. 11. *qu. princip.*
3. *part. sub num.* 1. & 3. *lib.* 2. *fol.* 250. & 251. Et
42 demum, etsi Ecclesiæ bona temporalia à Principibus
reciperent, illa jam in qualitatem Ecclesiasticam tran-
sierunt, & sicuti non subjacent tributis, utpotè
exempta, ita nec Investituris subjacere debent, prout
fit in Jurepatronatus, in quo Patronis nullum aliud
jus remanet, nisi custodia, & defensio bonorum, &
jus nominandi; quapropter corruptela dici debet mos
ille dandi Investituras Ecclesiasticis, ut docet Inno-
centius III. *lib.* 2. *Epist.* 87. quoties enim bona à
43 Regibus donata transierunt in Ecclesias, dicuntur
Sancta Sanctorum, & bona Ecclesiastica, Goffrid. *in
opuscul.* 2. & 3. *epist. ad Callistum II. Non sit Impe-
ratoribus, & Regibus molestum, quod dicimus, nec
consuetudine sibi vendicare nitantur, quod eis veri-
tate negatur*: Cùm Laicis etiam Religiosis disponen-
darum Ecclesiarum, & rerum Ecclesiasticarum omnis
facultas ab Apostolis prohibeatur, manifestum est,
quod eis Investituram negarunt edocti ab ipsa Verita-
te, à Christo videlicet, qui in Apostolis loqueba-
tur. Res etiam, quæ semel Ecclesiæ datæ sunt, Re-
44 ges iterum dare, vel de ipsis investire, nec debent,
nec convenienter possunt, nam alicui dare, quod
habent, & de hoc investire aliquem, quod ille jam
tenet, superfluum est, & vacuum, benè post alios
docent Freccia *de subfeudis lib.* 2. *auct.* 29. *numer.* 5.
Afflict. *decis.* 261. *num.* 22. & plenè Spada *consil.* 5.
& 6. *lib.* 1. Nam advertendum est non omnia bona
45 ab Ecclesiasticis Præsulibus possessa, esse feudalia, &
sic pro non feudalibus nulla requiritur licentia Prin-
cipis, imò etiam quoad donata posset dici quod
transierint liberè ad Ecclesiam, & dicam infra, &
tamen Investituræ recipiebantur indistinctè, tamquam
46 Ecclesiastica Beneficia essent feudalia, ut benè re-
fert Boetius Epo *de regal. lib.* 1. *num.* 97. & *seq.*

Dicunt enim aliqui parum amisisse Imperatorem
47 cum hoc temperamento Callisti, quòd scilicet tan-
tùm mutatio fuerit facta formæ Investituræ, quæ
fiebat per annulum, & baculum, & deindè per sce-
ptrum fieri dictum fuit, ut dicit Marca *citat. lib.* 8.
cap. 21. *num.* 9. & *Addens num.* 10. subdit in Gallia
non fuisse usitatam illam solemnitatem Imperii, quod
investirentur per annulum, & ante consecrationem
nullo modo fiebat, sed tantùm post consecrationem
recipiebant à Rege litteras patentes pro occupandis
feudis ad Ecclesias pertinentes. Sed verè in Concilio
prædicto Laterano fuit ab Imperatore abdicatum jus
48 Investituræ in totum, quatenùs illud erat jus supe-
rioritatis in Episcopos electos, qui quasi auctorita-
tem, & exercitium jurisdictionis per manus Princi-
pum recipiebant. Et licèt Papa concesserit faculta-
49 tem iisdem Episcopis post electionem recipiendi re-
galia per sceptrum ab Imperatore, tamen hoc potest
fieri etiam ante consecrationem, ut congruè subjun-
gitur quoad Episcopos in aliis partibus Imperii, &
est recipere regalia, quæ sunt propria Regis, non au-
tem immissionem in possessionem Ecclesiæ, prout
sonabat nomen, & modus Investituræ, & cùm Epi-
50 scopi recipiant ab Imperatore regalia, quæ consti-
tuunt dotem Imperii, justum est, ut hanc munifi-
centiam ab eodem Imperatore recognoscant, & erga
illum faciant id, quod jure debent, prout subjungit
eadem Constitutio Callisti. Nam alioquin Pontifices
51 non adeò strennè se gessissent, si solùm illam extrin-
secam solemnitatem evitare voluissent, sed verè tollere
voluerunt illam injustam usurpationem subjiciendi Lai-
cali potestati Ecclesias, harumque Ministros. Hinc
Goffrid. *in opusc. cit. cap.* 2. ait: *Nam quare secula-
ris potestas sibi vindicare nititur Investituram, nisi
ut per hoc extorqueat, aut quod est gravius, sibi
inordinatè subjectam efficiat Pontificis Personam?*

Ad comprobandum jus hoc Investiturarum, dice- 52
bant aliqui, tale jus fuisse concessum Carolo Magno
ab Hadriano Papa, ut refertur à Gratian. *can. Ha-
drianus* 2. *dist.* 63. Sed verè hic fuit unus errorum,
in quos incidit Collector ille Canonum, cum dicat 53
ex Historia Ecclesiastica id collegisse, quando dixit
hoc idem Sigibertus in ejus Chronica, & fuisse me-
rum somnium probat Baron. *ann.* 526. & 774. *à num.*
10. & 964. *à num.* 22. Non igitur aliquo jure, sed
prava consuetudine hoc sibi arrogarunt Imperatores 54
freti ratione, quod Ecclesias ditassent, unde Capi-
tulum Aldeburgense sic respondit dicto Vicelino, 55
Episcopo electo: *Investitura Pontificum Imperato-
ria tantum dignitati permissa sunt, quæ sola excel-
lens, & post Deum in Filiis Hominum præeminens
hunc honorem non sine fœnore multiplici conquisivit:
Neque Imperatores dignissimi levitate hac usi sunt, ut
Episcoporum Domini crearentur, sed compensaverunt
novam hanc amplissimis Regni divitiis, quibus Eccle-
sia copiosius aucta, decentius honestata, jam non vi-
le reputet ad modicum cessisse subjectioni, nec erube-
scat uni inclinari, per quem potest in multos domina-
ri*. Quod censetur fuisse corruptela, *ex epist.* In-
noc. III. 87. *lib.* 2. *reg.* 14. *ubi* Bosquet *fol.* 129.
ibi: *Ad hujusmodi Consuetudinem, imo corruptelam
potius abolendam*. Et sic Investitura Laica, aut me-
ra fuit usurpatio, vel tolerantia temporanea Eccle-
siæ. Ex his igitur constat fuisse hoc jus in solo abu- 56
su fundatum, & facilitate Episcoporum, qui cùm
recepissent ab Imperiali Majestate tot Beneficia, in
eam benignè se gesserunt, quod novum non videtur,
cùm Archiepiscopus Tholosanus scribens San. Mem.
Innocentio XI. in ultimis controversiis Cleri Galli-
cani die 3. Decembris 1680. dixit: *Scimus equidem* 57
*in iis omnibus, quæ hactenus edicta sunt à Sanctitate
vestra, eo tantùm illa spectasse, ut nonnulla hujus Re-
gni Ecclesiæ subtraherentur jugo, & novo, ut cre-
debat ipsa, & intolerabili; asseverabo tamen illud fi-
denter Sanctitati vestræ nullum jugum grave nobis vi-
sum iri sub hoc Principe pio æquè, ac benefico, futu-
rasque Ecclesias nostras satis liberas, quamdiu Patro-
no tanto gloriari poterunt. In ejus ditione nati sumus,
sub ejusdem Imperio vivimus, nostras eis dignitates
debemus, nos ille Sanctitati vestræ nominavit, eo pro-
tegente in vinea Domini operamur, eo denique benevo-
lente opimis illis pacifice fruimur redditibus, quibus
munifici majores ejus Ecclesias nostras locupletarunt*.
Vel quatenus foret verum hujusmodi privilegium; 58
potuerat, imò debuerat Summus Pontifex, ex abusu
irrepto illud revocare, ac acquiescere Laicos dece-
bat, *cap. Venerabilem de electione*, ubi Abb. Innoc. *in
cap. Inquisitionis de sent. excomm.* Pett. Greg. *Syn-
tagm. Jur. lib.* 15. *cap.* 30. *num.* 20. Unde, etsi Im-
perator non possit alienare res Imperii, debuerat
acquiescere hujusmodi concordiæ, quia per istam re-
ditus fit ad jus commune, ut notat Gloss. *in Can.
Ego Ludovicus dist.* 63. *v. Villiculis*. Illud à Paschali
concessum armata manu usurpatum fuit ab Henrico, 59
ut fuit dictum, & sic, vel quia fictitium quodcum-
que privilegium, vel quia vi extortum, vel quia sal-
tem justè revocatum, & renunciatum legitimè ab
Imperatoribus facta concordia, omnimodam amisit
hoc jus Investituræ subsistentiam, Barbos. *ad cit. can.
Hadrianus*, ac alii Canonistæ. Cautè tamen est pro-
cedendum in introductione abusuum, etiam sub spe- 60
cioso prætextu gratificandi Principibus benemeritis
Ecclesiæ, cùm Episcopi principaliter ad tuendam Ec- 61
clesiam sint consecrati, & ut ait Facundus Hermian.
lib. 4. *ante finem*: *Quasi vero propter hoc tantùm or-
dinati sumus Episcopi, ut ditemur Principum donis,
& cum eis inter maximas potestates consedeamus, tam-
quàm divini sacerdotii privilegiis fulti. Sicuti autem*
falla-

fallaciis malignorum, quæ nullis temporibus defuerunt, aliquid eis inter tantas Respublicæ suæ curas subreptum fuerit, quod Ecclesiæ Dei præjudicet, vel Ecclesiæ pacem turbet; nam eis debemus pro ipsorum salute, quæ sunt vera suggerere, & si necesse fuerit Religionis auctoritate resistere, ac patienter offensionem quoque illorum, si acciderit, sustinere. Et ubi erit illud propheticum, loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar? nisi fortè Pastores quidem ad lac, & vellera, ad avertendas verò Luporum insidias, & tuenda ovilia, desertores.

Hæc de Investituris dicere curavi, cùm de illorum
62 introductione, ac abusu, & prohibitione, videri possunt latè Gratian. *in cit. Can. si quis, can. Constitutiones*, & alii 16. *qu.* 7. quos Canones reassumpsit Lup. *in decret. tom.* 3. *dissert.* 4. *proœmial. cap.* 4. *per totum*, Cardin. de Laurea *in Epit. Sacror. Can. verb. Laici fol.* 297. *col.* 1. Thomassin. *de Benefic. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *per tot.* Baron. *Annal. tom.* 11. *Anno* 1077. *& tom.* 12. *Anno* 1116. Boetius Epo. *de Jur. Sacr. lib.* 1. *de regal. numer.* 26. *& numer.* 217. Bosquet. *ad Innoc. IV. epist.* 87. *fol.* 129. Gonzalez *ad lib.* 1. *decr. cap. Quisquis* 43. *de elect. & electi potestate num.* 6. *& in cap. præterea* 4. *de Jurepatr.* Diana *resol. mor. tom.* 10. *tract.* 1. *res.* 6. *per tot.* Marca *in concord. Sacerd. & Imp. cit. lib.* 8. *cap.* 19. *& seq.* Altesset. *de Ducibus cap.* 7. *per tot.* Seraph. *dec.* 1382. & novissimè S. Rota *in Pisana Jurispatr.* 24. *Januarii* 1698. §. *Manutentionis* coram B. M. Ursino.

63 Sed etiamsi hoc privilegium Hadriani adfuisset, illud non fuit concessum Carolo Magno, nisi ut consuleret paci, & quieti Ecclesiæ, quoad temporalem Principatum. Ex quo non sequitur eum habuisse potestatem supra Pontificem, & fuit concessum ob frequentia Schismata, quæ tunc erant, & propter frequentes hostes Longobardos, & Græcos, qui assiduè Ecclesiam Romanam vexabant, Bellarm. *de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 29. *in responsione ad argumentum* 6. Itaque quid dubitandum, potuisse Ecclesiam revocare illud causis illis cessantibus, & Principibus illo abutentibus, ut asserit cit. Bellarmin. & perpensis infrascriptis verbis Gregorii VII. relans à Gulielmo Malmesburiensi *pag.* 84. non tamen canonizando assertionem privilegii Hadriani, sed præsuppositivè, ut dixi, habiti, refert Thomassin. *cit. cap.* 34. *num.* 4. *versic. non mihi tempero*. Verba enim Gregorii apud Gulielmum sunt: *Laudatus est Prædecessor noster Hadrianus I. quod Investituras Ecclesiarum Carolo Magno concesserit, itaut nullus electus consecraretur ab Episcopo, nisi prius à Rege insigniretur, & annulo, & baculo. Contrà laudatur in nostri Sæculi Pontificibus, quod has donationes tulerunt Principibus; poterat tunc rationabiliter concedi, quod nunc laudabiliter debet auferri. Cur ita? quod erat animus Caroli Magni adversus avaritiam invictus, nec facilè invenisset aditum aliquis, nisi intrasset per ostium. Præterea per tot terrarum interstitia nequibat requiri Sedes Apostolica, ut unicuique electo accommodaret assensum suum, dum esset propriè Rex, qui nihil per avaritiam disponeret, sed juxta Sacra Canonum scita, Religiosas Personas Ecclesiasticas introduceret, nunc* (loquitur enim de illis temporibus tam calamitatibus oppressis) *omnia Palatia Regum, luxus, & ambitus occupavit; quare meritò libertatem suam sponsa Christi asseverat, ne illam Tyrannus ambitioso usurpatori prostituat.* Electiones etenim liberæ Episcopo-
64 (margin, beside "cessor noster")
65 rum, prætextu Investiturarum usurpatæ etiam fuerunt, vænales eas constituendo; hoc enim improbavere Episcopi Germaniæ Imperatori Henrico V. sub Paschali II. *Meministi, qualiter Episcopatus Abbatias, & omnia Ecclesiæ regimina fecisti vænalia.* Hinc usque à tempore dicti Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis; talis abusus fuit vindicatus invicta ejus constantia à Regno Angliæ, occasione, quòd ipse numquam voluit pecuniam in sui promotione Regi dare, ut refert Briet. *Annal. Anno* 1093. *in fin. tom.* 3.
66 (margin, beside "que à tempore")
67 *fol.* 891. Sed demum Rex prohibitas jam à Gregorio VII. Investituras, prohibente eodem Anselmo easdem in suo Regno profligavit, coadunatis in Palatio Regis Londini cunctis Primatibus Angliæ, victoriam de libertate Ecclesiæ, pro qua diu laboraverat Anselmus, adeptus est. Rex enim Antecessorum suorum usu relicto, nec Personas, quæ ad regimen Ecclesiarum assumebantur, per se elegit, nec eas per dationem virgæ pastoralis investivit, Ediner. *in vita Anselmi lib.* 1. *&* videndæ Anselmi *epist.* 126. *lib.* 3. *&*
2. *lib.* 4. Ac Reges Galliæ licèt parcè illo jure uteren- 68
tur, ultrò se ab illo abdicarunt, & ut supponit cit. Thomassin. *cap.* 38. *num.* 3. §. *post illos duo*, faciliter hoc evenit tempore Concilii Claramontani in Galliis habiti, quia cùm illuc sese recepissent Urbanus II.
& Paschalis II. ad Reges illos profugi pro conde- 69
mnandis Investituris, contra Imperatorem, justum non erat, ut etiam illis tale jus permittere voluissent. Certum enim est Reges Galliæ facilius temperamentum in Concilio Lateranensi, tempore Callisti de quo hìc, amplexos fuisse. Unde D. Bernard. *epist.* 64. ait: *Festinavit ad Regem, Regalium Investituram accepit.* Sed in Germania adhuc pullularunt
germina talis abusus; nam quamvis Concordia hæc 70
cum Sancta Sede peracta, fuerit confirmata ab Imperatore in Conventibus Vvisburgensi, Vvormaciensi, & Bambergensi, ut apud Abb. Vuspergen. *in Chronica*, tamen Anno 1131. cùm Innocentius II. Anacleti Antipapæ conatibus injustis expulsus, Germaniam peteret, tempore Lotharii, iterum pro conces-
sione Investiturarum iste urgere cœpit. Sed D. Ber- 71
nardi opera ab hac petitione se continuit, Baron. *Anno* 1131. Cui novitati pullulanti uti mirum se opposuit Sanctus Abbas, audacter enim resistens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira au-
ctoritate compescuit. Imo non debet attendi, quod 72
scribit Petrus Diaconus *lib.* 4. *cap.* 99. quod Innocentius restituerit Investituras, quia satis videtur suspectum ejus testimonium, cùm Abbas, & ejus Monasterium Montis Cassini essent ex parte Antipapæ
Anacleti. Post id ver[illegible]mporis nulla super hoc eve- 73
nit controversia; sed tantùm super electionibus Ecclesiarum, in quibus Principes Sæculares jus habere contenderunt tempore Friderici, itaut potius effe-
ctum illum à Jure Investituræ emanatum usurpare co- 74
narentur Imperatores, ac Reges, quàm jus ipsum In-
vestituræ, de quo amplius non curarunt. Unde etiam 75
usque adhuc Episcopi, ac alii Prælati Investituram tantùm regaliorum scilicet feudalium recipiunt per Sceptrum ab Imperatore, licèt sæculares recipiant per vexillum, ut refert Hermes *fascicul. Jur. public. cap.* 14. *num.* 68. Et in Gallia, in qua jam solemni-
tas Investituræ per annulum dimissa remansit ante pa- 76
ctiones Callisti, usu consuevit per diploma concessionem regaliorum dare, neque curavere Reges uti solemnitate Sceptri, Marca *in concordan. cit. lib.* 8. *cap.* 21. *num.* 10.

Hìc quæri opportunè posset, an Patronus alicujus 77
Beneficii, vel Monasterii valeat manutentionem prætendere in jure tradendi claves Monasterii, vel Ecclesiæ, Abbatissæ, sive Beneficiato in eorum electione, seu institutione respectivè, in signum Investituræ realis, vel possessionis Beneficii, seu officii Abbatissatus?

In hac materia videtur primò assignanda differen- 78
tia terminorum, & certa à dubiis secernere, ut ad quæsitum valida responsio dari valeat.

Certum est laicum esse incapacem juris conferendi,
prout etiam investiendi beneficia Ecclesiastica, *can. si* 79
quis deinceps, can. si quis Clericus 16. *quæst.* 7. *capit. præterea* 4. *& cap. Cura* 11. *de jurepatr.* & passim alibi, & supra fuit latè dictum; & in terminis Abbatissæ, vide Canones apud Card. Laur. *in Epit. ver. laici circa dispositionem Ecclesiarum fol.* 297. ibi: *Laicus, sive Rex, sive Imperator, sive alius non potest dare Investituram Ecclesiasticam Abbatissatus, & aliarum similium dignitatum; dansque excommunicatur.* Sed tam collatio, quàm Investitura tripliciter sumi

potest,

potest; vel enim agitur de actu auctoritativo, quo
quis beneficium alteri confert, & dicitur collatio,
vel etiam institutio generalis; vel de actu, quo præ-
sentatus ad beneficium à Patrono admittitur, & di-
citur institutio specialis; prout etiam institutio spe-
cialis dicitur in electionibus, actus confirmationis,
qui interponitur à Superiore Ecclesiastico, utraque
verò dat Canonicum titulum: Vel tandem tertiò
etiam datur institutio actualis, & est missio in pos-
sessionem beneficii, quæ si fiat ab habente auctorita-
tem conferendi, importat etiam collationem, si ve-
rò à non habente talem facultatem, est pura immis-
sio in possessionem, ut distinguunt Lambert. *de jure
patr. art.* 1. 11. *quæst. princip. numer.* 4. *&* 5. 3. *part.* 2. *li-
bri*, Gonzalez *in cap. te nobis num.* 3. *de Clericis Pe-
regrinis*, Abb. *in cap. cum satis num.* 1. *de officio Archi-
diaconi*, itaut prima dicatur collativa institutio, se-
80 cunda auctorizabilis, & tertia realis, Fagn. *cap. cum
Ecclesia num.* 28. *& seq. de caus. possess. & propriet.* Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 26. *& seq.*

Ita Investitura tripliciter etiam sumitur, scilicet,
81 vel pro ipso actu collationis, vel institutionis aucto-
rizabilis, seu confirmationis, vel demum pro ipsa
immissione materiali in possessionem, ut prosequun-
tur cit. Doctores, præsertim Lotter. *num.* 24. *& seq.*
Lambert. *n.* 6. *ibid.*

Quoad primum actum, & secundum, collationis
82 scilicet, & confirmationis, seu institutionis, qui etiam
Investituræ actus aliquo modo dicitur, extra dubium
est laicos illius esse incapaces, *ut ex cit. Juribus* liquet
& ex aliis supra recensitis, occasione historiæ conde-
mnationis Investiturarum. Cùm etenim prædicti
actus Canonicum transferant titulum, qui uti jus
spirituale à laicis omninò disparatum, nequit ab istis
transferri, *cit. Can.* 16. *q.* 7. *cap. præterea cap. cura de
Jurepatr.* & alibi latè Barbos. *cit. can. si quis deinceps*
16. *quæst.* 7. Garcias *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 32.
Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *num.* 10. Seraph.
cit. dec. 1382. *& dec.* 241. *num.* 5. coram Dunoz. Jun.
Potest tamen Summus Pontifex hujusmodi privile-
gium laico concedere beneficia conferendi, ut notat
83 Gloss. *ver. Ecclesias in principio cit. quæst.* 7. *in fin. cit.
can.* 16. Gratiani de Rege Apuliæ, Lambertin. *de Jure
patr. art.* 7. *num. fin.* 1. *qu. princip.* 1. *part. secundi libri*,
Lotter. *cit. lib.* 1. *qu.* 6. *à num.* 37. *& seqq.* 45. *&* 46. Car-
din. de Luca *de benef. disc.* 9. *numer.* 12. ubi de Rege
Hispaniarum, quoad Archipresbyterum Altamuræ,
& præcisè de hujusmodi privilegio, ut potuerat con-
cedi à Papa, & justis de causis revocari, docent ci-
tati Historici Investiturarum, Pignatel. *consult.* 67. *tom.*
9. Rota *decis.* 1382. *num.* 2. coram Seraph. Ita tamen
Laicus confert ex privilegio, ut censeatur id facere
Papa, ministerio illius, ut prosequuntur cit. Lotter.
& Card. de Luca *ibid.* tamen hujusmodi privilegium
non sine magna causa dari debet, cùm satis memoria
Investiturarum lachrymosa sit, ob tot ærumnas ab
Ecclesia passas; quare Innocentius Tertius noluit
illud concedere Matildæ Comitissæ Flandrensi, quæ
Ecclesiam cum beneficiis erigere cupiebat, *ut ex eju-
sdem Epist.* 192. *lib.* 3. *Regest.* refert Gonzal. *in cap. præ-
terea* 4. *n.* 7. *de Jurepatr.*

Hinc, quia agitur de re non acquisibili à laico, ob
84 ejus incapacitatem, non sufficit immemorabilis, nisi
concurrat fama saltem privilegii, Lotter. *cit. qu.* 6. *num.*
39. *& seq.* Giovagn. *cons.* 27. *num.* 4. *lib.* 2. Posth. *de
manut. observ.* 44. *num.* 50. *cit. dec.* 1382. coram Seraphi-
no, Sperell. *dec.* 37. *num.* 59. & debet esse observantia
pacifica, ut in simili *decis.* 417. *num.* 19. coram Prio-
lo, & *dec.* 106. *num.* 4. *part.* 10. *rec.* Et de privilegio
primariarum precum Imperatoris, quoad Ecclesias
Alemanniæ, & de alio Regis Galliarum, quoad bene-
ficia vacantia in certis Ecclesiis, Sede Vacante Episco-
pali, & similibus, tradunt Lott. *cit. num.* 42. *& sequ.*
Vivian. *de Jurepatr. part.* 2. *cap.* 12. *numer.* 12. & an sint
collationes, vel puræ nominationes, vide *ibid.* &
Gonzal. *cit. cap. præterea* 4. *in fine de Jurepatr.* Sed de
his alibi erit sermo.

Difficultas est, an laicus possit dare Investituram;
seu institutionem tertio modo sumptam, scilicet ge-
neralem immissionem in beneficio, qui actus præsup- 85
ponit jam titulum præcedentem Canonicum, sine quo
dicta actualis institutio nequiret dari, & iste actus ve-
rè dicitur Investitura, *ut not.* Abbas *in cit. cap. cum sa-
tis num.* 1. *vers. quædam est institutio*; hæc enim dicitur
institutio actualis, investitura, installatio, & simili- 86
ter, qui actus nullum Canonicum titulum auctoriza-
bilem importat, sed tantùm executionem tituli jam col-
lati à Superiore; qui quidem neque spectat ad laicum,
qui est incapax illius. Hoc probatur expressè in *cap.
ut nostrum de offic. Archidiaconi*, ubi cùm Cancella-
rius quidam laicus hujusmodi actualem institutionem,
seu installationem Abbatis gereret, Papa dixit esse 87
munus Ecclesiasticum, & spectare ad Archidiaconum,
& quod sine privilegio nequibat facere laicus, ut no-
tat Abb. *ibid. num.* 2. *vers. fortassis*. Igitur tamquam 88
munus spirituale, illud nequit laicus tractare, ex præ-
dictis *cap. causam quæ de præscript.* Abb. *in capit. cum
querelam* 20. *de elect. num.* 9. Unde talis investitura,
seu immissio in possessionem, competebat jure commu-
ni ad Archidiaconum, & deinde fuit consolidata in
eodem Collatore, seu Ordinario, qui nedum confert,
seu instituit, sed etiam immittit in possessionem. Et
quod verè fuerat munus Archidiaconi hæc investitura
patet, nam nec prima, nec secunda authorizabilis po-
tuerat ei competere sine privilegio, sed tantùm ista de
qua loquimur. Sunt textus *in cit. cap. ut nostrum, cap.
ad hæc de off. ordinarii, ubi Doctores*, Abb. Barbosa, *&
ad cap. Indemnitatibus*, §. *sane de elect. in* 6. Gonzal. *in
cit. cap. ut nostrum num.* 2. ubi de possessione Abbatissæ
Fagn. *in cit. cap. Ecclesia num.* 29. *de caus. possess. & pro-
priet. & cap. eam te num.* 5. *de ætat. & qualit.* Hinc
laici sunt incapaces talis juris, imò etsi possint plura
acquirere Ecclesiis, quoad usum, non tamen quoad
dominium, & proprietatem, Gratian. *discep.* 110. *nu.*
13. *& cap.* 210. *num.* 48. & alii apud Rot. *dec.* 954. *num.*
1. coram Card. Cerro.

Nec obstat, quod Beneficium, vel quælibet digni-
tas duplicem potestatem contineat, aliam spiritualem 89
consistentem in jure spirituali, aliam temporalem in
redditu temporali, *ut in decis.* 39. *num.* 31. *& seq. part.*
12. *rec.* & in terminis Abbatissæ, dixit Rota *in Pisana*
24. *Januarii* 1698. §. *quoniam* coram B. M. Ursino.
Unde etsi talis installatio, seu Investitura sit prohibita
laicis, quoad jus spirituale, poterit tamen dari quo-
ad temporalia, ut in terminis possessionis beneficii da- 90
tæ per laicos patronos dixit Rota *dec.* 241. *nu.* 5. *&* 6.
coram Dunoz. Jun. ubi etiam dicitur posse laicus dare 91
Investituram realem, non autem collativam tituli.

Idem responderi potest ex prædictis, etiam Investi-
turam realem esse quid spirituale à laico non usurpan-
dum ex supra firmatis, sed ad Archidiaconum specta-
re de jure communi, unde non videtur attendenda *cit.
dec.* coram Dunozet. quod laicus sit capax hujusmodi
institutionis realis. Et verè omnes controversiæ supe-
riùs enunciatæ, quoad Investituras, non faciunt vim 92
in sola Investitura collativa tituli, cùm laici instarent
tantùm pro Investitura reali, sine qua possessionem
actualem beneficii, vel dignitatis occupare non pote-
rant Ecclesiastici, nequidem sub prætextu immissionis
in bonis temporalibus per laicos danda, cùm verè fue-
rint abrogata hujusmodi jura laicorum; tùm quia ti- 93
tulus beneficii, qui confertur ab Ecclesiastico, impor-
tat tam jus spirituale, quàm temporale, tùm etiam,
quia laici nequeunt de rebus Ecclesiasticis disponere;
sunt enim patrimonium ipsius beneficii, & assumpse- 94
runt qualitatem Ecclesiasticam omninò extraneam à
quacumque laicali auctoritate, seu dispositione, *ut in* 95
can. nullus 15. *can. in nona actione*, ubi etiam prohibe-
tur, quod laici possint constitui Oeconomi rerum tem-
poralium Ecclesiæ, *can. si quis Principum* 16. *quæst.* 7.
& proinde Ecclesia hujusmodi immissiones in possessio-
nem noluit approbare per laicos faciendas; quia eo ipso 96
quo quis est Canonicè electus, & confirmatus, est
verus Prælatus, & sine alia approbatione, seu immis-
sione

ſione authoritatis laicalis, uti valet rebus etiam temporalibus Eccleſiæ propriæ.

Tamen Calliſtus reſervavit, ut dixi, illud tantùm,
97 ut Epiſcopi regalia ab Imperatore peterent, ac reciperent per ſceptrum Inveſtituram, hoc eſt miſſionem in poſſeſſionem ipſorum regalium in ſignum grati animi erga Principem, cujus jura ſunt regalia; non tamen hoc debet extendi ultra regalia, & alia bona quæ Eccleſia poſſidet; unde eò minùs licebit ſimplici laico inferiori talem inveſtituram dare, vel per claves, vel
98 per alia inſtrumenta, quibus hæc immiſſio realis, ſeu inveſtitura dari ſolet, Lambert. *cit.* 3. *part.* 2. *lib. art.* 1. 11. *quæſt. principali num.* 1. Et expreſsè *in cap. unic.* §. *Verùm de ſtat. regul. in* 6. permittitur Abbatiſſæ petere inveſtituram, & præſtare juramentum pro feudo tantùm, *& cap. nimis de jure jurando*, & infra etiam dicam, pro alia tamen re, quàm feudali, inveſtituram prohiberi.

Poteſt tamen dici, quod non procedat hæc prohibitio in laico Patrono Eccleſiæ, ſeu beneficii, quia tunc inſtitutus inſtitutione auctorizabili, ſeu electus antequam bona temporalia occupet, poterit petere conſenſum, & Inveſtituram à patrono laico, qui ei concedit hujuſmodi immiſſionem realem, ſaltem quoad bona temporalia, quæ recognoſcit Eccleſiaſticus inſtitutus, ſeu electus à munificentia ejuſdem Patroni.

Verùm in hac re eſt extra controverſiam, nullum
99 jus habere Patronum in Eccleſia patronali, niſi honorificentias, quas Eccleſia illi conceſſit; puta jus nominandi, recipiendi aliquem honorem, & alimenta in caſu indigentiæ, Gonzal. *cap. præterea* 4. *& cap. nobis de Jurepatr.* & latè Fagn. *in cap. nobis num.* 17. *&* 25. *cum ſeqq. de Jurepatr. ver.* ubi ex Hoſt. & Card. ponit verſus:

Patrono debetur honos, onus, emolumentum:
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Scilicet jus præſentandi, jus proceſſionis, hoc eſt honorificentia in ſeſſionibus, & jus alimentorum, Cavaler. *dec.* 321. hinc neque cuſtodiam rerum Eccleſiæ po-
100 teſt habere, ſed tamen defenſionem, ad differentiam Patroni Eccleſiaſtici; quod intellige de Jure communi, ut Fagn. *in cap. cum vos num.* 4. *& ſeq. de Offic. Jud. Ord.* Nam vigore Sac. Conc. Trid. *cap.* 9. *ſeſſ.* 25. *de refor. verſ. Patroni autem*, eſt id prohibitum etiam Patrono Eccleſiaſtico. Si enim neque cuſtodiam poteſt habere bonorum, quomodo vult dare Inveſtituram, ſeu poſſeſſionem eorum, quæ non habet? niſi tamen dicatur facere actum in paritionem præcepti Or-
101 dinarii, hoc eſt recognoſcendo talem inſtitutum in verum beneficiatum, & in hoc ſenſu poteſt intelligi *cit. dec.* coram Dunoz. Jun. in qua Patroni beneficii admiſerunt illum inſtitutum in Eccleſia patronali, ibi: *inveſtiverunt illum præſentem, & pulſantem Campanam*, eò fortiùs, quia agebatur de Cuſtodibus Sanctiſſimi Salvatoris, qui uti Gubernatores Eccleſiæ, inſtitutum admiſerunt, & ſic nullo modo Patrono laico permittitur actum Inveſtituræ concedere; niſi intelligatur
102 actus ille nominandi, qui etiam Inveſtitura dicitur, ut Gloſſ. *in can. quicumque* 16. *quæſt.* 17. imò etiam impropriè dici poteſt collatio, *ut not.* Lambert. 1. *par.* 2. *lib.* 7. *art.* 1. *qu. principal. num.* 3. In electionibus ve-
103 rò, electus nil aliud debet agere poſt electionem Canonicam ante confirmationem, niſi denunciare electionem Patrono, ut illam omologet, & conſenſum præſtet, juxta Textus *in cap. nobis* 25. *de Jurepatr. cap. ſacroſancta in fine de elect.* Abb. *in cit. cap. nobis* Archid. *num.* 8. Card. *in* 3. *notab.* Butr. *qu.* 3. Barboſ. *num.* 9. Tambur. *de Jur. Abb. diſput.* 7. *quæſt.* 6. *tit.* 1. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 6. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 55. *num.* 15. *ver. item*, *& diſc.* 63. *nu.* 101. *deciſ.* 593. *num.* 6. *part.* 5. *recent.* & in terminis Abbatiſſæ *idem* Card. de Luca, *ubi ſupra*, Cavaler. *deciſ.* 321. *nu.* 5. *&* 445. Imò nequit Patronus electioni contradicere, ſed tantùm opponere contra electum cauſam rationabilem, ob quam Superior illum confirmare non valeat, aliàs etiam ipſo non conſentiente, tenet electio, *cap. nobis de Jurepatr.* Gloſſ. *ver. Dominus in can. Abbatem* 2. 18. *quæſt.* 2. Barboſa *cit. cap. nobis num.* 5. *verſ. Patroni poſtuletur aſſenſus*, Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 5. *art.* 1. *à num.* 19. *& art.* 2. *numer.* 1. Card. de Luca *cit. locis*, Tambur. *de Jure Abb. tom.* 1. *diſput.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 4. Cavaler. *cit. dec.* & Rota *in cit. Piſana* §. *non eſt ambigendum*, ea ratione, quia iſta petitio conſenſus eſt jus honorificum, ut Patronus approbet electionem, idque fit tantummodo in obſequium, & remunerationem beneficii accepti, non autem ut aliquod jus confirmatorium requiratur, ideò facta tali petitione aliud non requiratur, hinc ſi nolit patronus electionem approbare, electio remanet valida, quia nihil ſubſtantiale ei deeſt per diſſenſum patroni, ſi enim quid deeſſet, electus non haberet omne jus, & ſic non poſſet ſe præbere uti verum Beneficiatum tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, & tamen eſt verus Beneficiatus quoad omnia, etiam ſi diſſentiat patronus, qui tantùm poterit inſtare coram Superiore, ne inſtitutus confirmetur, juſtam adducens cauſam, itaut data confirmatione non requiſito conſenſu, vel iſto non dato, ſemper illa valebit, & beneficiatus poterit in omnibus uti talem ſe gerere, ut docent citati Doctores, qui ita interpretantur textum *in can. Abbatem* 2. 18. *q.* 2.

Quarè eſt concludendum nullo modo patronum
poſſe prætendere jus immittendi in poſſeſſionem Bene- 104
ficiatum, quia ſi agitur per viam inſtitutionis, debet illum præſentare Epiſcopo, & aliud jus in hoc non habet; vel per viam electionis, & tantùm poteſt dare conſenſum electioni jam factæ, vel etiam præſentare ſi haberet ſpeciale privilegium legitimum, ut notatur *in eod. cap. Nobis de jurepatr.* ubi Gonzal. *numer.* 4. *verb. Aſſenſus*, & alibi dicam. Non tamen valet electum inveſtire in poſſeſſionem, tum quia ante confirmationem, talis conſenſus præſtari debet, & donec confirmatio ſequatur, nequit electus exercere aliquod jus, neque habet juriſdictionem, neque dominium ullum in bonis Beneficii, Paſſerin. *de elect. cap.* 40. *num.* 92. Implicat enim, quòd ante confirmationem electus, ſeu electa in dignitatis poſſeſſionem dicatur immiſſa. Et quoad Abbatiſſam, quidquid ſit an poſſit dari utraque juriſdictio ſpiritualis, & temporalis, quod affirmat Rot. *in cit. Piſana* §. *quoniam*, negat *tamen* Tambur. *de Jure Abbatiſſa diſp.* 12. *quæſit.* 4. nam tantùm illa habet poteſtatem domeſticam, & civilem, non tamen ſpiritualem; certum eſt non poſſe patronum poteſtatis temporalis poſſeſſionem ei tradere ante confirmationem, quia eſſet & non eſſet Abbatiſſa, & neque poſt, quia ſequeretur quod Abbatiſſa poſt confirmationem aliud requireret, ut haberet veram inſiſtentiam in Abbatiſſatu, & adminiſtratione rerum, quod implicat.

Quia verò hujuſmodi conſenſus, qui à Jure Canonico permittitur, dandus à Patrono ante confirmatio-
nem non habet formam à Jure expreſſam; in *cit.* enim 105
Textu *cap. Sacroſancta in fine de elect.* dicitur: *denunciando ordinationem factam patrono, ut ſuum ſi voluerit, honeſtum impartiatur aſſenſum, & cap. nobis de Jurepatr.* ibi: *ſed jam facta*, ſcilicet *electioni honeſtus patroni poſtulatur aſſenſus*, aliàs *honeſte*, ut explicatur in margine; & ſic cum actus ſit honeſtus, poteſt eo uti patronus in præſtando aſſenſu. Hinc *in cit. Piſana* Patronus erat in poſſeſſione plures actus exercendi in electione Abbatiſſæ, & tamen fuit redactum ejus jus ad dandum conſenſum electioni, & tradendi claves electæ, expreſsè denegando proſecutionem uſus verborum in ſignum Inveſtituræ; ille enim modus tradendi claves, cùm ſit honeſtus, benè potuerat deſervire pro explicando actum conſenſus, præſertim, quia traditio clavium fiebat ſubſequenter ad conſenſum, imo petitio Abbatiſſæ erat tantùm reſtricta ad dationem conſenſus electioni jam factæ, ut probatur in primo Inſtrumento tranſactionis. Et quamvis in pluribus actibus dicatur Patronus tradere claves in ſignum veræ, & realis Inveſtituræ, ſeu actualis poſſeſſionis in officio Abbatiſſatus, certum eſt omnes

actus

actus esse declarandos ad formam dicti Instrumenti,
quod tantùm permittit ut petat consensum Electa, &
quod valeat patronus talem consensum præstare, ac
claves tradere, & sic hic ultimus actus intelligi debet
pro explicando primo, & non quidem pro actualis
Investituræ signo, seu possessionis Abbatissatus, quia
hoc totum datur ab electione antecedenti, & confir-
matione subsequenti, præcisivè à quocumque actu
Patroni, ut dixi: Imò sententia anno 1657. lata per
Vicarium Generalem Archiepiscopi Pisani præcisè id
confirmat, quod teneatur Abbatissa implorare, ut
electioni consentiat dictus Patronus, & claves tradat
Monasterii Abbatissæ à Monialibus jam electæ in si-
gnum Patronatus ipsius; nunquam tamen fit mentio
signi, neque pro Investitura, neque pro possessione
actualis Officii Abbatissatus, quia hoc totum com-
pletur, prout compleri debet ab Ordinario per con-
firmationem subsequentem, & installationem cum
traditione Regulæ, & aliis consuetis; & tunc dici-
tur Electa immissa in Officio Abbatissatus.

Si verò probaretur possessio dandi consensum, &
106 tradendi claves in signum Investituræ Officii Abbatis-
satus, cùm ista traditio posset referri ad modum præ-
standi consensum, & verba debent intelligi secundùm
intentionem proferentis, *ut cit.* Lambert. *art.* 7. 1. *qu.*
principal. 1. *par.* 2. *libr. num.* 3. *&* 4. in terminis, quod
Patronus, si utatur verbo *confero* omninò incongruo
ipsi, intelligi debeat pro *præsentare* eidem competen-
ti, & etiam notat Rocc. de Curte *de Jurepatr. in ru-
br. de Jurepatr. ver. Juspatron. num.* 9. *& v. Honorifi-
cum num.* 75. *vers. limita* 2. & alii apud Rotam *in
cit. dec. Pisana* §. *quoniam in fine.* Hinc in *cap. non
sine* 2. *de arbitris* dicitur per manum Archidiaconi
Capellanus institutus fuisse, scilicèt quòd fuerat præ-
sentatus ab Archidiacono patrono, ut declarant tex-
tum Doctores apud Barbos. *num.* 2. & alii apud Gon-
zal. *cap. Cum satis num.* 6. *de off. Archidiaconi*, & ta-
men nullo modo Patronus potest instituere per ma-
num, quia est actus installationis prohibitus eidem,
sed intelligi debet pro præsentatione, & ita dicta ver-
ba in signum Investituræ poterant usurpari pro signo
consensus possessioni Abbatissatus, cùm enim posses-
sio Abbatissatus sit effectus Canonici tituli electionis,
& confirmationis, eo ipso quod Patronus dat con-
sensum possessioni, assentitur quidem electioni, &
consensus est de honestate, nec potest cassare eam,
ut in Abbatissa, Rot. *dec.* 321. *num.* 5. coram Cavalet. *&
cit. Pisana* §. *applicando*, se fundavit in intentione Pa-
troni intendentis in hujusmodi formula jus honorifi-
cum Jurispatronatus tantùm indicare.

Verum tamen est quod cit. Lamber. ubi supra ob-
servat verba æquivoca esse apud illitteratos, non alios,
cùm verba debeant interpretari secundùm subjectam
materiam; sed in hoc est cautè agendum, ne Laici
jus per Ecclesiam vindicatum tot laboribus, recupe-
rent. Hinc Aud. Cam. & S. Rota in *cit. Pisana* mo-
derati fuerunt possessionem patroni, quod scilicet præ-
staret consensum electioni Abbatissæ, & traderet cla-
ves jam à Capitulo electæ in signum actualis possessio-
nis Officii Abbatissatus, absque expressione actualis
107 Investituræ, ut sese in possessione fuisse urgebat Patro-
nus; & justè fuit admissa traditio clavium in signum
108 possessionis Officii Abbatissatus, quia agebatur de pu-
ra manutentione, & sic in dubio an jus resistat vel
ne, potest concedi, quidquid sit si jus resistat clarè,
ut distinguunt Doctores apud Ludovis. *dec.* 370. *&*
404. *dec.* 74. *num.* 8. coram Durano *dec.* 493. *num.* 10.
coram Ubaldo, *& in Olomucen. Jurisdictionis* 19. *Ja-
nuarii* 1693. *&* 5. *Junii dicti anni* coram D. Muto *in
prima* §. *quando*, *& in secunda* §. *sic quoque*, & di-
xit Rota *in cit. dec. Pisana* §. *finali*. Vel si in fun-
datione Jurispatronatus aliquod fuerit conventum,
tunc posset comparì, ut in similibus, quoad Visita-
tionem concessam patronis in Hospitali quoad tempo-
ralia, est *dec.* 33. *part.* 2. *rec.* & Visitationis Ecclesia-
109 rum, etiam quoad temporalia, ac obsignandi, & di-
stribuendi bona Parochorum, *in d. Olomucen. Juris-
dict.* 19. *Januarii* 1693. §. *igitur*, *&* 5. *Junii ejusdem
anni* §. *possessio* coram D. Muto, quia etiam pacta con-
tra jus possent in limine fundationis apponi, consen-
tiente tamen Ordinario, *cap. præterea de Jurepatron.
cap. Quanto de Censibus*, Lambert. *cit. part.* 1. *lib.* 1.
qu. 9. *art.* 1. Barb. *de potest. Episcopi alleg.* 70. *num.* 41.
Card. de Luca *de Jurepatr. discurs.* 68. *num.* 9. *&* 10.
approbante tamen Ordinario, Buratt. *dec.* 21. *num.* 3. *&
dec.* 61. *num.* 2. ita tamen ut post erectionem, & fun-
dationem, nec minus de consensu Episcopi, potest 110
apponi aliqua conditio, *dec.* 223. *num.* 13. ubi *add. num.*
18. *& dec.* 294. *num.* 20. coram Royas. Hinc poterit
in fundatione injungi ut pueri instituantur, contra Tex-
tum *in cap.* 2. *&* 3. *de ætat. & qualit.* ut Rota de qua
meminit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 32. *num.* 35. quod
in erectione beneficii caveatur ut possit illud obtine-
re, etsi quis habeat alia beneficia incompatibilia, con-
tra Textum *in cap. De multa de præbendis*, ut dixit
Rota *dec.* 999. *num.* 1. *& seqq.* coram Coccino, vel
quod Beneficiatus valeat nominare successorem, con-
tra Textum *in can. Episcopo*, *& seq.* 8. *q.* 1. dixit Rota
dec. 21. *n.* 4. coram Buratto, ubi etiam non habita Insti-
tutione Ordinarii, successor nominatus possit habere
Beneficium, Barbos. *cit. n.* 43. prout ut possit quis no-
minare, & præsentare ante vacationem, contra *cap. fin.
de concess. præbendæ in cit. dec.* 21. *n.* 2. *& seqq. & dec.*
61. Buratti, & alios casus dicunt cit. Barbos. *à num.*
41. Lotter. *q.* 32. *n.* 38. *&* 39. & Lambert. *cit. loc. art.* 3.
n. 17. Conditiones tamen tunc valent acceptari in li- 111
mine fundationis ab Ordinario, quatenus sint contra
jus positivum, non autem si agatur de subjecto inca-
paci, & contra substantiam beneficii, vel sit conditio
turpis, & contra bonos mores, ac contra naturam
ipsius actus, Gloss. *in can.* 1. *verb. non pertinet versus
finem* 10. *qu.* 1. & docent cit. Doctores, & præsertim
Barbos. *num.* 40. *&* 44. & optimè Rota *in Romana Ju-
rispatronatus* 31. *Maii* 1613. coram Sacrato, ut refert
add. ad Buratt. *cit. dec.* 223. *num.* 18. ubi quod ideo re-
quiritur consensus Ordinarii, ut scilicet scrutetur, an
sint conditiones contra jus positivum, vel habeant
vehementem resistentiam juris, vel contra naturam be-
neficii, hinc non esset validum pactum, ut Institutio
daretur à Laico, & declarando citatam Conclusionem,
ut valeat conditio, quod Beneficiatus eligat successo-
rem, qui sine alia Institutione habeat Beneficium, si
præsentatio esset facienda per personam Ecclesiasticam,
prout esset beneficiatus eligens, secus si per sæcularem,
ut optimè Lambert. 1. *par. lib.* 1. *art.* 1. *n.* 70. *& art.*
3. *n.* 1. *& finali*, ratione valida assignata, quia contra
Laicum urget nedum jus positivum, sed & incapacitas
juris spiritualis, quod est instituere in Beneficio. Ve-
rùm Ecclesiastico puro obstat jus tantùm positivum,
quod vult hujusmodi jurisdictionem instituendi spe-
ctare ad Ordinarium collatorem, sed uti Ecclesiasti-
cus est capax, & ita etiam dixit Rota *cit. dec.* 21. *nu.*
40. coram Buratto.

Ex his igitur resultat, quod in limine fundationis 112
possit quidem poni conditio, ut Ecclesiasticus patro-
nus det Investituram Beneficii, seu dignitatis Eccle-
siasticæ, non tamen ut id præstet Laicus incapax ju-
rium spiritualium, posset tamen apponi conditio, ut
laicus in signum Investituræ bonorum temporalium be-
neficii, seu dignitatis aliquod det electo, quia id per- 113
cuteret tantùm Investituram in re temporali beneficii,
quod etsi non spectet ad patronum ex supra firmatis
jure communi, imò prohibetur; tamen cùm sit capax
illam dandi, posset in limine fundationis permitti,
non ut Investituram daret etiam actualem, & realem
tituli beneficii, seu Abbatiæ, quia id posset referri
etiam ad jus spirituale, cùm totum contineat partem,
sed præcisè ad Investituram, seu immissionem realem,
& actualem pro bonis temporalibus, & prædiis Ab-
batiæ, seu beneficii. Sicut enim Regibus permittitur
Investituras dare Ecclesiasticis, quoad bona feudalia
ex dictis, non autem quoad bona libera, & allodia-
lia, quia illa transeunt cum tali onere erga dominum
feudi, ex speciali lege feudali, ut advertit Capon. *con-
tr.* 9.

tr. 9. num. 3. quia feuda fuerunt consuetudine introducta, & sic certis legibus, secus alia bona libera; ita etiam hujusmodi bona à Patronis concessa Beneficio, etsi allodalia, & libera ab onere Investituræ, poterunt assumere ex lege donatoris naturam aliquo modo feudalium, ut requirant Investituram, & sicuti domino feudi lex Canonica permittit Investituram dare in regalibus tantùm, ut Callistus in hac Bulla se permisisse dixerat, non autem actum facere in signum Investituræ, seu realis possessionis Dignitatis, seu Beneficii; ita non minori cautela est permittendum Patronis, qui sibi ita caverunt in fundatione concedendi immissionem realem, seu Investituram in bonis tantùm patrimonialibus. Vis enim non stat in nomine Investituræ, sed cui adjiciatur, si enim dignitati, & Beneficio, nequit fieri, quia hujusmodi nomina sunt complexiva omnium Jurium ad illa spectantium, tam spiritualium, quàm aliunde quæsitarum. Si verò bonis patrimonialibus apponatur, intelligitur talis
114 actus præcisè ad temporalia restrictus ex patroni munificentia acquisita, quamvis tutiùs procedendo Rota *in cit. Pisana* dictum nomen Investituræ abrogavit utpotè satis odiosum gestis in hac Constitutione enarratis, & proindè nec æquivocè usurpandum. Si verò non sit in limine fundationis cautum, etiam præscriptio juvabit, quia ut dixi conceditur per Patronum consensus, seu Immissio, quoad bona temporalia tantùm, nunquam tamen quoad spiritualia, vel titulum Beneficii, quod esset contra jus, non autem contra vehementem juris præsumptionem; quia verè est actus dicto tamen modo explicatus, de quo non est incapax Laicus. Si verò agatur de Patrono Ecclesiastico, intrat quod dixi supra *ex cit. Doctoribus*, quod poterit acquirere per consuetudinem, ut neque requiratur Institutio auctorizativa Ordinarii, cùm ipsa nominatio habeatur pro Institutione, quòd ipse sit capax etiam talis juris spiritualis, ut videmus in tot inferioribus Prælatis, qui habent jus Instituendi, & conferendi, ergo eo magis poterit acquirere jus investiendi tertio modo, & ratio est quia in omnibus prædictis non resistit vehemens jus contrarium, quod tantùm resistit Laico, quoad institutionem, seu collationem auctorizabilem, nullo modo præscriptibilem, nisi, ut supra dixi, cum Privilegio Apostolico.

S E C T I O II.

De Regalium nomine, permissione, ac divisione.

S U M M A R I U M.

1 *Regalium materia, quæ assumitur tractanda, nimis ardua.*

2 *Regalia quæ sint, & quomodo Principi competant? & num. 10.*

3 *Regalium nomen ignotum usque ad tempora Friderici II.*

4 *Fridericus II. potitus Italia concessit Civitatibus Fœderatis Jura Regalia.*

5 *Alia sunt Jura Regalia concessa Civitatibus, alia illa, quæ Imperator sibimetipsi reservavit.*

6 *Regalia sunt jus Regium, & quæ, & quot illa sint? remissivè.*

7 *Jura prædicta quare dicantur Regalia, & non potius Imperialia.*

8 *Imperatores Jure Feudorum frequenter appellantur Reges.*

9 *Appellantur prædicta Jura variis nominibus, & sunt in substantia summa Jura summo Imperio juncta.*

10 *Jura Regalia alia sunt majora, alia minora.*

11 *Majora non solent à Principe alteri concedi, & dicuntur jura Majestatis.*

12 *Minora sunt solùm ad utilitatem Bursæ, & Fisci Regii comparata.*

13 *Jus, quod per Principes Laicos prætendebatur investiendi Episcopos, variis rationibus per eosdem defendebatur.*

14 *Concessiones, & elargitiones factæ ab ipsis Principibus Ecclesiis, decebat ab iisdem Principibus esse recognoscendas.*

15 *Investitura jure in Concilio Lateranensi abrogato, aliquod verò fuit Principibus reservatum in recognitionem suarum elargitionum.*

16 *Investiendi jus, quod fiebat per annulum, & baculum, fuit sublatum, solùmque concessum per traditionem sceptri.*

17 *Fuit quoque dumtaxat restrictum ad Jura Regalia, quæ ex Reipublicæ patrimonio, vel à Regibus, Ecclesiæ receperunt.*

18 *Prælati vigore dominii temporalis, quod obtinent ex concessione alicujus Principis, debent illi præstare jura regalia competentia ejus supremo dominio.*

19 *Prælati ultra potestatem spiritualem habent etiam regalia, nempè dominium Oppidorum, & Urbium.*

20 *Regalium mentio reperitur etiam facta in Concilio Meldensi, longè ante tempora Concilii Lateranensis.*

21 *Regalia permissa, dicuntur non solùm illa jura quæ Prælatus recipit de manu Principis, sed etiam illa quæ ratione talis receptionis præstare tenetur eidem Principi.*

22 *Differentia inter jus Investituræ abrogatum, & regalia quæ fuerunt permissa.*

23 *Regalium jus permissum, est solùm quædam subordinatio temporalis ad bona concessa, & nullo modo lædit Ecclesiasticam dignitatem.*

24 *Investitura antiquitus prætensa, erant jus attentatum, quo Reges Ecclesias tributarias faciebant.*

25 *Regalium permissio facta fuit potius in animi grati recognitionem, cùm de juris rigore non deberetur.*

26 *Episcopi qui receperunt à Principe Regalia, debent facere id, quod jura debent pro talibus Regaliis, juxta præsentem Constitutionem.*

27 *Prima species Regaliarum est, quod Episcopi illa suscipere teneantur de manu Imperatoris, seu alterius Principis, per sceptri delationem, vel alium æquipollentem modum.*

28 Text. in cap. cum inter 18. de electión. *explicatur.*

29 *Innocentius III. fuit Tutor Friderici II. Imperatoris.*

30 *Decrevit in dicto textu, ut Archiepiscopus Capuanus peteret possessionem Regalium è manu Regis dandam ab ipsomet Innocentio, tutorio nomine.*

31 *Episcopi ante abolitas Investituras præstabant Sacramenta, & Homagia Regibus.*

32 *Sacramenta, & Homagia prædicta abrogata remanserunt unà cum Investituris.*

33 *Adducuntur plurimorum Conciliorum, & Pontificum decreta, quibus Sacramenta, & Homagia prædicta prohibita fuerunt, & n. seq.*

34 *Homagia prædicta quomodo per Episcopos præstabantur Regibus?*

35 *Abusus prædictorum Homagiorum etiam post dictas prohibitiones perseveravit in Gallia, Anglia, & Germania.*

36 *Homagia prædicta aliquando præstabantur ab Episcopis, quoad feuda dumtaxat, quæ recipiebant à Regibus.*

37 *Responsum Friderici I. in quo dicta Homagia quoad Regalia defendit.*

38 *Prohibita tamen fuere nedum in Conciliis, sed etiam in hac Constitutione, etiam quoad feudalia, sive Regalia.*

39 *Fridericus I. objurgatus ab Hadriano IV. propter Homagia, quæ requirebat.*

40 *Fi-*

40 *Fidelitatis præstatio, sed non illa Homagii fuit permissa ab Episcopis Feudatariis.*
41 *Homagium, & fidelitas quomodo invicem differant.*
42 *Hadrianus IV. vetuit Homagia, permisit tamen præstandam Frederico I. ab Episcopis Italiæ Fidelitatem.*
43 *Fidelitatis Juramentum ne detur Principibus Laicis, ab Ecclesiasticis, nisi isti sint Feudatarii, sancivit Innocentius III. in Concilio Lateranensis.*
44 *Clericus debet præstare juramentum fidelitatis Domino Feudi,*
45 *Homagia prædicta sublata fuerunt etiam quoad Episcopos Boemiæ vigore pactionis initæ inter Callistum, & Henricum.*
46 *Fidelitatis juramentum præstabatur etiam ab Episcopis Regni Scotiæ.*
47 *Permittendum tamen dumtaxat, quatenus ita fuerit consuetum.*
48 *Præstabatur quoque ab Episcopis Siciliæ.*
49 *In Gallia præstatur quoque hoc idem juramentum fidelitatis.*
50 *Fidelitatis juramentum non fuit ab Innocentio III. preceptum Episcopis feudatariis, sed solùm permissum.*
51 *Homagia, & Sacramenta fidelitatis aliquando in jure confunduntur.*
52 *In feudis, usus, & consuetudo est attendenda.*
53 *Consuetudo potest dare jurisdictionem.*
54 *Consuetudo non acceptata non potest cogere.*
55 *Jura feudalia quatenus adversantur immunitati Ecclesiasticæ, non ligant Clericos.*
56 *Juramentum fidelitatis permittitur, ubi ejus consuetudo viget.*
57 *In Regno Neapolis hujusmodi juramenta desuevere.*
58 *Feuda Regni Neapolitani possidentur ab ipsa Ecclesia, Episcopi verè sunt puri administratores,*
59 *Feuda Ecclesiis donata, ut plurimum fiunt Immunia à tali juramento.*
60 *Fidelitatis juramentum expressè prohibetur præstari ab Episcopis non feudatariis.*
61 *Clerici sunt exempti de jure divino à jurisdictione Laicorum,*
62 *Feudatarii ratione feudi dicuntur de foro Domini directi.*
63 *Forma hujusmodi juramenti fidelitatis variè præstari potest, & solet.*
64 *De juramento fidelitatis, quod præstat Clericus erga Episcopum, remissive.*
65 *Vasallus recipiens feudum Ecclesiæ, debet hoc juramentum præstare Episcopo.*
66 *Formæ juramenti fidelitatis expressa in juribus feudorum, utpotè importantes servitium personale pertinent ad solos feudatarios Laicos.*
67 *Servitium personale non potest congruere Ecclesiasticis erga Dominum Laicum.*
68 *Forma juramenti fidelitatis, præstiti ab Episcopo Andegavensi Regi Philippo, recensetur.*
69 *Forma prædicta debet ita adhiberi, ut excludat quodlibet homagium.*
70 *Sex requisita recensentur, quæ in hac forma juramenti fidelitatis contineri voluit Fulbertus Episcopus.*
71 *Episcopus contraveniens hujusmodi juramento, qua pœna puniatur?*
72 *Ecclesiastici feudatarii tenentur ad omnia onera debita ex natura feudorum, excepto servitio personali.*
73 *Episcopi quoad prædicta servitia non differunt ab aliis.*
74 *Feuda quoad Ecclesias semper præsumuntur impropria, & allodialia.*
75 *Ecclesiæ, & omnes Ecclesiasticæ Personæ de jure Canonico sunt capaces feudorum; secus verò de jure feudali,*

CUm de nominatione Episcoporum, de qua fit
mentio in hac Constitutione Callisti, alibi verba 1
facere proposuerim, ubi etiam de Concordatis cum
Regibus factis in hac materia nominationum, hìc subnectam aliqua de regaliis, pro quibus Investituram petere Episcopis per Sceptrum, permissum fuit in Concilio Lateranensi in hac Bulla relato.

Quæ sint regalia? terret me hæc Inquisitio, prout semper terruit Sacræ Historiæ peritos; est signum tintinnabili occupans auditum Principum, & Sedis Apostolicæ, horumque vario fine fuit semper maxima cura, illorum ea extendendi, istius eadem moderandi; 2
Regalia enim, quæ sub nomine regaliarum, seu regaliorum etiam exprimuntur, sunt quædam jura Regia, quæ sibi Respublica reservavit pro ejus ærario, & manutentione ad instar dotis, quæ constituitur mulieri, & cùm Reipublicæ succedat Rex, ideò sibi appropriantur talia jura, quæ dos ex subditorum tributis, & oneribus, ac specie aliquorum bonorum elicitur; diversum tamen nomen hujusmodi jura Principi reser-
vata sortita fuere, nam nomen istud regalium igno- 3
tum fuit Romanis legibus, & Professoribus linguæ Latinæ, cùm satis perhorrescerent Romani nomen illud Regium post vindicatam libertatem ob mortem Tarquinii Superbi ultimi Regis. Sed occupata Italia per Imperatorem Germanorum, in quem ob segnitiem Græcorum in tuenda Ecclesia S. Pontifex Impe-
rium transtulit Romanum, Fridericus Imperator Se- 4
cundus potitus Italia, pluribus Civitatibus Lombardiæ, cum quibus pax dicta *Constantiæ* inita fuit, reliquit pleraque regalia exercenda à dictis Civitatibus Confœderatis, quæ jura fuerunt postea registrata inter feudales consuetudines in *cap. unico, quæ sint regalia?*

Verum tamen est, neque istis à Friderico Civitati-
bus reservata esse illa præcipua regalia debita Impera- 5
tori, quia ista sibi Imperator reservasse dicitur, ut refert Hermes *fascicul. jur. public. cap. 11. num. 1. in fine*. Igitur Regalium jus est jus Regium, cui plura privilegia leges concesserunt, ut magis Respublica, & majestas Regum muniretur, & ampliaretur, *toto titulo ff.*
& Cod. de jur. Fisc. plura etenim sunt jura hæc regia 6
nedum enumerata per dictum Fridericum, sed & alia, ut recensent Castald. *de Imper. qu. 110.* qui triginta supra trecenta enumerat, & Petra *de jure quæsito non tollenda cap. 21. versic. ultimi possunt*, quadringen-
ta, & tresdecim enunciat. Et quare talia jura, rega- 7
lia denominantur, non autem Imperialia, ratio est, quia jure feudorum, Imperatores frequenter Reges appellantur, *cap. 1. de feud.* March. *cap. 1. in princip.*
de pace tenenda, cap. 1. quis dicitur dux. Et ita Fri- 8
dericus Imperator vocat regalia hæc jura, & à Bodi- 9
no, jura majestatis, ab aliis, jura reservata, & jura Fisci nuncupantur; suntque enim summa jura, Imperio summo juncta, ex eoque immediatè profluentia, quorum vigore Princeps summus facit, quod pertinet ad statum Reipublicæ.

Hæc enim jura regalia, alia sunt majora, minora
alia; illa etenim prima non solet Princeps concedere, 10
cùm sint de reservatis ipsi, ut est cudere monetam, 11
& similia, quæ ossibus Principis adhærent, & dicun- 12
tur verè jura Majestatis: Minora sunt ad utilitatem solius Bursæ, & Fisci Regii comparata, Hermes *cit. n. 3. & 4.* Unde regalia enunciata per Fridericum in *d. cap. un.* pertinent ad secundam speciem. Et ultra prædicta alia adsunt tam majora, quàm etiam minora, ut benè explicat Montan. *de regalib. verb. flumina navigabilia num. 2.* & Cardin. de Luca *de regalib. discurs. 171. in supplem. num. 18. & seq.* & latè de regalibus Joannes Paulus Balzaran. *tract. de feud. tit. 56. fol. 386. ad 416. inter tract. magn.*

Igitur cùm corruptela investiendi per Principe Lai-
cos usurpata quoad Episcopatus, & Abbatias jam vi- 13
guerit, etiam, ut dixi, illam abrogaverit Papa, ex quo tot dissentiones inter Ecclesiam, & Imperium exarserunt,

ſerunt, rationes plures adductæ fuere à Laicis pro tu-
itione talis eorum aſſerti juris, præſertim quod cùm
14 Eccleſias ipſi ditaverint tot bonis, & præſertim rega-
libus juribus diſmembratis à proprio Regno, juſtum
non eſſet, quod non recognoſcantur à Principe Re-
gum conceſſiones. Unde in Concilio Lateranenſi Pri-
15 mo, ut finis imponeretur tam crudeli controverſiæ,
PP. illi unà cum Callisto Papa eo tempore, quo jus
inveſtituræ denuò abrogarunt, ut etiam Imperatori fa-
verent, ac allicerent Laicos, ac Reges ad elargiendum
Eccleſiæ, qui eviſcerarunt Regnum, ut Eccleſiam di-
tarent, permiſerunt, quod Epiſcopi, quoad regalia
data à Principibus ejus Eccleſiæ, Inveſtituram recipe-
rent, quaſi per viam renovationis conceſſionis, ſub-
16 lato tamen modo annuli, & baculi, ſed tantùm per
delationem ſceptri. Unde primò inveſtiebantur Epis-
17 copi indiſtinctè, poſtea tamen fuit reſtricta Inveſtitu-
ra ad illa regalia ſolùm jura ſcilicet Regia, & feuda-
lia, quæ à Regibus ex proprio Reipublicæ patrimo-
nio Eccleſiæ receperunt, ita tamen ut omnia jura
18 competentia Principi vigore Inveſtituræ, & ſupremi
dominii perſolvantur ab iiſdem ibi: *& quæ ex his ju-
ra tibi debet, faciat*. Unde dicendum, talem Inveſti-
turam fuiſſe tantùm inductam à Concilio pro juribus
Regalibus, ſcilicet feudalibus, quæ à Regibus recepta
fuere, ut conſonant verba D. Bernardi *in ſerm. ad Pa-
19 ſtor. in fin. Duplex eſt dominium Prælatorum; Habent
enim claves Eccleſiæ, quibus claudunt, & nemo clau-
dit, Habent & regalia, quia Domini ſunt Urbium,
& Oppidorum, &c.* & innuit Marca *in concord. cit.
lib. 8. cap. 21. num. 11. & Oecumen. Cathed. Apoſtol.
Auctor. lib. 1. art. 3. diſquiſit. 16. num. 73. & 74. fol.
mihi* 652. Et de regalibus donatis Eccleſiæ, fit mentio
in epiſt. 40. Innocentii III. ubi Boſquet. *fol.* 115. *in no-
tis*. Suntque dicta regalia donata juris Regii, de quo-
20 rum nomine regalium fit mentio longè ante dicta tem-
pora Concilii Laterani Primi, nempè in Concilio
Meldenſi Anno 845. *cap.* 22. ibi: *Regalia ſuper pre-
cariis Eccleſiæ fieri nec ratio ſinit*.

Quapropter non ſolùm regalia dicuntur illa jura,
21 quæ Imperator, ſeu Rex dat Eccleſiæ, & quæ Ec-
cleſiæ Prælatus debet recipere à manu Regis, ſed etiam
ea jura, quæ idem Prælatus ratione talis ſuſceptionis
tenetur præſtare Regi, quæ præſtatio fuit permiſſa à
ſæpè citata præſenti Conſtitutione. Et maxima eſt dif-
22 ferentia inter jus Inveſtituræ abrogatum, ac regalia
permiſſa, quia hoc jus eſt quoddam jus Regium tem-
23 porale exigendi aliquem actum ſubordinationis tempo-
ralis ob bona conceſſa cum hac lege, & ſic nullo mo-
do vulnerat poteſtatem Eccleſiaſticæ dignitatis, &
characteris ſacri. Inveſtitura autem erat jus attenta-
24 tum, quo Reges Eccleſias tributarias faciebant, & de
his diſponebant, prout de rebus temporalibus, ita ta-
25 men ut ſtricto juris rigore, cùm bona etiam feuda-
lia addicta Eccleſiæ non indigeant nova renovatione,
quia donatio fuit directa in Eccleſiam, quæ numquam
moritur, nec redeunt illa ad Principem concedentem,
prout contingit in conceſſionibus factis Laicis, ut in-
nuit Author *Galliæ vindicat. diſſert.* 1. §. 1. *num.* 4. &
ſic potiùs fuit animi grati monumentum Eccleſiarum
talis permiſſio in Concilio Lateranenſi facta.

Igitur ab his paucis verbis in hac Conſtitutione,
26 ut dixi, exaratis, nempè: *ea, quæ ex his jure tibi de-
bet, faciat*. Hoc eſt, Epiſcopus, qui recepit regalia
à Rege, faciat id, quod jure debet pro talibus Rega-
liis; ex quo perennis emanavit fons prærogativarum
à Laicis prætentarum contra Eccleſias, & Prælatos
feudatarios, quæ tantùm jura potiora hic diſcutien-
da propono, innuens reliquas ſpecies illorum à Scri-
ptoribus amplexas.

Prima eſt illa, quæ deſumitur in hac Conſtitutione
27 Callisti, quod ſcilicet Epiſcopi recipiant de manu Im-
peratoris regalia per ſceptri delationem. Proinde de-
bent Epiſcopi recognoſcere regalia, ſeu feuda ab ipſo
Imperatore, ſeu Rege, & ab eodem aſſenſum, ſeu
beneplacitum impetrare regalia poſſidendi per ſceptri
receptionem, vel per literas patentes, ſeu alium æqui-
pollentem modum, qui pro diverſitate Regnorum ad-
hiberi ſolet, rejecta tamen forma formalis Inveſtitu-
ræ, ut ſupra per Summos Pontifices, & Concilia
abolitæ. Hinc in *cap. cum inter 18. de elect.* Innocen- 28
tius III. ſcribens Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ
Capuæ in Campania occaſione electionis faciendæ de
Archiepiſcopo, non expectatis amplius abſentibus Ca-
nonicis, ſi fuerint citati, ut Nuncios dicto Ponti-
fici poſt electionem mitteret, ad hoc ut confirma-
tio Canonica ab eodem Pontifice requiratur, & etiam
aſſenſus ejuſdem Vice-Regis; quem Textum licèt ali-
qui variè explanaverint, verior tamen intellectus eſt,
quod confirmatio Canonica electi Archiepiſcopi à
dicto Innocentio peti debuiſſet uti Summo Pontifi-
ce habente ſolùm plenariam poteſtatem confirmandi
hujuſmodi Canonicas electiones, necnon quod re-
quireretur etiam Beneplacitum Regis Neapolis dan-
dum ab ipſo Innocentio, uti Tutore Friderici II.
Pupilli, & ſic illum tam in ſpiritualibus, quàm in 29
temporalibus plenam habuiſſe poteſtatem, primam au-
tem ex ſui Pontificia Perſona, ſecundam tutorio no-
mine, & vicem Regis gerente, ut referunt Spon-
danus *poſt Baron. Anno* 1198. *numer.* 6. Rocc. Pyr-
ro *tom. 1. Siciliæ Sacræ capit. de electione Præſulum
numer.* 6. Gonzalez *ad cit. cap. cum inter numer. 5.
de elect.* Quapropter videtur Archiepiſcopus Capua- 30
nus petere debuiſſe, & confirmationem Apoſtolicam
à manu Pontificis, & poſſeſſionem regalium è ma-
nu Regis, à dicto Pontifice Innocentio uti Tutore
dandam; hæc enim petitio Regalium importabat ſpe-
ciem Inveſtituræ, & Homagii, ante illam abolitam; 31
imò Epiſcopi præſtabant Sacramenta, & Homagia
Regibus, dum ab eis inveſtirentur. Abrogato verò 32
jure Inveſtituræ, fuit etiam abrogatum hoc jus re-
cipiendi talia Sacramenta, & Homagia, ut tempore
ejuſdem Gregorii VII. cujus opera, ut dixi, fuerunt
primò Inveſtituræ prohibitæ, reperitur hoc decre- 33
tum, ut *Clericus à Laico numquam inveſtiatur, nec
pro terra, nec pro aliis rebus, quas ab illo teneat,
nec ſibi Hominium faciat, ſed omninò, quæ ab eo te-
net, ſibi antequam ullam patiatur injuriam, dimittat*.
Quæ prohibitio fuit renovata Anno 1095. in Con-
cilio Claramontano tempore Urbani II. ibi: *Ne
Epiſcopus, vel Sacerdos Regi, vel alicui Laico in ma-
nibus Regiam fidelitatem faciat*. Modus etenim dan- 34
di dicta homagia erat, ut manus Epiſcoporum inter
manus Regis ponerentur, quod prorſus abſonum,
& incongruum Sacroſanctis Conciliis viſum fuit,
ideò in Concilio Rothomagenſi Anno 1096. *Can.*
8. fuit dictum: *Nullus Presbyter efficiatur Homo
Laici, quia indignum eſt, ut manus Deo conſecratæ,
& per ſacram unctionem ſanctificatæ mittantur inter
manus non conſecratas, quia eſt, aut Homicida, aut
Adulter, vel cujuſlibet criminalis peccati obnoxius*.
Et Rogerius Novedenus *pag.* 497. diſſerens de hac
prohibitione facta ab Urbano, ait: *Excommunicavit
etiam eos, qui pro Eccleſiaſticis honoribus, Laicorum
Homines fiunt, dicens, nimis execrabile videri, ut ma-
nus, quæ in tantam eminentiam excreverant, ut quod
nulli Angelorum conceſſum eſt, ut Deum cuncta crean-
tem ſuo ſignaculo creent, & eumdem ipſum pro ſalute
totius mundi Dei Patris obtutibus offerant, in hanc
ignaviam, vel ſtultitiam detrudantur, ac ancillæ fiant
earum manuum, quæ diebus, ac noctibus obſcænis con-
tactibus inclinantur, ſive rapinis, ac injuſta ſanguinis
effuſioni addictæ maculantur*, loquens de illis Princi-
pibus ſatis deviantibus à pietate Christiana in illo
Sæculo. Hoc idem prohibuit Paſchalis Secundus in
Colloquio Cathelaunenſi, & in Concilio Lateranenſi
inquit: *Patrum noſtrorum decreta renovavimus, ſan-
cientes, & interdicentes, ne quiſquam omninò Cleri-
cus Hominium Laico faciat*.

His tamen prohibitionibus non fuit facilis remo-
tio talis abuſus, præſertim in Gallia, Anglia, & Ger- 35
mania, ut pluribus exemplis refert Marca *in concord.
lib. 8. cap. 21. §. 5. cum ſequen.* & poſt eum Thomaſ-
ſin. *de Beneſic. part. 2. lib. 2. capit. 49. per tot.* Ali-
qoan-

36 quando verò fuit temperatus hujuſmodi titus præſtan-
di prædictum homagium, & juramentum fidelitatis
modo quo ſupra ab Epiſcopis, & Clericis, quo-
ad feuda, quæ recepiſſent à Regibus, quæ ad Ec-
cleſiam non pertinuiſſent, quia tunc Epiſcopus qua-
ſi voluntariè ſubditus dici debuiſſet Regi conceden-
ti feuda eidem tamquàm particulari Perſonæ, ut de-
finivit dictum Concilium Rothomagenſe *cit. can.* 8.
37 & ut reſpondit Fridericus I. Imperator Papæ Hono-
rio: *Epiſcoporum Italiæ ego quidem non affecto ho-
minium, ſi tamen eos de noſtris regalibus nihil dele-
ctat habere, qui ſi cunctanter audiverint à Romano
Præſule, Quid tibi, & Regi, conſequenter quoque ab
Imperatore non pigeat audire, Quid tibi, & poſſeſſio-
ni? Spicileg. to.8. pag.99. 107. & 136.*

Certum tamen eſt homagia non ſolùm per manuum
38 interpoſitionem inter manus Regis, ſed quocumque
modo fuiſſe abrogata, & ab Epiſcopis etiam pro feu-
dalibus præſtanda, prohibita, nedùm in dictis Con-
ciliis, ſed præcisè in hac Conſtitutione Calliſti Se-
cundi, & conventione in Concilio Laterani facta
cum Imperatore, ut bene advertit Marca *cit.cap.*21.
§.4. Et quamvis fuerit abuſus, etiam poſt dictum
tempus prorogatus, ſemper tamen Romani Pontifices
39 reſtiterunt contra illum. Unde Hadrianus Quartus
anno 1159. ſic improbavit Fridericum Primum Im-
peratorem; *Quid dicam de fidelitate Beato Petro, &
nobis à te promiſſa, & jurata, quomodo eam obſer-
ves, cùm ab iis, qui Dii ſunt, & Filii excelſi om-
nes, Epiſcopi videlicèt, homagium requiras, fidelita-
tem exigas, & manus eorum ſacratas manibus tuis
innectas?*

Fuit tamen permiſſa ſola præſtatio fidelitatis *in ca-*
40 *pit. nimis de jurejurand.* ac alibi, ſine tamen ulla
præſtatione homagii, & ab Epiſcopis tantùm feuda-
tariis, juxta conſuetudines Locorum; hæc enim dif-
41 ferentia inter homagium, & fidelitatem fuit ſemper
conſiderata, quia primum importat ſpecialem ſubjo-
ctionem omninò arcendam à Perſonis Eccleſiaſticis
erga Laicos. Secunda ſignificat civilem recognitio-
nem Domini directi, cujus eſt feudum, & grati ani-
mi monumento fidelem ſe profitendo erga ipſum.
Fuit itaque agnita hæc differentia *à citato Concilio
Rothomagenſi anno* 1096. *Canon.* 8. ibi: *Sed ſi feudum
à Laico Sacerdos tenuerit, talem faciat ei fidelitatem,
quod ſecurus ſit.* Et Hadrianus Quartus Papa, qui
regnavit anno 1154. poſt dictum Concilium Primum
42 Lateranenſe homagia vetuit erga Fridericum Primum
Imperatorem, fidelitatem tamen ab Epiſcopis Italiæ
eidem præſtandam permiſit, Marca *cit. cap.* 21. §.7.
Roderic. *de geſt. Feder. lib.* 2. *cap.* 3. & Innocentius
43 Tertius in Concilio Lateranenſi IV. *anno* 1215. be-
ne ſancivit hujuſmodi fidelitatis juramentum non
præſtari Principibus Laicis, niſi Eccleſiaſtici ſint feu-
datarii, & conſonat *cap. unic. §. verum*, ubi Gloſſ.
verb. Homagium de ſtatu Regul. in 6. ponit pro fide-
litate, homagium, & ibi textus permittit Abbatiſſæ
exire à Monaſterio pro dicto juramento præſtando,
ſi nequeat dari per Procuratorem, dummodò ſtatim
redeat, quod fuit derogatum circa exitum à Clauſu-
ra, ut infra *ſect. ſequ. num.*22. *in fine, ac Textus re-
lati à* Gonzalez *in cap. nimis* 30. *de Jurejur.* & fir-
mant hanc diſtinctionem Barb. *cit.loc.* Layman. *Theo-
log. mor. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. Suarez *de Religion. to.*
2. *lib.* 2. *de juram. cap.* 13. Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.*
18. *num.* 63. Solorzan. *de jur. Indiar. lib.* 4. *Polit. cap.*
6. Ramirez *de leg. Regia* §. 27. *nu.* 19. & declaravit
Sac. Congreg. pluries Clericum debere juramentum
fidelitatis præſtare Domino feudi, ut refert Nicol.
Can. *lucubr. lib.* 5. *tit.* 39. *exam.* 15. *num.* 99. & del
Bene *in add. in tract. de Immun. Eccl. ver. feudum.*
44 Et quod Epiſcopi Bohemiæ non ampliùs præſtare de-
buiſſent homagium Imperatori, ſed tantùm juramen-
tum fidelitatis, ad formam pacti initi per Calliſtum
Secundum cum Henrico, de quo in hac Conſtitutio-
ne, narrat Goldaſtus *de Regibus Bohemiæ lib.* 5. *cap.* 3.
45 & quoad Eccleſiam Pragenſem fit mentio *in cap. ve-
niens n.*15. *de accuſ.* in quo pro delicto reputatur præ-
ſtitiſſe homagium Epiſcopum Duci Bohemiæ pro rece-
ptione regalium, quod facere non debebat ex prædi-
ctis, & ſic videtur tantùm eſſe permiſſum fidelitatis
juramentum, ac obſervatum, ut probant Solorzan.
*dict. lib.*4. *cap.*6. & Gonzalez *in cit. cap. nimis num.* 10.
poſt medium de jurejur. Et Alexander Quartus *anno*
1260. ſic ſcripſit Regi Scotiæ, quo ad Epiſcopum 46
Glaſcovienſem: *Cum tibi, prout fieri conſuevit, fide-
litatis debita præſtiterit Sacramentum; Eccleſia ſua
regalia, ſeu temporalia de manibus tuis recipiat ſub-
ſequenter*, Rainald. *anno* 1260. *num.*14. Ex quo patet 47
ita permittendum hoc fidelitatis juramentum, quate-
nùs ſcilicet ita fuerit conſuetum, ut ſonant verba præ-
dicta. Et notanda ſunt alia in Inveſtitura Caroli An-
dii Comitis de Regno Siciliæ *anno* 1265. *Sacramenta* 48
fidelitatis præſtabuntur (ſcilicet ab Epiſcopis Siciliæ)
*ſecundum antiquam, & rationabilem conſuetudinem,
prout Canonica inſtituta permittunt, ab illis Eccleſiarum
Prælatis, quorum Prædeceſſores antiquis illæ Siciliæ Re-
gibus præſtiterunt.* Et eadem verba adhibuit Alexander
Sextus in conceſſione dicti Regni anno 1501. juxta
Rainald. *eodem anno num.*6. Et etiam in Gallia ſolum 49
fidelitatis juramentum præſtari dicunt Marca *cit. cap.*
21. §. 7. & Thomaſſin. *de Benefic. cit. par.* 2. *lib.* 2.
cap. 49. *n.* 8. juncto *n.* 7. Nec aliter diſponitur ab Inno-
centio Tertio *cit. cap. nimis de Jurejur.* ſed tamen pro- 50
hibentur Clerici feuda non obtinentes ſimilia juramen-
ta Laicis præſtare, quod non inducit præceptum in
contrario ſenſu, ut habentes feuda teneantur illud fa-
cere, ſed tantùm facientes juxta conſuetudinem, non
puniti, aliquando enim homagia, & Sacramenta fi-
delitatis confunduntur, *ut in cap.*1. *de ſtatu Regular.* 51
in 6. §. *verum.* Et revera in feudis, uſus, & conſue- 52
tudo attenditur, *cap.* 1. *de controv. feud. cap.* 1. *coram
quo ſit quæſtio feudi*; hæcque conſuetudo poteſt dare 53
Juriſdictionem *cap. cum contingat de for. competenti*, & 54
quatenus talis conſuetudo non ſit acceptata, non po-
teſt obligare, pro ut illa jura Feudalia, quatenus ad- 55
verſentur Immunitati Eccleſiaſticæ, non ligant Cle-
ricos, ut plenè cit. Fagnan. *in cap. quæ in Eccleſiarum
num.*52. *& num.*100. *cum ſeqq. de Conſtitut.* & ubi vi- 56
geat conſuetudo, tale juramentum fidelitatis permitti,
expreſsè docet Thomaſſin. *in cit. cap.*49. *num.*6. §. *Hi
erant.* Et in Regno Neapolis jam deſuevere hujuſmo- 57
di juramenta, cùm Eccleſia ipſa poſſideat feuda, Epiſ-
copi verò, ac Abbates, qui paſſim mutantur, ſint 58
puri Adminiſtratores; prout etiam ut plurimum im- 59
munia ſtatim fieri hæc feuda Eccleſiis donata à tali ju-
ramento, aſſerit Boetius Epo. *de regalibus fol.*58. *nu.*
110. & dicit Gonzalez *in citat. cap. nimis num.* 8. *in
fine de jur. jur.* quod licèt in dicto Textu fidelitatem
præſtare feudatarii Eccleſiaſtici non prohibeantur, ta-
men videtur remiſſa Eccleſiæ talis formalitas, ob ejus
reverentiam.

Sicque prohibitum videtur expreſsè *in citat. cap. Ni-
mis*, hujuſmodi juramentum fidelitatis præſtari ab Epiſ- 60
copis, & Eccleſiaſticis, qui non ſint feudatarii, cùm
Clerici exempti ſint à Juriſdictione ſæcularium, *Can. ſi* 61
Imperator 96. *diſt. can. futuram* 12. *quæſt.* 1. Et licèt
Clerici, & Cives ſint incolæ propriæ Civitatis, ta-
men Jure divino ſunt exempti à Juriſdictione ſæcula-
ri, & quia juramentum eos efficeret de Juriſdictione
Laica, ideò permitti non debet, prout permittitur
feudatariis, qui non verè, ſed ſecundùm quid, & ra- 62
tione feudi dici poſſunt de foro Domini, tamquàm
hujus feudatarii, & Clientes, ut doctè differit Gon-
zal. *in cit. cap. nimis n.*8. *per tot.*

Forma autem præſtandi dictum juramentum varia
aſſignari poteſt, ſufficitque quod ſit talis, qua Vaſal- 63
lus fidem ſuam Domino ſervaturum ſe polliceatur, Uber-
tus de Otho *libr.* 2. *de feud. tit.* 4. §. *nulla*, & variæ
formulæ juramentorum, quæ fieri ſolent per feudata-
rios, reperiuntur *in tit. qualiter Vaſallus jurare debeat,
In uſibus feudorum*; alia *in cap.* 1. *de forma fidelitatis*,
alia *in tit. de nova forma fidelitatis*, & alia in Capitu-
laribus Caroli, ut referunt Afflict. *tit. qualiter debeat*

jura-

jurare lib. 2. feud. & in cap. Unico §. Consules, & §.
Vasalli de pace Constantiæ, Gabriel. de Bellis part. 1.
de feudis cap. 3. Alteserra eodem tract. capit. 5. Dua-
renus in consuetud. feud. cap. 5. numer. 9. Cujac. in
lib. 2. de feud. tit. 5. 6. & 7. Gonzal. in cap. 5. de jur.
jur. ubi de juramento fidelitatis Clericorum erga Epis-
64 copum, & de Vasallo Ecclesiæ, qui recepit feudum
65 ipsius, quod debeat hoc juramentum præstare Epis-
copo, & Capitulo, Gloss. in can. tibi Domino ver.
tibi Domino distinct. 63. & quo ad Imperatorem feu-
datarium Ecclesiæ, adest forma juramenti præstiti
Joanni Papæ in cit. can. tibi Domino. Tamen hujus-
66 modi formæ expresæ in Juribus feudalibus pertinent
ad feudatarios Laicos, erga Dominos, quibus tenen-
tur servitia personalia præstare, & præcisè à lege In-
vestituræ eadem formalitas fidelitatis ibi expressa hoc
idem servitium præstandum indicat, Cardin. de Luca
de feud. discurs. 54. numer. 20. quod servitium pror-
sus incongruum est, quod præstetur ab Episcopis Dei
67 Ministris, & ab ipsis Clericis, erga Dominum Lai-
cum, quia Clerici tamquam Dei Milites non debent
sæculo militare, & sic alia forma juramenti refertur
68 in Spicilegio tom. 10. pag. 285. relata à Thomassin.
tit. cap. 49. numer. 7. præstiti ab Episcopo Gulielmo
Andegavensi, ibi: Fecimus Regi Philippo juramentum
fidelitatis in hunc modum videlicet, quod stola nobis ad
collum posita in modum Crucis ante pectus, & manu
ad pectus missa, libro Evangeliorum coram posito,
dixit nobis de mandato Regis Dominus de Chamber-
tis miles; Vos juratis Domino Regi fidem, & legali-
tatem, & Filio ejus Regi Francorum post eum, quod-
que servabitis eisdem corpora, & membra, vitam,
& jura sua, & honorem suum temporalem, & si pe-
tit à vobis consilium bonum, & fidele, sibi dabitis.
Ita juratis, & nos respondimus, Ita Juro. Quæ for-
ma est adhibenda excludens quodlibet homagium,
69 & servitium Ecclesiæ præstandum, animique tamen
monumentum erga Dominum tantùm ostendens.
Unde quidam interrogavit Fulbertum Episcopum,
70 ut scribat sibi quot debeant contineri in juramento
fidelitatis, qui rescripsit, sex debere contineri, ibi:
De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc
vobis, quæ sequuntur, breviter ex librorum auctorita-
te notavi. Qui Domino suo fidelitatem jurat, ista sex
semper in memoria debet habere: Incolume, totum,
honestum, utile, facile, possibile. Incolume, videlicet,
ne sit in damnum Domino suo de corpore suo. Totum,
ne sit ei in damnum de secreto suo, vel de munitioni-
bus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in
damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad
honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei
in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibi-
le, ne id bonum, quod Dominus suus facere leviter
poterat, faciat ei difficile, neve id, quod possibile
erat, reddat ei impossibile, ut fidelis hæc nocumenta
caveat, justum est. Sed quia non sufficit abstinere à
malo, nisi fiat id, quod bonum est, restat, ut in eis-
dem sex supradictis, consilium, & auxilium Domino
suo fideliter præstet, si Beneficio dignus videri vult,
& salvus esse de fidelitate, quam juravit: Dominus
quoque Fideli suo in his omnibus vicem reddere debet.
Quod si non fecerit, meritò censebitur malefidus, si-
cut ille, qui in eorum prævaricatione, vel faciendo,
vel consentiendo, deprehensus fuerit perfidus, & perju-
rus.

Imò statuitur pœna contra Episcopum, si contra-
71 venerit hujusmodi juramento, nempè degradationis,
prout hæc omnia referuntur à Gratian. in Can. de
forma, & Can. sequenti in fin. 22. q. 5.

Ita tenentur pro regalibus Episcopi, ac Ecclesia
72 ad omnia onera, quæ ex sui natura, seu ex jure
feudorum Domino debentur, citra tamen servitium
personale, ut ipse Callistus in verbis hujus Consti-
tutionis innuit: Et quæ ex his jure tibi debet, fa-
ciat. Et consonat Textus in lib. 15. Cod. Theodo-
siano tit. de Episcopis, ac Clericis, ubi Imperatores
Constantius, & Julianus Cæsar Filius rescripserunt
Tauro Præfecto Prætorio: Si universos namque Cle-
ricos possessores, dumtaxat Provinciali pensitatione
fiscales recognoscere jubemus, &c. & cùm fuerit di-
ctum de his sanè Clericis, qui prædia possident,
sublimis auctoritas tua non solum eos aliena jura sta-
tuat excusari, &c. Unde quoad prima verba intel- 73
liguntur habentes jura feudalia, secunda de aliis
prædiis non feudalibus, & sic explicat Cujacius ibi,
& Gonzalez in citat. capit. Nimis numer. 9. & do-
cent Fagnan. in capit. quæ in Ecclesiarum num. 71.
de constitut. & prius num. 68. & quoad hæc Epis-
copus non differt ab aliis feudatariis, Spada cons.
60. in fine libro 1. Menochio consilio 181. nu-
mer. 66.

Quoad Ecclesias verò, feuda semper præsumun-
tur impropria, & allodialia potiùs sine onere, & 74
servitio aliquo concessa, Freccia de subfeud. lib. 2.
auctor. 29. numer. 5. vers. 2. Cardin. de Luca, de
feud. discurs. 60. numer. 4. Spada cons. 5. & cons. 6.
lib. 1. Aponte decis. 2. de Franch. decis. 131. & in-
fra dicam de Ecclesia Romana, an possit esse feu-
dataria.

Posset tamen ex prædictis oriri difficultas ex juri-
bus inter se contradicentibus, quoad jus Canoni- 75
cum, & jus Feudorum, illud enim, ut retuli, præ-
supponit Ecclesias, Episcopos, Religiosos, & Cle-
ricos esse capaces feudorum, ut de Episcopis jam
dixi, & constat ex hac Constitutione, & in Can.
Si Episcopus, juncta Glossa verbo Regia 18. dist. De
Religiosis in citat. capit. 2. §. verum de statu regul.
in 6. ubi de Abbatissa. Et quoad Clericum adsunt
Textus in cap. ex transmissa, & seq. de for. compe-
ten. Jura autem feudalia expresè arcent Clericos,
& Monachos à successione feudi, ut in capit. 1. §.
qui Clericus si de feudo defuncti contentio sit inter Do-
minum, & Agnatos Vasall. & in cap. 1. §. ex hoc il-
lud De feud. fœmin. ideò ad tertiam Sectionem des-
cendam.

SECTIO III.

An Religiosi, Milites Hierosolymitani ac alii, vel Clerici Sæculares sint capaces Feudorum Laicalium.

SUMMARIUM.

1 *Regulares Professi sunt omninò incapaces feudi Laicalis.*
2 *Emittentes professionem, amittunt feudum, quod antea obtinebant, locusque præbetur proximiori agnato, vel in defectum devolvitur ad dominum directum.*
3 *Regulares quare excludantur à feudis, adducuntur variæ rationes.*
4 *Jura feudalia non habent potestatem excludendi Personas Ecclesiasticas à feudis.*
5 *Regulares professi excluduntur à feudis etiam Ecclesiasticis.*
6 *Sunt incapaces feudorum propter votum paupertatis secundum aliquos.*
7 *Feudum propter professionem Regularis, qui illud obtinebat, devolvitur ad Monasterium, si sit bonorum capax, vita durante Regularis.*
8 *Votum est causa generalis cujuscumque exclusionis professi à quocumque dominio.*
9 *Incompatibilitas servitii est vera & specialis ratio exclusionis Regularis à feudo.*
10 *Monasterium subingreditur in feudum in locum Monachi, si sit capax bonorum, & possit præstare servitium sine detrimento status Ecclesiastici, secus verò si servitium sit incompatibile.*
11 *Feudum si sit hereditarium detinetur à Monasterio saltem vita tantùm durante Monachi, post cujus mortem transfertur ad alios.*

12 Monasterium succedit in feudo, quod devolvitur ad Monachum etiam post ejus professionem.

13 Regulares professi non excluduntur in odium status Regularis, sed ne servitium praestandum deficiat.

14 Monasteria in Regno Neapolitano semper excluduntur à successione feudi ex Persona Monachi, & quare?

An Monachus, & Monasterium ex ejus persona succedant in Primogenitura cum jurisdictione, & dignitate? ibid.

15 Regularis effectus Episcopus, an, & quomodo sit capax feudi, quod ad ipsum devolvitur?

16 Si servitium sit incompatibile, non est capax.

17 Si sit compatibile, non succedit ipse, nec Monasterium, sed Ecclesia.

18 Non est major ratio, cur Monasterium succedat ex Persona Professi in feudo, quàm Ecclesia ex persona Episcopi Regularis.

19 Casus occursus, & agitatus circa predictam successionem Ecclesiae inter Episcopum Squillacen. & Cameram Apostolicam tempore Innocentii X.

20 Regulari assumpto ad Episcopatum non succedit Monasterium, sed Ecclesia.

21 Regularis propter servitium incompatibile arcetur à feudo, etiam quod agatur de feudo Summi Pontificis.

22 Servitium quando dicatur incompatibile?

23 Canonici Regulares an sint capaces feudorum, resolvitur negativè.

24 Clerici saeculares sunt etiam incapaces feudorum.

25 Incapacitas praedicta deducitur à nonnullis ex vi consuetudinum feudalium.

26 Incompetentia servitii personalis secundum alios, est causa hujusmodi incapacitatis.

27 Clerici sunt incapaces feudorum Laicalium; sed intellige, ut infra.

28 Feudum per receptionem ordinum, vel beneficii, statim amittitur.

29 In Regno Neapolis Clerici indistinctè arcentur à successione feudorum; quod intellige, ut infra n. 35. & seq.

30 Aliquando conceditur ipsis tenuta cum consensu ulterioris vocati.

31 Clerici sunt capaces feudorum Ecclesiasticorum.

32 Jura feudorum nequeunt disponere de re Ecclesiastica.

33 Servitium personale non est incompatibile in Clericis erga Dominum Ecclesiasticum.

34 Felinus contrarium sentiens reiicitur, & confirmatur magis supradicta conclusio.

35 Clerici constituti in solis minoribus, & Novitii non sunt incapaces feudorum Laicalium, num. 41. & n. 116.

36 Incapacitas praedicta est solùm in beneficiatis, & constitutis in Ordine Sacro.

37 Feudi devolutio fit statim ad proximiorem, stante incapacitate Clerici beneficiati, vel in Sacris constituti.

38 Devolutio praedicta non habet locum, nisi simplex Clericus, vel Novitius statum irrevocabilem per professionem, vel Ordines Sacros assumant.

39 Capacitas in Regno Neapolitano quo tempore adesse debet circa feudi successionem.

40 Clerici etiamsi sint in solis minoribus, non admittuntur ad feuda in dicto Regno Neapolis.

41 Capacitas ad feudum debet reperiri, re integra, dummodo tamen per successorem non sit facta nimis propera, & dolosa praeventio.

An Clerici, & Novitii possint dici legitimi successores in feudo in potentia ad plures casus, & intellectum Pragm. 4. de feudis Regni Neapolis, ibid.

42 Decisio 344. coram Celso, explicatur, quae vult, ut Clericus excludatur à feudo, si sit talis tempore successionis, etsi dimittat habitum postea.

43 Dispositio legis mitiùs, quàm dispositio hominis procedit.

44 In Regno Neapolis, Clericis assignatur terminus ad deponendum habitum, quo non deposito, denegatur immissio ad possessionem feudi.

45 Quomodo in dicto Regno observatur cum Novitio seu Novitia?

46 Clericus Beneficiatus, an re non integra possit restitui in integrum in praejudicium tertii, ad quem fuit devolutum feudum?

47 Clericus si velit admitti ad feudum, debet statim relinquere statum Ecclesiasticum, sed solet aliquando concedi terminus ad deliberandum.

Et an requiratur interpellatio necessariò? ibidem.

Quid dicendum, si succedens in feudo, deinde clericetur, an requiratur nova interpellatio?

48 Clerici sunt capaces feudi improprii, & non recti.

49 In feudo improprio non requiritur servitium.

50 Episcopi, & Cardinales propter eorum dignitatem censentur dispensati à servitio, & consequenter sunt capaces feudorum etiam Laicalium, & num. seq.

51 Contraria opinio est verior, & servatur in praxi alicubi.

52 Cardinales, & Episcopi non veniunt nomine Clericorum.

53 Ratio exclusiva Clericorum à feudis non est Clericatus, sed incompatibilitas servitii.

54 Episcopi habent feuda annexa muneri, quod repraesentant.

55 Consuetudo ubi adest, ut Clerici admittantur ad feuda, debet observari.

56 Consuetudo non potest esse, ut Clerici admissi ad feuda teneantur ad servitium personale, sed quod censeatur eis remissum tale servitium.

57 Consuetudo, ut Clerici admittantur ad feuda, & praestent servitium per substitutum, sustinetur.

58 In Germania viget talis consuetudo, ut Clerici inserviant per substitutum.

59 In Regno Neapolis non admittitur hoc servitium per substitutum, nisi in foeminis.

60 Consuetudo supradicta ubi viget, debet observari, utpotè favens Ecclesiastica libertati.

61 Clerici de Jure Communi sunt capaces feudorum, quoties non important servitium incompatibile, vel potest inserviri per substitutum.

62 Sunt etiam capaces, si servitium possit praestari à Clerico cum decore Clericali, vel feudum sit transitorium ad foeminas.

63 Incapacitas in Clericis non provenit ex aliqua dispositione juris, sed ex sola incompatibilitate servitii, & n. 70.

64 Jura feudalia nequeunt disponere in praejuditium Clericorum.

65 Cessante incompatibilitate servitii ex aliqua circumstantia, remanet penes Clericos illaesum jus successionis ad feuda Laicalia.

66 Clerici non possunt esse capaces feudi, pro quo praestari debet juramentum fidelitatis, utpote implicitè importans onus servitii personalis, juxta Cardinalem de Luca.

67 Impugnatur supradicta doctrina Cardinalis de Luca.

68 Episcopis, Clericis, & Religiosis permittitur à Sacris Canonibus praestatio juramenti fidelitatis erga

erga Dominos feudorum, sed numquam permittitur servitium personale.

69 Clerici sunt capaces feudorum, quoties in Investitura, & Juramento non fiat mentio servitii personalis, vel si fiat mentio, possit præstari per alium.

70 Exclusionis ratio in Clericis est incompatibilitas servitii.

71 Servitium personale semper annexum præsumitur in feudis veris, & propriis, quæ à supremis Principibus conceduntur, nisi contrarium concludenter probetur.

72 Clerici licèt non possint habere feudum requirens personale servitium, possunt nihilominus habere tenutam feudi.

73 Tenuta feudi consistit in puro, & simplici emolumento, & differt à dominio feudi.

74 Tenuta feudi præsertim in Regno Neapolitano est pura qualitas allodialis.

75 Clericus, vel Monachus si scienter investiatur, fit capax feudi, & censetur remissum servitium incompatibile.

76 Fœmina si fuerit habilitata ad serviendum per substitutum, censetur sublatum obstaculum servitii personalis.

77 Monasterium ex persona Monachi, vel Monialis uti dispensata, an succedere possit in feudo, distingue, ut n.seq.

78 Monasterium non succedit in feudo vero, & quaternato ex Persona Fœmina, licèt Fœmina fuerit dispensata ad obtinendum prædictum feudum.

79 Dispensatio debet strictè interpretari, ut quanto minus fieri potest, lædat jus dispensantis.

80 Monasterium admittitur ex persona Monachi, vel Monialis in feudis, in quorum investitura fœminæ vocatæ sunt.

81 Fœminæ in Regno sunt capaces Investituræ cujuscumque feudi.

82 Aliud est, mulierem esse dispensatam ad obtinendum feudum, aliud est esse capacem ex natura ipsius Investituræ.

83 Dispensatio facta per Principem simplici mulieri, non est trahenda in Mulierem Monialem.

84 Nec ad alios impotentes ad servitium personale.

85 Monasterium non potest succedere in feudo ex persona dispensati postea Monachi effecti.

86 Dispensatio ad feudum facta in beneficium unius non potest trahi ad alium, nec etiam ex identitate rationis.

87 Concessa ad unum effectum, non suffragatur ad alium.

88 Concessa ad tollendum unum impedimentum, non suffragatur pro alio etiam minori.

89 Dispensatio retinendi pensiones in statu conjugali, non suffragatur pro secundo Matrimonio.

90 Clerici, vel Monachi aliquando fiunt capaces ex dispensatione Principis.

91 Monachi in Regno Neapolis non censentur habilitati, ex eo quod sunt habilitatæ fœminæ.

92 Habilitatio prædicta in Clericis, vel Monachis consistit in remissione servitii incompatibilis.

93 Milites Hierosolymitani an sint capaces feudorum?

94 Milites prædicti sunt incapaces ratione voti paupertatis secundùm plures Doctores. Sed hæc ratio non placet num. seq.

95 Incapacitatis ratio in prædictis Militibus est eadem ac in reliquis Clericis, & Religiosis, nempe incompatibilitas servitii Personalis.

96 Milites Hierosolymitani sunt veri Religiosi.

97 Incapacitas prædicta consideratur tam quoad singulas Personas ipsorum militum, quàm quoad ipsam Religionem in genere.

98 Milites prædicti sunt capaces feudi improprii non requirentis servitium personale, & ex eorum persona acquirit Religio ipsa.

99 Capacitas, vel incapacitas in prædictis militibus consideratur, prout in reliquis Ecclesiasticis supra firmatum est.

100 Disparitatis ratio à Doctoribus adducta inter hos milites, & alios Ecclesiasticos, non subsistit.

101 Milites Hierosolymitani militare possunt tantummodò contra Infideles.

102 Prohibetur illis in eorum Stabilimentis præstatio servitii militaris contra fideles.

103 Si se obligarent ad præstationem servitii personalis erga Dominum feudi, contraherent necessitatem militandi contra quoscumque Hostes prædicti Domini etiam fideles.

104 Feuda plurima quæ possidet Religio Hierosolymitana, fuerunt illi concessa, vel ut allodialia, vel cum remissione oneris incompatibilis.

105 Feuda dicta Religionis sunt penes Commendatarios, uti simplices administratores.

106 Consuetudo ferè ubique Regnorum viget, ut isti Milites sint feudorum capaces.

107 Milites prædicti censentur ex æquitate habilitati per Principem ad inserviendum per substitutum.

108 Incapacitas faciliùs remittitur dictis Militibus, quàm Clericis, & quare?

109 In Regno tamen etiam ipsi Milites sunt incapaces, & quare?

110 Incapacitas in prædictis Militibus adest sine dubio in rigore Juris.

111 Tollitur quoad feudum improprium, vel quoties intercedit Principis beneplacitum, vel ubi adest consuetudo.

112 Consuetudo prædicta versari debet in remissione servitii incompatibilis.

113 Consuetudo si adsit, ut Milites prædicti assumendo feuda teneantur ad præstationem servitii personalis, non est legitima.

114 Nisi tamen adsit scientia, & patientia Summi Pontificis.

115 Milites aliarum Religionum militarium an sint capaces feudorum, ubi de illis Calatravæ, Sancti Jacobi, Alcantaræ, Theutonicis, & D.Stephani.

116 Quid dicendum de Novitiis D. Joannis Hierosolymitani, & aliarum Religionum, quæ tales sunt verè?

IN hac materia, quoad Regulares professos ali-
qui indistinctè asseruerunt illos esse omninò in- 1
capaces feudi laicalis, imò etiam Monasterium ex
persona ipsius, & eo ipso quod professionem emit-
tunt, feudum, quod habent, amittere, locumque
præbere proximiori agnato, vel feudum devolvi ad 2
Dominum directum; ita docuerunt Jura feudalia *in cap. unic. in fine de Vasall. milit. qui bell. arma depos. & capit. 1. vers. ex hoc illud de feud. fœmin. supracitato*, Præpositus *in tit. qui feud. dare poss. §. & quia numer. 18. usque ad 53.* Cravett. *cons. 303. numer. 7.* Natt. *Cons. 600. numer. 10. & seq.* Decius *cons. 131. numer. 2.* Spada *cons. 57. numer. 10. & sequen. vol. 1.* Rosental. *de feud. capit. 7. Concl. 29. per tot.* Cardinal. de Luca *de feud. disc. 54. numer. 5. & seqq. & alibi eodem titulo*, Viv. *decis. 446. numer. 21. part. 3.* Cacheran. *decis. 27. num. 1. & 4.* Afflict. *decis. 320. numer. 10. in fin. vers. ideò propter juramentum*, Capyc. *decis. 31. numer. 3. vers. sed si est factus Monachus*, & etiam innuunt Canonistæ *in capit. recolentes de statu Monach.* ubi Barbosa *nu. 3. & ibi plures Doctores*, Rota *dec. 1462. num. 55.* coram Coccino, *& dec. 1595. n. 12.* coram eodem.

Hæc opinio fundatur in diversis rationibus, nam
3 aliqui eos excludunt, quia sic determinatur à Juribus
feudalibus. Verùm hæc ratio non placet; nam Ju-
4 ra feudalia nequeunt habere hanc auctoritatem ex-
cludendi personas Ecclesiasticas, ut infrà latiùs di-
cam, eò magis, quia hujusmodi Professi etiam sunt
5. exclusi à feudis Ecclesiasticis, circa quæ non exten-
duntur Jura illa feudalia; hinc alii adscribunt talem
6 incapacitatem Voto paupertatis nedum in Monachis
singularibus, sed etiam in Monasteriis, ut quo-
ad Cistercienses dixit Alexander Tertius *in cap. re-
colentes de statu Monach.* vel saltem quoad Mona-
chos singulares, qui cùm abdicarint à se Dominium
quodcumque, ideò nequeunt amplius illud reassume-
re pro feudo administrando, & ex hoc inferunt
quod etsi incapacitas adsit in Monacho, remanet
7 capacitas in Monasterio, quod tamen sit aliàs bono-
rum capax, ut feudum devolvatur ad illud, vita du-
rante Monachi, ita docuerunt ex textu *capit.* 1. §.
Verum de statu Regul. in 6. ubi fit mentio de feudo
penes Monasterium Monialium, Pyringh. *in Jus Ca-
nonic. lib.* 3. *tit.* 2. *quæsit.* 24. *& seqq.* ubi tamen li-
mitationes plures adducit per plura quæsita subse-
quentia, & latè Torre *de primogenitur. tom.* 1. *cap.*
30. §. 5. ubi alii citantur, Grass. *de effect. Cler. eff.* 4.
num. 80. Barbosa *cit. cap. recolentes num.* 3. Doctores
in cap. in præsentia de probat. Azor. *instit. moral. par.*
1. *capit.* 12. *lib.* 8. *quæst.* 5. Rodriqu. *cit. quæst. reg.
tom.* 1. *quæst.* 38. *art.* 3. *& tom.* 2. *quæst.* 62. *art.* 10.
& 78. *art.* 22. *ver. tertio*, & sic votum prævalet pro
Monachis particularibus, non autem, ut non succe-
dat Monasterium ex eorum personis. *Et in cit. cap. re-
colentes* bene Alexander Tertius in fine supponit ca-
pacitatem in Monasteriis bonorum jurisdictionalium,
& feudalium, licèt deneget quoad Cisterciens-
ses, ut advertit Gonzalez *ibi num.* 3. & dicit Angu-
jan. *de legib. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. & sic Monaste-
ria sunt incapacia feudorum ob incompatibilitatem
servitii. Nec paupertas valet esse ratio exclusionis in
8 Monasterio, quia paupertatis Votum posset esse ra-
tio cujuscumque exclusionis Monasterii à quacum-
que hæreditate, dominio, & possessione, ut erant
Cistercienses in primæva Institutione, & de iis loqui-
tur textus *in cit. cap. recolentes*; sed postea fuerunt ex
privilegiis Summorum Pontificum facti capaces de
omnibus bonis etiam jurisdictionalibus, ut dixit Em-
manuel Rodriq. *qu. Regul. tom.* 3. *quæst.* 75. *art.* 1. &
post eum Barbosa *ad cit. text. num.* 2. & sic ille tex-
tus tunc processit, ne Cistercienses divitiarum ponde-
re premerentur aberrantes à primævo Instituto, ut no-
9 tavit Manriqu. *annal. Cisterciens. tom.* 2. *ann.* 1171.
cap. 7. *num.* 5. & Gonzal. *ad cit. cap. numer.* 1. *in fi-
ne*. Sed vera ratio est illa incompatibilitatis servitii,
ut optimè Coccin. *decis.* 1195. *num.* 12. & plenè Ro-
ta *dec.* 433. *n.* 15. *part.* 12. *rec.*

Quod est verum si servitium poterit à Monasterio,
10 quod subingreditur in locum Monachi, in quacum-
que successione, præstari sine detrimento Status Ec-
clesiastici, certè quod succedit. Si verò in feudo ad-
sit tale servitium incompatibile, non succedit, neque
Monachus tam ex impotentia exhibendi illud, quàm
ex incapacitate possidendi bona, neque Monasterium,
ex dicta impotentia exhibitionis servitii, & ita intelli-
gendus est textus *in cit. cap.* 1. §. *Verum, de statu Re-
gular. in* 6. ubi tantùm agitur de homagio præstando
Domino feudi, non autem de militia, ac alia re in-
compatibili, ut distinxerunt ultra citatos Doctores,
Innocent. *in cap. in præsentia num.* 3. *de probat.* Bald.
in cap. quæ in Ecclesiarum numer. 20. *de Constitut.* Ca-
pyc. *dec.* 10. *Addens ad decisiones* 320. Afflict. *& in
ipsa dec.* 320. & alii innumeri relati per Barbos. *citat.
cap. recolentes num.* 3. Arguel. *de acqu. possess. qu.* 8.
art. 26. *num.* 7. ubi de communi, Cevall. *comm. op. qu.*
193. *num.* 7. *&* 8. Capycius *decis.* 10. *num.* 10. *& dec.*
30. *num.* 1. & dicam infra, ubi de successione Cleri-
corum, præsertim in Regno Neapolis, plenè Fagnan.
in cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. num. 43. *& seqq.*
ita tamen, ut si esset hæreditarium feudum, nequeat à 11
Monasterio detineri ultra tempus Vitæ Monachi, ne
apud manus mortuas remaneat, itaque feudum deindè
transit in hæredem sanguinis post obitum Monachi, *idem
n.* 107. quodque procedit tam si feudum devolvatur ad 12
Monachum post professionem, quàm si antea, nam
utroque casu transit ad Monasterium, Vita durante
ejus; exclusio enim professorum non est in odium sta- 13
tus, quia essent leges feudales iniquæ, sed ne servi-
tium præstandum deficiat, *ut in dicto cap.* 1. *de Vasall.
milit.* disponitur, ut prosequitur cit. Fagnan. Hinc quia 14
in Regno Neapolitano Rex potest exigere servitium
personale, etiamsi solvatur adhoa, cùm possit Rex
omninò personalem velle, semper excluditur Mona-
chus, & Monasterium in ejus persona, Afflict. *dec.* 320.
num. 3. *& seq.* ubi *addens* plenè, & an succedat Mo-
nachus, vel Monasterium in bonis Majoratus, si adsit
Jurisdictio, aut Dignitas, Ducatus, & hujusmodi Ju-
risdictio, idem dicendum non succedere ratione in-
compatibilitatis tantùm si adsit, aliàs succederent, Ce-
vall. *comm. opin. quæst.* 93. *num.* 7. Cabed. *decis. Lusi-
tan.* 133. *num.* 7. Gamma *dec.* 6. *num.* 4. Barbosa *in cap.
recolentes num.* 3. *cum ibi citatis de statu Monach. &*
bene Rota *dec.* 433. *num.* 14. *&* 15. *& dec.* 434. *num.*
7. *part.* 12. *recent.* Sed quid si fuerit habilitata fœmina
ad succedendum, dicam infra, an succedat Monaste-
rium, reddita ea Moniali.

Sed numquid si aliquis Religiosus sit Episcopus, &
devolvatur feudum, an sit capax? Et certè quod non 15
esset capax, si servitium esset incompatibile, sed etiam- 16
si esset compatibile, semper obstaret votum paupertatis; 17
unde cùm Monasterium non posset succedere in iis,
quæ ei obveniunt post Episcopatum, sed succedit Ec-
clesia, ita etiam hæc succedit in feudo eo modo, quo
succederet Monasterium; nec est major ratio quod 18
devoluto feudo ad Monachum, Monasterium illo fru-
atur, & non Ecclesia, eodem devoluto ad Episcopum
Monachum, ut latè docet Fagn. *in ejus Voto impres-
so in cit. cap. quæ in Ecclesiarum de Constitut. à num.*
57. *& seqq.* ubi doctè materiam explicat in causa cu- 19
jusdem Episcopi à Cornea Ordinis Prædicatorum, cui
post consecrationem in Episcopum Squillacensem aper-
tum ei fuerat feudum Castillionis lacus Thrasymeni per
obitum Ducis à Cornea ejus fratris, & de mandato
San. Mem. Innocentii X. Votum protulit dictus Fa-
gnanus, ex quo Camera Apostolica, ad quam dicta
feuda spectabant, devenit ad transactionem, in qua
Episcopus recepit scuta viginti millia pro omni ejus
Jure, ut testatur Card. de Luca *de Feudis disc.* 47. *nu.*
20. & idem docet Michalor. *de fratribus cap.* 48. *nu.*
9. *&* 10.

Certa enim videntur fundamenta dicti Voti, suffi-
citque pro illius justificatione quod Pontifex ille egre-
gius Juris Consultus, utpotè qui priùs Auditor S. Ro-
tæ fuit, demandasset transactionem fieri à Camera,
cum quantitate scutorum viginti millium in proprie-
tate, quando Episcopus potuerat tantùm Vita duran-
te pro Ecclesia feuda acquirere. Et strictè percurren-
do rationes liquet ex firmatis, quod quotiescumque
servitium est compatibile, Religiosus esset capax feu-
di, prout Clericus, nisi illi obstaret Votum pauperta-
tis; quodque magis infra patebit quoad Clericos;
& stante incapacitate Professi, subingreditur Mona-
sterium. Cùm verò assumpto Professo ad Episcopa- 20
tum, Ecclesia sit ejus hæres in quæsitis tempore Epis-
copatus, ut suo loco dicam, non est dubitandum
de consequentia, quod eadem Ecclesia succedat in
feudo Episcopi durante Vita. Difficultas erat in di- 21
cto casu in cognoscendo, an in Investituris factis
Dominis à Cornea contineretur servitium incompati-
bile respectu Episcopi, vel Ecclesiæ, & cùm illud fuis-
set limitatum in solutione certæ pecuniæ, necnon quod
tenerentur feudatarii ad obsequia, & ea omnia quæ
alii feudatarii, & Marchiones Papæ, & Sanctæ Sedi
præstare tenerentur, ideo servitia explicata fuere pro 22
homagio, & fidelitate. Verum tamen est quod
in Causa Fagnani agebatur de feudo Summi Ponti-
ficis;

ficis; tamen quotiescumque cessat motivum incapaci-
tatis in eo casu consideratum, quod nequeat Episco-
pus Regularis servitia præstare, subsistit semper ea-
dem ratio; itaque existente servitio incompatibili,
feudum redit ad Dominum, non ratione Personæ,
sed defectu finis. Et quidem etiam Domino laico
potest solvi aliqua summa pecuniaria, imò præstari
homagium, & fidelitas, ut de Abbatissa quòd posset
egredi è Monasterio ad dictum homagium præstan-
dum, habetur *in cit. cap. 1. §. Verum de statu regul.
in 6.* ibi Gloss. *ver. homagium*, & facit 18. *dist. cap.
Si Episcopus, & cap. Romana §. debet de appellat. ac
Auth. quo modo oport. Episc. §. illud coll. 1.* & Fagn.
cit. cap. numer. 71. & seqq. ubi traditur quod citato tex-
tui in *cap. 1.* non fuerit derogatum à Sac. Concil.
Tridens. sed tantùm à Pio V. ob decorem Monia-
lium, ne egrederentur Clausuram, & de Novitio in-
fra dicam.

Quid verò dicendum de Canonicis Regularibus?
23 Et videntur non esse prohibiti feuda habere, nam
observant mitigatam regulam, & non sunt sicuti cæ-
teri Regulares, *cap. quod Dei timorem de stat. Monach.*
Verùm de illis idem est dicendum, prout de aliis, nam
hodiè habentur pro Regularibus, ut suo loco dicam,
quique profitentur etiam Votum paupertatis, prout
alii Regulares, De Luca *in suppl. de benef. disc. 115.
num. 4.* Nicolaus Desnos *de Canonicis Sæcularibus,
& Regularibus cap. 51. & seqq.* Luc. de Penna *in leg.
si qui de diversf. prædiis lib. 11. Addens ad decis.* 320.
Affl. *num. 1.* Ponte *dec. 4.* Coccin. *dec. 1595. nu. 12.*
ubi excluduntur à feudo, sed hoc intelligi debet mo-
do supradicto, si adsit servitium incompatibile.

Quoad Ecclesiasticas personas sæculares, puta Cleri-
24 cos, & Presbyteros, varia est opinio; sed concordan-
dantia videtur communis, cùm regula sit pro in-
capacitate; hancque tamen incapacitatem quidquid
disputent alii, quod proveniat ex vi consuetudinum
25 feudalium, quæ ad instar legis omnes obligant, &
sic obligarent etiam Clericos, juxtà Fælin. *in cap. in
præsentia num. 11. in fine de probat.* Rosental. *cap. 7.
conclus. 29. num. 16.* Sed non debet ferri ut Clerici ob-
ligentur legibus laicalibus, ut in his terminis Fagnan.
26 *cit. cap. quæ in Ecclesiarum num. 52. & 95.* ubi etsi
jura feudalia obligent Clericos circa causas feudo-
rum, & successionem ut infra dicam; tamen ne-
queunt substineri quoad exclusionem expressam Cle-
ricorum, Pyringh. *cit. qu. 23. in fine*. Vel exclusio
potest procedere ob naturam ipsam feudi, quod im-
portat servitium personale incompatibile cum qualita-
te Ecclesiastica, qua militandum est Cœlo, non Mun-
do, Gloss. *magistralis in d. cap. primo §. qui Cleri-
cus, Si de feudo defuncti*, Rossental. *de feud. cap. 7.
concl. 29. n. 16.* Ursin. *de success. feud. part. 1. quæst. 9.
art. 1. num. 21.* & post alios dixit Card. de Luca *de
feud. discurs. 54. num. 9.* ubi alii concordantes. Cer-
tum est, quod si agatur de feudo Laico, talis inca-
27 pacitas est in Clerico, ut latè apud cit. Rosental. &
Ursin. Larata *theatr. feudal. part. 9. dilucid. 80.* Me-
noch. *consil. 202. num. 116. & seqq. & consil. 181. n.
71. & seqq.* plenè Michalor. *de fratribus part. 3. cap.
48. num. 1. cum seqq.* Card. de Luca *de feud. cit. disc.
54. num. 5. & disc. 17. num. 2.* Tondut. *de pension. cap.
77. num. 7.* ubi dicitur statim amitti feudum per rece-
28 ptionem Ordinum, vel Beneficii, Gratian. *discep. 456.
num. 46.* ubi alii adducuntur Controv. Bosculi *art. 6. nu.
46. & 47.* apud cit. Card. de Luca, Giurba *de success.
feudor. §. 2.* Gloss. 4. *num. 42.* Rota *dec. 490. numer. 1.
29 part. 5. tom. 2. recen.* & in Regno Neapolitano indistin-
ctè arcentur Clerici à successione feudorum, Marin.
*lib. 1. quotid. resol. cap. 21. num. 6. & 7. & cap. 120.
num. 6. & 7.* Ponte *dec. 4.* Ursin. *de success. feud. par.
1. qu. 9. art. 1.* ubi aliquando ex dispensatione Regis,
30 cum consensu ulterioris vocati datur Tenuta Cleri-
co, prout data fuit Abbati Peretto postea Cardina-
31 li. Contrarium potest dici quoad feuda Ecclesiastica,
ut eorum sint capaces Clerici etiam in Sacris, quia
cessat ratio considerata, tùm si dicatur provenire

incapacitas ex jure feudorum prorsus non habili ad 32
disponendum de re Ecclesiastica; tùm si advertatur
ad rationem rationis, nempè incapacitatem Ecclesia-
stici in servitio præstando erga Dominum Laicum 33
quia erga Ecclesiasticum, Prælatos, & Summum
Pontificem non est dubitandum cessare hoc objectum,
ut citati Doctores, & præsertim Surd. *cons. 140. nu-
mer. 31.* Cravett. *cons. 445. numer. 8.* Grass. *effect.
Cleric. part. 1. tit. de bonis Clericor. §. 19. numer.
13.* Argel. *de legit. contrad. quæst. 19. art. 6. nu. 120.*
ubi adducitur decisio Sacræ Rotæ, Card. de Luca *cit.
disc. 54. de feud. num. 8. 10. & 13.* ubi alii, & præ-
cipuè Fagnan. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 104.
de Constit.* ubi loquitur de Episcopo Religioso, Py-
ringh. *loc. cit. quæst. 23.* quidquid dicat Felin. *in cit.
cap. in præsentia, num. 11. in fine de probat.* quod
sint incapaces etiam feudorum Ecclesiarum, quia ju-
ra feudalia respiciunt etiam Clericos, & feuda Eccle- 34
siastica, in quibus utimur iisdem juribus, quia, ut
bene respondet Card. de Luca, ut suprà *num. 9. & 10.*
cessat causa prohibitionis quoad feudum Ecclesiasti-
cum, tùm ratione servitii personalis etiam præstandi
favore Ecclesiæ, tùm ratione subjectionis erga Do-
minum Ecclesiasticum, cùm Dominus Laicus Bene-
ficium in non subditum minimè conferre soleat, eo
quod illum punire non possit, ut considerat Jason.
consil. 117. num. 5. in fine lib. 4. qui est Antesignanus
talis distinctionis, qui licèt loquatur in casu Cardina-
lis, tamen extenditur ad omnes Ecclesiasticos, idem-
que innuit Card. de Luca ipsum citans *in discurs. 46.
de pension. num. 9. & seqq.* Hæcque distinctio est ab
omnibus ferè recepta, & eam amplectitur textus *in
cap. Verum de foro competenti*, ubi Gloss. *v. cognitio-
num*, & facit alter textus *in cap. 2. de feudis*, ubi
permittitur Episcopo dare in feudum etiam laico, si
ut illi detur, faciliùs illud recuperare possit à tertio,
ergo regulariter Episcopus debet dare Clerico.

Plures tamen adsunt limitationes ad dictam regulam
generalem, quod in feudis laicalibus Clerici sint ex- 35
clusi. Prima quod non intelligitur de Clerico in pri-
ma Tonsura, & minoribus, vel Novitio, de Ponte *dec.
4.* de Marin. *lib. 1. resol. capit. 120. numer. 1. & seq.
& fin.* ubi tamen dicit quod prohibitio continuat in
professo apostata, sed tantùm in Sacris, vel Benefi-
cium obtinente, Michalor. *de fratrib. cit. cap. 48. nu-
mer. 12. 17. & 18.* Tondut. *cit. cap. 77. numer. 7.* 36
Rossental. *cit. cap. 7. concl. 30. numer. 7.* latè Petra Ge-
nitor meus *ad rit. M. Curiæ Vicariæ Neap. 7. num.
18.* ubi plures recensentur Doctores. Sed in hoc vi-
detur advertendum, quod si agatur de Clerico in sa- 37
cris, & Professo, statim ex incapacitate aperitur via
ulteriori vocato, vel Domino feudi: si autem sit Cle- 38
ricus in minoribus, vel novitius, cùm sint in statu
retractabili, non aperitur terminus alteri vocato, ni-
si facta professione, Grass. *de effect. Clericor. effect. 4.
à numer. 82.* ubi hanc materiam variis casibus expli-
cat, & Cardin. de Luca *annot. ad discurs. 17. de fe-
ud. in supplem. à numer. 6.* ubi latè, quando debet es-
se ista capacitas præsertim in Regno Neapolis, & quid 39
in Germania, ut attendi debeant consuetudines legiti-
mæ Regnorum, prout in statu Ecclesiastico admit-
tuntur etiam Episcopi, ut dixi. Et in dicto Regno 40
Clerici non admittuntur etiam in minoribus, & quod
debeat esse res integra, dummodò satis properè non 41
fuerit præventum à successore, ex quo eliceretur do-
lus, latè Rocca *disput. jur. 194. numer. 71. tom. 2.* Mar-
ta *de success. legal. part. 3. quæst. 13. art. 2. num. 11.
12. & 13.* Theodor. *alleg. 58. numer. 17. & seqq.* Ro-
ta *dec. 443. num. 55. part. 4. tom. 2. rec.* proinde da-
tur cautela, ut fiat interpellatio à futuro successuro
de Marinis *cit. capit. 120. num. fin.* hinc cùm juxta
Pragm. 4. de feudis in Regno Neapolis, præter cer-
tos casus, possit Prorex illius Regni concedere assen-
sum possessori feudi ad alienandum illud, & inter casus
exceptos est, si vendens habeat certum, & legitimum
successorem, nam isto casu spectat assensus ad Regem, fuit
dubitatum, an si vendens habeat Clericum successorem in

minoribus, possit præstari dictus assensus à Prorege,
& firmatum fuit affirmativè per de Marin. *cit. lib.* 1.
cap. 21. *per tot.* Staiban. *cent.* 1. *resol.* 33. Rovit. *ad
dictam Pragm.* 4. ex eo quia Clericus habet facultatem
succedendi, & potentiam dimisso habitu, quod uti-
que facere posset, prout etiam si successor esset Novi-
tius ex eadem ratione, ut ibi. Nec obstat *decis.* 344.
42 coram Card. Cerro, quia ibi erat casus voluntatis Te-
statoris volentis qualitatem sæcularem tempore obitus
ultimi gravati, quod quidem procedere potuit, cùm
ageretur de voluntate hominis, secus autem in inca-
pacitate feudorum, ubi agitur de dispositione legis, in
43 qua mitiùs agitur, & non est præscriptum tempus à
jure, & dicta decisio procedit in terminis Primogeni-
turæ, prout etiam quoad hos terminos distinxit Rota
in Romana multiplici 20. *Februarii* 1693. §. *Rejecta
quoque* coram D. Muto. In Regno autem Neapolis,
44 cùm sint incapaces Clerici jurisdictione, eis assigna-
tur terminus ad deponendum habitum Clericalem,
quo non deposito, minimè conceditur præambulum,
ob quod immittuntur in possessionem feudi, quod est
speciale in dicto Regno, ut considerat Card. de Luca
d. annotat. num. 6. *& seqq.* ubi plura ad rem, quia ibi
Clerici non admittuntur etiam in minoribus, idem
Card. de Luca *discurs.* 129. *num.* 7. *de feud. in suppl.*
Sed quid in novitia? Idem affirmat Petra *cit. num.* 18.
45 *in fine*, ex eo, quod cum ipsi uti mulieri fuerit re-
missum servitium personale, bene poterit servitium
per alium præstare, & sic cessat ratio incapacitatis,
& infra iterum dicam. Si autem quis Beneficium ob-
46 tinuerit fraude fratris, an possit restitui in integrum
post rem non integram, & post devolutum feudum
alteri ob ejus incapacitatem? Et videtur negativè res-
pondendum, quia præjudicaret tertio, secus re inte-
gra, & permittente Domino feudi, prout refert A'
Ponte *dec.* 4. *num.* 4. Ursin. *de success. feud. part.* 2. *q.*
9. *art.* 1. *num.* 7. *& seq.* latè Rucca *disp. jur. cap.* 194.
num. 71. Coccin. *dec.* 1462. *num.* 55. quia statim à se
47 debet abdicare statum Ecclesiasticum, si velit in feu-
do se confovere, Hartman. *pistor. part.* 3. *qu.* 3. *n.* 18.
Sed in Regno solet impetrari licentia à Prorege pro
tempore ad deliberandum, quæ tamen licentia est ad
libitum concedenda, itaut pro cautela debeat interim
recurri, de Marin. *resolut.* 120. *in fin. lib.* 1. & de Lu-
ca *de feud. disc.* 17. *num.* 4. ubi tradit non esse à jure
datum terminum ad deliberandum, neque de jure Re-
gni, sed tantùm hoc datur aliquando à Prorege, &
Collaterali Consilio, quamvis aliqui dixerint non pos-
se alium succedere, nisi interpellato Clerico, & præ-
fixo termino, Tap. *in auth. Ingressi C. de SS. Eccl. v.
sua cap.* 14. *numer.* 28. Carolus de Grass. *de eff. Cler.
eff.* 4. *num.* 87. sed alii dicunt non requiri dictum termi-
num, Jo. Felix. Solaleo *relat.* à Camill. Salernitan. *in
addit. ad Napodan. in proœm. consuetud. Neap. nu.* 33.
& refert Rot. *cit. dec.* 403. *numer.* 56. *part.* 4. *tom.* 2.
repetita inter eas Coccini *dec.* 1462. Sed interpellatio
non est necessaria de jure, cum sit relictum arbitrio
Judicis cognoscere, quatenus Clericus velit continua-
re; sed ex cautela deberet, quia semper posset pur-
gare moram re integra, de Marinis *cit. cap.* 120. *in fi-
ne*. Sed si jam ad feudum succedens, & adeptus il-
lud, fiat Clericus, an amittat feudum sine alia inter-
pellatione? Affirmant De Marinis *cit. cap.* 120. *num.* 7.
De Ponte *dec.* 4. *& de potest. Proregis tit. de assensib.
Reg.* §. 4. Contrarium docuit Genuens. *in prax. Eccl. q.*
7. Ego tamen dicerem, quod si aperta successione
fiat Clericus, & moveatur lis à successuro, vel præ-
figatur terminus, possit re integra Clericatui renuncia-
re, & obtinere feudum, quia cùm numquam ha-
buerit, non potest dici illo privatus. Sed si jam ade-
ptus fuerit illius possessionem, & Clericabitur, vi-
detur verior prima opinio; nam tunc dicitur feudo
privatus per susceptionem militiæ incompatibilis, &
sic jus est quæsitum alteri, Rocc. *cit. cap.* 194. *n.* 73.
& cit. Jo. Felix Solaleo *relat.* à Rot. *cit. decis.* 493.
numer. 55. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* ubi quod si tempore
mortis feudatarii succedens fiat Clericus, amittit feu-
dum, dimissio enim Clericatus in dicto casu non re-
quirit certam formam, sed sufficit dimissio habitus, &
assumptio feudi, Card. de Luca *cit. adnot. disc.* 17. *de
feud. num.* 6.

Secunda limitatio est in feudo improprio, & non
recto, quia quoad hoc non est necessarium servi-
tium, prout est in feudo recto, & proprio, Card. 48
de Luca *de feud. disc.* 60. *n.* 5. ubi remissivè, quam
limitationem docent Spad. *cit. cons.* 59. *lib.* 1. *per tot.*
ubi *numer.* 10. *&* 25. ait nec verbum *investire*, nec
juramentum fidelitatis importare qualitatem feudi pro-
prii, Michalot. *de fratrib. cit. cap.* 48. *numer.* 20. *&* 21.
Fagn. *cit. cap. quæ in Ecclesiarum numer.* 54. *&* 78. *de 49
Constit.* Grass. *cit. effect.* 4. *num.* 80. etsi possit dici feu-
dum, quatenus possidens recognoscat Dominum, ad
differentiam veri allodii, quod non pendet ab alio,
& tenetur jure proprio. Non tamen valet vocari feu-
dum proprium, nisi ex Investitura cognoscatur ejus
natura, itaut reservato Domino, alto dominio, &
regaliorum jure, dicatur bonum indifferens ad alios
effectus, ut explicando doctrinam propriam dixit Abb.
in cap. nimis 19. *de jure jur.* & latè Tond. *qu. Civil.*
39. *num.* 9. Rocc. *disp. jur. select. cap.* 57. *num.* 17. &
latè *in Romana, seu Veliterna successionis* 9. *Junii* 1698.
coram D. Tremoville post Antonell. *de redd. Ecclesiæ
dec.* 46. ubi de feudis in Statu Ecclesiastico, quæ ha-
bent naturam quamdam allodialium, quoad successio-
nem, reservato tamen alto dominio Papæ, ut quid-
quid dixerint Abb. & alii relati à Spada *cons.* 1. *lib.* 1.
fundat Card. de Luca *de feud. disc.* 6. *in fin. disc.* 63.
& disc. 66.

Tertia limitatio est in Episcopo, & Cardinali, qui
propter eorum dignitatem dispensati censentur à ser- 50
vitio personali, & sic sunt capaces feudorum etiam
propriorum, & Laicalium, Gloss. *in cap. Eos qui v.
ad honores* 20. *q.* 3. dummodò per ipsos non exer-
ceatur causa sanguinis, Jul. Clar. *in* §. *feudum qu.* 76.
circa fin. vers. cæterum, Anna singular. 70. *ibi add.*
Tamen huic limitationi adversantur Michalot. *cit. nu.*
11. ac alii relati à Card. de Luca *disc.* 54. *num.* 8. *in
fin. de feud.* & Grass. *cit. effect.* 4. *num.* 117. ubi ad-
ducit opinionem primam, sed amplectitur secundam 51
num. 119. quæ opinio in praxi servatur, cùm sit ve-
rior, nam semper resistit qualitas feudi Laicalis in-
compatibilis cum qualitate Ecclesiastica, & in ma-
teria feudorum nullum videtur privilegium concessum
nec Cardinalibus, nisi velimus dicere, quod ob re-
verentiam dignitatum, censeatur remissum à Domino
feudi servitium quodlibet personale, vel aliud incom-
patibile, quidquid dicant contrarii, quos recenset Mo-
lin. *de Primogen. tom.* 1. *cap.* 30. §. 8. *num.* 132. & præ-
sertim Fagn. *cap. quæ in Ecclesiarum nu.* 101. *de Const.*
ea ratione, quia Cardinales non veniunt nomine Cle- 52
ricorum, quia ratio exclusiva non consistit in hoc, 53
scilicet in probibitione circa Clericos, ut dixi, sed in
statu incompatibili servitii æquè considerabili tam in
Clerico, quàm in Episcopo, & Cardinali, imò ma-
jor incompatibilitas est in iis, qui cessante incompa-
tibilitate, ut firmavi, etiam simplices Clerici habent
capacitatem; hinc quatenus repræsentant ministerium 54
habent Episcopi feuda eidem annexa, ut de Principi-
bus, & Electoribus Germaniæ, & sic ea habent uti
munus repræsentantes, ita Knipschildt. *de fideicom. fa-
mil. nobil. cap.* 8. *num.* 54. Fachin. *controv.* 34. *lib.* 7.
quia feudum tunc est annexum dignitati: verùm in hoc
etiam esset standum consuetudini Regnorum. Ita si 55
adsit consuetudo, ut Clerici succedant, illa debet
observari, Menoch. *consil.* 54. *numer.* 37. *lib.* 1. Ton-
dut. *de pensionib. cap.* 77. *num.* 7. *in fin.* Michalot. *cit.
n.* 27. latè Grass. *cit. effect.* 4. *n.* 128. ubi innumeri Do-
ctores cumulantur, sed consuetudo non respicit, quod 56
Clerici possint acquirere feuda retento onere servitii
personalis, sed consuetudo respicit patientiam Princi-
pis, ut talia servitia remissa censeantur quoad istas
Personas Ecclesiasticas, unde remanet in eis ca- 57
pacitas, ut innuit cit. Grass. *in princ. num.* 161. & ita
si adesset consuetudo, ut Clerici succedant in feudis, &

ter-

serviant per substitutum, cùm consuetudo serviendi
per substitutum liberet Clericos ab incompatibilita-
te, unde in Germania adest similis consuetudo, in
58 Clericis sæcularibus, Vultejus *de feud. lib. 1. cap. 9. n.*
67. secus, ut dixi, in Regno Neapolis, in quo feuda-
59 tarii debent cum armis Regi inservire, & ideo exclu-
duntur Clerici de Ponte *dec. 4.* cùm sint tantùm ad-
missæ fœminæ ad serviendum per substitutum. Ita-
que servitium personale est in feudis veris, & ut ibi
dicunt quaternatis, quæ sunt scilicet descripta in li-
bris Cameræ, Afflict. *dec. 320. per tot.* & quod, etsi
solvatur adhoa in pecunia pro servitio non facit,
quod servitium sit remissum, quia potest Rex velle
60 personale. Illa enim consuetudo est servanda, prout
favet libertati Ecclesiæ, & derogat consuetudini feu-
dorum, quæ optimo jure tollitur per aliam consue-
tudinem, Grass. *ubi suprà numer.* 132. & sic ista ma-
teria non est determinabilis, nisi juxta varias leges
Principatuum, feudorum, ac spectatis circumstantiis,
ut bene disserit Card. de Luca *in adnot. ad discurs. 17.*
in supplement. de feud. n. 4. & 5. Hoc tamen est certum
Jura sæcularia non posse excludere Clericos; sed pa-
cta in Investitura, prout servitium incompatibile,
quia in prima potest quis ponere legem sibi bene vi-
sam in re sua, prout dicam alio loco circa exclusio-
nem Ecclesiasticorum in bonis fideicommissi, & Em-
phiteuticis, & facit Rota *dec. 344.* coram Card. Cen-
ro, & quoad servitium remanet incapacitas ex ipso
actu incompatibili.

Cæterùm Clerici sunt capaces feudi, quotiescum-
que non importat servitium incompatibile cum sta-
61 tu Clericali, vel quod sit liberum ab omni servitio
militari, Pyringh. *cit. q.* 22. vel quod sit tale, ut possit
62 detineri à Clerico cum decore, Rosent. *concl. 20. cap.*
7. n. 24. ita si sit ex Investitura transitorium feudum
ad fœminas, quibus æquiparantur Clerici, Pyringh.
cit. q. 22. Afflict. *dec. 320.* ubi *Addens n. 1.* & sic Cle-
rici, & Ecclesiastici sunt incapaces consequenter,
quatenus nequeunt assumere unitam cum militia Cle-
ricali qualitatem illam feudatarii, & hæc incapacitas,
63 ut dixi, non venit ex jure aliquo, nam jus Canoni-
64 cum feudum illis permittit, & jura feudalia, utpotè
Laicalia, nequeunt præcisè contra Immunitatem Ec-
clesiasticam, & Personas Clericorum disponere, ut
apud cit. Fagn. *cap. quæ in Ecclesiarum n.* 52. Idem-
que Card. de Luca fatetur *disc. 135. n. 19. in supplem.*
licèt sibi contrarius *in cit. disc. de feudis 54. nu. 11.*
eodem tit. Remanet solùm dicta incapacitas, & in-
compatibilitas servitii personalis, vel alterius, quod
inesse solet in feudo Laicali, sicque deficiente tali
65 onere incompatibili, vel ex qualitate Investituræ,
vel ex remissione Domini, vel etiam ex potentia il-
lud explendi per substitutum, semper remanet illæsa
Immunitas Ecclesiastica cum capacitate Clericorum,
ut quidquid dicant aliqui feudistæ, receptum est, &
ut plenè Fagn. *cit. cap. quæ in Ecclesiarum à num.* 58.
ad plures sequentes, Spada *cit. cons. 59. nu. 15. lib. 1.*
Bobadilla *lib. 2. Polit. cap. 18. n. 110.* Menoch. *de ar-*
bitr. lib. 2. cent. 3. cas. 231. n. 48. Vultejus *de feud. cap. 4.*
n. 9. Julius Clarus *§. feudum q. 78.* Solorz. *de jur. Indiar.*
tit. 2. lib. 2. cap. 18. n. 22. Grass. *cit. effect. 4. numer. 79.*
& alibi ibidem, latè Torr. *de Primog. lib. 1. cap. 30.*
§. 2. & 3. Card. de Luca *cit. disc. 54. num. 18.* Jason.
cons. 117. lib. 4. Menoch. *cons. 181. num. 67.* Cacheran.
dec. 27. Capyc. *dec. 31.* Stayban. *resol. 55.* Pyringh. *in jus*
Canonicum lib. 3. tit. 20. sect. 8. quæst. 21. & Affl. *cit. dec.*
320. fatetur, quod si concedatur feudum Ecclesiasti-
co, censeatur Rex remisisse servitium personale, &
incompatibile, ergo si est compatibile servitium, ces-
sat incapacitas.

Quod nam autem dicatur feudum continens hanc
qualitatem incapacitatis? movet quæstionem Cardin.
66 de Luca *cit. disc. 54. de feud.* dicens *n. 19.* quod quo-
tiescumque agitur de feudo, in quo debet præstari ju-
ramentum fidelitatis, deficit hæc capacitas in Clericis,
quia continet in se implicitum onus serviendi persona-
67 liter in militia. Sed salva pace tanti Auctoris resolutio
non est vera, quia jam liquet Episcopos, & Clericos, 68
imò Religiosos hujusmodi juramenta fidelitatis præsta-
re Dominis feudorum, ut Innoc. III. *in cap. nimis de*
jur. jur. Et quoad Abbatissam *in cap. 1. §. verum de*
statu reg. in 6. ac dixi supra, & tamen servitium per-
sonale numquam dici potest permissum, quia exosum
illud videtur Sac. Canonibus, quod milites Christi mi-
litent sub Laico; unde dicendum est, quod quoties- 69
cumque in Investitura non constat de qualitate veri feu-
di requirentis servitium personale, vel non fiat men-
tio in juramento fidelitatis de tali servitio personali,
vel si fiat, fuisset inductum consuetudine posse per
substitutum illud præstari, videntur Clerici fieri capa-
ces feudorum, etiamsi debeant, ad formam dicti Tex-
tus *in cap. nimis*, juramentum fidelitatis præstare pro
feudalibus. Itaque tota vis exclusionis est in incompa- 70
tibilitate servitiorum, ut dixi, qua exclusa, excludi-
tur quoque inhabilitas, ut in his terminis docuerunt
Spada *cit. cons. 59. num. 10. 23. & 33.* & Fagn. *cit. cap.*
quæ in Ecclesiarum num. 74. ubi quod ex forma fide-
litatis Vasallus non tenetur per se militare pro Do-
mino, & consonant verba *dec. 490. par. 5. rec. nu. 1.*
ibi: *Dicitur exclusus Clericus à feudo, attenta confir-*
matione Imperiali, in qua cum præcipuè respiciat ser- 71
vitia præstanda Sacro Imperio. Et ita habetur in *dec.*
1462. n. 55. & dec. 1595. nu. 12. coram Coccino, ubi
expresè ponitur causa servitii pro exclusione, quia
non potest servire Domino; imo ipsa jura feudalia hanc
causam exclusionis important, ut in *cit. cap. 1. de va-*
sall. milit. ibi: *Quia desiit esse miles sæculi, qui factus*
est miles Christi, nec Beneficium pertinet ad eum, qui
non debet gerere officium. Et idem dicitur *in cap. 1.* 72
An mutus vel aliter imperf. feud. teneat, ubi cave-
tur, ut Clericus, fœmina, & consimiles feudum re-
tinere non possint, quia servire ipsi non valent. Fa-
teor tamen quod feuda vera, & propria, quæ conce- 73
duntur tantùm à supremis Principibus, solent impor-
tare servitium personale, nisi aliter concludenter pro-
betur, & ideo ex his remanet incapacitas Clericorum,
ut advertit Card. de Luca *annot. ad cit. disc. 54.* & ita
intelligendi sunt Gratian. *discept. cap. 456. num. 44.* de
Grass. *de effect. Clericor. effect. 4.* ac alii. Sic quoque per-
missum est Clericis etiam in feudis propriis, & requi-
rentibus personale servitium, habere tenutam feudi con-
sistentem in puro, & simplici emolumento, & utili
dominio, quod est ad instar bonorum allodialium, &
differt à dominio feudi, Galeota *contr. 28. n. 6. & contr.*
36. n. 3. lib. 1. Freccia *de subfeudis concl. 6. cap. 5.* de Ma-
rinis *cap. 38. num. 24. lib. 2.* Bich. *dec. 96. nu. 17.* &
quod verè hæc tenuta sit pura qualitas allodialis in
Regno Neapolitano, firmavit Rota in *Aprutina Ple-*
bania 22. Junii 1693. §. Nam objectum, & seq. co-
ram D. Muto, & sic uti bona allodialia tales tenu- 74
tæ sunt indifferentes, & immunes à quacumque inca-
pacitate Clericorum. Ita si scienter Clerico fiat Inve- 75
stitura, fit capax feudi, rejecto servitio incompatibi-
li, Pyringh. *cit. quæst.* 22. prout etiam Monachus, quia
tunc intelligitur Dominus se recipere velle servitium
compatibile, Affl. *dec. 320. n. 8.*

Alias limitationes, & ampliationes satis videre po-
terit Lector apud cit. Auctores, & præsertim Micha-
lor. *de Fratrib. cap. 49.* & Grass. *effect. Cleric. 4. à nu.*
79. & pluribus seqq. quas hic repetere frustraneum es-
set. Solumque addam aliquando Monachum fieri ca-
pacem ex dispensatione Principis, Natta *cons. 600. nu.*
18. Card. de Luca *disc. 54. de feud. num. 21. in fin.* & in
terminis Monachi Affl. *decis. 320. num. 8.* in quo dicit,
quod etsi in Regno Neapolis sint habilitatæ fœminæ
ad serviendum per substitutum, non exinde hæc habi-
litatio debet extendi ad Monachum. Verùm *Addens* 76
pluribus citatis nititur impugnare hoc dictum, nam
ait, quotiescumque fuit habilitata fœmina ad servien-
dum per substitutum, tollitur objectum servitii perso-
nalis, ob quod excluditur Monachus, & ex ejus per-
sona Monasterium, & sic durante vita mulieris dis-
pensatæ, vel Monachi, succedit Monasterium. Sed 77
hoc non practicatur in Regno, quia dicta facultas

est restrictiva ad fœminas de Marinis, *cit. cap.* 120. *nu.*
14. Ego tamen istinguerem casus; Aut Investitura fuit
stricte pro masculis descendentibus, & in vero feu-
78 do, prout dicunt in Regno, quaternato, descripto sci-
licet in libris Cameræ, quod importat servitium per-
sonale; nam si habilitentur fœmina, in eo videtur fuis-
se admissum per servitium substitutum, & tunc si post
fœminam, venit Monachus, imo fœmina Monacha
fiat, videtur non dari capacitas in Monasterio. Ita
dicendum de alio Ecclesiastico; nam illa dispensatio
79 debet strictè interpretari, & quantò minùs lædat jus
concedentis, & dispensatio onius obstaculi non tra-
hitur ad aliud. Si verò in Investitura ipsa fœminæ
80 vocentur; tunc videtur feudum ipsum redditum tale
largo modo, & infixa ei qualitas servitii per substi-
tutum, & tunc durante vita Monachi, vel Monia-
lis, succedit Monasterium, ut distinguit citat. Afll.
decis. 320. *per tot.* & præsertim erga finem, & non
videtur dissentire ab ista distinctione *Adden. numer.* 4.
& 5. supponens in Regno in omnibus Investituris da-
81 ri istam capacitatem fœminarum, & sic servitii per
substitutum; in hoc enim casu cessat illa consideratio
82 dispositionis specialis non trahendæ de casu simplicis
mulieris ad Monialem; sicuti si Princeps remisisset
83 servitium personale alicui ex vocatis, non exinde in-
telligi potest capacitas omnium impotentium ad ser-
84 vitium personale. Nec dici valet, quod saltem vita
durante dispensati effecti postea Monachi potest suc-
cedere Monasterium, ut videtur asserere *cit. Addens*;
85 quia semper recurrit eadem responsio cit. Afll. quod
dispensatio nequit latè interpretari, nec potest dari
86 identitas rationis, ut fiat extensio de casu ad casum,
verbis enim præcisis standum est, Corn. *cons.* 61. *num.*
2. *vers. tamen non debemus divinare vol.* 2. Cancer.
var. resol. part. 1. *cap.* 1. *num.* 171. *Add. ad decis.* 320.
numer. 74. *par.* 9. *rec. dec.* 114. *num.* 14. *part.* 13. *rec.*
& quod dispensatio concessa ad unum effectum, non
suffragetur quoad alium, Cardin. de Luca, *de Benefic.*
87 *disc.* 68. *num.* 12. *de Canon. disc.* 5. *num.* 3. & 4. &
disc. 13. *num.* 10. & data pro uno impedimento non
suffragatur pro altero etiam minori, cit. Cardin. de Lu-
88 ca *disc.* 46. *numer.* 17. *de pensionibus*, & Rota *in Ro-
mana pensionis* 15. *Junii* 1668. coram Albergato *dec.*
17. *numer.* 11. & 12. post Torre *de pact. fut. success.*
& alii concordantes, ubi quod dispensatio retinendi
89 pensiones in statu conjugali, non suffragatur secundo
Matrimonio, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* Gloss. 11. *nu.*
83. Ludovis. *decis.* 516. præsertim quia agebatur de
præjudicio tertii vocati in Investitura, si daretur talis
extensio.

Utrum verò habilitatio Principis possit intervenire
in præjudicium ejus, qui succederet in feudo, vide
Grass. *cit.* & dicam alio loco. Unde Clerici, & Mo-
90 nachi fieri possunt capaces ex dispensatione Principis
nec in Regno Neapolis censentur habilitati ex eo,
91 quod admittuntur fœminæ; sed ex eo, quod remittitur
a Principe servitium incompatibile, ut supra latius di-
92 xi, & sic certum est dictam dispensationem percutere
remissionem servitii illius incompatibilis, ob quod red-
ditur, ut dixi, incapax persona Ecclesiastica, eaque
ratione videmus passim ab Ecclesiasticis possideri feu-
da donata etiam ab ipsis Regibus, quia videtur in con-
cessione, vel remissum servitium illud incompatibile,
vel feuda redacta ad instar allodialium, ut bene per-
pendit Card. de Luca *in cit. annot. in supplem. ad disc.*
17. *de feud. num.* 2. §. *verum*. Et in Regno Neapolis
feuda Ecclesiarum talia præsumuntur, Isernia *in Const.
Regni Justitiarii nomen in fin.* Franch. *decis.* 181. *in
principio*, Capyc. Latr. *cons.* 74. *num.* 106. Aponte *dec.*
2. *per tot.* in quo Regno plures Ecclesiæ, Monasteria,
ac Religiones possident feuda.

Sed quid dicendum quoad Milites Hierosolymita-
93 nos, an sint capaces feudi? In qua quæstione, Do-
ctores varii videntur, prout variæ rationes hinc inde
adducuntur. Illi enim, qui incapacitatem firmant,
dicunt esse non posse capaces servitii personalis erga
Dominum Laicum, cùm sint verè personæ Ecclesia-
sticæ, & cùm profiteantur paupertatem, non possunt 94
acquirere, & sic opinionem negativam post Baldum
cit. pro utraque opinione, docuerunt plures Docto-
res apud Gratian. *discept.* 456. *num.* 47. & 881. *num.*
6. Rosental. *cap.* 7. *concl.* 30. *numer.* 3. & *seq.* ubi
plures cumulat pro utraque opinione, & dubius re-
manet, plenè quoque Bammacar. *in cap. Qui Clericus
quæst.* 2. Ursin. *de success. feudor. part.* 1. *cap.* 9. *art.* 4.
Menoch. *de arbitrar. cas.* 231. ubi *in addit.* Michalor.
de Fratrib. cit. cap. 48. *à num.* 34. qui negativè con-
cludit, causa voti paupertatis, Sperell. *decis.* 2. *per tot.*
Franch. *decis.* 479. *numer.* 4. Ricc. *decis.* 201. *num.* 7.
part. 1. & alii relati à Torr. *de Primogen. tom.* 1. *cap.*
30. §. 7. *num.* 124. Affirmativam verò tuentur Nevi-
zan. *cons.* 30. Natt. *cons.* 507. & 508. plenè Spada *cons.*
59. *lib.* 1. *num.* 1. & 20. & *per tot.* qui respondet con-
trariis. Ita etiam docet Hermes *in fasciculo Jur. public.
cap.* 25. *num.* 24. qui loquitur etiam de Ordine Theu-
tonico, Grass. *de effect. Cleric. effect.* 4. *num.* 69. Capon.
discep. 121. *nu.* 44. Torr. *cit. loc. num.* 123. apud quos
alii hinc inde Doctores citantur.

In hac Doctorum varietate, vera videtur opinio ne-
gativa, & magis probata, ut docent Cardin. de Lu-
ca *disc.* 16. *de feud. num.* 2. Mieres *de Majorat. part.*
1. *quæst.* 3. *num.* 48. Corriad. *dec.* 8. & alii, ut supra
citati, non quidem ex ratione incapacitatis ob votum
paupertatis, ut tuetur cit. Michalor. *cap.* 49. *in fin.* ac
alii, quia tunc daretur capacitas ipsius Religionis,
quæ acquireret nomine Militis Professi, prout fit in
quolibet Religioso Religionis capacis, ut dixi supra,
& advertit Fagnan. *in cit. cap. quæ in Ecclesiarum de
Constit.* Ultra quod in illa Religione permittitur do-
minium bonorum patrimonialium cum dispensatione
Magni Magistri, vel ex consuetudine, ut advertit
Grat. *discept.* 880. *num.* 16. & Rota *dec.* 436. *part.* 3.
divers. Cerr. *dec.* 28. *numer.* 7. & 8. & alibi dicam. 95
Igitur hæc incapacitas istorum Militum verè resultat
ex eadem ratione, ut supra expressa, quoad Clericos,
& Religiosos, nempè ex incompatibilitate servitii per-
sonalis erga Dominum Laicum, quod servitium im-
portat militiam ad favorem Domini feudi, quæ mili-
tia nequit dari in Milite Christi. Hæc enim ratio vi-
get in quacumque Persona Ecclesiastica verè tali,
prout sunt isti milites S. Joannis, & quod sint verè 96
Religiosi, in dubium nequit revocari, ut apud No-
var. *de elect. For. quæst.* 37. *sect.* 1. Molin. *de primog.
Hispan. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 98. Marant. *contr. par.* 5.
resp. 89. Card. de Luca, *de Jurisdict. disc.* 92. & *disc.*
45. *de regular.* & alibi latè agemus; posita enim hac
incapacitate serviendi personaliter in militibus parti- 97
cularibus, eadem resultat quoad Religionem in ge-
nere, quatenus supponamus loqui de feudo recto, &
proprio requirente servitium personale. Si verò lo-
quamur de feudo improprio, & non requirente tale 98
servitium, intrat eadem ratio tunc dari illam capaci-
tatem tam in milite particulari, quàm in Religio-
ne, quatenus dicendi sint dicti milites acquirere in
totum etiam quoad bona patrimonialia ipsi Religio-
ni, de quo dicam infra, agendo de istis militibus in
suis Constitutionibus. Quapropter rejecta distinctio-
ne inter milites particulares, & Religionem in com-
muni, firmanda est regula esse incapaces, & respecti- 99
vè capaces dictos Milites, vel Religionem ad formam,
qua capaces sunt, vel non Clerici, & Religiosi, hoc
est capaces quoad feudum improprium, & etiam pro-
prium, quando non adsit incompatibilitas servitii per-
sonalis, vel remissio talis servitii per Dominum feudi,
ut bene explicat Cardin. de Luca *in supplem. annot. ad
cit. disc.* 16. *de feudis per tot.*

Nec valet ratio diversitatis, quam ponere curant
Doctores, inter Ecclesiasticos, ac dictos Milites,
quod illi nullo modo possint explere servitium illud 100
personale requisitum in feudo proprio, quia non
sunt addicti militiæ, prout sunt isti milites ad Bel-
lum parati, nam isti habent pro fundamento re- 101
gulæ militiam non indeterminatè, sed secundùm quid,
hoc est determinatè contra Infideles, imò in Sta-
bili-

102 bilimentis hujus Religionis prohibetur præstatio servi-
tii militaris in Bello contra fideles, ut innuit cit. Card.
de Luc. *disc.* 16. *num.* 2. Nec valet dicere, ut ait
Spada *cit. cons.* 59. sufficere non esse inhabiles ad mi-
litiam, & quod sint parati tueri proprium Dominum
præscindendo, contra quos talis defensio fieri debeat,
103 quia eo ipso, quod se obligant ad servitium persona-
le, contrahunt necessitatem militandi contrà quo-
scumque hostes Domini sui, & sic etiam contra Fi-
deles, quod repugnare dicitur nedum statui Religio-
so eorumdem, sed præcisè eorum legibus, ut dixi. Ul-
tra quod quomodo possunt parati esse ad obedientiam
Domini sui, si eodem tempore in vim obedientiæ
debent esse semper prompti erga militiam Religionis?
utique duplici vinculo eodem tempore essent adstricti,
vel Dominum feudi deserere, vel contra proprium
votum, militiam Religionis derelinquere.

Sic igitur, si sermo agatur de feudis pluribus, quæ
104 Religio illa nobilissima habet in variis Regnis, ut in
Regno Neapolis testatur ex aliis Graff. *cit. effect.* 4.
num. 70. certum est ea acquisivisse Religionem eò-
dem modo, quo feuda sunt penes Ecclesias Cathedra-
les, Abbatiales; Episcopi verò, & Abbates sunt me-
105 ri Administratores, utpotè sunt Commendatarii ad-
ministrantes feuda dictæ Religionis, & cùm fuerint
dicta Feuda data Religioni, videtur Princeps, vel ea
fecisse allodialia liberando ista à vinculo feudalitatis
veræ, vel saltem remisisse onus incompatibile cum
Statu Ecclesiastico, ut dixi supra, quo ad feuda Ec-
clesiarum, & sic non intrat quæstio, & hoc advertit
106 Roxas *de incompatibil. part.* 7. *cap.* 5. *numer.* 202. Si
verò loquamur de consuetudine, quam aliqui asse-
runt vigere, ut isti milites sint capaces feudorum, ea
certè debet sumi pro diversitate Regnorum, & debet
attendi, ubi adest, ut dixi, quoad Clericos; nam
inducitur capacitas ex rejecta qualitate incompen-
bili, & de hac consuetudine istorum militum dixit
Grat. *discept.* 880. *num.* 46. & quod ex æquitate ha-
107 bilitentur à Principe servire per substitutum, Calvin.
de æquit. lib. 1. *cap.* 69. *per tot.* idque procedit ex
facilitate obtinendi licentias à Principibus, a quo
dispensari censentur à servitio incompatibili cum ejus
108 regulari professione, quæ licentia faciliùs concedi-
tur iis, quàm Clericis, quia vivunt inter sæculares,
& ut ita dicam ferè more Laicorum, & aliis adductis
rationibus cit. Card. de Luc. *annot. ad disc.* 16. *in
fine in supplem.* In Regno tamen Neapolis sunt si-
109 ne dubio incapaces hujusmodi milites, Capon. *discept.*
121. *num.* 44. ex ratione prædicta, quia ibi requi-
ritur servitium personale, & adest specialis lex, Ca-
pon. *contr.* 49. *num.* 23. *Anna sing.* 207. ubi vide
in addit. Borell. *in summa decis. tit.* 34. *num.* 624.
A' Ponte *de potest. Proregis tit. de assensibus Regis*
§. 4. *num.* 9.

Posita namque inhabilitate in puncto juris tenen-
110 da, ut apud citatos Doctores, Intrigliol. *de feud.
contr.* 2. *art.* 1. *num.* 204. *& seq.* Capon. *controv.*
49. *numer.* 23. contrarii Doctores potiùs se invol-
vunt, cùm adducant rationem non firmantem re-
111 gulam in rigore juris, nam vel loquuntur de feu-
do improprio, vel quando non adest servitium in-
compatibile, aut quando adest consuetudo, vel de-
nique quando adest Beneplacitum Principis, ut vi-
dere est apud *Doctores citatos*, & præsertim Spadam
acerrimum contradictorem *in cit. cons.* 59. *lib.* 1. In
dictis enim casibus dantur limitationes regulæ, quia
in feudo improprio non datur incompatibilitas
cum statu Religioso, quoad servitium præstandum
Domino. In casu consuetudinis jam dixi, quod
vel consuetudo versatur in abolitione servitii incom-
112 patibilis, & tunc cessat incapacitas cessante incom-
patibilitate servitii, vel tendit ad id, quod isti mili-
113 tes affirmant servitium illud personale requisitum in
feudo vero, & ut consuetudo contra jus, & statum
Religiosum habentem permissam militiam solùm pro
tuitione fidei, non est legitima consuetudo, nisi adsit
114 patientia, & scientia Summi Pontificis, sine cujus
scientia nequit ea introduci contra jus vehementer re-
sistens statui illi religioso.

Sed quid dicendum quoad Milites aliarum Reli-
gionum militarium, ut D. Jacobi de Spatha, Cala- 115
travæ, & Alcantaræ, & Theutonicis, ac D. Ste-
phani? Et dico esse capaces, prout docuerunt Graff.
cit. eff. 4. *num.* 71. Hermes *cit. cap.* 25. *numer. fin.*
Torre loco cit. §. 7. *num.* 126. Capon. *disc.* 121. Et
ratio est, quia non debent excludi, si sint de Foro
Ecclesiæ, ut dicam, ex juribus feudalibus, cum sub-
dantur juribus laicalibus, ut dixi de Clericis, vel qua-
tenus dicantur laici, ut aliqui erronee dicunt, eo
magis dicuntur capaces. Nec obstat servitium incom-
patibile, quia etsi secundùm veriorem opinionem il-
li de Foro Ecclesiæ dicantur, tamen non sunt rigo-
rosè Ecclesiastici, prout Clerici, & Monachi, quia
non habent characterem, neque professionem veram
regularem, ut sunt Equites Hierosolymitani, & di-
cam in aliis Commentariis plenè, & sic possunt mi-
litiam exercere, ac servitium personale erga feudata-
rium præstare, ut praxis communis observat, ut
plures dictarum Religionum feuda, ac obtineant
etiam Titulos in Regno. Hinc Bon. Mem. Caro-
lus Petra meus Genitor erat Militiæ Calatravæ Eques,
& tamen etiam Dux Vasti Girardi aliorumque feudo-
rum per duo sæcula in Dominio meorum directè
Ascendentium in Regno in Provincia Comitatus
Molisii existentium, & nunc penes Dominum
Nicolaum meum ex fratre nepotem adhuc pu-
pillum.

Prædicta incapacitas, vel ratione servitii incom-
patibilis, vel ratione juris in Equitibus Hierosolymi- 116
tanis non procedit, nisi in professis, Cardin. de Lu-
ca *de feud. disc.* 16. *num.* 3. & idem dicendum in No-
vitiis cujuscumque Religionis, firmant latè de Ma-
rinis *cit. resolut.* 120. *part.* 1. idem Card. de Luca *cit.
num.* 3. *vers. & in specialibus terminis*, plenè Genitor
meus *in Rit. M. C. Vicariæ Neapolis tom.* 1. *rit.* 17.
& 18. ubi alii adducuntur, ea ratione, quia status
Novitii est retractabilis. Nec obstat quod gaudeant
fori privilegio, quia hoc non inducit, ut anno no-
viriatus non possint retinere omnia bona.

Sed si Clericus acquirat feudum, vel miles Hiero-
solymitanus, an amittant beneficia, Commendas, &
privilegia Clericalia, ut innuit Card. de Luca *cit. disc.*
16. *de Feud.* dicam alibi.

SECTIO IV.

An in causis feudalibus super feudis ab Ecclesiasticis possessis cognitio spectet ad Dominum directum feudi?

SUMMARIUM.

1 *Cognitio causarum feudalium etiam inter Ecclesiasticos pertinet ad Dominum directum, non autem ad Judicem Ecclesiasticum ejusdem.*
2 *Dominus directus feudi debet judicare de dominio utili.*
3 *Sive lis sit inter Clericum, & laicum, sive inter Clericum, & Clericum.*
4 *Clericus in causa feudi subjicitur Domino directo ejusdem feudi, limita, ut nu.* 18.
5 *In Regno Neapolitano fuit lege præscriptum Clericos in causa feudali cognosci à Judice laico.*
6 In cap. Regni Regis Caroli II. *incip.* Item statuimus *fit mentio de conventione inita cum S. Romana Ecclesia.*
7 *Cognitio feudi Ecclesiastici pertinet ad legitimum Superiorem Ecclesiasticum.*
8 *Etiam quod Possessor sit laicus.*
9 *Feudatarius Ecclesiasticus debet conveniri coram Episcopo infeudante, omisso Judice Originis, vel Domicilii.*

10 *Ju-*

10 *Judices in causis feudalibus, de jure feudorum sunt Pares Curiæ.*
11 *Parium Curiæ judicium hodiè recessit ab Aula.*
12 *Judex causarum feudalium est Præses Cameræ, vel aliud Tribunal speciale, ubi adest.*
13 *Ubi non adest speciale Tribunal, cognitio dictarum causarum pertinet ad Judicem ordinarium.*
14 *Episcopus, vel Judex ab eo eligendus cognoscere debet causam sui feudi.*
15 *Episcopus etiam non consecratus cognoscere potest de causis feudalibus suæ Ecclesiæ.*
16 *Jura feudalia observari debent in causis feudorum; nisi obstet jus Canonicum.*
17 *Jus Civile, vel Canonicum observari debet in defectum juris feudalis.*
18 *Clericus debet conveniri coram suo Judice Ecclesiastico, si inter ipsum, & Dominum directum sit quæstio qualitatis feudalis.*
19 *Causa inter Episcopum, & Regem super qualitate feudali, est videnda coram Metropolitano.*
20 *Clericus in actione personali propter rem feudalem, an possit conveniri coram Domino directo?*
21 *Distinguitur, ut in actione personali respiciente rem ipsam feudalem conveniri debeat coram Domino directo; respiciente verò tenutam feudi, conveniri debeat coram suo Judice Ecclesiastico.*
22 *Pacti de retrovendendo feudum actio, etsi personalis, exerceri debet coram Domino feudi.*
23 *Actio personalis directa ad avocandum dominium feudi facit causam feudalem; secus verò si sit directa ad avocandam solam possessionem.*
24 *Fructus feudi sunt allodiales.*
25 *Clericus in judicio possessorio coram quo Judice conveniri debeat in causa feudali?*
26 *Tenuta feudi est allodialis, & ejus causa nec in possessorio, nec in petitorio dicitur feudalis, &* iterum num. 32.
27 *In Possessorio summariissimo, Clericus agere potest in causis feudalibus interdicto retinendæ coram Episcopo.*
28 *Etiam criminaliter contra spoliatorem sacrilegum.*
29 *Vidua oppressa, & spoliata potest implorare officium Judicis Ecclesiastici.*
30 *Possessorium Plenarium cognosci debet coram Domino feudi etiam contra Clericum.*
31 *Pascendi jus in feudo pertinet ad titulum feudi, non ad puram tenutam.*
32 *In pura tenuta feudi non consideratur jus feudale.*
33 *Manutentio petita in pura detentatione facti respicit puram feudi tenutam.*
34 *Possessorium plenarium, in quo debet degustari titulus, facit causam feudalem.*
35 *Possessionis causa, an sit feudalis, vel allodialis, inspici debet, an debeat adminiculativè degustari titulus.*
36 Fagnani *sententia in hac materia defenditur, & explicatur contra interpretationem Caponi.*
37 *Fructuum feudi executio fieri potest contra Clericum per Judicem Ecclesiasticum.*
38 *Causa nudæ possessionis feudi materialiter sumpti, & fructuum ipsius feudi, non est cognoscenda juribus feudorum.*
39 *Beneficialium, & Matrimonialium causarum cognitio etiam in pura detentatione facti, pertinet ad Judicem Ecclesiasticum.*
40 *In causis spiritualibus detentio nequit separari à Titulo.*
41 *Mulier agens pro manutentione in matrimonio, debet producere ejusdem matrimonii titulum.*
42 *In Beneficialibus non datur manutentio sine titulo Institutionis, vel Collationis Ecclesiæ.*
43 *Aud. Cam. in beneficialibus nequit cognoscere causas nec puræ manutentionis inter ipsos Beneficiatos.*
44 *Delicti causa, propter quam Clericus meretur privationem feudi, cognosci debet à Judice Ecclesiastico.*
45 *Pœna corporalis propter delictum debita Clerico feudatario, non potest infligi à Domino feudi.*
46 *Privari potest feudo Clericus à Domino directo, si delictum dictam privationem mereatur.*
47 *Judex Ecclesiasticus quando possit supplere defectum Judicis laici tam in causis feudalibus, quàm in aliis remissivè.*
48 *Authores tractantes de Judice feudali inter Clericos coram Judice laico, recensentur.*
49 *Episcopus feudatarius vocatus eodem tempore à Papa, & à Rege, cui priùs debeat obedire?*
50 *Debet potiùs obedire Papæ, imò etiam ejus Legato.*
51 *Vocatus à Rege, & à Metropolitano, debet potius obedire Regi.*
52 *Intellige dummodò Episcopus sit feudatarius, vel Rex sit Legatus Papæ.*
53 *Intellige secundò, dummodo Metropolitanus non injungat Episcopo accessum sub præcepto obedientiæ.*
54 *Concurrente præsertim legitima causa Concilii Provincialis, vel simili.*
55 *Clericus feudatarius vocatus simul à Rege, & à suo Episcopo, debet potius obedire Regi.*
56 *Nisi sub præcepto obedientiæ ab Episcopo sit vocatus, concurrente præsertim legitima causa Concilii Diœcesani.*

Alia species Regaliæ est, quod in causis feudalibus, in feudis ab Ecclesia, & Ecclesiasticis
possessis, cognitio spectet ad Dominum directum, 1
non autem ad Judicem Ecclesiasticum Superiorem
Possessoris. Hoc statutum videtur nedum à jure
feudorum, *ut cap. 1. de controvers. int. Ep. & Vasall. cap. Imperialem ad fin. vers. præterea de prohibit. feud. alien. per Fridericum*, & aliis locis, sed
etiam approbatum fuit à jure Canonico *in cap. Cæterum, cap. novit de Judic. cap. ex transmissa, cap. Verum de for. compet.* Gloss. *in cap. Romana §. debet de appell. in 6. v. jure alio*. Optima quidem ratione,
nam cùm remaneat penes Dominum feudi directum 2
Dominium, ab illo debet utile judicari, & ad alliciendum Laicos, ut Ecclesiis feuda concederent.
Durum enim videretur, si concesso feudo à Rege
per dismembrationem ejus Regni, coram alio controversia super illo agitaretur, Card. de Luca *de feud. disc. 34. num. 2. & disc. 54. num.* 12. ac alibi
Fagnan. *cap. Cæterum num.* 4. ubi alii *Repetentes de Judiciis*, Del Bene *de Immunit. cap. 8. dub. 47. sect. 1. num. 13. tom.* 1. Bobadill. *politic. lib. 2. cap. 8. num.* 155. Capon. *discept. 397. numer.* 38. Menoch. *de retin. possess. remed. 3. num.* 376. Solorzan. *de jure Ind. lib. 2. cap. 23. numer. 172. & lib. 3. cap. 2. num.* 72. & Capon. *cit. contr. for. 9. num.* 2. tam
si lis sit inter Clericum, & Laicum, quàm inter 3
Clericum, & Clericum, Mantica *de conject. lib. 23. tit. 3. num.* 85. latè Ansald. *de Jurisd. par. 3. tit. un. cap. 8. num.* 129. Bonac. *tom. 3. in Bullam Cœnæ disp. 1. punct. 6. num.* 6. Duard. *in Bullam prædictam lib. 2. cap. 15. quæst. 11. numer.* 68. & alii
communiter, & adest declaratio *Sacræ Congregationis Episcoporum in Sabaudien.* 19. *Martii* 1602. *&
S. Angeli* 15. *Augusti* 1620. *In causa feudi, Clericus* 4
sub-

subjicitur Domino directo ipsius feudi , *cui etiam ju-*
ramentum fidelitatis præstat, apud del Bene *in addit.*
5 *verb. feudum*. Et in Regno Neapolitano fuit lege
præscriptum per *cap. Regni* Regis Caroli II. incip.
Item statuimus, quod Clerici in nullo casu cogno-
scantur à Judice Laico, præterquam super bonis feu-
dalibus, & pro feudali causa, in quo fit mentio de
6 conventione inita cum S. Romana Ecclesia, de quo
etiam mentionem facit Isern. *in Const. Regni de per-
sonis*, & ibidem Afflict. *in 1. quæst.* & Foller. *4.
col. vers. nec tamen*, *& num. 23. vers. & regulam*,
& in Const. Regni, *si quis Clericus*, de Franch.
decis. 545. *num.* 6.

Si tamen feudum sit Ecclesiasticum, iisdem ra-
7 tionibus causæ spectant ad Episcopum, & ad Pa-
pam, seu alium Superiorem legitimum Ecclesiasti-
cum, ut docet Gloss. *in cit. cap. Verum §. cognitio-
nem de for. compet.* etiamsi Possessor sit Laicus, Ab-
8 bas ibidem *num.* 12. Gonzal. *cap. ex transmissa de
elect. num.* 11. *in fine*, ubi quod si feudatarius Ec-
clesiasticus certi Episcopi sit in Diœcesi alterius, de-
bet conveniri in causa feudali coram Episcopo in-
9 feudante, non obstante quod ratione originis, vel
domicilii habet suum Judicem, quia hoc procedit
in aliis causis, non autem in istis feudalibus, in
quibus consideratur dominium directi Domini in-
feudantis, Fagnan. *in cap. Cæterum numer. 6. de
Judiciis*.

Qui autem sint Judices istarum causarum, pos-
10 set quæri? Et jure feudorum sunt Pares Curiæ, ut
apud Tapiam *dec. ult.* ex textibus dictorum jurium,
& in casu deficientiæ Parium Curiæ, eligi debent
arbitri, Fagnan. *cit. loc. num.* 8. 18. *& seqq.* Vel
potius dicendum, agitandam esse causam coram Ju-
dice Ordinario redeundo ad jus commune, stante
defectu jurisdictionis superinductæ, cùm Judicium
11 Parium Curiæ recesserit ab Aula, communi con-
suetudine, id. Tap. *num.* 8. Card. de Luca *de feud.
disc.* 55. *num.* 3. *& in adnot. ad eumdem discurs.
in supplem.* & notat etiam in feudis Regis Gonzal.
ad cap. Cæterum in fine de Judiciis. Verum tamen
est, quod cùm agatur de causa, in qua concurrit
interesse Procuratoris Fisci, est Judex Præses Came-
12 ræ, prout in aliis causis fiscalibus, ut alibi dicam,
& Neapoli est Regia Camera, Franch. *dec.* 714.
num. 7. hic in Urbe, Tribunal Cameræ, & ubi
13 non adest Judex specialis, est Ordinarius, ut dixi.

Hinc si feudum sit Episcopi, causa cognosci de-
14 bet coram ipso, vel Judice ab eo eligendo, nisi
agatur de ejus jure, quia tunc agi debet prout fuit
dictum, quando potest cognoscere causas, ubi ha-
bet interesse, cùm hujusmodi causæ spectent ad
Episcopum uti infeudantem, vel ad ejus Officialem
Generalem, aliumque Judicem ab eo deputandum
Gloss. *in cit. cap. Verum verb. cognitionem de for.
competen.* & elicitur *ex cap. ex transmissa de elect.*
15 ubi permittitur Episcopo non consecrato posse co-
gnoscere de Causis feudalibus Ecclesiæ, & Gonzal.
ibidem num. 16.

Quodnam autem jus debeat attendi in hujusmodi
16 causis? Et certè, quod debent observari jura feuda-
lia, nisi obstet jus Canonicum, cùm dicta jura
feudalia non sint revocata per jus Canonicum, imò
consuetudine antiquissima semper observata, stante
præsertim defectu juris Canonici in his materiis, ad
Text. *in cap. 1. de nov. oper. nunciat. & can. Re-
prehensibile* 23. *qu.* 8. & plenè Fagnan. *citat. cap.
Quæ in Ecclesiarum numer.* 94. *& seqq. de Constit.*
Pyringh. *citat. quæst.* 23. & deficiente jure feudali,
17 est recurrendum ad jus Civile, vel Canonicum, De
Marin. *quotid. resol. lib. 1. cap.* 120. *num.* 7.

Limitantur tamen prædicta, quod debeat Cleri-
cus conveniri coram Domino Laico, si sit feudata-
rius, ut procedant in Causis feudalibus, & hinc si
18 agatur de Causa inter Dominum, & Clericum
feudatarium, qui neget qualitatem feudalem, &
tunc Possessor videtur conveniendus coram Judice
suo, quia hæc decisio est præjudicialis alteri, & sic
priùs firmari debet status rei feudalis, aliàs daretur
via Laicis sub prætextu qualitatis feudalis, omnes
Clericos ad se avocare. Itaque si causa sit cum 19
Episcopo, & Rege super qualitate feudali, causa
est videnda coram Metropolitano, Bellamer. *ad cap.
Cæterum num. 4. de Judic.* & generaliter Innocen-
tius ibidem *num. 2. circa finem versic. Eodem modo*,
Oliva *de for. Eccles. par. 1. quæst. 26. num.* 55. Boss.
tit. de for. competen. num. 177. Marta *de jurisdict. par.
4. cas. 98. num. 26. & cas. 145. num.* 6. Fagnan. *cit.
cap. Cæterum num.* 13. & eò magis, quia satis cautè
procedere debet feudatarius, ne deneget dominium feu-
di Domini, ne cadat in commissum, juxta *cap. Va-
sall. feud. tit. si feud. controversum fuerit*, *& cap. si
fuerit in tit. de legat.* & sic vera quæstio deciden-
da est inter duos, qui verè sint feudatarii, vel
disputent de feudo jam certo, ad quem spectet.

Limitatur juxta aliquos secundò, quando agitur
actione personali contra Clericum feudatarium, 20
etiamsi contra rem feudalem agatur, puta deposi-
ti, pignoris, &c. ut firmant Fagnan. *cit. loc. num.*
24. Ansald. *cit. num.* 183. Mastrill. *dec.* 117. cùm
tantùm procedat regula in actione reali, & sic in
hypothecaria contra possessorem feudi non obliga-
tum *num.* 11. Verùm hoc indistinctè non placet.
Nam hæc actio personalis habet suum finem circa
rem, quæ nullo modo potest transferri in alium,
sine consensu Domini. Hinc dicerem, quod si aga- 21
tur de actione personali directa in rem ipsam feuda-
lem, nullo modo potest exequi sententia super dicta
re feudali, contra naturam feudi, si non esset hy-
pothecabile, vel alienabile. *Si* verò agatur actione
directa in puram tenutam feudi, seu reddituum, &
tunc certum est non tangi qualitatem feudalem, Stai-
banus *resolut. 62. per tot. & 183. numer.* 7. ubi de
pacto vendendi feudum, & videtur etiam innuere
Mastrill. *citat. dec.* 117. ubi docet in pacto de retro-
vendendo feudum, etsi personalis actio intentetur, 22
tamen quia est directa in feudum, dicitur causa feu-
dalis, *ut num. 4. 9. &* 10. ubi considerat possessio- 23
nem feudi uti allodialem avocandam mediante actio-
ne personali coram Judice Ordinario, avocationem
tamen dominii per pactum de retrovendendo inten-
tandam coram Domino feudi, aliàs statim gravare-
tur Dominus, ut causæ feudorum in præjudicium
aliorum vocatorum, & sui, coram aliis decidan-
tur, ob contractum feudatarii, & ita intelligi de-
bent Doctores citati per Capon. *dicta controv. num.*
24. secus super fructibus, qui habentur pro allodia- 24
libus, ut declarant DD. & Planettus *post contr.* 9.
Caponi *num.* 7. Cyriac. *contr.* 381. *num.* 25. Marta *de
jurisd. par. 4. cent. 1. casu 89. num.* 21. Grass. *de eff.
Cleric. eff. 1. num.* 744.

Limitatur tertiò in Judicio possessorio, Gloss. *in
cap. Cæterum v. quamdiu de Judiciis*, Fagnan. *citat.* 25
loc. num. 26. Gonzal. *ad cap. Cæterum num.* 6. de
Grassis *eff. 1. Cler. num.* 732. & latè D. Episcopus
Tudertinus Planetta, tunc Auditor Eminentissimi
Spinolæ Nuntii Neapolis, in ejus allegatione post *cit.
contr.* 9. Caponi in eadem causa scribens contra
ipsum. Contrarium tamen docent Ansald. *cit. num.*
163. Fragosius *de Republic. Christ. tom. 1. lib. 2.
disp. 4. §. 4. membr. 8. & tom. 3. quæst. 3. lib. 8.
disp. 17. §. 3. Add. ad* Buratt. *cit. loco litt. E.* de
Grassis *eff. 1. à num. 718. & seqq.* Del Bene *de Im-
munit. tom. 1. cap. 7. dub.* 3. & latè Capon. *cit. contr.
9. per tot.* Regens Rovitus *pragm. 2. de Cler. seu
Diacon.* Sylvatic. *numer. 15. &* 16. ait spectare pos-
sessorium hujusmodi causarum ad Judicem Ecclesia-
sticum de jure Canonico, sed non de jure Civili,
nam possessio non tangit substantiam rei, & est quæ-
stio facti, non juris.

In hoc verò aut agitur de pura tenuta feudi, & ut
dixi hæc est allodialis, durante vita feudatarii, & cer- 26
tè, quod tam in possessorio, quàm petitorio non
dicitur causa feudalis. Vel de pura manutentione feudi
in

27 in Judicio summariissimo, & tunc quia agitur de
mera detentatione facti, Clericus spoliatus potest
agere Interdicto retinendæ coram Episcopo. Vel si
procedatur criminaliter, ut dixit idem Fagn. *citat.*
28 *numer.* 31. quia esset spoliator sacrilegus subripiens
rem de facto à Clerico, vel Ecclesia, quod procedit
29 etiam in Vidua, quæ uti oppressa potest implorare
Judicis Ecclesiastici officium, ut spolium reintegret,
ut in terminis feudi habetur in *cap. ex parte de for.*
compet. in quo agitur de Regina spoliata, quæ uti Vi-
dua intentavit Judicium *Unde vi* pro recuperatio-
ne feudi coram Ecclesiastico, quod procedit in qua-
libet Persona miserabili, quæ est de Foro Ecclesiæ,
30 ut alibi dicam. Aut agitur de possessorio plenario,
& tunc quia istud satis conducit ad petitorium,
& illud est hujus præpararotium, spectat cognitio
ad Dominum Feudi. Ita distinguit idem Fagnan. *num.*
28. *& seqq. ibidem*, & declaravit *Sacra Congregatio*
Episcoporum in Sabaudien. 19. *Martii* 1602. *& S.*
Angeli 15. *Augusti* 1620. ibi: *Sive agatur in Judicio*
petitorio, sive possessorio, feudi causam spectare ad
Dominum Laicum etiam contra Clericum feudatarium
apud del Bene *in add. verb. feudum*. Et ita interpre-
tari possunt citati Auctores in contrarium, quia se
fundant in eo, quia judicium possessorium tangit etiam
titulum; aliàs numquam causa posset dici feudalis,
31 & in casu per Caponem allegato, agebatur de jure
pascendi in feudo prætenso ab alio feudatario. Cer-
tum est enim, quod possessio in dicto jure pascendi
percuteret etiam titulum feudalem; quia unum ex ju-
ribus feudi, est jus pascendi, & PP. Carthusiani sup-
ponebant habere privilegium Regis, & ideo juxta al-
legata à Capone resolvit Regia Camera Neapolis
causam spectare ad Judicem Laicum; non enim age-
batur de possessione tenutæ, sed impugnabatur jus
feudi concessi, quod non haberet jus pascendi pri-
vativum, stantibus privilegiis ejusdem Regis, cujus ta-
32 lem controversiam decidere erat. Secus autem si aga-
tur de mera tenuta, quæ dicitur allodialis, ut dixi
supra, & firmarunt tot Doctores etiam Regnicolæ
Galeota *contr.* 28. *num.* 6. *lib.* 1. Freccia *de subfeud.*
concl. 6. *cap.* 5. De Marinis *cap.* 38. *num.* 24. *lib.* 2.
& alii citati per Bich. *decis.* 96. *num.* 17. aliàs *decis.*
100. *par.* 9. *rec. & in Aprutina Plebania* 22. *Junii*
1693. §. *Nam objectum, & seq.* coram Domino Mu-
to, ubi dicitur, quod in pura tenuta feudi non con-
33 sideratur jus feudale; unde etiam si petatur manu-
tentio feudi in pura detentatione facti, tunc tantùm
judicium versatur circa tenutam. Si verò judicium
34 sit in possessorio plenario, itaut debeat degustari ti-
tulus, tunc est feudalis causa, quia non agitur am-
plius de pura tenuta, seu spolio detentoris, ut pro-
35 cedunt citati DD. & in hoc sensu Fagnanus dixit Ju-
dicium possessorium non esse feudale, itaut carpi non
mereatur à Capon *cit. num.* 20. *&* 22. quia verè Fa-
gnanus intellexit de illa possessione materiali, & su-
perficiali, quæ idem sonat, ac tenutam, in qua
non cadat discussio tituli adminiculativè, ut ipsius
Fagnani sunt verba in *cit. cap. ceterum numer.* 28.
Non sufficit enim, quod possessio sit facti, ad
quem scilicet spectet possessio feudi, sed quod ne-
que adminiculativè debeat inspici titulus, puta si
quis spoliaretur per vim tenuta, & possessione feu-
di, sine alio titulo feudali, ut in *cit. cap. Ex par-*
te. Secus verò si quis prætenderet tenutam alio ti-
tulo feudali; quia tunc debet cognosci saltem ad-
minicularivè de titulo, ut erat casus Caponi; aliàs
36 si opinio Caponi esset vera super pura tenuta omni-
nò independenter à titulo, sequeretur, quod con-
37 tra Clericum feudatarium non possent exequi fructus
feudi per Judicem Ecclesiasticum, quod vanum est
asserere ex dictis; & si esset intelligenda opinio
Fagn. prout incongruè intelligit Caponus, ille fuisset
sibi contrarius, nam admittit in Judicio possessorio,
in quo titulus adminiculativè feudi discutitur, Judi-
cem feudi procedere, & scripsisset ille accuratus Do-
ctor contra resolutiones S. Congregationis supra ad-
ductas, & per Nicol. *lib.* 5. *tit.* 39. *elucubrat. Can.*
Ex. 14. *num.* 99: in quibus dicitur causa possesso-
rii spectare ad feudi Dominum. Et sic concluden-
dum, in pura manutentione si agatur de fructibus 38
feudi, & feudo materialiter sumpto, itaut tantùm
nuda possessio debeat inspici, certum est eo casu
non deberi cognosci causam juribus feudorum, nec
ullam fieri injuriam proprietati, quæ est sub Domi-
ni tutela. Si tamen possessio non sit clara, sed de-
beat gustari de titulo, & tunc spectat cognitio ad
Dominum feudi, quia debet inspici, cui titulus as-
sistat, ejusque præjudicium consideratur.

Nec tandem obstat id, quod dixit Capon *citat.*
numer. 20. *&* 21. quod sicuti prohibetur cognitio 39
causarum Beneficialium, & Matrimonialium, alia-
rumque spiritualium Judici Laico, etiam in pura 40
cognitione facti, ita è contra dici debeat. Nam
frigescit paritas. In iis enim causis spiritualibus,
detentatio nequit à titulo separari; hinc eo ipso, 41
quod mulier agit pro manutentione in matrimo-
nio, debet producere titulum Matrimonii, & sic
in beneficialibus, quia sine Institutione, seu colla- 42
tione Ecclesiastica, titulus non resultat, ut opti-
mè del Bene *de Immunit. tom.* 1. *cap.* 3. *dub.* 7.
sect. 1. *num.* 8. *&* 9. *cit. & sect.* 3. *numer.* 1. ubi
quod hujusmodi causæ habeant admixtam causam pro- 43
prietaris. Hinc Auditor Cameræ quia non est Judex
in beneficialibus, neque potest cognoscere causas
manutentionis inter beneficiatos, ut pluries dixit
Rota, præsertim coram Caval. *decis.* 32. *& dec.* 224.
& nos alibi. Ergo ex eadem doctrina, & theori-
ca Caponi firmum remanet posse Judicem Ecclesia-
sticum cognoscere de manutentione super feudo,
quatenus non debeat neque adminiculativè cogno-
sci de titulo; secus spectare ad Dominum feudi;
quia potest dari casus Judicii manutentionis, ut non
sit necessaria mixtura tituli ipsius feudi.

Sed quid dicendum, si agatur de privatione feu-
di contra Clericum delinquentem? Et tunc causa 44
delicti est facienda coram Judice Ecclesiastico, quia
tangit Personam Clerici penitus exempti à Jurisdi-
ctione Laicali; idemque super legitimitate Perso-
næ, ut prosequitur Fagnan. *numer.* 30. & decidit
eadem *Sacra Congregatio, ubi supra*, ibi: *Si tamen*
deliqueris, scilicet Clericus, *non potest ab ipso*, sci- 45
licet Laico, *corporaliter puniri. Sed si delictum me-*
reatur privationem, poteris feudo privari, nisi feu- 46
dum sit Ecclesiæ. Et tandem in casu, quo Judex
Laicus nequit justitiam administrare, ut est Textus 47
in cap. caterum, ubi Glossa *verb. quamdiu parati*
fuerint de Judiciis, scilicet, ut debeat conveniri
coram Laico Domino, si paratus fuerit facere justi-
tiam, ubi *repetentes* latè adducti à Fagnan. *ibidem*
num. 34. & nos dicemus alio loco, ubi de Judice
Ecclesiastico supplere debente partes Judicis Laici,
& plenè de hujusmodi judicio feudali inter Cleri-
cos coram Domino Laico videndi sunt, ultra cit. 48
Barbos. Fermosin. & alios Canonistas ad cit. Textus,
Tondut. *de prævent. par.* 1. *cap.* 11. Cyriac. *contr.*
381. *num.* 17. Alteserra *de feud. cap.* 12. Arniseus
de Jur. Majest. cap. 5. *num.* 6. Cujacius *in cap. ce-*
terum de Judiciis, & cap. ex transmissa de for.
compet. Fachineus *lib.* 2. *controv. cap.* 10. Duare-
nus *de feud. cap.* 20. *&* 21. Bajard. ad Clarum §.
feudum quæst. 90. *numer.* 8. Surd. *cons.* 396. *lib.* 4.
latè Diana *par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 59. & P. Stepha-
nus de Neapol. *tract. de restit. lib.* 2. *cap.* 61. *per*
tot. Marta *de Jurisdict. cent.* 1. *casu* 89. ubi plenè
de Judice competenti in causis feudalibus.

In hac eadem materia poterit quæri, an si Epi-
scopus feudatarius fuerit vocatus à Rege ad præ- 49
standa regalia, & eodem tempore à Papa, cui de-
beat obedire, & quid si à Metropolitano? In pri-
mo casu videtur opinio amplectenda, quod sem-
per Papæ est potiùs obediendum exemplo D. Pe- 50
tri *Lucæ* 5. *Et quod relictis omnibus, etiam rega-*
libus sequatur Papam, docet Gloss. *in cap. cum*
para-

parati ver. in legatione Regis de appell. Host. ibid. num. 4. Jo: Andr. *numer.* 7. Præpositus *num.* 20. *in fin. vers. & prædictus articulus*, ubi quod est communis interpretatio, *Innocentius* optimè *ibidem*, ubi quod tam ratione honoris, qui debet præstari Summo Pontifici super omnes terrenas dignitates, quàm jurisdictionis, cùm ille sit super omnes Reges, Fagnan. *cap. Qualiter numer.* 18. *de Cler. non resid.* Ita tenetur potius obedire Legato Papæ, qui repræsentat ipsum Papam, ex eodem contextu Textus *cit. cap. cum parati ubi* cit. Gloss. *v. in legatione de appellationibus*. Si verò Episcopus habens tamen re-
51 galia vocetur à Rege, & Metropolitano, aliqui dicunt debere obedire Regi, ex *Can. Si in morte §. ecce* 23. *quæst.* 8. *& Can. Si vobis* 27. *ead. caus. & quæst.* ibi: *Nisi forté hi, qui à Religiosis Imperatoribus, vel invitati, aut vocati fuerint, Can. Si Episcopus* 18. *dist.* ibi: *Excepta præceptione Regia. Et in Auth. quomodò oporteat Episcopos §. Illud*, aliàs est §. *Et etiam definimus col.* 1. ibi: *Nisi hoc per Imperialem fiat Jussionem*. Sed prædicta jura intelligi
52 debent de Episcopo feudatario, vel si Rex esset Legatus Papæ, ut plenè ex aliis Fagnan. *cit. loc. num.* 16. *& num.* 19. & aliis casibus non tenetur obedire, quia nullum imperium contra Ecclesiasticos in Principe Laico, *ibid.* & agit quod Episcopus feudatarius vocatus non incurrat pœnas contra non residentes, ubi de *Constitutione Urbani VIII. circa residentiam num.* 14. *& sequ.* Barbos. *ad cap. parati num.* 8. *de appell.* Igitur si tenetur ad regalia, tenetur potiùs obedire Regi ex juribus, & Doctoribus citatis, tamen hoc non procedit, si Metropolita-
53 nus ei injungat sub præcepto obedicoriæ. Nam concurrente duplici præcepto, debet servari id, quod magis ligat. Certum est, quod jurisdictio Archiepiscopi erga Episcopum est spiritualis, illa Regis quoad feuda, est temporalis, spiritui enim potiùs, quàm carni est parendum, *cap. Solita de major. & obed.* Ita Innoc. *cit.* Hostien. *num.* 4. Jo: Andr. & alii apud Fagnan. *num.* 28. *in fin.* Præsertim si adsit
54 legitima causa in Archiepiscopo præcipiendi, puta pro Concilio Provinciali, & agendo de hoc, dicam infra in Commentario sequenti.

Idem videtur dicendum de Clerico feudatario, ut
55 debeat accedere potiùs ad Regem, quàm Episcopum vocantem, nisi iste sub præcepto obedientiæ,
56 præsertim accedente justa causa Concilii Diœcesani, jubeat ad se venire, ex iisdem juribus, & rationibus supra enunciatis.

SECTIO V.

An causæ, quæ vertuntur inter Laicos subditos feudatario Ecclesiastico, devolvantur per appellationem ad Dominum directum feudi, vel ad Superiorem Ecclesiasticum feudatarii?

SUMMARIUM.

1 *Appellatio est dirigenda ad Superiorem Ecclesiasticum, quando feudatarius est Laicus, & Ecclesia est Domina directa.*

2 *Existimatur perdifficile, quando Ecclesia est feudataria, & Dominus directus est Laicus asserere, ad quem sit appellandum.*

3 *Appellatio non est deferenda ad Dominum feudi concedentem, quando fuit facta concessio Sedi Apostolicæ, & quare? & n. n. seqq.*

4 *Plura Regna in feudum se dediderunt Sedi Apostolicæ, & hæc numquam serva, seu feudataria fuit.*

5 *Aliæ rationes pro conclusione supra num.* 3.

6 *Si Episcopus, vel Ecclesiasticus Judex judicet uti Laici delegatus, ad quem appellari possit?*

7 *In feudis concessis inferioribus Ecclesiis, quæ assumpserunt naturam liberorum, & allodialium, appellatio non est deferenda ad Dominum feudi, & quid in aliis veris feudis, & n. n. seqq.*

8 *Doctores laborant in perquirendo, an in Investitura feudi facta Ecclesiæ Dominus concesserit supremum suum Dominium.*

9 *Durum est Dominum feudi concedentem voluisse concedere altum suum Dominium ejus ossibus inhærens.*

10 *In hac materia standum est consuetudini.*

11 *In materia feudorum consuetudines, & observantia pro legibus habentur, & quando secus.*

12 *Communi usu receptum est appellationes ab Ecclesiasticis feudatariis ad concedentem jurisdictionem deferri.*

13 *Episcopus feudum, seu jurisdictionem Laicam habens potest deputare Officialem Laicum.*

14 *Non expedit Episcopo deputare Officialem Laicum perpetuum, imo debet quandoque per se, vel per suum Vicarium, aut Clericos delegatos causas inter Laicos terminare.*

15 *Episcopus debet manuteneri in possessione deputandi Clericos pro administratione Baroniæ suæ, non obstante Pragmatica sæculari.*

16 *Appellatio est deferenda ad Judicem Ecclesiasticum, quando Officialis Ecclesiasticus Episcopi, vel ipse Episcopus uti Episcopus causas determinaverit, & quando secus.*

17 *Appellatio ab Officiali Laico, seu Vice-Barone Episcopi Baronis, qui consuevit inter Laicos judicare, est deferenda ad Superiorem Dominum feudi, & quare nu. seq.*

Causa dicitur Ecclesiastica non tantùm ratione materiæ, & personarum, sed etiam ratione Judicis, quod comprobatur multis rationibus, ibid.

18 *Effecta causa Ecclesiastica per determinationem Judicis Ecclesiastici quovis jure procedentis, appellatio est proponenda ad Superiorem Ecclesiasticum.*

Eminentissimus, & Reverendissimus Cardinalis Joseph Sacripanti laudatur, ibidem.

19 *Recensetur casus decisus per Cameram Spirensem.*

20 *In Officiali Ecclesiastico uti Ecclesiastico electo non potest considerari reduplicativa personarum, quæ consideratur in Episcopo Barone eligente.*

21 *Judex Ecclesiasticus non desinit esse talis per judicium in causis prophanis inter Laicos.*

22 *Judex Ecclesiasticus non est incapax respectu Laicorum, sed tantùm incompetens, quapropter potest ejus jurisdictio prorogari.*

23 *Jurisdictio Judicis Ecclesiastici quocumque jure prorogata, non est diversa, sed ejusdem naturæ ac propria.*

24 *Non est necessaria consuetudo immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo pro inducenda jurisdictione Officialis Ecclesiastici in Laicos, sed sufficit ordinaria absque titulo putativo.*

25 *Jura, quæ nequeunt in totum præscribi, possunt diminui, & moderari, accedente capacitate præscribentis.*

26 *Decimæ licèt consuetudine præscribi non possint, possunt tamen præscriptione limitari, diminui, vel moderari.*

27 *Consuetudo immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo requiritur, quando jus resistit etiam consuetudini, secus, quando illi defert, vel etiam si vehementer non resistat.*

QUatenus non agatur de causa feudali, est dubitandum, an causæ, quæ vertuntur inter Laicos subditos feudatario Clerico, devolvantur

per

per appellationem ad Dominum feudi, vel ad Supe-
riorem Ecclefiaftici feudatarii? Certum eft, quod fi
feudatarius fit Laicus, & Ecclefia fit Domina, nul-
1 la videtur poffe oriri difficultas, cùm concurrat com-
petentia Superioris Ecclefiaftici in Vafallos feudata-
rios, de quo agit Spada *conf.* 1. *lib.* 1. & regulariter
dicitur refervatum altum dominium penes Sedem Apo-
ftolicam, Card. de Luca *difc.* 128. *num.* 3. *de feudis*, &
priùs *difc.* 60. *eodem titulo*.

Alius cafus eft, fi Ecclefia fit feudataria, & Prin-
2 ceps concedens feudum fit Laicus, in quo themate
durum eft aperire fenfum, ut benè advertit citatus
Card. de Luca *in annotat. ad cit. difc.* 60. *de feudis
in fupplem.* Et in hoc confiderandum, quod fi aga-
3 tur cum Sede Apoftolica feudataria, nulla poteft con-
fiderari ratio, cùm acquirendo ipfa feudum à Rege,
videtur omnimodam & totalem jurifdictionem præ-
cifam à quocumque alto dominio acquifiviffe, cùm
incongruum fit eam uti Matrem, & Superiorem
omnium, alterius fubjacere poteftati. Videmus enim
in Sacra Hiftoria plura Regna in feudum fe dedidiffe
Ecclefiæ Romanæ, hæc autem numquam fervam,
4 quod idem fonat, ac feudataria, cuique fe profeffa
fuit. Imo concurrit altera ratio, nam cùm apud Ec-
clefiam fit actualiter poteftas fpiritualis, habitualiter
etiam temporalis, ut alibi dicemus, quotiefcumque
temporalis unitur habituali, redit ad fuum primum
effe, à quo incœpit, & fic nequit amplius confide-
5 rari diftinctio illa temporalis, ob quas rationes Do-
ctores communiter docent nullum remanere jus penes
Dominum directum, Bart. *in proœm. Digeft. num.* 15.
Jo: Andr. *ad Specul. in tit. de jurifdict. omnium judic.*
in Gloff. *vidifti duas*, & alii citati à Peregrin. *conf.* 1.
Spad. *conf.* 1. *lib.* 1. Pelliccion. *Illuftr. qq. quæft.* 3.
verf. Limitatur.

Ita fi Epifcopus judicet, ut delegatus Laici, &
6 tunc debet appellari ad Delegantem, ut in his termi-
nis Gloff. *in can. fæpè u. fupplicis* 23. *quæft.* 8. Anca-
ran. *ad cap. Romana* §. *debet notab.* 14. Pafferin. *ibid.
num.* 35. *de appellat. in* 6.

Difficultas igitur remanet in Ecclefiis inferioribus,
an confiderari debeat idem jus, cùm ceffet ratio fu-
pradicta, nam paffim videmus à Sacris Canonibus
feuda permiffa Ecclefiis, & Ecclefiafticis. Et quo
ad hoc dicendum, vel feuda iftis conceffa ftatim affu-
7 mere naturam liberorum, & allodialium, & in hoc
cafu videtur fublata quælibet qualitas feudalitatis, prout
tuetur Spada *cit. lib.* 1. *conf.* 5. & 6. Sed durum eft,
fi agatur de proprio, & vero feudo, quia tunc cer-
tum eft fuiffe refervatum altum illud Dominium Prin-
cipi concedenti, ut procedunt Doctores adducti di-
ftinguentes qualitatem feudalem à non feudali, ut ex
lectura conftat, & ultra eos diftinxerunt Pellic. *citat.
quæft.* 3. Doctores *ad cit. cap. Romana*, præfertim Paf-
ferin. *citat. num.* 35. fignanter verò fi fuerit hoc refer-
vatum in inveftitura, quod fieri poteft, ut gloff. *in
cit.* §. *debet* ☞ *jure alio in addit.* ad inftar Patroni, ut
ibi dicitur, qui poteft ponere conditiones juri non
conformes, *cap. præterea de jurepatr.* Lambert. *de jure-
patr. lib.* 2. *qu.* 1. *art.* 7. *num.* 2. & Rot. *decif.* 489.
num. 10. *par.* 19. *tom.* 2. *recen.*

Hinc fe torquent Scriptores pro inveftiganda quali-
8 tate inveftituræ, an verè importet conceffionem cu-
jufcumque alti dominii. Sed durum quoque videtur,
9 pofita quacumque conceffione, poffe, aut velle
Principem concedentem fe exui illo alto dominio ejus
offibus, ut dicunt, adhærente, & quidem compati-
bili cum quacumque jurifdictione etiam aliqualis al-
ti dominii conceffi feudatario, ut explicat Card. de
Luca *difc.* 128. *num.* 13. & 14. *de feud. in fuppl.* Igi-
tur in hac materia ftandum effe confuetudini, opti-
10 mæ legum interpreti, ut formata quæftione, ex pro-
feffo tradit Card. de Luca *difc.* 60. *de feudis*, occafio-
ne conceffionis, quam habet Capitulum Lucenfe præ-
tendens caufas non devolvi ad Rempublicam, ibi *num.*
16. & *per tot.* quæ caufa fuit poftea concordata, *ut in
annot. ejufdem* Card. de Luc. *in cit. difc. in fupplemen-
to*; & regulariter procedit in materia feudorum, quod
confuetudines pro legibus fervantur, dummodò non 11
fint contra honeftatem, & Ecclefiæ Immunitatem
Riminald. Jun. *conf.* 557. *num.* 25. *lib.* 5. & facit Gloff.
2. *in principio de feudi cognit.* Buttr. *conf.* 171. *num.*
11. Piag. *de conf. quæft.* 11. *num.* 88. Intrigl. *de feud.
cent.* 1. *quæft.* 28. *num.* 5. & *cent.* 2. *art.* 1. *num.* 231.
& *feq.* Pelliccion. *Illuftr. quæft. qu.* 3. *per totam*, ubi
in fine dicit ufu appellationes fupradictas ad conce-
dentem jurifdictionem deferri, Freccia *de fubfeud. de
diff. inter feud. quaternatum*, & *de tabula dif-
fer.* 13.

Verùm in hac controverfia ad majorem materiæ 12
captum aliam diftinctionem adduco, ut cognofci
poffit, quando ad Superiorem Laicum feudi, &
quando ad Superiorem Ecclefiafticum feudatarii ap-
pellari debeat in præfatis caufis, etiamfi conftaret
Principem Laicum non conceffiffe illud altum do-
minium, & fupremum, quod fuis offibus inhære-
re dicitur.

Certum eft Epifcopum feudum, feu jurifdictio-
nem Laicam habentem, poffe deputare Officia-
lem Laicum pro expediendis caufis prophanis inter 13
Laicos fibi fubjectos, quem tamen non expedit de-
putare perpetuum, imo quandoque per fe ipfum vel
fuum Vicarium, aut alios Clericos à fe delegatos de- 14
bet caufas terminare (præter illas fanguinis) ne aliàs
exponatur periculo amittendi jurifdictionem fuam per
ufurpationem Laicorum, ut fuit refolutum per *Sac.
Congregat. Epifcoporum in Mantuana* 16. *Maji* 1581.
Et quoties invenitur Epifcopus in poffeffione depu-
tandi Clericos pro adminiftratione Baroniæ fuæ Ec- 15
clefiæ, debet in hac poffeffione manuteneri, non ob-
ftante quacumque etiam Pragmatica fæculari, dum-
modò non agatur de caufa fanguinis, ut eadem *Sac.
Congregatio in S. Marci* 23. *Aprilis* 1607. apud del Bene
de Immunit. in add. verb. feudum.

His ita fuppofitis dico, quod fi Epifcopus confue-
verit deputare Officialem Ecclefiafticum pro caufis
inter Laicos, vel ipfe tamquam Epifcopus judicium 16
proferre, & tunc, quia Judicium fit ab Ecclefiafti-
co, præfumptio eft quod Ecclefia habuerit feudum in
allodium, & quodcumque dominium ad illam tran-
flatum, præter altum, ut jus belli, Monetæ, ac
hujufmodi, Oldrad. *conf.* 159. ubi de communi Clar.
§. *feudum quæft.* 17. Ponte *dec.* 2. Spada *conf.* 1. &
alii citati, & facit textus clarus *in cit. cap. Roma-
na* §. *debet de appell. in* 6. ubi Papa ponit regulam,
quod debeat appellari ad Judicem Ecclefiafticum, nifi
de confuetudine, privilegio, aut jure alio, aliter fit
dicendum; unde affiftit regula Ecclefiaftico. Nec
dici valet quod ly *alio jure* intelligatur de his caufis
temporalibus, quia adeft regula fpecifica fuper caufis
temporalibus ibi: *debet ad eos*, fcilicet ad Archiepifco-
pos, *ab Epifcopis præfata Provinciæ fuper caufis, in
quibus temporalem jurifdictionem exercent*, ubi Gloff.
v. temporalem, explicat in caufis delictorum, & fub-
jungit de ufu contrario certi Regni, unde regula eft
pro Ecclefia. Si verò probetur refervatio, vel cla-
ra, vel elicita ex qualitate ftrictæ conceffionis in ve-
rum feudum, vel confuetudo, quæ debet effe præ-
fcripta, ut bene Gloff. *ibid. verb. de Confuetudine*,
tunc contrarium eft dicendum, nifi pro parte Epi-
fcopi contrarium probaretur per confuetudinem,
quæ prævaleret, cum juri fit conformis, Barbof. *cit.
cap. Romana* §. *debet*, Soar. de Pace *in praft. tom.* 2.
par. 5. *cap. Un. num.* 4. *in fine*. De ufu autem
vel communi, vel certarum Provinciarum, nil di-
cendum, fed refervandum in facti contingentia, &
in dicto cafu appellatio debet dari à Judice Ecclefia-
ftico ad Superiorem Ecclefiafticum, & non ad Lai-
cum Dominum feudi.

Si verò Epifcopus confueverit duos Officiales de-
putare, unum Laicum, alterum Ecclefiafticum, & 17
primus vice Baronis judicet inter Laicos, tunc
præfumptio eft, ut fit refervatum jus devolvendi ap-
pellationes ad Dominum feudi Laicum, nec poteft
depu-

deputari Vice-Baro Ecclesiasticus, *cap. Clericis, Ne*
Clerici, vel Monachi.
Etenim causa dicitur Ecclesiastica nedum ratione
materiæ, & personarum, sed etiam ratione Judicis,
tametsi procedatur in causis prophanis inter Laicos
Vvamus *conf.* 175. *num.* 7. ibi: *Causa Ecclesiastica*
variis modis consideratur non tantum ratione mate-
ria &c. aut persona conventa, &c. Verùm etiam in-
tuitu solius Judicis, qui de causa cognoscit, sive sit
spiritualis, sive prophana, & num. 8. *Et in cap. Si*
duobus 7. §. *Denique de appellat. in princ.* Joannes
Chokier *de vindic. libert. Eccl. par.* 1. *cap.* 14. *nu.*
12. 13. & pleniùs *cap.* 23. *numer.* 7. ibi: *Accedit,*
quod in appellatione interponenda, inspicienda sit
non qualitas causa, aut litigatorum, sed Judicis, à
quo provocatur; unde si Judex Ecclesiasticus semel
de causa merè prophana, & inter personas merè pro-
phanas cognoverit, talis causa naturam suam muta-
vit, & ex prophana fit Ecclesiastica in quacumque
instantia, & in cap. 26. *num.* 12. *& seqq.* Zipæus
de jurisdict. Eccl. & civil. lib. 2. *cap.* 79. ibi: *Et*
causa quamvis prophana in judicium Ecclesiasticum
semel rite producta, fiunt deinceps fori Ecclesiastici,
itaut Saculari manum apponere non liceat. Erasm. à
Chokier *de jurisdict. in exempt. par.* 2. *de conserv.*
Eccles. quast. 129. *sub num.* 9. *Causa censetur Eccle-*
siastica non modò respectu materie illius, sed etiam
respectu Judicis Ecclesiastici. Stephan. Rausin. *in*
ejus leod. lib. 2. *cap.* 25. *ante finem fol.* 559. *&*
560. ibi: *Causa que coram officialium Curiis tra-*
ctantur, sunt Ecclesiastica, aut ratione materia, aut
ratione persona conventa, aut ratione Judicis Eccle-
siastici. Et rejecto Mindano in contrarium citato
cum singulis ejus rationibus ex professo tractat, &
perbellè resolvit Henric. Bocer. *de jurisdict. cap.* 3.
à num. 34. *usq. ad* 44. *fol.* 103. *& seqq.* & com-
probat etiam *Roman. cons.* 265. *nu.* 2. quem sequitur
Francesc. *de competen. jurisd. inter cur. qu.* 18. *nu.* 13. 14.
Effecta igitur causa Ecclesiastica per determina-
18 tionem Judicis Ecclesiastici, sive ille processerit per
viam prorogationis, sive ex ejus originaria jurisdi-
ctione, vel ex consuetudine, non ad Superiorem
feudi, sed ad Superiorem Ecclesiasticum Judicis esse
appellandum firmant *supracit. Doctores*, & egregiè
firmatur in docto, & erudito opusculo defensionis
jurisdictionis Ecclesiasticæ circa appellationes ab Of-
ficiali Episcopi Leodien. in causis prophanis inter
Laicos ad Ecclesiasticos Superiores, edito ab Emi-
nentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali
Josepho Sacripante, virtute eximia prædito eximia-
que prudentia per tot forenses gradus, prius exer-
citus, dignèque ad Purpuram à S. M. Innocentio
XII. & à S. D. N. Prodatario electo.
19 Hanc præsentem veritatem agnovisse Cameram
Spiren. ex ipso Mindano contradicente probat cit.
Joannes Chokier *cap.* 26. *num.* 16. 17. ubi refert
quandam causam cujusdam Catharinæ Vvebers, quæ
post sententiam Officialis Coloniæ, & postmodum
delegatorum Apostolicorum appellaverat ad Came-
ram Spiræ, & ista, non obstante, quod agnoverit
causam re integra fuisse sæcularem, adhuc propter
instantias factas coram Ecclesiasticis declaravit suam
jurisdictionem non esse fundatam, & processum
denegavit, de quo constare dicit in Symphor. *sup-*
plicat. Camer. tom. 1. *par.* 2. *tit.* 7. *in fine*, quod
etiam multis præjudiciis ab eadem Camera Spiren.
fuisse recognitum, & probatum, contestatur Rausin.
in eod. lib. 1. *cap.* 7. *fol.* 99. *&* 100.
Nec in isto officiali Ecclesiastico uti Ecclesiastico
20 electo considerari potest reduplicativa personarum,
prout in Episcopo, scilicet uti Episcopus, & uti
Baro est; nam cum non procedat Episcopus, sed of-
ficialis, qui deputatur, & jurisdictionem exercet
tamquam Ecclesiasticus, cessat respectu ejusdem quod-
cumque suppositum reduplicationis personarum, vel
jurisdictionum, ita si procedit Episcopus uti Epi-
scopus tantùm.

Minùs relevat, quod Officialis iste cum judicet
causas prophanas inter Laicos, desinat, quoad il- 21
las, esse judex Ecclesiasticus. Nam Laici possunt
prorogare jurisdictionem judicis Ecclesiastici, qui 22
respectu ipsorum non dicitur incapax, sed incom-
petens, ut alibi dicam; exinde sequitur, quod quan-
do judex Ecclesiasticus cognoscit inter Laicos, vel
ex consensu, vel ex consuetudine, aut privilegio,
talis jurisdictio prorogata non est diversæ, sed ejus- 23
dem naturæ, ac jurisdictio propria, seu præexistens
apud Judicem prorogatum, juxta communem sen-
sum Canonistarum, & Civilistarum, Zabarel. *in cap.*
Significasti num. 7. *ubi* Fermosin. *quast.* 10. *numer.*
15. *in fine de for. competen.* Imola *in cap. P. & G.*
40. *de off. Jud. de leg.* Bart. *in l. Episcopale C. de*
Episcop. audien. ubi monet perpetuò menti tenen-
dum, Cyn. *in l. Si quis ex consensu nu.* 17. 18. *C.*
eod. Cagnol. *in l. cum quadam puella num.* 26. *ff.*
de jurisdictione omn. jud. Dec. *cons.* 3. *numer.* 8.
Parif. *cons.* 43. *numer.* 1. *lib.* 1. Carleval. *de jud.*
lib. 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quast.* 8. *sect.* 6. *num.* 1237. *vers.*
deinde Amat. *resol.* 65. *num.* 38. Bocr. *dec.* 284. *num.*
12. Grammat. *decis.* 9. *numer.* 3. Ruginell. *ad Casar.*
Const. de appellat. §. 2. *cap.* 2. *num.* 84. & Scialoya *de*
for. competen. cap. 12. *num.* 57. Hinc ad rem, etsi
Constitutio Ægidiana prohibens appellationem in cer-
tis casibus sit Laicalis inter Laicos tantùm procedens,
si tamen causa agitetur in Curia Ecclesiastica, quam-
vis inter Laicos, & causa sit prophana, tamen non
est locus Ægidianæ, & admittitur appellatio juxta
jus Canonicum, ut pluries, me Votante, Si-
gnatura Justitiæ rescripsit *de appellatione*, & ita
servatur.
Ad inducendam autem talem consuetudinem su-
per cognitione causarum inter Laicos per Officialem 24
Ecclesiasticum, non requiritur illa centenaria, &
immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, quia
cùm non sit in totum exclusiva jurisdictionis Laico-
rum, sed tantùm limitativa certorum casuum, & per-
sonarum, quæ possent, si mallent, litigare coram
Officiali Laico, aut ipsomet Episcopo uti Barone, &
Domino temporali, sufficit si sit ordinaria, seu re-
gularis absque titulo putativo. Jura enim quæ ne- 25
queunt in totum præscribi, seu consuetudine omni-
nò evelli, adhuc concurrente capacitate præscriben-
tis, possunt diminui, seu moderari præscriptione
seu consuetudine, quæ illorum partem, modum,
certosque casus, seu quasdam personas respiciat,
juxta communiter receptam distinctionem, *de qua*
Card. de Luca *de benefic. disc.* 32. *num.* 8. *de pens.*
disc. 34. *num.* 12. *&* 13. & in Miscell. *Eccl. disc.* 5.
num. 31. & Rota *decis.* 731. *&* 764. coram Emerix.
Jun. & Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 8. *numer.* 15.
& in fortioribus terminis decimarum, præsertim præ- 26
dialium, quæ de jure Divino solvuntur in signum
universalis Dominii Omnipotentis Dei, juxta *cap. sua*
il Primo, & cap. sua il Secondo extra de decim.
quæ licèt consuetudine, vel præscriptione in totum
evelli non possint, possunt tamen præscriptione,
vel consuetudine limitari, diminui, seu moderari
quoad modum, locum, & tempus solutionis, aut
quantitatem, & speciem fructuum, ut testantur
Doctores *in tract. de decim.* Rebuff. *quast.* 13. *num.*
46. *& seqq.* Monet. *cap.* 5. *quast.* 4. *numer.* 87. *&*
seqq. Card. de Luca *disc.* 1. *num.* 25. *& disc.* 14.
num. 9. Rota *decis.* 23. *num.* 1. *&* 3. *par.* 6. *& decis.*
407. *à num.* 7. *par.* 18. *recent.* & alibi dicam. Si
ergo procedent prædicta in moderatione, seu limita-
tione juris Deo debiti, in signum sui universalis Do-
minii, quantò magis debent admitti in aliquali di-
minutione, seu distinctione juris Laicalis? Imo con-
suetudo centenaria, vel immemorabilis præscriptio,
seu quadragenaria cum titulo tunc requiritur, quan-
do actus, nedum est contra dispositionem juris, sed 27
ipsum jus consuetudini, vel præscriptioni vehemen-
ter resistit, irritando quascumque consuetudines,
secus autem quando, ut in præsenti quæstione, jus
nou

non resistit, imo potiùs defert consuetudini, vel præscriptioni, tunc enim satis esse ordinariam absque titulo putativo, distinguunt Doctores, Abbas *in cap. Si diligenti num.* 1. *vers. Sed ad intellectum de præscript.* Fagnan. *in cap. cum Eccl. Sutrin. num.* 32. & 33. *de causa possess. & propr.* Dec. *cons.* 134. *num.* 4. *vers. non obstat.* Feder. de sen. *cons.* 234. *numer.* 3. Alex. *cons.* 68. *num.* 10. & *seqq. lib.* 1. Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *vers. qua ratione*, Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 48. Spada *cons.* 159. *num.* 1. & *seqq. lib.* 1. latè Rota *in Gerunden. administr. Sede vacan.* coram Emerix. *cit. decis.* 731. & 764. & nos dicemus denuò in Commentario ad Constitutionem III. Eugenii III. ubi recurret sermo de hujusmodi re, & jure cognoscendi causas per Judicem Ecclesiasticum, etiam inter Laicos, certis casibus ibidem explanandis.

CONSTITUTIO UNICA

HONORII II.

incipiens (*Charissimus.*)

EPITOME BULLÆ.

HONORIUS VENERABILIBUS FRATRIBUS Turonensis Metropolis suffraganeis Episcopis.

POntifex iste recepta Epistola Hildeberti Turonensis Episcopi petentis confirmationem Concilii Provincialis Navetensis, illius convocationem & gesta refert, ac illud confirmat atque approbat; damnat verò duas consuetudines in eodem Concilio reprobatas, necnon refutatas per Comitem Britanniæ, circa scilicet direptionem bonorum Mobilium, Viri, vel Uxoris decedentis, per fiscum, seu potestatem sæcularem, necnon bonorum naufragantium, etiam in portu inventorum.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Honorii nomen, Patria, & ad Pontificatum electio.*

2 *Honorius II. ad Papatum electus, ultrò dictæ electioni renunciavit, ob timorem dubietatis, & iterum fuit electus.*

3 *De Civitate, & Ecclesia Turonensi, ejusque Suffraganeis.*

4 *Pia dispositiones, & morientium bona in undecimo Sæculo per pessimos abusus malis artibus occupabantur.*

5 *Mariti, vel uxoris decedentis mobilia transibant per pravam consuetudinem in proprietatem potestatis Laicæ.*

6 *Naufragantium bona, quæ ex naufragio direpta inveniebantur, etiamsi ad littora suppetebant, occupabantur à fisco.*

7 *Utraque corruptissima consuetudo abolita fuit ex decreto Concilii Provincialis Navetensis, seu dicti Nannetensis.*

Adducuntur verba Epistola scripta Summo Pontifici, ibid.

8 *Concilii prædicti Acta, & præsertim decretum abolitivum prædictorum abusuum, confirmata fuerunt ab Honorio in hac Constitutione.*

9 *Turonensis Archiepiscopus quare in hac Constitutione appellatur per Papam, Episcopus?*

10 *Episcopi nomen est commune Metropolitanis, Patriarchis, & Papæ.*

SEdata illa tam dira ac diuturna controversia inter Ecclesiam, & Imperium, quoad Investituras, opera Callisti II. in Constitutionis antecedentis Commentario relata, idem Pontifex obdormivit, ut piè credendum, in Domino, à quo tot laborum coronam reciperet, eique suffectus fuit Honorius II. vocatus 1
in minoribus Lambertus de Fagnanis Bononiensis, priùs Archidiaconus ejusdem Metropolitanæ, posteà Cardinalis Episcopus Hostiensis. Vacata enim Sede per mortem Callisti, & si Imperator Henricus V. in electione novi Pontificis se non immiscuisset, liberam præbendo facultatem Cardinalibus Electoribus, quam jam Gregorius VII. vindicaverat in electione Summi Pastoris, tamen contentio fuit inter ipsos Electores, tunc Cardinales, Clerum, & Populum. Nam licèt dissentiente majori parte, tumultuariò electus fuerit Papa, Theobaldus Buccapecus Presbyter Cardinalis S. Anastasii propositus à Cardinali SS. Cosmi, & Damiani, itaut etiam Pontificalem Cappam assumpserit, nomine Cœlestini II. Tamen hic statim Pontificatum non legitimum agnoscens, abdicavit. Interimque fuit proclamatus dictus Honorius, qui rarum exemplum præbens, ultrò renunciavit electiooi pa- 2
cificè ooo securæ, dicens: Potiùs esse valle verum Episcopum Hostiæ, quàm dubium Papam Urbis; ac denuò post aliquot dies Canonicè fuit electus communi voto, die 12. Kal. Januarii anno 1124. & objit 17. Kal. Martii 1130. sepulturæ traditus in Basilica Lateranensi.

Hic autem Papa hanc Constitutionem direxit Episcopis Suffraganeis Metropolis Turonensis. Hæc est 3
enim Civitas Gallico idiomate dicta *Tours*, latinè Turonensis Urbs, & aliquoties Turonica, in Britannia tertia Lugdunensi Provincia sita trans Ligerim Gonzalez. *cap. Ad aures num.* 1. *de temp. ordin.* de qua vide Sarmat. *to.* 1. *Galliæ Christianæ fol.* 732. & à tempore Hadriani II. qui regnavit anno 877. Sede Archiepiscopali, Ecclesia Turonensis erat decorata, ut in ejus *Epist.* 21. ad Carolum Magnum, & in illa Ecclesia fuit Præsul Gregorius ille tam eximius, ut in ejus vita apud Polydor. *in Gregoriano fol.* 95. Fit mentio de tali Ecclesia *in cap. ad aures* 5. *de tempor. Ordin. in cap. fin. de filiis Presbyterorum, cap. Consuluit de serv. non ordin.* & in Concilio Venetico anno 455. celebrato describitur: *Licinius Episcopus Metropolis Turonensis*, ut apud Gonzalez. *cit. cap. Ad aures*, & Andream Querceranum, ubi Historia dictæ Metropolis cum serie Præsulum refertur.

Ad exactam autem hujus Constitutionis intelligentiam, sciendum est post annum Christi millesimum, 4
cùm fons uberrimus piarum dispositionum in Ecclesiæ favorem dimanaret, tantam invaluisse impiorum insolentiam, ut non puderet publicè quascumque defunctorum dispositiones malis artibus intervertere. Hinc paulatim hujusmodi irruptiooes & deprædationes tam longiùs progressæ sunt, ut noo solùm dictæ piæ dispositiooes, sed quorumcumque etiam morientium bona, nefaria impietate sub variis titulis occuparentur. Inter pessimos hos abusus duæ potissimùm excreverunt consuetudines abominatiooe dignæ io terra Comitis Britanniæ. Una, ut decedente 5
marito, vel uxore, universa decedentis mobilia à potestate Laica occuparentur. Altera verò, quòd 6
omnia naufragantium booa, quæ è maris faucibus eripiebantur, etiam quæ in littore postmodum inventa erant, à Fisco usurparentur.

Ad has igitur corruptissimas consuetudines extirpandas, eximia enituit Ecclesiæ auctoritas; Decre- 7
to enim Concilii Provincialis Navetensis, vel ut passim dicitur Nannetensis, apud Thomassin. *de benef. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 1. *vers. Quod* in Civitate Navetensi, vulgò *Nantes*, habiti, anno 1123. cooperante ipso Comite Britanniæ, utraque fuit abolita consuetudo, ab eodem Comite ibidem refu-

refutata. *Utramque exactionem sub oculis totius Concilii Comes in nostra manu deposuit ex Epist.* præfato Honorio Papæ scripta ab Archiepiscopo Turonensi, ibi subjungens: *Illam manumissionem de naufragiis, & de substantia morientium, quam Comes in nostra manu deposuit, vos Beatissime Pater non gravemini confirmatione Apostolica roborare, ac prohibere, nequis omninò eam rescindere, vel aliqua ex parte minuere præsumat*, ut refert *cit.* Thomassin. Quæ sanè Conciliaris dispositio plurima etiam continet quoad reformationem Cleri. Cùm deinde confirmatio Apostolica peteretur per Hildebertum Archiepiscopum Turonensem, qui dicto Concilio
8 præerat: ideò Pontifex Honorius eidem Hildeberto, ac Suffraganeis rescribens in præsenti Constitutione acta dicti Concilii Provincialis confirmavit, & præsertim decretum, quo pravæ illæ consuetudines fuerunt abolitæ. Unde in hoc Commentario erit primò agendum de Concilio Provinciali ejusque auctoritate, usu, & methodo celebrationis, ac de ejus approbatione, quæ per Sedem Apostolicam fieri solet; & deinde de prædictis consuetudinibus sermo erit.

Sed antequam ad dictas materias descendam, du-
9 bium occurrit, quare Honorius vocat Turonensem Præsulem, Episcopum, non autem Archiepiscopum, prout verè erat? Tamen, ut dixi suprà, in Concilio etiam Venetico relato à Gonzalez. *cit. cap. ad aures 5. num. 1. de tempor. ordin.* inscribitur *Licinius Episcopus Metropolis Turonensis*, quasi cum addito nominationis Metropolis idem sit, ac Archiepiscopus. Vel potiùs responsio elicitur ex eo, quod nomen Episcopi sit commune omnibus etiam Su-
10 perioribus, puta Metropolitanis, Patriarchis, imò etiam Papæ, qui, ut aliàs dixi, Episcopus nominatur; & sic mirum non est, si Honorius Hildebertum vocat Episcopum Metropolis Turonensis, cui suffragantur Andegavensis, Briocensis, Cenomanensis, Nannetensis, Corisopotensis, Dolensis, Leonensis, Maclovienssis, Redonensis, Trecorensis, Venetensis.

SECTIO I.

De Conciliorum Provincialium origine, processu, ordine, & potestate, ac approbatione per Sedem Apostolicam, & aliis quæstionibus occurrentibus circa vocationem Coepiscoporum.

SUMMARIUM.

1 *Concilia Provincialia initium habuere ab exordio ipsius Ecclesiæ.*
2 *Primum Concilium Provinciale celebratum fuit à D. Paulo in Civitate Mileti.*
3 *Concilium Carthaginense Primum, & Ancyranum, successivè celebrata fuerunt post tempora Apostolorum.*
4 *De aliis Conciliis Provincialibus, & de antiquo ritu illa celebrandi.*
5 *Concilia Provincialia ab eorum origine semper floruerunt doctrina, & integritate.*
6 *Tempora successiva, quibus solebant, vel jungebantur fieri Concilia Provincialia.*
7 *Concilia Provincialia hodiè celebrari debent in singulis trienniis, ad formam Sacri Concilii Tridentini.*
8 *Prædictum tempus fuit protractum ad parcendum expensis, & incommoditati congregandorum.*
9 *Protractio prædicti temporis sicut fuit oportuna, ita major non fuit approbata, & quare?*
10 *Concilia Provincialia ita dicuntur, quia repræsentant Ecclesias unius Provinciæ.*
11 *Sedes Apostolica solet prorogare tempus triennii ad convocandum Concilium Provinciale statutum usque ad sexennium.*

12 *Archiepiscopus potest ante triennium congregare Concilium Provinciale, accedente consensu Episcoporum Comprovincialium, vel justa causa, de qua debet reddere instructam Sacram Congregationem.*
13 *Ad tollendas dissensiones cum Episcopis Suffraganeis, solet Archiepiscopus semper certiorare Sac. Congreg. Concil. in convocatione Concilii Provincialis, & ex declaratione Sac. Congregat. & quare?*
14 *Concilia Provincialia summoperè fuerunt utilia Ecclesiæ, præsertim primis temporibus, & defectus eorum fuit noxius.*
15 *Concilium Provinciale est Consessus Episcoporum Provincialium coactus ab habente potestatem congregandi.*
16 *Tempus illud congregandi est post Octavam Paschæ Resurrectionis, vel aliud commodius.*
17 *Locus Concilii Provincialis debet esse intra Provinciam Convocantis commodior; sed regulariter fit in Metropolitana Ecclesia ex præscripto Sac. Congregat. & electio fieri debet à Metropolitano.*
18 *Ad Metropolitanum spectat convocare Concilium, indictis pœnis, nec ejus Vicarius habet talem potestatem, & quid quoad Provinciales Episcopos?*
19 *Impedito Metropolitano, potestas convocandi Concilium devolvitur ad antiquiorem ex Suffraganeis, excluso Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ, & num. 23.*
20 *Archiepiscopus non debet habere consensum ejus Capituli in convocatione Concilii, nisi adsit consuetudo.*
21 *Antiquior ex Suffraganeis intelligitur de subjectis Archiepiscopo, non vero exemptis, & num. 31.*
22 *Ad convocationem Concilii per Archiepiscopum, vel antiquiorem ex Suffraganeis faciendam, non requiritur licentia Primatis, seu Patriarchæ.*
23 *Archiepiscopo defuncto, convocatio etiam spectat ad antiquiorem ex Suffraganeis, excluso Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ, & Vicario Capitulari Metropolitanæ ejusdem.*
24 *In convocatione Concilii Provincialis, neque consensus, neque consilium Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ requiritur; debet tamen vocari, & admitti pro consilio saltem.*
25 *Omnes Episcopi suffraganei debent vocari in Concilio Provinciali per litteras statuentes diem, & sufficit unica citatio.*
26 *Suffraganeus, qui non est citatus, non tenetur accedere, nisi in priori Concilio fuerit præstituta dies, vel fuerit emanatum Edictum generale.*
27 *Per tres dies continuos Concilium Provinciale est denunciandum populo in Ecclesiis.*
28 *In Concilio Provinciali vocari etiam debent, qui jurisdictionem quasi Episcopalem habent in Provincia existentes, & num. sequ.*
29 *Exempti etiam tenentur accedere ad Concilium Provinciale, & propterea tenentur eligere Metropolitanum, ad cujus Provinciale Concilium accedere valent, & quid in Prælatis* Nullius
30 *Episcopi Provinciæ Romanæ, inter Provinciam scilicet Pisanam, & Capuanam, non tenentur ad aliquam electionem Metropolitani, scilicet, qui sunt exempti.*
31 *Convocatio Concilii hujus impedito Metropolitano an spectet ad antiquiorem Episcopum Suffraganeum, vel antiquiorem, si sit exemptus eligens, & num. 21.*
32 *An fieri possit electio Metropolitani, qui non habeat Episcopos suffraganeos, cum declaratione Sac. Congreg. Concilii.*

Metropolita honorarii sine Suffraganeis, ibid.
33 Electio semel facta Metropolitani ligat successores.
34 Capitula exempta tenentur decretis Concilii Provincialis, in quo intervenerit eorum Episcopus.
35 Capitulum cujuscumque Cathedralis, Sede Vacante, debee vocari; & an possit accedere Vicarius Capitularis, & quod Votum habeat.
36 Capitula Ecclesiarum Collegiatarum, quasi Episcopalem jurisdictionem habentia, debent quoque vocari, & quod Votum habeant?
37 Capitulum Cathedralis, si Episcopus vivat, potest vocari, si agitur de ejus interesse, & quod Votum habeat?
38 Episcopus, qui duobus Metropolitanis subjacet, si simul celebrentur Concilia, ad unum potest accedero, ad alterum mittere procuratorem.
39 Episcopi, & omnes alii Prælati habentes quasi Episcopalem jurisdictionem, & Capitula Cathedralium, Sede Vacante, habent Votum decisivum in Concilio provinciali, & ita quoque eorum procuratores, si Concilio placuerit.
40 Simplices Presbyteri, & Diaconi ex privilegio possunt habere Votum decisivum in Concilio provinciali.
41 Archiepiscopus est Caput Concilii, sed Vota majora prævalent, ibid.
42 Abbates Commendatarii possunt vocari ad Votum consultivum tantum præstandum.
43 Omnes qui secundùm consuetudinem tenentur accedere ad Concilium Provinciale, possunt compelli.
44 Qui se læsos existimant, possunt accedere pro justitia exequenda, & de aliis, qui tenentur accedere remissivè.
45 Laici permittuntur vocari ad justitiam tantùm petendam.
46 Impedimentum non accedendi ad Concilium ex vocatione Regis non est legitimum, nisi sit accessus ad Regem necessarius, vel utilis Ecclesiæ; sed intellige, ut num. sequ.
47 Procedit hoc, nisi Archiepiscopus præcipiat, quod deseratur quodcumque negotium, quia tunc cessat Ecclesiæ utilitas, & dummodò comparitio coram Rege Ecclesiæ libertati non præjudicet.
48 Sed Episcopo coacto ad Concilium Provinciale, an currat tempus sex mensium in collatione præbendæ, vel concursus Parochialis, & an incurrat pœnas contra non residentes inflictas? & n. n. seqq.
Non incurrit tamen pœnas contra non residentes tam à Concilio Tridentino, quàm à Bulla Urbani VIII. impositas, Ibid.
49 Dispositio textus in cap. 2. §. cum verò de concessione præbend. explicatur.
50 Dispositio Constitutionis san. mem. Pii V. circa concursus Parochialium refertur.
51 Adducitur opinio non currere tempus.
52 Contrarium firmatur, quando non currit dictum tempus. Ibid.
53 Comprobatur assumptum.
54 Adducitur resolutio Sac. Congreg. Concilii in hoc.
55 Quid dicendum si Episcopus haberet alternativam, quæ datur residenti; an dicatur talis, si accedat ad dictum Concilium, & alia ad materiam dictæ alternativæ, quando non suffragetur justa causa absentiæ.
56 Terminus concedendus pro accessu ad Concilium Provinciale.
57 Per tres dies ante Concilii Provincialis initium, qui interesse debent, tenentur vacare eleemosynis, & jejuniis.
58 Potestas plenaria Concilii devolvitur ad accedentes, si vocati legitimè in termino assignato non compareant, & absentes uti negligentes amittunt jus pro illa vice.
59 Tempore Concilii debent Patres vacare meditationibus Euangeliorum, & Canonicorum præceptorum, & in illis custodiendis.
60. Ordo in sedendo in Concilio Provinciali, quinam sit?
Declaratio Sac. Congreg. Concilii continens plura circa Concilia Provincialia, quoad ordinem sedendi, & accessum, ac suffragia, adducitur. Ibid.
61 Episcopus exemptus præcedit non exemptum, si sint pares in ordinatione.
62 Episcopus Suffraganeus antiquior an præcedat Episcopum, qui fuit Archiepiscopus.
Quid in suffraganeo Archiepiscopi? Ibid.
Quid si Vicarius Archiepiscopi esset Episcopus?
63 Episcopus interveniens nomine Metropolitani præcedit omnes.
64 Episcopi in Concilio Provinciali possunt uti Rocchetto detecto cum mozzetta coram Archiepiscopo.
65 Post Episcopos, præcedit Capitulum Cathedralis capitulariter interveniens; si verò ita non interveniat, Canonici non habent locum ante Abbates.
66 Ordo aliorum præcedentiæ in Concilio recensetur.
67 Ad evitanda præjudicia, debet interponi decretum, quod nullum inferatur præjudicium in sedendo, in petitorio, vel possessorio.
68 Ordo qui est in præcedendo, servandus est in subscriptionibus, & votis præstandis.
69 Major pars votorum in Concilio attenditur, quæ præstantur ab Episcopis principaliter cum Metropolitano, & ab iis qui ex consensu Concilii votum decisivum habent, qui nominantur à Metropolitano.
70 In Concilio unus proponit, & alii, si placet, decernunt simpliciter, vel cum ampliatione, aut limitatione.
71 Si Metropolitanus discordet à majori parte, debet resolvi contra ipsius sententiam; pronunciari tamen debet sententia nomine Archiepiscopi de consilio, & consensu Suffraganeorum.
72 Archiepiscopus an possit sine consilio Episcoporum silentium indicere, vel aliquem libellum legi, & similia, ex declaratione Sacræ Congregationis.
73 Si dissentiat Archiepiscopus pronunciari sententiam ab ipso non approbatam, recurrendum est ad Summum Pontifice.
74 Si Episcopi non conveniant, Archiepiscopus cum aliis dijudicat; & si utraque pars non acquiescat, Primas decidere valet.
75 Archiepiscopus est præcipuus Judex in Concilio, Episcopi sunt Conjudices, & sic non potest aliquid statuere, nisi vocatis Suffraganeis.
76 Non accedente consensu Suffraganeorum, non obligantur subditi Provinciales, sed tantum Diœcesani Archiepiscopi.
77 Si agatur de negotio præjudiciali subditorum cum consensu Suffraganeorum, requiritur etiam consensus eorum.
78 In principio Concilii Provincialis, omnes Episcopi debent fidei professionem emittere, & jurare observantiam Sac. Concil. Trident. & renitens est denunciandus Summo Pontifici, & interim communione privandus.
79 In Concilio debent publicari decreta Pauli III. & Pii IV. de residentia, aliique Canones, & Bullæ principales.
80 Recensentur causæ, quæ solent agitari in Concilio Provinciali, & ab ipso cognosci.
81 Causæ majores, fidei scilicet, Episcoporum depositionum, & reformationis Ecclesiæ Universalis, ac similium, non possunt cognosci à Concilio Provinciali.

82 Con-

82 Concilium Provinciale non potest in causis gravibus contra Episcopos informationem capere etiam ad finem transmittendi processum ad Pontificem.

83 Causæ majores contra Episcopos, quæ sint? remissivè.

84 Causæ minores contra Episcopos possunt tractari in Concilio Provinciali.

85 Causæ Episcoporum minores possunt à Concilio Provinciali remitti ad Metropolitanum decidendæ, imò etiam aliis non Episcopis committi.

86 Concilium Provinciale non potest cognoscere de delictis Metropolitani, sed tantum valet corrigere, & denunciare Summo Pontifici, item supplere negligentiam illius.

87 Potest cognoscere de causis appellationum ad dictum Concilium,

88 Examinat delicta subditorum suffraganeorum.

89 Potest statuta condere non contra, sed præter jus.

90 Deputat personas, quibus valent causæ committi, ita ut unaquæque Diœcesis quatuor habeat, & designatio facta transmittenda est Summo Pontifici.

91 Statuit circa modum celebrandi Divina Officia, & discutit tenuitates redditnum Cathedralium ad finem eos augendi, ac judicat de licentiis non residendi.

92 Corripit Archiepiscopum, & Episcopos negligentes ad Seminarium erigendum, eosque compellit.

93 Inquirit, an beneficia fuerint collata indignis.

94 Mulctat Episcopos exigentes aliquid ultra procurationes tempore visitationis.

95 Eligitur in illo pro Ecclesiis Nullius Ordinarius à quo visitentur, si non constet de viciniori.

96 Judicat locationes factas rerum Ecclesiarum in damnum ipsarum, & contra Canones.

97 Supplet negligentiam Episcoporum super observatione Decretorum Concil. Trident. de regularibus.

98 Abstinere debet à nimia multitudine statutorum.

99 Potest statuere, ut ordinandi nequeant ad alios mitti, nisi ad Provinciales Episcopos, ex rationabili tamen causa.

100 Concedit Indulgentias quadraginta dierum tantum, licèt adsit Archiepiscopus.

101 Aliæ res, quæ possunt tractari in Concilio Provinciali, & an statuere possit aliquid contra Regulares remissivè.

102 A Concilio Provinciali appellatur ad Pontificem.

103 Totum Concilium Provinciale est suspectum, cum Metropolitanus suspectus est.

104 Potest allegari suspectus etiam Episcopus, qui nec etiam tunc potest intervenire.

105 Excusantur accedere ad Concilium, qui debent transfretare cum periculo, & qui sunt legitimè impediti, puta senectute, vel gravi morbo, aut alia necessaria causa.

106 Mortuo Episcopo vocato ad Concilium, successor non tenetur accedere.

107 Episcopus electus non consecratus potest non intervenire, sed est vocandus, & interveniens habet votum decisivum.

108 Episcopus nequit probare impedimentum accedendi ad Concilium per unicum testem.

109 Impediti legitimè debent litteras excusationis cum assertione causæ mittere ad Metropolitanum.

110 Cessante impedimento, possunt compelli, & debent mittere procuratores cum speciali mandato ad jurandum, & recipienda statuta Concilii.

111 Pœna contra Episcopos non interessentes est privatio communionis aliorum Episcoporum usque ad futurum Concilium, poterit quoque communione fidelium privari, sed requiritur trina monitio.

112 Excommunicatio illata à Concilio Provinciali per sententiam, ab eodem debet tolli; si verò per Canonem, posset ab Archiepiscopo.

113 Concilium Provinciale solet celebrari per spatium trium, vel quatuor dierum, nec potest ultra hebdomadam ampliari, nisi id exigant negotia.

114 Episcopi pro accessu ad Concilium Provinciale possunt petere charitativum subsidium, si illo indigerent.

115 Archiepiscopus nequit aliquid petere ab Episcopis sub pœna quadrupli, quam pœnam non incurrit, si ab ultro dantibus reciperet.

116 Antequam Patres Concilii dimittantur, debent fieri acclamationes cum gratiarum actionibus, & dimissio nequit fieri ab Archiepiscopo solo, sine voto suffraganeorum.

117 Publicatio Statutorum Conciliarium debet fieri ab Episcopis intra sex menses.

118 Statuta Conciliaria quot obligent, etiam si approbentur à Sac. Congreg., & à quo debent exequi in Diœcesibus?

119 Episcopus successor ligatur statutis Conciliaribus, licèt sit elapsum decennium ab ultima Synodo.

120 Statuta Conciliaria obligant ad pœnam, non ad culpam, nisi principaliter exprimatur.

121 Concilium Provinciale an requirat approbationem Papæ, vel Sacr. Congreg. Concilii?

122 Bulla Sixti V. circa revisionem Conciliorum Provincialium per Sac. Congreg. Concilii, & n. n. sequentibus.

123 Antiquitus, & de recenti fuerunt approbata Concilia ista per Sedem Apostolicam etiam ultra Montes, & in Flandria, & n. n. sequentibus.

124 An approbatio ista addat vim legis majoris. Ubi de stylo confirmandi per Breve Concilia Provincialia Mediolani, & de differentia confirmationis per Breve, & revisionem per Sac. Congreg. Concilii, ibid. & num. seqq.

125 Quam vim habeant hujusmodi Concilia approbata, seu revisa?

126 Cura præcipua Sac. Congregationis Concilii in his ac aliis ejus negotiis.

Commendatur studium Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Panciatici Præfecti, ibid.

Laudantur R. P. D. Curtius Origus Pro-Secretarius, & Reverendissimus D. Jo: Dominicus Thomatus Secretarius dictæ Sac. Congreg. ibid.

127 An Archiepiscopus possit vocare Episcopos Suffraganeos ad accedendum ad Metropolitanam, extra casus Concilii Provincialis, & num. sequentibus.

Casus controversiæ inter Archiepiscopum Surrentinum, & Episcopos Suffraganeos, & dubium exortum, ibid.

128 Sac. Concilium Tridentinum, & Sac. Congeg. demandat, non posse cogi Episcopos Suffraganeos, nisi in casu Concilii, & rationes.

129 Neque Immemorabilis juvat, si consuetudo sit irrationabilis, ut esset in casu accessus coactivè dictorum Suffraganeorum, & num. 141.

130 Rationes quibus sustineri posset, posse Archiepiscopum cogere Suffraganeos ad accedendum, vel saltem vocare eos, latè adducuntur.

Auctor fuit Vicarius Generalis bon. mem. Didaci

Petra ejus Patrui Archiepiscopi Surrentini in juvenili atate, ibid.

Memoratur pietas, & mors dicti ejus Patrui ibid.

131 *Adducitur resolutio Sacra Congregationis Concilii negativa.*

132 *Rationes dicta resolutionis.*

133 *Adducuntur alia resolutiones Sac. Congregat. Concilii in hac materia contra Metropolitanos.*

134 *Adducitur resolutio ejusdem Sac. Congregationis Concilii, in qua fuit data manutensio Archiepiscopo Surrentino in vocandis Suffraganeis; sed non tenentur Episcopi accedere, nec per Procuratores.*

135 *Adducuntur fundamenta comprobantia dictam resolutionem per Auctorem pro suo Patruo adducta.*

136 *Actus vocationis non est prohibitus à Concilio.*

137 *Obedientia Episcoporum erga Metropolitanos fuit imposita à Sacris Canonibus.*

138 *Quando jus non resistit vehementer, debet dari Manutentio.*

R. P. D. Joannes Mutus Auditor S. Rota laudatur, ibid.

139 *Nec obstat, quod vocatio esset actus frustratorius, cùm Episcopi non possint cogi ad accedendum.*

140 *Adducitur observantia istius vocationis in aliis Metropolitanis.*

141 *Pro vocatione, est necessaria possessio quadragenaria, & sufficit; pro coactione vero nec sufficit immemorabilis.*

COncilia Provincialia ab Ecclesiæ exordio initium
habuere; nam cùm Ecclesia variis agitaretur
1 vexationibus, difficiliùs Concilia Universalia poterant congregari, proinde Episcopi alicujus Provinciæ de controversiis in Ecclesiæ exordio ortis disserere consueverunt simul congregari. Primum ete-
2 nim Concilium Provinciale fuit, quod D. Paulus celebravit in Mileto, congregatis majoribus natu Provinciæ Ephesinæ, ut *Act. Apost. cap.* 20. Deinde post illud Apostolorum, fuit Concilium Carthaginen-
3 se I. Pontifice Cornelio I. anno Domini 255. *Act. Concil. to.* 5. Euseb. *hist. Eccl. lib.* 7. *cap.* 2. *de Conciliis Provincialibus*, Sylvest. *ver. Concilium in fine*, Lancell. *Instit. Can. tit. de Eccl. Constit.* Rursus fuit Concilium Ancyranum anno Domini 314. celebratum Ancyræ Civitatis Galitiæ, tempore Eusebii Pontificis, & Diocletiani Imperatoris, ubi interfuerunt vigintiduo Episcopi, & fuerunt emanati vigintiquatuor Canones, *Canon. Quoniam* 16. *dist.* Baron. *Annal. Eccles. tom.* 3. anno Christi 314. *num.* 75. Possevin. *in appar. Sacr. to.* 1. *ver.* Ancyranum *pag.* 81. *& in can.* 1. *cit. dist.* 16. Alia numerantur Concilia Provin-
4 cialia, de quibus etiam agunt Thomassin. *de benefic. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. & pluribus sequentibus, ubi latè de ritu antiquo dictorum Conciliorum, Gonzalez *in cap. Sicut olim de accusat.* Fagn. *in cap.* 1. *de Summa Trinitate*, Marca *in concordia inter Sacerdot. & Imper. lib.* 6. *cap.* 13. *& seq.*

Ab eorum exordio semper magis deinde florue-
5 runt, doctrina, integritate, sermone, & reformatione Concilia hæc Provincialia, quæ specialibus San-
6 ctionibus Summorum Pontificum, & Conciliorum universalium, & specialium, bis celebrari in anno fuit injunctum, ut in *Concilio Nican. can.* 5. *Conc. Chalcedon. can.* 19. *Concil. Antiochen. ca.* 20. *Concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio can.* 42. D. Gregorius I. illa injunxit celebrari *lib.* 3. *regest. epist.* 9. quæ simul omnia compilavit Gratian. *in dist.* 18. ita ut alterum Concilium Provinciale celebrari consuevisset appetente Quadragesimæ tempore, alterum in Autumno, quodque etiam Summus Pontifex servabat convocando duas Episcoporum Synodos, primam scilicet ex Episcopis Provinciæ Romanæ, cui præerat etiam ad instar Metropolitani, & secundam in Autumno Nationalem omnium Episcoporum Italiæ, ac Siciliæ, quibus etiam præerat uti Primas, & aliquando etiam Concilium Occidentale, ut Patriarcha, & demum Universale, uti Papa, & Summus totius Ecclesiæ Pastor convocare solebat, Cabassut. *in notit. Concil. can.* 5. *Concilii Nicani*; Græci tamen semel in anno ea celebrandi contenti erant, Thomassin. *de benefic. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 50. *nu.* 14.

Deinde semel in anno celebratio Conciliorum Provincialium fuit indicta, Hormisda Papa *epist.* 25. Gregorius I. *regest. lib.* 7. *epist.* 120. *Conc. Tolesan. IV. can.* 3. *Conc. General. Lateran. IV. cap.* 6. licèt hæc moderatio ægrè admissa fuerit ab Ecclesia, Van-Espen. *in jus Eccl. Univ. par.* 1. *tit.* 20. *nu.* 5. *&* 6. & habetur expressè injunctum id ab Innocentio III. *in Conc. Lateranensi in can. Sicut olim de Accusat.* Tandem *in Concilio Generali Later. sub Leone X. sess.* 10. *const.* 2. *in fin.* fuit tempus limitatum ad quodlibet triennium,
intra quod Concilium Provinciale cujuscumque Pro- 7
vinciæ deberet celebrari, quod etiam dixit idem *Leo. X. in Bulla* incip. *Regimini la decima* §. 12. *to.* 1. *Bullarii*. Novissimè verò idem statuit *Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 2. expressè demandans Synodorum Provincialium renovationem his verbis: *Provincialia Concilia sicubi omissa sunt pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex SS. Canonibus permissis, renoventur. Quare Metropolitani per seipsos, seu illis legitime impeditis Coepiscopus antiquior intra annum ad minus à fine præsentis Concilii, & deinde quolibet saltem triennio post Octavam Pascha Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more Provincia non pratermittant Synodum in Provincia sua cogere, quo Episcopi omnes, & alii qui de jure, vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur.* Idque optimo jure fuit cautum juxta Sacrorum Canonum præscriptum, cùm priùs fuerit statutum in *Can. propter Ecclesiasticas cum seqq. dist.* 18. Zerol. *ver. Concil.* §. 2. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 47. *qu.* 5. Piasec. *in prax. par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 109. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 93. *nu.* 1. *par.* 3. Fagn. *in cit. cap. Sicut olim de accusat. num.* 1. *& seqq.* Gonzalez. *ibidem nu.* 8. Et in Gallia ex Constitutionibus Conciliorum illius Nationis licèt antea bis in anno, & postea quolibet anno coadunari consuevissent, tandem singulis bienniis celebrari mos fuit, Marc. *cit. cap.* 13.
per tot. Optimaque ratione fuit tempus celebratio- 8
nis hujusmodi prorogatum, tum ad parcendum expensis, & incommoditati congregandorum, tum fortiùs ad obviandum fraudibus Clericorum, qui sub clypeo futuri Concilii Provincialis, in quo revidebantur illata ab Episcopis gravamina, in excessibus continuare non desinebant. Undè in *Concil. Paris. VI. cap.* 26. dicitur: *Ob id Ecclesia utilitati magnum dispendium, & principalibus auribus magnum impedimentum, & multorum impunitas noscitur flagitiorum.* Si-
cuti verò prorogatio temporis fuit opportuna, ita 9
major protractio triennii non fuit approbata, cum per illa honor Ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit, & impudentia quorumdam superborum Clericorum, quæ passim auctoritate Canonica calcata auribus Imperialibus molestiam ingerit, cessabit, ut prosequitur idem Concilium.

Denominantur hujusmodi Synodi Provinciales,
quia repræsentant Ecclesiam unius Provinciæ, Abb. 10
in cap. Grave in fine de prabend. Lancell. *cit. tit.* in Gloss. & tempus triennii statutum, solet ad instan-
tiam Episcoporum Comprovincialium, Sedes Aposto- 11
lica prorogare usque ad sexennium, ut in Diœcesi ampla Cæsaraugustana, & in Indiis facere solet, & fecit cum Archiepiscopo Lincino in Indiis, testatur Fagnan. *cit. cap. Sicut olim num.* 23. *de accusat.* Potest ta-
men Archiepiscopus ante triennium, Concilium Pro- 12
vincia-

vinciale congregare, quia Tridentinum id non pro-
hibuit, Card. Alexand. *in can. In Conciliis* 18. *dist.*
Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolita-
næ cap.* 89. *nu.* 1. Tridentinum enim utitur verbo *sal-
tem*, & sic ultra triennium non potest protrahi cele-
bratio, sed intra fieri valet. Hoc tamen intelligendum
est, vel quatenus adsit consensus Episcoporum Com-
provincialium, vel justa causa, de qua, instructa red-
13 di debeat Sacra Congregatio; imò ne oriantur dissen-
siones cum Episcopis Suffraganeis, solet per Ar-
chiepiscopum semper certiorari S. Congregatio Con-
cilii de convocatione facienda, & sine ejus oracu-
lo non convocare illud, ut decrevit eadem Sac.
Congreg. & refert Card. de Luca *in adnot. ad S. Con-
cil. Trident. disc.* 30. *num.* 5. & Miscell. *Eccl. disc.* 1.
nu. 75. & de Luca ad Ventrigl. *par.* 3. *annot.* 49. §. *un.
nu.* 2. & id ratione dissentionum, quæ frigescente
charitate fraterna ob vicinitatem, & frequentiam
Episcoporum, & Archiepiscoporum in partibus citra
Montes præsertim solent evenire inter Suffraganeos,
& Metropolitanos, ut advertit cit. Cardin. de Lu-
ca *dict. disc.* 30. *num.* 5. & ratione facilis recursus ad
Sedem Apostolicam, & SS. Congregationes. Fuit
enim restricta citra Montes in pluribus facultas Me-
tropolitani, tum quia tali recursu facili consultum re-
manet partibus, tum ob pluralitatem, & vicinitatem
Provinciarum plurima inconvenientia dissentionum
parientem.

Hodie tamen non sine magno mærore videntur
14 hæc Concilia omissa in pluribus Provinciis, & de-
fraudantur Ecclesiæ tam utili remedio, nam illa val-
dè profuerunt morum correctioni; multum enim de-
bet Ecclesia, hujusmodi Conciliis, præsertim primis sæ-
culis, cùm majores hæreses conculcarint, tempore
quo Concilia Universalia convocari non permittebant
Tyranni, Gonzalez. *cit. cap. Sicut olim nu.* 8. *in fin.* &
ea valdè collaudat Baron. *ann.* 257. *nu.* 12. & *Conci-
lium Trident. sess.* 23. *de reform. cap.* 5. & *cit. cap.* 2. *sess.*
24. & his temporibus ad excitandam hujusmodi cele-
brationem, è sepulchro revocandus est Anastasius
Constantinopolitanus, qui exclamat, *Epistol.* 2. *Si
assiduè celebrentur, reformationem Ecclesiæ causabunt,
ipsa autem continuò celebrata, nascentes hæreses sta-
tim, ac breviter extirpabunt*. Sunt enim hæreses
morum, tam atrociores, quàm occultiores, prout
expertus fuit D. Carolus Borromæus Archiepiscopus
Mediolani, qui talia Concilia crebrò celebravit, &
opportuna Ecclesiæ utilitati multa indixit, ut me-
ritò norma sint aliorum. Idcircò commemorare hic
cogor piissimam, & imitandam solicitudinem Emi-
nentissimi, & Reverendissimi Domini Vincentii
Mariæ Cardinalis Ursini Archiepiscopi Beneventa-
ni, qui alioquin zelantissimi Pastoris munium ob-
servantissimus, in trium Ecclesiarum laudabili regi-
mine, hujusmodi Provincialia Concilia in Italia ferè
obsoleta, frequenti celebratione restauravit in illa
amplissima Provincia Beneventana, admirabili totius
Cleri profectu.

Concilium igitur Provinciale est consessus Episco-
15 porum Provincialium coactus ab habente potesta-
tem congregandi, vocatis vocandis de jure, vel
consuetudine, Navarr. *cons.* 4. *nu.* 3. *de verb. sign.*
Quarant. *in summ. Bullar. ver. Concilium Provinciale
numer.* 2.

Tempus autem ad illud convocandum est post Octa-
16 vam Paschæ Resurrectionis, ut statuit idem Conci-
lium Tridentinum, vel aliud commodius, & in loco
17 intra Provinciam magis apto commoditati convo-
candorum. Potest proinde fieri in Diœcesi Suf-
fraganei, quæ etiam dicitur in Provincia, & ita
fuit observatum in Concilio Navetensi, de quo in
Bulla præsenti, quia fuit actum in Civitate Nave-
tensi, ut dixi; tamen regulariter fieri debet in Me-
tropolitana Ecclesia, ut censuit pluries S. Congre-
gatio, & electio fieri debet à Metropolitano, ut
prosequitur Fagn. *cit. cap. Sicut olim num.* 26. &
27. *de accusat.*

Sed quæri potest, quis hujusmodi Concilia congre-
gare valeat?

Dicendum est primò hujusmodi jus spectare ad
Metropolitanum, sive Archiepiscopum, qui præest 18
omnibus Episcopis, Prælatis, & Clericis suæ Pro-
vinciæ, Bero. *in cap.* 1. *de Judiciis*, & hoc adeò
est verum, ut Episcopi Comprovinciales sine ejus
consensu convenire nequeant, *can.* 20. *Conc. Antio-
chen. Nullis verò liceat apud se Synodos per se fa-
cere sine iis, quibus sunt credita Metropoles. Et can.* 16.
*Sit autem illa perfecta Synodus, cui unà quoque adest
Metropolitanus*, Van Espen. *cit. par.* 1. *tit.* 20. *nu.* 1.
Sancivitque *Conc. Trid. cit. sess.* 24. *cap.* 2. ubi remis-
sivè in fine comminatur pœnas Sacrorum Canonum
contra non obedientes, quæ pœna est suspensionis ab
officio, *dist.* 18. ferè per tot. Et convocatio fieri debet 19
per se ipsum, non autem per Vicarium Generalem,
ut litteralis est sensus Concilii, & eo impedito tale
jus devolvitur ad antiquiorem Episcopum Suffraga-
neum, excluso quoque Capitulo Metropolitanæ, Ze-
rola *in praxi par.* 2. *v. Concilium*, Ugol. *de offic.
Episc. cap.* 4. Rota *in Tarraconen. Concilii Provincia-
lis dec.* 87. *nu.* 1. cor. Carillo, ubi fuit dictum non pos-
se Episcopum antiquiorem inhiberi in convocando 20
Concilium per Capitulum Metropolitanæ, nisi fuerit
probata consuetudo contraria legitimè præscripta. An-
tiquior tamen Episcopus Provinciæ intelligi debet ex 21
iis qui subsunt Archiepiscopo, non autem exempti,
Sedi scilicet Apostolicæ immediatè subjecti; quam-
vis etiam isti teneantur ad Synodum accedere, ut
infra dicam. Nec ad dictam convocationem facien-
dam per Metropolitanum, vel eo absente, seu im- 22
pedito, per antiquiorem Episcopum, requiritur ali-
qua licentia Primatis, seu Patriarchæ, Fagn. *citat.
cap. nu.* 14. 15. & 18. Sed quid dicendum, si Ar-
chiepiscopus ante convocationem objerit, ad quem 23
spectet convocatio, & an fieri valeat? Et dicen-
dum spectare etiam ad antiquiorem Suffraganeum
Episcopum, & non ad Capitulum Metropolitanæ,
ex verbis claris ejusdem Concilii, quidquid antea
fuerit, nam antiquitùs Capitulum convocabat, si
Sedes Archiepiscopalis fuisset vacans, Bott. *de Syno-
do par.* 1. *num.* 43. Barbos. *ad Conc. Trid. cap.*
2. *sess.* 24. *num.* 4. Quarant. *in sum. Bull. v. Con-
cilium Provinciale num.* 2. *in fin.* & ita docuerunt Lott.
de re benef. lib. 1. *qu.* 9. *n.* 45. & 46. Ursell. *concl. leg-
to.* 2. *concl.* 138. *nu.* 91. Marchett. *in praxi Vicarii capit.
par.* 2. *tit.* 12. *nu.* 16. & *nu.* 17. Neque Vicario Ca-
pitulari Metropolitanæ id competit, Barbosa *cit. nu.* 4.
Quaranta *cit. nu.* 2. & Rota *cit. decis.* 87. coram Ca-
rillo, & dixi supra *in sect. ult. ad constit.* 2. *Leonis IX.*
Idem quippè est Archiepiscopum esse impeditum, &
non esse inter vivos, Bott. *cit.* & alii relati à Quarant.
cit. nu. 2. *in medio*, Archid. *in can. Placuit* 18. *dist.*
& *can. Propter*, ubi Turrecrem. & Præpositus, qui
dicunt posse Episcopos Comprovinciales congregari
in Concilio post obitum Archiepiscopi, si advene-
rit tempus triennii, indicato illo per Suffraganeum
antiquiorem, & facit Rota *citat. decis.* 87. coram
Carillo.

An tamen saltem requiratur consensus, seu consi-
lium Capituli Metropolitani in convocatione facien- 24
da tam per Archiepiscopum, quàm per antiquiorem
Suffraganeum, illo impedito?

Videtur dicendum negativè, non solùm quoad con-
sensum, sed etiam quoad consilium. Ita docent Ze-
rola, Ugolin. & alii supracitati, Azor. *institut. Moral.
part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 47. *quæst.* 5. & meliùs Rota *in
Tarraconen. Concilii Provincialis* 8. *Martii* 1638.
coram Carillo inter ejus impressas *quæ est citata
decis.* 87. Nec obstat Fagnan. *in cap. cessi membra
à num.* 22. *de his quæ fiunt à Prælat.* Nam ejus di-
ctum procedit, quod Capitulum sit vocandum, &
admittendum in Concilio, ut dicam, non autem
quod non possit Concilium convocari sine illius
consensu, vel consilio.

Qui autem vocari debeant ad interessendum
hujus-

25 hujuſmodi Concilio Provinciali, & quinam ad illud
accedere teneantur? Certum eſt eſſe vocandos omnes
Epiſcopos Suffraganeos Provinciæ, Cardin. Alexand.
in can. Propter il ſecondo diſtinct. 18. Vocatio autem
fieri debet per litteras ſtatuentes diem, ſufficieque
unica citatio, Jacobat. *de Concil. lib.* 2. *art.* 4. *quæſt.*
5. *fol.* 102. Azor. *citat. cap.* 47. *quæſt.* 2. *verſ. Porrò*, & etiam eſt vocandus Epiſcopus non conſecratus,
qui habet vocem, prout alii, Barboſ. *ad Conc.*
Trid. cit. cap. 2. *num.* 6. Proſper de Auguſtino ad Quarant.
poſt quæſit. 6. Si tamen non ſit quis vocatus,
26 etiamſi alii Comprovinciales Epiſcopi accederent,
non tenetur, niſi in priori Concilio Provinciali fuerit
ſtatuta dies pro ſequenti celebrando, vel fuerit
emanatum Edictum Generale, Jacobat. *citat. loco ex*
regula eum qui de regul. juris in 6. At formula hujuſmodi
edicti habetur in fine Concilii Provincialis
Mediolanen. IV. & V. *& in Cæremonial. Epiſc. lib.* 1.
cap. fin. Imo per dies tres continuos denuncietur
27 Concilium convocandum Populo in Eccleſiis Parochialibus,
ut Deo preces fundantur pro felici ejus
exitu, ut in dicto Cæremoniali.

Præter Epiſcopos Suffraganeos, vocari rurſus de-
28 bent, & accedere coguntur, qui juriſdictionem quaſi
Epiſcopalem habent in Provincia exiſtentes, uti Abbates,
qui populum habent, & non ſunt ſub juriſdictione
Epiſcopi, quique dicuntur *Nullius*, Azor.
cit. quæſit. 2. *verſ. nihilominus*, qui & dicuntur Suffraganei
& Ordinarii locorum, *cap. Ordinarii de off.*
29 *Ordin. in* 6. Etſi exempti fuerint, & immediatè
ſubjecti Sedi Apoſtolicæ, etiam tenentur accedere
ad Concilium Provinciale, Proſp. Auguſt. in addit.
ad Quarant. *in Summ. Bullarii ver. Concilium Provinciale
num.* 3. *quæſt.* 3. ſubdens teneri eligere Metropolitanum,
ad cujus Provinciale Concilium
accedere valeant, ſicuti Epiſcopi exempti, ut mox
dicam, Aloyſ. Ricc. *in dec. Cur. Archiepiſcop. Neapolitanæ
par.* 4. *dec.* 151. *nu.* 4. Barb. *Coll. DD. ad can.*
Epiſcopus el. 2. 18. *diſt. & ad Concil. Trident. cap.* 3.
ſeſſ. 24. *de reformat.* Et quod etiam Abbatiſſæ Canoniſſarum
vocari debeant, ac intereſſe, non ſecus ac
alii Abbates, ſi habeant juriſdictionem, docet Van-Eſpen.
in jus Eccl. Univ. par. 1. *tit.* 33. *cap.* 2. *num.*
31. ubi quod in Conc. Provinciali Cameracenſi anno
1565. reperiuntur ſubſcriptiones Procuratorum Abbatiſſarum
hujuſmodi. Et ratio, quod hi Abbates vocentur,
eſt, quia cùm *in cap.* 2. *ſeſſ.* 24. *de reform.*
Concilii Tridentini ſtatuatur, ibi: *Epiſcopi, qui nulli*
*Archiepiſcopo ſubjiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum
ſemel eligant, in cujus Synodo Provinciali,*
cum aliis intereſſe debeant, & quæ ibi ordinata fuerint,
obſervent, & obſervari faciant. Ex identitate rationis
idem eſt dicendum in Abbate, & Prælato *Nullius*, qui
cùm ſit Ordinarius, & exemptus ab Archiepiſcopo,
habetur ad inſtar Epiſcopi exempti, & quod Concilium
procedat pariformiter, colligitur *ex cap.* 9. *ejuſd.*
ſeſſ. 24. ibi: *Qui ſemel in Concilio Provinciali à Prælato
illius loci electus fuerit*, Barboſ. *cit. cap.* 2. *nu.* 7.
& 8. & ita ex mente Sac. Congreg. Concilii refert
Fagn. *cap. etſi membra numer.* 34. *& ſeqq.* ubi de Archipresbytero
Altamuræ *Nullius*, & nulli Metropolitano
ſubjecto; imo quod cùm Concilium *in dicto*
cap. 2. præbeat facultatem eligendi ſoli Epiſcopo,
abſque conſenſu Capituli, ita facere poterunt Prælati
Inferiores ſupradicti, *num.* 35. *de his quæ fiunt à Prælat.*
Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 50. *& ſeqq.*
Barboſ. *ad cit. cap.* 2. *ſeſſ.* 24. *num.* 7. *& ſeqq. Et Sacra
Congregatio Concilii* contra Vicarium Generalem
Alberonæ; *Nullius in Beneventana juris intereſſendi*
in Concilio Provinciali 6. *Auguſti* 1695. propoſito dubio,
An Vicarius Alberonæ teneatur intereſſe Synodo
Provinciali Beneventanæ? reſpondit *Affirmative*, &
cit. Fagnan. *cap. Quod ſuper his num.* 8. *& ſeq. de*
major. & obed. & citat. cap. etſi membra numer. 33.
Barboſa *de jur. Eccleſ. lib. de Abbat. cap.* 17.
num. 82.

Itidem Epiſcopus exemptus ex vi citati *cap.* 2. *ſeſſ.*
24. *de reform.* ſine tamen aliquo præjudicio exem- 30
ptionis, tenetur eligere Metropolitanum, ad cujus
Conventum provincialem poſſit cogi accedere, &
obſervare ejus Decreta, & ſpectat ad ſolum Epiſcopum,
ſeu habentem juriſdictionem ordinariam, talis
electio, imo etiam contradicente Capitulo, ut in
una Tranenſi Sac. Congreg. reſolvit *Genuenſ. in praxi*
cap. 89. *num.* 17. *&* 18. Fagnan. *cit. cap. etſi membra
num.* 35. Epiſcopi tamen Provinciæ Romanæ,
qui ſcilicet adſunt inter Provinciam Piſanam, & Capuanam,
non tenentur ad ullam electionem, *cap. tua*
nos de off. Vicarii, ex declaratione *Sac. Congreg. Concilii*,
apud cit. Fagnan. *num.* 36. *cap. etſi membra*,
Card. de Luca *de præhem. diſc.* 1. *num.* 9. quod intelligi
debet, ſi ſint exempti.

Hic autem occurrit quæſitum, an ſpectet ad anti-
quiorem Suffraganeum convocare Concilium Pro- 31
vinciale, abſente, vel impedito, ſeu mortuo Archiepiſcopo,
ex iis, qui ſunt ſubjecti, vel etiam ex iis, qui
ſunt exempti, ſed elegerunt eumdem Metropolitanum?
Et ſpectare ad antiquiorem ex Suffraganeis, non
autem ad exemptum eligentem, etiamſi antiquiorem,
reſolvit *Sac. Congreg. Concilii in una Brugen.*
die 17. *Aprilis* 1649. ut refert Pignatell. *tom.* 1.
conſult. 354.

Sed aliud dubium poteſt inquiri: An facta electio-
ne per Epiſcopum exemptum Archiepiſcopi, qui non 32
habeat ſub ſe alios Epiſcopos Suffraganeos, illa valeat?
Iſta controverſia fuit inter Eminentiſſimum, &
Reverendiſſimum D. Cardinalem Urſinum Archiepiſcopum
Beneventanum mox laudatum, & Illuſtriſſimum,
& Reverendiſſimum D. Tortorellum Epiſcopum
Triventinum ſcientiæ, probitatis, ac regularis
obſervantiæ profeſſorem. Cùm etenim Epiſcopus
Triventinus immediatè ſit ſubjectus Sedi Apoſtolicæ,
& à Metropolitano quocumque exemptus, juxta
Bullam Sixti IV. anno 1474. elegit anno 1584. pro
Concilio Provinciali Archiepiſcopum Lancianen.,
qua facta electione juxta facultatem *cit. cap.* 2. *Sac.*
Concil. Trid. ſeſſ. 24. non poſſe à Metropolitano, intra
cujus fines exiſtit, inquietari, ac cogi, inſtabat.
Ex parte verò Eminentiſſ. Cardinalis objiciebatur, quod
cùm Eccleſia Triventina fuerit ſita intra Provinciam
Beneventanam, de cujus Eccleſiæ laudibus latè Card.
de Luc. *diſc.* 97. *de juriſd.* deberet huic Concilio Provinciali
intereſſe, non permiſſa alia electione, quæ dici
minimè valet legitima in Archiepiſcopo Lancianenſi,
ea ratione, quia Concilium loquitur de electione
Metropolitani, qui habeat Suffraganeos, cum quibus
poſſit Concilium celebrari, ut ſonant verba ejuſdem
Concilii ibi: *Aliquem vicinum Metropolitanum ſemel*
*eligant, in cujus Synodo Provinciali cum aliis intereſſe
debeant*; & ſic ſupponit Concilium electionem
fieri debere de Metropolitano habente Suffraganeos,
cum quibus intereſſe exemptus poſſit.

Verùm Sac. Congregatio Concilii concordi conſenſu,
petito oraculo reſpondit die 8. Maji 1694. Ad
dubium, *An dictus Epiſcopus Triventinus teneatur*
intervenire Synodo Provinciali Beneventano? Negativè:
& ratio videtur conſona, quia clara eſt diſpoſitio
Sac. Concilii, ut facta electione, debeat exemptus in
Archiepiſcopi electi tantùm Conſeſſu Provinciali cogi
ad intereſſendum, nec hodie viget textus, quod
Concilia Provincialia debeant conſtare decem Epiſcopis,
can. ſcitote 6. *qu.* 3. quia verè videmus Provincias
Metropolitanorum conſtare ex paucioribus, imo
etiam ſine alio Suffraganeo, ut in Archiepiſcopo
Lancianen., & Roſſanen. innuit Barboſ. *de poteſt.*
Epiſc. par. 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *nu.* 12. *in fine*, Azor. *inſt.*
moral. par. 2. *lib.* 3. *cap.* 33. *quæſt.* 1. & benè notat
Thomaſſin. *de benef. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 5. §. *non*
ita res, & dictos Canones non habere vim legis, Card.
de Luca *Miſcell. Eccleſ. diſc.* 50. *num.* 5. *& diſc.* 52.
num. 18. & apud Græcos erant Metropolitæ honorarii
dicti ſine Suffraganeis, & de eorum privilegiis Thomaſſin.
lib. 1. *cap.* 40. *num.* 10. & de frequentibus
Eccleſiis Metropolitanis in Italia Card. de Luca

de

de prabem. disc. 53. nu. 71. Et confunduntur nomi-
ne Archiepiscopi, & Metropolitani, ut laté Barbos.
cit. num. 12. Azor. citat. quaest. 4. vers. Dicendum.
Unde dum Concilium loquitur de Metropolitano,
intelligit de Archiepiscopo in una eademque re coin-
cidente.

Nec obstant verba cum aliis interesse debeant, quæ
intelligi debent cum aliis, qui possunt Concilium
Provinciale construere, prout non solùm sunt Epi-
scopi, sed etiam Prælati inferiores, ut supra dixi.
Et in facto Archiepiscopus Lancianen. habet Præpo-
situm Atissæ, aliosque Abbates, sub se, & Concilia
celebravit Provincialia approbata à Sac. Congregat.
& proinde verbum aliis æquivalet dictioni univer-
sali, Rota dec. 265. nu. 3. dec. 708. nu. 2. & dec.
747. nu. 5. par. 18. recent.

Hæc autem electio semel facta ligat successores,
33 nec potest mutari, Gallet. in margar. casuum conscien-
tia v. Episcopus pag. 200. col. 2. cit. Barbos. can. si
Episcopus dist. 18. & ad cit. cap. 2. nu. 16. & sic fuis-
se decisum à Sac. Congreg. Concilii refert Quaranta
cit. nu. 2. in fine, & in una Mediolanensi, & eadem
34 Sac. Congreg. in cit. Beneventana juris interessendi
in Concilio Provinciali 6. Augusti 1695.

Rursus debet vocari necessariò Capitulum cuju-
35 scumque Cathedralis, Sede ejus Episcopali vacante,
& potest mittere Vicarium Generalem Capitularem
cum speciali mandato, Quaranta cit. nu. 3. quaesit. 4.
& tunc Sede Episcopali Vacante, Capitulum habet
votum decisivum, quia repræsentat Episcopum, licèt
Sede plena tantùm consultivum, ut dicam, Prosp.
de Augustinis in add. ad Quarantam cit. sub nu. 3.
qu. 4. Piasec. in prax. Ep. par. 2. cap. 2. art. 1. nu. 4.
Vulp. praxi Jud. for. Eccles. lib. 4. cap. ult. nu. 13.
Marchet. in prax. Vic. cap. par. 2. tit. 11. num. 17.
ubi dicit, quod cùm in Vicarium Capitularem tran-
seat sine speciali mandato jurisdictio Capituli, Vica-
rii erit adire Concilium, & votum dare. Esse quo-
que vocanda Capitula Collegiatarum, quasi Episco-
36 palem jurisdictionem habentia, ex declaratione Sac.
Congregationis, refert idem Prosp. August. & iisdem
rationibus, quia per obitum Prælati, transit jurisdi-
ctio in Capitulum hujusmodi, quod eligit Vicarium
Capitularem, ut in Capitulo Altamuræ, & aliàs
dixi laté in Commentario ad Constitut. 2. Leonis IX.
& esse vocandum ex necessitate, si agatur de ejus in-
teresse, vel propter consilium, sed non habet vo-
tum decisivum, & ex honestate invitari debet, itaut
non cogatur invitus accedere, prout Episcopi, &
alii qui de jure vel consuetudine accedunt, sed ha-
bet votum consultivum, ut laté firmat cit. Fagnan.
cit. cap. Etsi membra nu. 37. & seqq. ubi declara-
tio Sac. Congreg., quam ego infra referam.

Sed numquid sit vocandum Capitulum Cathedra-
37 lis, si Episcopus vivat? Et posse tantùm vocari, si
agatur de ejus interesse, ut valeat audiri, prout pars,
non uti Conjudex, Fagn. cit. nu. 40. & sequentibus ex
Innocentio in cap. Grave de prabendis. Si tamen Epi-
scopus duobus subjaceat Metropolitanis, prout solet
38 esse in Episcopo habente duas Diœceses æquè prin-
cipaliter unitas, cui Concilio Provinciali debet in-
tervenire? In hoc dico, quod si ambo simul ce-
lebrentur Concilia, potest Episcopus ad unum ac-
cedere, & ad alterum, Procuratorem mittere, Prosp.
August. cit. quaesit. 13.

Omnes prædicti, scilicet Episcopi, Abbates, Præ-
39 lati inferiores habentes jurisdictionem quasi Episco-
palem, & Capitula Cathedralium nomine Episcopa-
lis Sedis Vacantis, habent votum decisivum, & ita
quoque eorum Procuratores cum speciali mandato,
si principales fuerint impediti, habent votum decisivum,
si Concilio placuerit, Fagnan. cit. cap. etsi membra
nu. 53. & ita rescripsisse Summum Pontificem, oc-
casione celebrationis Synodi Rothomagensis anno
1581. cum voto Sac. Congreg. Concilii, dixit Van-
Espen. Jur. Eccl. Univ. par. 1. tit. 20. cap. 1. nu. 16.
vers. ita quoque. Et ex privilegio Apostolico etiam
simplices Presbyteri, & Diaconi possunt suffragia dare, 40
ut evenit sub Symmaco Papa, & docet Azor. cit. par.
2. lib. 4. cap. 47. qu. 2. vers. nihilominus. Metropoli-
tanus igitur est Caput Concilii, non autem supra illud 41
Gonzal. in cap. grave 29. nu. 1. de prab. & dignit.
& proindè prævalent vota plurium decisiva voto il-
lius, Fagnan. cap. sicut olim nu. 104. de accusat. quia
omnes Episcopi sunt Conjudices.

Possunt tamen non ex necessitate, sed ad votum
consultivum tantùm præstandum vocari Abbates Com- 42
mendatarii, cap. Ut Apostolica de privileg. in 6. Sed
Abbates Cistercienses non tenentur accedere, nisi
exprimatur causa rationabilis, can. Episcopus il 2. 18.
distin. Barbosa ibidem; & tandem debent interveni- 43
re omnes, qui secundùm consuetudinem tenentur
accedere, & possunt compelli juxta cit. cap. 2.
Concil. Trident. ibi: Quo Episcopi omnes, & alii, qui
de jure, vel consuetudine interesse debent, convenire
omninò teneantur, & declaravit S. M. Gregorius XIII.
apud Genuens. in praxi Curia Archiepiscopalis Nea-
polit. cap. 89. nu. 2. & 15. Fagn. cit. cap. etsi mem-
bra num. 38.

Possunt quoque accedere ii, qui se gravatos existi-
mant, pro justitia assequenda, can. propter 18. distin. & 44
laté quoad eos, qui debeant vocari, vide Fagn. cit.
cap. sicut olim de accusat. & cap. etsi membra nu. 39.
de his, que fiunt à Pralatis. Sed quid dicendum de
Laicis, an liceat eos convocare in dicto Concilio? 45
Et dicendum esse tantùm permissam horum convoca-
tionem, non ad decidendum, neque consulendum,
sed ad justitiam petendam, cujus administratio solis
Ecclesiæ Ministris in rebus ad Ecclesiam pertinentibus
est reservata, Fagnan. in cit. cap. n. 20. & nu. 50. Cæ-
teroquin Sac. Congreg. Concilii non approbat dictam
vocationem, ut in Oriolen. 27. Martii 1632. & nul-
lum jus habere laicos petendi assistentiam in Synodo
denegando remissoriam, resolvit in Lycien. 10. Janua-
rii, & 10. Aprilis 1688.

An verò impedimentum vocationis Regis sit legi-
timum ad excusandum Episcopum non intervenien-
tem in Concilio Provinciali?

Videtur enim primò affirmativè dicendum ex can.
35. Concilii Agathen. ibi: Excepta gravi infirmitate 46
corporis, vel praceptione regia, & docet Marca in
Concord. lib. 6. cap. 13. nu. 4. Contrarium tamen di-
ci posse liquet ex can. 1. Concilii Turonen. II. ibi: sine
cujuslibet excusatione persona, idest Regis, vel priva-
ti, non debet spirituali operi etiam regalis praferri
preceptio, &c. Non debet enim præcepto Domini,
persona cujuslibet hominis anteponi. In hoc tamen
dico secundam opinionem esse veriorem, nisi vo-
catio, seu potiùs accessus ad Regem sit volunta-
rius, non coactivus, qui nequit jure dari, & con-
tineat necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, Thomas.
de benef. part. 2. lib. 2. cap. 49. numer. 11. tunc
enim posset dici Episcopus justè impeditus, & hoc 47
procedit quatenus non adfuerit præceptum positivum
Archiepiscopi, ut Episcopus deserat quodcumque ne-
gotium, & ad Concilium pergat, quia tunc cessat
utilitas, quam Superior non agnoscit, Gonzal. cap.
parati de appellat. & alibi dixi in Constitut. ante-
cedenti Callisti II. loquendo de Episcopo feudata-
rio, & dummodò tamen talis comparitio coram
Rege, Ecclesiæ libertati non præjudicet, Campeg.
de Concil. cap. 11. Bertachin. de Episc. lib. 4. par.
1. quaest. 14.

Sed si Episcopus fuerit vocatus ad Concilium Pro-
vinciale, an sit justa causa, ut non currat tempus sex 48
mensium concessorum in collatione præbendæ, vel
concursus Parochialis ad formam Bullæ Sant. Mem.
Pii V. vel an incurrat pœnas contra non residentes
juxta Bullam San. Mem. Urbani VIII. ac alias Cano-
nicas dispositiones? Clara est dispositio Lateranensis
Concilii sub Alexandro Tertio celebrato, quod ne 49
præbendæ Ecclesiasticæ vacantes diu permaneant in-
fra sex menses, Collatores providere eas debeant de per-
sonis dignis, sin minus, eo termino elapso, provisio

ad alios devolvatur Collatores gradatim, ut plenè *in cap. 2. §. cum verè de conceff. præbendæ*, & San.
50 Mem. Pius V. *in ejus Constitut. incip. In conferendis 33. tom. 2. Bull.* mandavit, ut Vacante Parochiali, fiat per Episcopum concursus ad formam Concilii, intra sex menses, vel quatuor, respectivè ad beneficia reservata, vel non, Sedi Apostolicæ, aliàs devolvantur respectivè ad Sedem Apostolicam, vel alios Collatores, ut ibi. Unde videndum, an dictum tempus currat ei, qui in Concilio Provinciali adesset, vel saltem dispensari possit ex benignitate Apostolica, ut tale tempus non currat, durante tali impedimento?

Videtur primò dicendum non currere, quia im-
51 pedito, vel juris, vel facti impedimento, ut non currat tempus semestris à jure concessum ad conferendum, est clara dispositio textus *in cap. quia diversitatem de conceff. Præben.* ubi Gonzal. & Fagn. aliique Repetentes: sed permanentia in Concilio Provinciali est impedimentum juris, & facti, proinde non currere tempus debet, idque etiam dicendum juxta terminos Bullæ Pii V.

Verùm contrarium est firmandum; nam non omne
52 impedimentum eundem parit effectum, siquidem, ut tempus non labatur juxta terminos *cit. cap. quia diversitatem*, debet esse impedimentum, quo etiam si Conferens vellet, non posset, ut erat casus dicti textus, in quo Archiepiscopus Eboracen. fuerat suspensus ab officio, & jurisdictione, ex quo carebat potestate conferendi, ut gloss. *ibid. verb. à qua*, etsi fuerit suspensus culpa sua, tamen non devolvitur jus ad Capitulum, nisi labatur tempus metiendum à die scientiæ, & à die quo possit conferens uti sua auctoritate, & potestate, quamvis dicat Gonzal. ibi, in fine, quod non erat suspensus, sed Regis potestate exul injustè factus ab Ecclesia, quodque hoc non impediebat exercere jus collationis, & Gloss. ibi dixit esse suspensum ab officio, & jurisdictione, ut notat Fagnan. *ibidem num. 6. vers. textus, & num.* 11. Certum est quod impedimentum si sit removibile, vel non insinuat ad collationis effectum impediendum, non suffragatur, ut tempus non labatur, ut plenè Lott. *de re benef. lib. 2. quæst. 24. nu.* 18. *& seq.* Garcias *de benef. par.* 10. *cap.* 2. *num.* 18. *& seq.* ubi etiam quoad Bullam Pii V. ubi plures decisiones S. Rotæ refert quod Episcopo non profuit pro impedimento non habuisse possessionem Ecclesiæ, quia cùm habuisset Bullas, & potuisset possessionem adipisci, per ipsum stetit, quominus impedimentum removeretur. Et quamvis diceretur Episcopus retineri à Rege, respondit Sacra Rota potuisse possessionem capere per Procuratorem, ut in *Placentina Parochialis* coram Pamphilio apud Garciam *num.* 23. *& num.* 24. in confirmatoria, quodque non sufficit impedimentum facti, vel juris, nisi probentur diligentiæ, ut illud removeretur, cum ibi plenè citatis, & benè Fagn. *cit. num.* 11. quod ideò Papa *in citat. textu* excusavit Archiepiscopum Eboracen. qui non fuit in mora accedendi ad Urbem pro absolutione.

In casu igitur accessus ad Concilium Provinciale,
53 nullum impedimentum juris considerari potest, quin Episcopus conferre possit, nam nullo Canonico impedimento irretitus diceretur, nec minùs impedimento facti, quia non impeditur talem collationem facere, vel concursum, si ageretur de Parochiali, qui decerni potest etiam per Vicarium cum speciali mandato, ut plenè Garcias *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 108. & melius *num.* 117. *& sequentibus*, Cardin. de Luca *de Parochis disc.* 45. quod Episcopo absente, possit indici concursus per Vicarium, qui an possit alium subrogare, *ibid.* Imò in fortiori casu si Episcopus non fuerit impeditus, quia Concilium verbis appositis *Episcopo impedito*, denotare voluit convenire, ut fiat ab Episcopo, cessante impedimento, & sic causa admonitionis tantum, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 60. *num.* 41. &

alibi erit sermo. Et circa prædicta, propositis dubiis 54
ad instantiam Episcopi Gerundensis *in S. Congreg. Concilii in una Gerundensi juris conferendi. Primò, an tempus, & tempora, quibus Episcopus ex causa præfata cogitur à propria Diœcesi abesse, computanda sint in termino sex mensium, vel potius ex illo detrahenda? Et quatenus computandum. Secundò, an ei indulgenda prorogatio præfati termini? Sac. Congreg. die 7. Julii 1685. respondit, Ad primum, computandum. Ad secundum, negativè.*

Dicerem quoque, quod si Episcopus gauderet alternativa, qua uti nequit, nisi resideat, accessus ad
Concilium Provinciale non videtur justa causa, itaut 55
vacante Canonicatu in tali absentia licitum ei sit providere; quia quando tempus, vel alia qualitas est præfixa non in odium negligentiæ, ut est in casu cit. Textus *in cap. Quia diversitatem, & in Bulla Pii V.* sed in favorem alterius, tunc tempus currit etiam impedito, Abb. *cit. cap. num.* 3. Fagn. *num.* 12. *ad textum in l. Genere ff. de his qui not. infam.* & Regula Cancellariæ moderna de alternativa loquitur de residente *verè, & personaliter*, quæ verba excludunt omnem fictionem, & materialem præsentiam requirunt, latè Gonzal. *ad reg. 8. Cancell.* Gloss. 43. *num.* 23. & pluribus antecedentibus, & sequentibus, Card. de Luca *adnot. ad Conc. Trident. disc.* 48. *num.* 10. *& de benef. disc.* 28. *num.* 9. *& disc.* 93. *num.* 15. *& seq.* ubi idem sentit, etiamsi absit in tribus mensibus permissis à Concilio, ut possint Episcopi abesse, vel cum licentia S. Congregationis Concilii, aut ex justa causa legationis, Rota *decis.* 70. *&* 279. coram Ludovisio, ubi de Inquisitore Generali Hispaniæ residente Matriti ob dictam causam publicam, & ratione fidei, cum quo noluit Papa dispensare pro dicta alternativa, Gonzal. *cit. num.* 85. *&* 86. & Rota *dec.* 98. *num.* 9. *par.* 7. *rec.* Unde idem dicendum de absentia causa Concilii Provincialis, quæ etsi justa, non tamen excusat à residentia pro alternativa, quia non agitur de privatione ob negligentiam; sed de gratia concessa qualificatè ad certam causam veræ, & personalis residentiæ, in quo attendi debet puri facti veritas. Imò nec sufficit residentia, si fuerit occasionalis, vel affectata pro talis alternativæ fruitione, ut prosequitur cit. Card. de Luca *disc.* 93. *num.* 17. *de benef.* Hic autem accessus ad Concilium Provinciale relevat Episcopum ab incursu pœnarum, ab eodem Tridentino *cap.* 1. *sess.* 23. *de reform. & à Bulla S. M. Urbani VIII.* incipiente *Sancta Synodus*, indictarum, quam refert Fagnan. *in cap. Qualiter de Cleric. non resid.* & aliis. In eodem enim *Trident. loc. citat.* videtur excipi hic casus Episcopis favorabilis, ibi: *Nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reip. Officium Episcopatibus adjunctum*. Et expressiùs in dicta Bulla Urbana præservatur causa prædicta Concilii Provincialis, quæ justificat absentiam, ratione muneris Episcopalis, Fagnan. *cit. cap. Qualiter num.* 21. *de Cler. non resid.*

Terminus ab Archiepiscopo concedendus ante Con-
cilium Provinciale, competens esse debet, ut va- 56
leant Episcopi accedere commodè ad locum, *can. Placuit* 18. *dist.* Verùm potest semper quis moram purgare, donec terminetur Concilium, Jacobat. *citat. lib.* 2. *artic.* 5. *fol.* 150. Duen. *regul.* 271. *vers. amplia decimò*.

Provincialis Concilii Patres per tres dies ante ipsius
initium, vacare debent orationibus, jejuniis, & 57
eleemosynis, *Concil. Raven. III. cap.* 16. *Concil. Hispal. II. cap.* 4. & ubi non omnes vocati legitimè accederent in termino assignato, tunc potestas plenaria devolvitur ad accedentes, & absentes, uti
negligentes amittunt jus pro illa vice, Jacob. *cit. lib.* 59
6. *art.* 7. *fol.* 175. Quarant. *cit. ver. Concilium Provinciale quæsit.* 12.

Tempore Concilii debent PP. se exercere in me-
ditatione Euangeliorum, & Canonicorum præce- 59
ptorum, & in iis custodiendis, *can. Non oportet*,

can.

can. Quoniam 18. *dist.* unde non debent conviviis, ludis, aliisque laicalibus actionibus operam dare Barb. *cit. coll. ad prædictum can. Quoniam*.

Ordo in sedendo hoc quidem pacto attendi de-
60 bet. Archiepiscopus digniorem obtinere debet locum, quia est Præsidens, & Caput Concilii, Abb. *in cap. grave numer.* 8. & Imol. *numer.* 10. *de præbendis can. Placuit* 18. *dist.* & sede propè altare cum Mitra pretiosiori debet uti, ut in Cæremoniali. Episcopi postea secundùm ordinationis tempus subsequi debent, non autem quæcumque alia Ecclesiarum prærogativa in hoc est consideranda, prout etiam servatur in Conciliis Generalibus, & patet *ex can. fin.* 17. *dist.* Barbosa *in coll. cit. can. num.* 1. plures cumulans Doctores. Deferunt autem Episcopi Mitram auriphrigiatam; de quo ordine cit. Fagnan. *cap. Sicut olim num.* 29. *& seq. De accusationibus, & cap. Etsi membra de his quæ fiunt à Prælatis numer.* 47. ubi declaratio *S. Congreg.* quam hic referre duxi.

S. Congregatio censuit in Conciliis Provincialibus Commendatarios Monasteriorum, sive Abbatiarum inter Abbates esse recipiendos, quando capitulariter procedunt. Extra hunc casum, Abbates Titulares, vel habentes usum Mitræ debere præcedere Commendatarios. Post hos locum tenere Dignitates, & post Dignitates collocandi sunt Procuratores Ecclesiarum Cathedralium. Nec teneri venire ad Concilium Provinciale exemptos, & Abbates, nisi ii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent. Capitula tamen Cathedralium Ecclesiarum esse specialiter invitanda. Laicos vero invitatos posse interesse, in eoque votum consultivum habere. Et ad observationem Concilii Provincialis omnes esse obligatos, qui Episcoporum jurisdictioni subduntur. Exemptos etiam in casibus in quibus à jure communi, & Concilii Tridentini decretis specialiter Episcopis, aut Concilio Provinciali in ipsos potestas tributa est, & contra inobedientes juris remediis esse procedendum. Abbates autem Commendatarios, & Capitulorum deputatos vocem dumtaxat consultivam in Concilio Provinciali habere, & etiam decisivam, si Concilio Provinciali placuerit.

Sed Episcopus exemptus an præcedat non exem-
61 ptum? Videtur, quod sic, ex Gloss. *in cap. Per tuas de major. & obed.* in qua probatur præcedere non exemptum. Sed hoc procedit, quando sint pares in ordinatione, ut docet Abb. *ex cit. can. fin. dist.* 17. cùm non sit habenda ratio dignitatis, & sic fuit declaratum à Gregorio XIII. ut supra relato à Genuens. *in cit. cap.* 89. *num.* 15. & sic observari in Gallia, docet Cassan. *in catal. glor. mund. par.* 4. *consid.* 44. Imo Episcopus, qui fuit priùs Archiepiscopus, etiam
62 secundùm ordinationis tempus locum obtinet, juxta declarationem dicti Gregorii allatam. In actibus videlicet Conciliorum Provincialium attendendum est tempus ordinationis Episcoporum, non autem dignitas, & ordo Ecclesiarum; & faciunt notata in *cap. a collatione de appell. in* 6. & docet cit. Genuens. *nu.* 3. *&* 15.

Sed contrarium sentit Prosp. August. ad Quarant. *cit. summ. ver. Concilium Provinciale quæst.* 22. ex pluribus juribus ibi allegatis, à qua opinione non videtur recedendum, nam Archiepiscopus semper retinet dignitatem, *arg. text. in cap.* 1. *de ordin. ab Episc. qui renunc. Episc. & in cap. Post translationem de renunciat.* & idem docent Felin. *in rubr. de major. & obed. num.* 2. Marta *voto* 101. *num.* 8. Seraphin. *dec.* 1223. & declarationem prædictam Gregorii XIII. non obstare censeo, cùm intelligatur, cæteris paribus, si unus Episcopus sit exemptus, non autem quando unus est supra sphæram, & ordinem alterius. Nec minùs obstat Cardin. de Luca *in conflictu observ.* 283. quia ibi ponit casum Episcopi Suffraganei Metropolitani, qui velit intervenire, & sit Archiepiscopus, quia non debet præcedere Comprovinciales Episcopos, qui sunt Judices, ipse enim non gerebat Vicem Conjudicis, sed nec Vicarii Archiepiscopi in spiritualibus, & ita pleniùs probat in *Prægen. præcedentia disc.* 16. *num.* 7. *& seq.* ubi *num.* 12. refert præcisam declarationem *S. Congreg. Rituum de præem.* ubi etiam de tali præcedentia in actibus extraneis debita Archiepiscopo illi Suffraganeo supra alios Episcopos simplices. Hinc si quis Episcopus esset Cardinalis S. R. E. utique præcederet alios Coepiscopos etiam antiquiores. Eadem ratione Episcopus inter-
veniens nomine Metropolitani præcedit omnes etiam 63
antiquiores, Gloss. *in cit. dist.* 17. *can. fin.* Quarant. *loc. cit. quæst.* 22. & facit Card. Luca *disc.* 16. *num.* 7.
vers. Quidquid de præmin. ac possunt Episcopi in hoc 64
actu tantùm uti Rocchetto detecto cum Mozzetta, ut in Cæremoniali Romano, coram Archiepiscopo, alibi verò non permittitur.

Si tamen adesset Vicarius Archiepiscopi, qui esset Episcopus, posset dubitari, an præcedere debeat? At distinguendum puto; Aut Vicarius Metropolitani est Episcopus, & potest ei competere præcedentia, quia facit unicum corpus cum eodem Metropolitano, ut in simili dicitur Vicarius Episcopi ob eamdem rationem præcedere Dignitates, & Canonicos, dummodò hi non assistant cum paramentis sacris, quidquid dixerint Menoch. *cons.* 51. *&* 257. & Joan. Pichard. apud eumdem *cons.* 52. apud Gratian. *discept.* 111. *nu.* 1. *& seq.* Marescott. *Var. lib.* 1. *cap.* 69. & docent communiter Doctores ex resolutione *S. Congreg. Rituum post Abb. cons.* 21. *par.* 1. Grat. *cit. discept.* 111. *num.* 24. *& seq.* ubi latè Barb. *in summa Apostol. dec. Verb. Vicarius Generalis circa locum coll.* 714. Cardin. de Luca *de præem. disc.* 18. *num.* 3. Si tamen non adsit consuetudo in contrarium legitimè præscripta, & probata. Et in terminis Episcopi Vicarii Archiepiscopi cum Suffraganeis cit. Card. de Luc. *disc.* 16. *nu.* 7. *vers. Quidquid de præem.* Si tamen non sit Episcopus, non debetur ei præcedentia, quia ratione symetriæ, incongruum est, ut præcedat minor in dignitate, eò magis quia Episcopi utuntur habitu Prælatitio, qui inconsonum videtur, ut postponatur illum non deferenti, ut in terminis Episcopi Canonici recentioris, quod præcedere debeat omnes de Capitulo ob eamdem symetriam, Cardin. de Luca *in conflict. cit. observ.* 283. & nos latè diximus in *Commentario ad Constit. primam D. Leonis Magni*. Sed pro veritate dicerem, quod procedere possent prædicta absente Archiepiscopo, non autem illo præsente. Et ratio est, quia etsi Vicario detur præcedentia ante omnes, tamen id intelligi debet in actu proportionato, secus in hoc, in quo non videtur justum præcedere Vicarium non habentem suffragium, præsente Archiepiscopo, ipsis Conjudicibus, quod quidem videtur etiam sentire *idem* Card. de Luc. *cit.*

Post Episcopos, obtinet locum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Ecclesiæ, si nomine capitulari interve-
niat, itaut præcedat etiam Abbates Mitra decoratos 65
ex declaratione dicti Gregorii XIII. relata ut supra à cit. Genuens. Sin autem capitulariter non procedat, tunc locum ante Abbates Canonici non assequuntur.
Post Capitulum, Abbates subsequuntur, & Commen- 66
datarii, postea Dignitates, & Procuratores Episcoporum, & Canonici Cathedralis, uti singuli, deinde Collegiatæ Ecclesiæ Plebani, seu Archipresbyteri, & Parochi, Barb. *coll. Doct. ad cit. cap.* 2. *Conc. Trident. sess.* 24. *de reform.* & adest prælaudata declaratio Gregorii XIII. à cit. Genuens. relata *numer.* 15. *Canonicos Cathedralium Ecclesiarum præferendos esse, quando Capitulariter procedunt; Abbates benedictos, & qui usum Mitræ habent, præcedere Commendatarios; post hos, locum obtinere dignitates, postea collocandos esse Procuratores*, & patet etiam ex Pontificali, & Cæremo-
niali Episcoporum. Imò ad evitanda præjudicia, ad 67
exemplum Concilii Tridentini, interponendum est decretum in Concilii Provincialis initio, nullum in petitorio, vel possessorio cuilibet inferri præjudicium in ordine sedendi.

Idem ordo est servandus in subscriptionibus, & vo- 68
tis præstandis, ut ex *cit. can.* 17. *dist.* 18. colligitur,
& attenditur major pars votorum, ad quæ præstan- 69
da

da admittuntur principaliter Episcopi cum Metropolitano, & ii qui ex consensu Concilii votum decisivum haberent, qui nominantur à Metropolitano, & requiritur consensus omnium Coepiscoporum, Campeg. *in tract. de Concil. cap. 6.* ut fusè differit citat. Quarant. & Prosp. August. *quæsit.* 28. Unde unus de
70 Concilio proponit rem statuendam, & alii, si placet, eam decernunt simpliciter, vel cum ampliatione, aut limitatione, Abb. *in cap. 1. de pact.* & si Metropolitanus discordet à majori parte, non obstat,
71 sed debet resolvi contra Archiepiscopi sententiam, *capit. Sicut olim de accusat.* Concil. Tolet. VIII. *can.* 12. Navar. *cons. 1. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit.* Jacobat. *de Concil. lib.6. art. 2. fol.*329. Bott. *de Synod. part. 3. num.* 137. Genuen. *in cit. praxi capit.* 89. *num.* 4. & latè cit. Quarant. *quæsit.* 29. cit. Fagn. *cap. Sicut olim num.* 98. *&* tot. ubi *S. Congreg. Conci-*
72 *lii* censuit, Archiepiscopum non posse solum sine consilio Episcoporum cuique silentium indicere, vel jubere aliquem libellum legi, vel non, aut aliquem exire, aut intrare, neque contra Episcopum procedere per censuras etiam contra ipsum inurbanè se gerentem; poterit tamen uti Caput, & director Concilii mandare, ut quisque loquatur suo loco. Sed pronunciari nihilominus debet sententia nomine Archiepiscopi, de consilio, & consensu Suffraganeorum Card. Hostien. & Zabarel. *in cap. Grave de prabend. num.* 6. cit. Jacobat. *lib. 5. art. 8. fol.* 288. *cap. Sicut de accusat. & can. Sane* 65. *dist.* & confirmatur ex praxi Conciliorum Provincialium. Sed si dissentiat
73 Archiepiscopus pronunciare sententiam ab ipso non approbatam, recurrendum esse ad Summum Pontificem, docet cit. Quarant. *quæsit.* 30. Si tamen Episcopi
74 non conveniant, Archiepiscopus cum aliis dijudicet, & si utraque pars non acquiescat, Primas decidere valet, *ex epist.* 3. Bonifacii VI. *6. quæst. 4. canon. Si inter.*

Archiepiscopus enim est præcipuus Judex in tali
75 Concilio, & Episcopi sunt Conjudices, Imola *in capit. Grave de prabend.* Bott. *de Synod. part. 1. nu.* 33. *& part. 2. num.* 48. proinde nequit aliquid statuere in tota Provincia, nisi vocatis Suffraganeis, & prævio istorum consensu, Abb. *in cap. Cum olim num. 4. de Arbitris*, & in hoc casu tantùm obligarentur subditi Pro-
76 vinciales, aliter tantùm Diœcesani, *cap. Romana de sent. excommunicationis in 6.* ubi Gloss. Quaran. *cit. loco quæsit.* 24. *&* 25. qui docet quoque, si agatur de negotio in præjudicium subditorum, cum consensu Suffraganeorum, requiri etiam consensum subditorum
77 E. G. si fieret statutum, quod causæ istorum agantur coram Metropolitano.

In principio Concilii Provincialis omnes Episcopi
78 debent fidei professionem emittere, & jurare observantiam S. Concilii Tridentini, ut est injunctum in *cit. cap. 2. sess. 24. de reform.* & si quis renuerit, Summo Pontifici statim est denunciandus à Coepiscopis sub pœna divinæ indignationis, & interim prædictus renuens communione aliorum privetur. In eodem Concilio publicari debent decreta Pauli III. & Pii
79 IV. *de residentia*, ut in *cap. 1. sess. 24. de reformat.* & alii Canones, ac principales Bullæ, ut advertit cit. Genuens. *cap.* 89. *n.* 9. *in fine.*

Causæ, quæ solent agitari in Concilio Provinciali
80 sunt moderationes morum, & excessuum correctiones, ac compositiones controversiarum, ut Concil. Trident. *in cit. cap.* 2. ait, *& canon. Propter* 18. *dist. Conc. Sabin. can.* 2. & cognoscit de omnibus aliis causis totius Provinciæ non solùm per appellationem, sed etiam per modum querelæ simplicis, Jacobat. *cit. lib. 5. art. 11. fol.* 298. Lancell. Corrad. *in templo omn. Judic. lib. 2. cap. 3. numer.* 20. & potest disponere de omnibus negotiis Provinciæ, salvo Jure Papæ, Hadrianus I. *cap.* 8. Sed in negotiis majoribus debet Papam consulere, *dist.* 17. *Can. Concilia*, & sic majores quæ-
81 stiones puta ad fidem pertinentes, depositio Episcoporum, & ad reformationem universalis Ecclesiæ spectantes nequeunt à Concilio Provinciali tractari, Bott. *de Syn. part. 3. num. 25. art.* 1. Castr. *advers. hæres.*
lib. 1. cap. 8. nec potest in causis gravibus crimina- 82
libus contra Episcopum informationem capere etiam ad finem processum transmittendi ad Summum Pontificem, *ex cap. 5. sess. 24. de reform. in Conc. Trident.* Aloysius Ricc. *in praxi part. 4. resol.* 491. *& in dec. Cur. Archiep. Neap. par. 4. dec.* 142. *numer.* 5. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 112. *part. 3. num. 2. in fin.* & *ad Conc. Trid. cit. cap. num.* 8. & alii citati Doctores, & diximus *in Commentario ad Const.* 2. Leonis IX.
agendo de depositione Episcoporum. Quæ autem sint 83
istæ causæ majores, quæ prohibentur contra Episcopos tractari, quæque tantùm reservantur Summo Pontifici, vide Menoch. *de arbitr. casu* 266. & Læl. Jordan. *in tract. de Episcoporum causis majoribus capit. 1. & 2.*

At de causis minoribus Episcoporum licet in Concilio Provinciali agi, Concil. Trid. *cit. sess. 24. cap. 5. de reform. in fin.* Navar. *lib. 1. tit.* 18. Barb. *coll. DD. ad cit. cap. 5. S. Concil. Trident. num. 7. & ad can. Propter* 18. *dist. num.* 7. attestans sic fuisse decisum à S. Congreg. etiamsi in Concilio adsint Epis-
copi minores duodecim, quia in minori numero po- 84
test Concilium Provinciale haberi. Sed de istis causis latè docuimus in *cit. Commentario* ad *Constit. II.* Leonis IX. quod soleat procedere S. Congregatio Episcoporum, & Auditor Cameræ, cum raró congregentur hujusmodi Concilia. Si tamen dictæ causæ Episcoporum propter breve temporis spatium nequirent terminari, possent ad Metropolitanum remitti, ut de justitia decidantur, ex S. Congreg. decisum refert cit. Genuens. *cap.* 89. *num.* 9. qui docet posse ab eodem Concilio Provinciali talium causarum terminationem aliis non Episcopis committi, qui completo Concilio poterunt procedere, ad notata
in *cap. Gratum de off. deleg. & cap. Relatum ibid.* Sed 85
an possit cognosci in eodem Concilio de delictis Me-
tropolitani? Respondeo negativè. Sed tantùm is po- 86
test corrigi, & denunciari Summo Pontifici, Gonzal. *cap. Grave* 29. *num. 1. de preb. & dignit.* & diximus supra *in cit. Commentario ad Const. II.* Leonis IX. & proinde nequit excommunicari à Concilio, Quarant. *quæsit.* 33. sed supplet negligentiam illius circa administrationem justitiæ, *can. Si Metropolitanus 6. qu.* 4. ubi Alexand. & poterit cognoscere de causis ap-
pellationum interpositarum à Metropolitano ad dictum 87
Concilium, Gloss. *in can. Multis* 17. *dist.* ubi Doctores, Genuens. *in praxi cit. cap.* 89. *n.* 10.

Item Concilium Provinciale examinat delicta sub-
ditorum Suffraganeorum, *cap. Grave de prabend. cap.* 88
Sicut olim de accusat. Barb. *cit. ad can. propter* 18. *dist. num.* 4. Philipp. Franc. *in cap. fin. de censib. lib.* 6. juxta ea quæ dixi latiùs in *Commentario ad Constitut. II.* Leonis IX. & tale Concilium habet jurisdictionem ordinariam, Card. Alex. *in can. experientia* 11. *qu.* 1. *& 3. & qu. 8. in summ.* Jacobat. *cit. lib. 5. art. 11. fol.*
289. ad quod omnes gravati debent accurrere pro ju- 89
stitia. Potest statuta condere, non autem contra jus commune, sed potest præter jus, *cap. Innotuit*, ubi Abbas *de eo qui furtive ordin. suscepit, & Doctores in cap. Sicut olim de accusat.* Rursùs deputat personas,
quibus valeant causæ committi, *cap. Statutum de ref-* 90
criptis in 6. Conc. Trid. sess. 25. de reform. ca. 10. ita ut unaquæque Diœcesis quatuor habeat, & designatio facta, transmittenda est Summo Pontifici, ut dicam infra, ubi forsan agam de Concilio Diœce-
sano. Statuit modum celebrandi divina officia, *cap.* 12. 91
sess. 24. cit. Conc. Trid. Discutit tenuitates redituum Cathedralium, ad finem eos augendi, *cit. sess. 24. cap.* 14. Judicat de licentiis non residendi, *sess. 23. capit.* 1.
Concilii Tridentini. Corripit Archiepiscopum, & 92
Episcopos negligentes ad Seminarium augendum,
eosque compellit, *cap.* 18. *sess. 23. cit.* Inquirit an be- 93
neficia fuerint collata indignis, qui collatores post primam, & secundam monitionem si fuerint reperti culpabiles, suspenduntur à collatione beneficiorum *cap. Grave de prabend.* Providet circa formam exa-

minis

minis per concursum ad Parochiales, addendo, vel
diminuendo, *cap. 10. sess. 24. cit. Conc. Trid.* Mulcta-
94 re potest Episcopos exigentes ultra debitas procuratio-
nes aliquid tempore Visitationis Diœcesum, *cit. sess. 24.*
cap. 3. Eligitur in illo ab Ecclesiis Nullius Jurisdictio-
nis Ordinariis à quo visitentur, quando non con-
95 stat de viciniori, *cap. 9. cit. sess. 24.* Judicat locatio-
nes factas rerum Ecclesiarum in damnum ipsarum,
96 & contra Canonicas sanctiones, *cap. 12. sess. 25. cit.*
Conc. Trid. Supplet negligentias Episcoporum non cu-
97 rantium, quod Decreta per Concilium Tridentinum
lata *de regularibus* exequutioni demandentur in Mo-
nasteriis eorum Diœcesum, *cap. 22. de regularibus cit.*
Conc. Trid. Eliguntur in eodem Concilio Testes Sy-
nodales, Inquisitores nuncupati, qui debent inqui-
rere, quæ indigent reformatione, prout etiam in Sy-
nodis Diœcesanis idem mandatur, & de differentia
latè Fagnan. *cap. sicut olim num. 2. de accusat.* Sed
abstinere debet à nimia multitudine statutorum, quæ
98 sint pauca, & de rebus temporibus aptis, de quibus
opus est providere, & rarò utendum est Censuris
ne contemnantur, & parvi æstimentur, Panorm. *in*
cap. Clericos notab. 2. de cohabit. Cler. & mul. &
loco censurarum, pœnas temporales imponere docet
Bott. *de Synod. part. 3. art. 1. concl. 13. numer. 113.*
Potest statuere, ut ordinandi nequeant ad alios mit-
99 ti, nisi ad Provinciales Episcopos, ex rationabili ta-
men causa, & pro correctione morum Provinciæ;
secùs non valeret hoc statutum, sicque fuisse deci-
sum *a Sac. Congreg. Conc. Trid. super cap. 10. sess. 7.*
refert Genuen. *in praxi cit. cap. 89. num. 7.* Rursus
Concilium Provinciale concedere potest Indulgentias
100 quadraginta dierum tantùm, sicuti Episcopus, licèt
adsit Archiepiscopus, Henriquez *de Indulgentiis cap.*
31. §. 4. Sed an possit statuere aliquod contra Regula-
101 res, alibi agendum erit, ubi de Judicibus Regularium,
& latè de materia, in qua soleat Concilium Provin-
ciale procedere, Fagnan. *ad citat. cap. Etsi membra de*
his, quæ fiunt &c. cap. Quod super his de major. &
obed. & cap. sicut olim de accusat. ubi ad satietatem plu-
ra habebis ad materiam, Quaranta *verb. Concilium*
Provinciale, ubi Prosp. Augustinus *in addit.* Genuen.
in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ cap. 89.

An autem appellari possit à Concilio Provincia-
102 li? Dic appellari ad Pontificem, *can. Sicut excellen-*
tiam 23. qu. 4. Felin. *cap. 1. num. 6. de judic.* Navar.
cons. 3. de appell. quia cùm appellatio sit provocatio
minoris Judicis ad majorem, nequit dari alius Judex
Concilii Provincialis, nisi Papa, & hoc Concilium
potest allegari suspectum, *can. ad Rom. 2. qu. 6.* Nav.
cit. cons. 2. de appell. Genuens. *in cit. cap. 89. num. 14.*
& totum Concilium dicitur suspectum, cum Metro-
103 politanus ejus caput suspectus redditur, Cravett. *in tr.*
de antiquit. tempor. part. 1. num. 80. Menoch. *in tract.*
de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 4. casu 459. num. 19. quia caput
Concilii, uti præcipua pars trahit ad se minorem.
Sed si Metropolitanus non sit suspectus, potest alle-
104 gari Episcopus, qui non solùm non potest decidere,
sed neque intervenire, ut ait Capycius *dec. 138.*

Excusantur tamen accedere ad Concilium Provin-
105 ciale, qui debent mare transfretare cum periculo,
ex cap. 2. sess. 24. citati Concilii Trid. de reform. nec
non qui sunt impediti ætate, scilicèt senes, *can. Pla-*
cuit 18. dist. cùm senectutis pondus sit sufficiens ex-
cusatio circa onera, Alciatus *de præsumptionibus reg.*
1. præsumpt. 45. num. 1. & etiam vexati ægritudine
dicto can. Placuit. Sed gravi, nec sufficit levis febri-
cula, vel vetus quartana, Gloss. ibi *ver. ægritudine ex*
can. Si quis Episcoporum cit. dist. 18. & §. Sed scien-
dum ff. de edilit. edict. lib. 1. Et quæcumque gravis ne-
cessitas excusat, & non sufficit quælibet necessitas,
& quæ requiratur, vide Campegium *de Conc. cap. 11.*
Bott. *de Synodo part. 2. num. 59.* Flaminium Parisium
de resignat. benef. lib. 11. qu. 13. num. 17. Si vocatur
106 Episcopus ad Concilium Provinciale, & interim mo-
riatur, successor non tenetur accedere ex vi dictæ ci-
tationis, Barb. *coll. DD. ad can. si Episcopus 18. dist.*
ex Quaranta *cit. quæsit. 7.* Episcopus electus nondum
consecratus, & possessionem Episcopatus adeptus,
potest non intervenire, quia non dicitur Episcopus 107
ante consecrationem, Gloss. *in Clem. dignum de ce-*
lebr. Miss. Felin. *in cap. Cum te de rescriptis* Navar. *in*
manual. confess. cap. 17. sub num. 5. Sed interveniens
habet votum, & esset vocandus ab Archiepiscopo
Prosp. August. *in addit.* ad Quarant. *cit. loc. quæsit. 6.*
Possunt tamen Episcopi accedentes ad Concilium Pro-
vinciale petere subsidium charitativum, ut firmat Gen.
cit. cap. 89. n. 15.

Impedimentum verò nequit ab Episcopo probari per
unicum testem, ex Gloss. *in cit. can. Placuit 18. dist.* 108
Jacobat. *de Concil. lib. 2. art. 4. vers. quin dictum*
fol. 103.

Impediti legitimè debent se excusare per litteras cum
Metropolitano, & excusationis causas allegare, non 109
autem tenentur id facere toti Concilio, Card. Alex. *can.*
Placuit 18. dist. Jacobat. *cit. lib. 2. art. 7. qu. 7. fol.*
103. Genuen. *in cit. praxi num. 5.* & formula excusa-
tionis videnda est apud acta Ecclesiæ Mediolanensis
fol. 359. & cessante impedimento possunt compelli,
etiam cum pœnis, Fagnan. *cit. cap. Etsi membra num.*
45. de his, quæ fiunt &c. Quarant. *quæsit. 17.* & debent
mittere Procuratores cum speciali mandato ad juran- 110
dum, & recipienda statuta Concilii, ut ea exequi va-
leant in suis Diœcesibus, *can. Episcopus 18. dist.* ubi
Barb. Genuen. *cit. n. 5.*

Pœna contra Episcopos non interessentes in Con-
cilio sine justa causa, vel contra illicentiatos disceden- 111
tes, est excommunicatio, *can. si quis 18. dist.* & con-
tumax vocatur ille, qui illicentiatus recedit, Decius
in cap. 1. de Judiciis num. 43. Quarant. *quæsit. 11. &*
18. cum quo faciunt *can. Non oportet, can. Pervenit*
in fine can. Si quis, can. Placuit 18. dist. Sed talis ex-
communicatio privat tantùm communione aliorum
Episcoporum usque ad futurum Concilium, non au-
tem Sacramentis, scilicèt ut nequeant Episcopum con-
secrare, nec alia contractare cum Metropolitano, &
Episcopis; poterunt quoque à communione fidelium
segregari, & aliis pœnis Canonicis per Metropolita-
num affici, sed prævia trina monitione. Ad primam
pœnam infligendam, cùm non sit vera Excommuni-
catio, sufficit unica monitio; est namque sola pœna
Canonica. Ad secundam uti Censuram tribus vicibus
debet quis citari, *cap. 1. de sent. excomm. in 6.* proin-
dè debet citari ad videndum se declarari, *Can. propter*
el primo 18. dist. Campeg. *cit. cap. 13.* Jacobat. *cit. lib.*
1. art. 4. fol. 114. Genuens. *cit. cap. 89. n. 5.* ubi docet,
quod si excommunicatur à Synodo contumax, ab eo-
dem debet absolvi, ex dicto *can. si quis 18. dist.* si ex- 112
communicatio sit per sententiam, secùs autem si per
Canonem Concilii, quia tunc posset absolvi ab Archie-
piscopo in tota Provincia, & ab Ordinario in propria
cit. Quarant. *quæsit. 40.*

Concilium Provinciale solet celebrari per spatium
trium, vel quatuor dierum, Hostiens. *in cap. grave de* 113
præbend. nec potest ultra hebdomadam protrahi, nisi
id exigentibus negotiis imminentibus, Genuens. *citat.* 114
num. 13. Episcopi pro accessu ad Concilium Provin-
ciale possunt petere charitativum subsidium pro itine-
re, & expensis, si tamen illo egerent, Bellencin. *de*
charitativo subsidio quæst. 21. Jacobat. *cit. lib. 1. art. 5.*
fol. 111. Archiepiscopus verò nequit ab Episcopis ali-
quid petere, vel ab aliis ad Concilium venientibus sub
pœna quadrupli, *can. quoniam 18. dist.* Barb. *coll. DD.* 115
ad cit. cap. num. 4. At non incurret pœnam si non pe-
tierit, sed ultrò data recipiet, *ibid.* Imò licèt de rigore
Juris incurreret si petierit, & non obtinuerit, tamen
de æquitate non mulctabitur, Quarant. *quæst. 20.* qui
in fine subdit munuscula nec quæri debere, nec reci-
pi, *can. de eulogiis 18. dist.* ubi Card. Alex.

Priusquam Partes Concilii dimittantur, fieri debent
acclamationes sanctæ cum gratiarum actionibus, de- 116
inde omnes inter se osculum pacis dent ordine debi-
to, & dimissio nequit fieri ab Archiepiscopo solo si-
ne Voto Suffraganeorum ex declaratione Sac. Congr.
Con-

Concil. Fagnan. *cit. cap. ficut olim numer. 98. de ac-
cufat.*
Publicare tenentur Conciliaria ftatura Epifcopi in
117 fuis Diœcefibus infra fex menfes, *cap. fin. 18. diftin.*
fed non includitur tempus itineris, & quod requiri-
tur ad vulgarizandum, cùm hæc vulgari idiomate de-
beant publicari, Cardin. Alex. *ibid.* Quarant. *quæft.*39.
Genuenf. *num.*12. & de forma publicationis, aliarum-
que formularum dicti Concilii, confule finem volu-
minis Actorum Ecclefiæ Mediolanenfis *fol.*353.
Statuta hæc Conciliaria obligant omnes fubditos
118 Provinciæ, & contra inobedientes, juris remediis eft
procedendum, cùm afficiant omnes de Provincia, *cap.
cum omnes de Conftitut.* Fagnan. *cit. cap. etfi membra
num. 51. & feq. & cap. quod fuper his num. 26. de ma-
jor. & obed.* Cerr. *dec.* 856. *num.* 2. Seraph. *dec.* 813.
num. 2. *dec.* 856. *num.* 2. *dec.* 212. *num.*3. *part.*15. &
*dec.*467. *numer.* 18. *part.*17. *recent.* & bene Rota *in
Cracovien. exemptionis* 16. *Januarii* 1689. §. *Illud*
coram Card. Caccia. Hæc autem obfervantia curari
debet ab Epifcopo quolibet in fua Diœcefi, ut funt
verba Concilii, ibi: *Et quæ ibi ordinata fuerint, ob-
ferVent, & obfervari faciant. Et Sacra Congregatio
Concilii in una Montis Marani executionis decreto-
rum*, mandavit exequenda effe decreta Concilii Pro-
vincialis Beneventani in dicta Diœcefi *fub die 6. Au-
gufti* 1695. quæ tantùm obligationis vim habent in
Provincia, nec per approbationem, quæ fieri folet à
Sac. Congreg. Conc. extra Provinciam, cogent, ut
refert decifum Selv. *in felectis Canon. cap.* 25. *num.*3.
Barb. *cit. cap.* 2. *num.* 2. *feff.*24. *de reform.* & infra di-
cam. Imò ligant quoque exemptos in cafibus, in
quibus data eft hæc facultas Concilio Provinciali à
Concilio Tridentino, ut declaravit Gregorius XIII.
& refert cit. Genuenf. *cap.*89. *num.*11. Hinc etiam
119 ligatur Epifcopus fucceffor, licèt fit elapfum decen-
nium ab ultima Synodo Provinciali, ut fuit decifum
in *una Marficana*; non tamen hæc ftatuta obligant
120 ad culpam, fed ad pœnam, nifi fpecialiter ad culpam
obligare declaraverit ipfum Concilium. Conc. Tol.
21. *cap.* 2.
Sed ut vim habeat obligandi Concilium Provincia-
121 le, an requiratur, ut approbetur fpecialiter à Summo
Pontifice, juxta *can. Concilia* 17. *diftin.* Et omnes do-
cent, ut tranfmittantur ftatuta hæc Conciliaria Pa-
pæ, qui folet ea approbare, medio oraculo Sac. Con-
greg. Concilii, nec poffunt imprimi, aut executioni
demandari fine dicta facultate, prout videtur in cafu
hujus Bullæ, in qua Honorius approbavit Concilium
Turonenfe, per Epiftolam Archiepifcopi de contentis
in eo certior factus, ac eft difpofitum in Conftitu-
tione Sixti V. *Immenfa* 74. *tom.* 2. *Bullarii de Infti-
tut. Sac. Congreg. Concilii*, ibi: *Provinciales verò Sy-
nodus, ubivis terrarum illæ celebrentur, decreta ad fe
mitti præcipiet, eaque fingula expendet, & recognof-
cet*; & obfervat Fagnan. *cap. fuper his num.*24. *in fi-
ne de major. & obed.* & ita mandavit Sacr. Congr.
Concilii relata à Marca *cit. lib.*6. *cap.*14. *in fine* his
verbis: *Decreta, quæ in Conciliis Provincialibus con-
duntur, publicari non debent inconfulto Romano Ponti-
fice.* Idemque injunxit *anno* 1586. *eadem Sac. Cong.
Concil.* in Epiftola fcripta Epifcopo Hoftien. *Non eft
122 in more pofitum apud PP. Illuftriffimos, qui Tridenti-
ni Concilii decretis interpretandis præfecti funt, Diœce-
fanas Synodos recognofcere, fed Provinciales tantum
emendare*, apud Quarantam *ver. Synodus in fine*. Et
licèt Marca *cit.* loco dixerit hoc vigere, ubi decreta
S. Congreg. pro legibus venerantur, quod negat ubi-
liber, fed hoc pendet à principio, an verè dicta de-
creta vim legis obtineant, quod affirmativè eft di-
cendum, præfertim fi accedat Papæ approbatio, de
quo alibi dicam. Ultra quod eft clara difpofitio *cit.
Conft. Sixti V.* tamen nequit negari talem approbatio-
123 nem etiam extra Italiam fuiffe expetitam, & conceff-
fam, imò etiam ante dictam Conftitutionem Sixti,
quæ fuit *anno* 1588. ut in Concilio Turonenfi, de
quo in hac Conftitutione Honorii, & in alio Turo-
nenfi *anno* 1583. revifo, & remiffo per S. Congreg.
Concil. cum correctione. Sic de Concilio Rhemenfi
anno 1582. & Biturenfi tempore Sixti V. ac in aliis
in Gallia, & extra practicatum fuit, ut refert Tho-
maffin. *cit. par.*2. *lib.* 3. *cap.*57. *num.*9. & in Flandria
in approbatione Concilii Provincialis Mechlinienfis
fub Cardinali Granvellano ita obfervatum fuit, & in
fine illius dictum: *Submittens fe fuaque omnia bene-
placito Sedis Apoftolicæ, quam humiliter rogat, ut ea-
dem fua auctoritate roborare dignetur, anno* 1571. habi-
ta confirmatione. Et ita de altero Provinciali Mechli-
nienfi *anno* 1607. cum Brevi fan. mem. Pauli V. con-
firmante, certis etiam mutatis difpofitionibus, fate-
tur Van. Efpen. *in jus Eccl. Univ. part.* 1. *tit.*20. *cap.*
3. *n.*4. & 15.
Sed an hæc quæ folet fieri à Sac. Congreg. Con-
cilii dicatur, & fit pura revifio, vel confirmatio ap- 124
probativa per modum legis? Dicendum, non effe ta-
lem actum inductivum Juris majoris, nam ipfa verba
Conftitutionis Sixti V. puram revifionem demandant,
cùm potius fit actus quidam reverentialis erga pri-
mam Sedem, & univerfalem Ecclefiæ Paftorem de-
bitus ab Epifcopis, ut ante publicationem certior ille
reddatur, & ut faciliùs decreta vim, & robur reci-
piant faltem extenfivè, ut ita à fubditis alacriùs reci-
piantur. Et verè in præfenti Bulla Honorii nulla fit
mentio de confirmationis actu per viam legis; fed tan-
tùm Summus Pontifex mandat eorum obfervationem,
prout ufu confuevit fieri quoad decreta S. Congre-
gat. quæ vim legis habere dicuntur, & obfervari man-
dat fub pœnis, vel Papa, vel Auditor Cameræ ejus
Judex ordinarius. Et quatenus faltem prætendatur ac-
cedente obfervantia à Papa demandata induci majus
robur confirmationis, hoc non extenditur ad revifio-
nem, quæ fit per Sac. Congreg. Concilii, fed confir-
mationem, quæ per litteras Pontificis fiat, ut egit Pa-
pa Honorius in hac Conftitutione, in qua præcisè
auctoritate Apoftolica interdicit pravas illas confue-
tudines in Concilio Nannetenfi abrogatas, & bene
juxta prædicta fe explicavit Fagnanus verfatiffimus in
his materiis, qui confulendus omnino eft in rebus præ-
fertim Conciliaribus, cùm fuerit per plures annos à
fecretis Sac. Congreg. Concil. Dictus enim *Auctor in
cap. firmiter de Summa Trinitate num.* 48. dixit Con-
cilia Provincialia Mediolani confirmari à Sede Apo-
ftolica per litteras in forma Brevis juxta folitum jam
introductum; reliquæ verò Synodi Provinciales non
confirmantur, fed tantummodò recognofcuntur, &
emendantur à Sac. Congreg. Concil. ad præfcriptum
Sixti V. *in Inftit. dictæ Sacr. Congreg.* & idem vide-
tur innuere idem Fagnan. *in cap. ficut olim num.* 95.
de accufat. ibi enim dixit fub judicio Sedis Apoftoli-
cæ omnia acta Concilii effe terminanda, ac tranfmit-
tenda eidem Sedi, ut revideantur, corrigantur, at-
que probentur, & correcta executioni demanden-
tur.
Unde hujufmodi Concilia vim habent legis in Pro-
vincia in iis, quæ non adverfantur Sacris Canonibus,
cùm hujufmodi poteftas leges condendi in Provincia 125
verè fit in illo, Fagnan. *in cap. quod fuper his num.*26.
de major. & obediem. & Rota *in dict. dec. Cracovien.*
ubi tamen dicitur quod per approbationem S. Congr.
imò Papæ præceptum, ut obferventur, magis auge-
tur eorum auctoritas; & in præfenti Conftitutione di-
xit Honorius, *Ea quæ juxta SS. Patrum decreta in ipfo
Concilio ftatuta effe nofcuntur, irrefragabiliter obfer-
vetis*, & fic ne Coepifcopi abutantur eorum auctori-
tate, inquiri debet judicium Summi Pontificis, qui
bene poteft demandare, ut acta Concilii præfati ad
eum tranfmittantur pro iis probandis, an fint, vel ne
contra Canones, nam ille eft fummus Ecclefiæ Do-
ctor. Et fic probare differt à confirmare; nam pri-
mum continet puram canonizationem actus, fecun-
dum id quod in fe eft, difcernendo, & feparando
bonum à malo, prout approbantur libri, qui typis
mandantur, à reviforibus. Confirmare tamen eft vali-
ditatem actui dare, quam non habet; quare eft fim-
plici

plici approbationes S. Congregationis nil aliud additur Concilio Provinciali, quàm id, quod obtinet ex sui natura, & sic ea Concilia Provincialia, quæ fuerunt confirmata per Sedem Apostolicam, utpotè sunt illa Mediolani, ac alia, quæ passim à Doctoribus citantur, majus robur obtinent, ut Thomassin. *cap. 57. num. 9.* non quidem talis confirmatio efficit, ut Concilium sit pro lege universali, nisi exprimatur à Pontifice confirmante.

Ex his elicitur quanta cura utatur Sedes Aposto-
126 lica pro rebus concernentibus gubernium Ecclesiæ Universalis, hinc notum est quantum studium Eminentissimi illi PP. Sac. Congreg. Concilii adhibeant in hujusmodi revisionibus, ut fatetur Van-Espen. *cit. cap. 3. de Synodis pro Flandria revisis*, prout eadem diligentia utitur in omnibus dicta S. Congregatio opera præsertim Cardinalis Præfecti, & Secretarii Prælati, prout hodiè primum munus exercet Eminentiss. ac Reverendiss. D. Cardinalis Bandinus Panciaticus, qui per singulos ferè forenses gradus in Curia versatus, ad istud munus communi voto expetitus, ac adscriptus fuit; & alterum Secretarii, cujus vices exercet R. P. D. Curtius Origus, meus summa cum laude, olim collega Locumtenens Aud. Cam. & nunc à secretis libellorum Sanctissimi Domini Nostri, totius Curiæ plausu tam sedulò utrique muneri supplens, ob infirmitatem Reverendissimi D. Joannis Dominici Thomati Episcopi Cyrenensis mei Antecessoris in munere Locumtenentis, quem per tot annos, assiduos labores pro forensi utilitate subiisse, satis est notum.

Tandem, quoad materiam Concilii Provincialis
127 occurrit quæstio, an Archiepiscopus possit vocare ad accedendum ad Ecclesiam Metropolitanam Episcopos Suffraganeos ultra casum Concilii Provincialis? Casus evenit in Metropoli Surrentina; nam cum in hac fuisset ritus vocandi bis in anno Episcopos Suffraganeos scilicet in diebus Sanctissimi Corporis Christi, & Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, imò in Kalendario, seu ordine Officii ejusdem Ecclesiæ fieri soleret memoria hujus vocationis his verbis: *Hodie in Missa solemni præstatur obedientia Illustrissimo D. Archiepiscopo a Reverendissimis Episcopis Suffraganeis RR. Abbatibus, aliisque de Clero Diœcesis Surrentinæ*; hinc fuit à quadam Persona id notificatum cl. m. Cardin. Caracciolo tunc dignissimo Archiepiscopo Neapolitano, ut prohiberet typis demandari præfatum ordinem Officii Surrentini, quod juxta solitum Neapoli imprimebatur, utpotè expressè contra dispositionem Sac. Conc. Trid. *cit. cap. 2. sess. 24. de reform.* ibi:
128 *Nec Episcopi Comprovinciales prætextu cujuscumque consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inviti compellantur*; imò adducta fuit resolutio *S. Congreg. Concilii sub die 17. Julii* 1578. etiam de mente san. mem. Gregorii XIII. in qua præcisè fuerunt liberati Episcopi Suffraganei ab onere mittendi ad Metropolitanam Ecclesiam Procuratores, nam cùm fuerit orta disputatio post Concilium, an istud substulerit tantùm necessitatem accedendi extra casum Concilii Provincialis, itaut remaneret onus Episcopis loco accessus personalis, mittendi Procuratores in diebus, in quibus juxta consuetudinem accedere tenebantur ad Metropolitanam ratione assistendi horis Vespertinis, Missæ, vel Processionibus? S. Congreg. declaravit Concilium omnes consuetudines hujusmodi abrogare voluisse, gravamen tollendo Comprovincialibus Episcopis, quod non solùm consistit in personaliter accedendo, sed etiam in Procuratores mittendo, & cùm Concilium usum fuerit verbis abrogativis *Cujuscumque consuetudinis*, videtur non suffragari ad favorem Metropolitanæ consuetudo immemorabilis, ut optimè in terminis Fagnan. *cap. Si Archiepiscopus nu. 7. & 8. de temp. ordin.* quia uti corruptelæ, & consuetudines irrationabiles, accessus sine causa non inducunt obligationem, ad Textum *in cap. Non putamus 2. de Consuetud. in 6.* ubi Gloss. *v. Quantocumque* Gloss. *in cap. 1. eod. tit. verb. non existit* ubi *in fine*: *Sed cum consuetudo talis, corruptela sit, longitudo tanti temporis non prodest*, & adducta resolutione dictæ S. Congregationis dixit Fagn.
in cap. Quoniam num. 57. de Const. & dixerunt Tho- 129
massin. *de Benefic. par. 1. lib. 1. cap. 48. num. 12.* Van-Espen. *jur. Univ. Eccl. part. 1. tit. 19. cap. 4. num. 8. & 9.* Barb. *ad cit. cap. 2. num. 15.* Zerol. *in praxi episc. par. 1. v. Suffraganei*; & cit. Fagn. ibi dicit, quod etsi S. Congregatio Concilii antea censuisset *cit. capit. Concilii Trident.* in quo disponitur, ne in posterum Episcopi Comprovinciales ad Metropolitanam Ecclesiam accedere inviti compellantur, intelligendum esse de personali accessu ipsorum, non autem de Procuratore mittendo; postea tamen dicta die de eadem re maturiùs deliberans, contrarium ut supra censuit, & quia aderat opposita resolutio antecedens, fuit dictum, quod utraque referretur Sanctissimo, qui secundam approbavit, jussitque dari literas ad Episcopos, præsertim Regni Neapolitani, pro eorum notitia, & in terminis Archiepiscopi Surrentini ex declaratione S. Congregationis idem repetit Fagnan. *in cap. cit. Si Archiepiscopus num. 7. & 8. de temp. ord.* & licèt loquatur de Episcopo Hostunensi cum Archiepiscopo Surrentino, tamen cùm talis Episcopus non sit Suffraganeus dictæ Sedi, sed Hydruntinæ, erat error, vel in Suffraganei, vel in Archiepiscopi denominatione.

Ex parte verò Archiepiscopi Surrentini plures fue-
runt adductæ rationes extrajudicialiter dicto Eminen- 130
tissimo Archiepiscopo opera mei, qui tunc munere Vicarii Generalis dictæ Metropolis fungebar, dum Archiepiscopus erat Didacus Petra meus Patruus, priùs Episcopus Marsorum per annos sexdecim, deinde translatus ad Ecclesiam Surrentinam per S. M. Innocentium XI. eamque piissimè gubernavit per alios annos decem, & octo, pluribus exhibitis beneficiis dictæ Ecclesiæ tam erectionis fabricæ Seminarii Puerorum, quàm restaurationis Cathedralis, & fundationis Præbendæ Theologalis propriis ferè sumptibus, cura, & labore, & tandem pietate qua vixit, eadem obiit Neapoli die 2. Febr. 1699. & sepultus in Capella meæ familiæ Petra in Ecclesia S. Petri dicti ad Majellam Congreg. Cœlestinorum dictæ Civitatis. Dicebatur enim, quod Concilium *cit. loc.* voluit tantùm abrogare abusus, & gravamina, quibus premebantur Episcopi ad accedendum ad Ecclesiam Metropolitanam prætextu consuetudinis paulatim introductæ, & forsan ab initio voluntariæ invisendi proprium Metropolitanum, non autem intellexit tollere accessum, qui ex aliquo Jure communi, vel speciali poterat ab Archiepiscopo prætendi; unde bene Thomassin. *cit.* dixit PP. illos Tridentinæ Synodi voluisse tantùm abrogare illos usus, qui per dedecus Episcoporum potiùs Metropolitanorum dignitatem obscurabant, quam illustrabant, & verba *prætextu cujuslibet consuetudinis* indicant auferri duntaxat particulares abusus, & consuetudines quæ videntur onerosæ Episcopis. Et cùm sanè nulla lege hujusmodi visitationes officiosæ caverentur, nec communi consuetudine Ecclesiæ reciperentur; ideò speciales ritus paulatim ex spontanea qualitate in necessitatem redacti, servitutis notam habuere, proinde fuerunt judicati arcendi, & vitandi. Tamen certum est non fuisse abrogatum jus cogendi Episcopos Comprovinciales in casu consecrationis Metropolitani, juxta *cap. Si Archiepiscopus de temp. Ordin.* licèt sit casus extra Concilium Provinciale, quoniam inviti cogi possunt, & cùm Episcopus non fuerit ordinatus in Metropoli, tenetur accedere infrà tres menses ad Metropolitanum hujus monita recepturus *can. Cum longe, & can. Si quis dist. 65.* Sicque Concilium non derogavit hujusmodi oneribus ex jure quomodolibet provenientibus, sed tantùm ex consuetudine promanatis, ut in terminis docuerunt Fagnan. *cit. cap. Si Archiepiscopus n. 6. & cit. cap. Quoniam n. 57. de Const.* Genuen. *in prax. Cur. Archiep. Neap. ver. Archiepis. n. 34. & 35.*

Unde cùm Archiepiscopus Surrentinus habeat privile-

vilegium Innocentii III. recipiendi hujusmodi actus obedientiæ ab Episcopis Suffraganeis, non fuit tale jus sublatum per Concilium, & licèt non adduceretur sumptum dicti Privilegii, tamen constare dicebatur ex pluribus enunciativis.

Secundò ponderatus fuit Textus Conciliaris, qui non prohibet accessum indefinitè Episcoporum, sed tantùm coactum; unde sicuti permissum remansit Episcopis accedendi ad Metropolitanam certis diebus, ita prohibitum non fuit Archiepiscopo eos vocandi, non quidem pœnarum comminatione, seu inflictione, quæ continerent coactionem à Concilio prohibitam, sed pura, & simplici vocatione seu invitatione ad comparendum, ut si accedere velint, id agere possint, sin minùs non cogantur; aliud est enim vocare, aliud est cogere, & *ly vocari* habetur pro invitari, ut optimè observat Fagn. *in capit. Etsi membra num. 42. de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.*

His rationibus motus dictus Eminentissimus Archiepiscopus typis mandavit dari juxta solitum præfatum Ordinem Officii Surrentini. Verùm post aliquot Annos, ad instantiam Episcoporum Comprovincialium fuit in *S. Congregatione Concilii* disputatum dubium, *An Archiepiscopus Surrentinus possit voca-*
131 *re Episcopos Suffraganeos ad præstandam ei obedientiam, etiamsi eos non cogat neque per se, neque per alios, seu Procuratores, ad comparendum? Sac. Congregatio die* 11. *Septembris* 1694. respondit *negativè*.

Resolutio nitebatur in citat. Text. Conciliari, per
132 quem videtur fuisse sublatum quodcumque onus Episcopis Suffraganeis accedendi ad Metropolitanam, prætextu cujuscumque consuetudinis; & quamvis remaneat onus ex vi Juris specialis, tamen in casu præfato jus commune non aderat, & jus speciale privilegii non probabatur, eò fortiùs quia si tale privilegium adfuisset, Archiepiscopus illud obiecisset sæculo præterito, in quo causa fuit disputata in eadem S. Congregatione, an Concilium substulisset onus etiam mittendi Procuratores, & existente tali privilegio, Archiepiscopus tunc non succubuisset, & ultra relatam resolutionem per Fagn. adductæ fuerunt duæ Epistolæ S. Congregationis Concilii; prima contra Archiepiscopum Surrentinum, & secunda contra Cusentinum, quas hìc subnectere putavi.

Archiepiscopo Surrentino. Reverendissime Domi-
133 ne. Jampridem cùm à Sac. Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum declarari petiisses, an *ex Decreto Concilii sess. 24. cap. 2.* Episcopi Provinciæ tuæ tenerentur ipsimet accedere, vel liceret eis mittere Procuratores ad præstandam obedientiam tibi uti Metropolitano, responsum fuit Congregationem censuisse *dicto cap. 2.* intelligendum esse de personali accessu ipsorum, de Procuratore autem mittendo, Concilium nihil decidisse, sed reliquisse in terminis juris veteris. Quoniam verò deinde postulasti hunc etiam articulum de Procuratore mittendo decidi, Congregatio diligenti studio adhibito, & postquam Procuratores, & Advocatos tuos, atque etiam Episcopi Massælubren. audivit, allegationesque eorum accuratè perpendit, omnia ad Sanctissimum Dominum Nostrum retulit, qui etiam ex sententia ejusdem Congregationis declaravit ipsos Episcopos tuos Comprovinciales nec teneri Procuratorem mittere, nullamque consuetudinem etiam immemorabilem obstare. Quod reliquum est, Amplitudini tuæ bonam valetudinem, & omnia fausta à Deo precamur, *Romæ 18. Octobris* 1578.

Archiepiscopo Cusentino. Reverendissime D. Cum Libellus hìc Episcopi Martoranen. propositus fuisset in Sac. Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum, ea censuit scribendum Amplitudini tuæ, Sanctissimum Dominum Nostrum, etiam ex sententia ipsius Congregationis declarasse, Episcopos Comprovinciales ex decreto Concilii *sess. 24. cap. 2.* non teneri, neque personaliter accedere, neque Procuratorem mittere ad præstandam obedientiam Metropolitano suo, nullamque consuetudinem etiam immemorabilem obstare. Quod reliquum est, Amplitudini tuæ rectam valetudinem, & omnia fausta à Deo precamur. *Romæ 19. Novembris* 1578.

Concessa tamen fuit Archiepiscopo Surrentino nova audientia contra resolutionem præfatam anno 1695. fuit quoque data eidem remissoria ad probandam antiquam, & immemorabilem consuetudinem vocandi dictos Episcopos, his patientibus, & non contradicentibus, nulla tamen comminata pœna contra non comparentes, & quod non comparerent neque ipsi, neque alii pro eis, dum in prima propositione causæ fuerat oppositum ex adverso subrogari ab eodem Archiepiscopo aliquos Clericos nomine Episcoporum, quod verum non erat. Rursus fuit articulatum præfatum privilegium Apostolicum extitisse, fuisse visum, & deperditum, nec non plures enunciativas illius adesse. Hinc compilato processu remissoriali, fuit iterum
causa proposita *sub die 23. Martii 1697. in Sac. Con-* 134
greg. Concil. & resolutum *Recedendum à decisis, & manuteneri Archiepiscopum in vocandis Suffraganeis, sed non teneri Episcopos accedere, nec per Procuratores.*

Resolutio fuit innixa juri, & rationibus, quæ fuerunt à me adductæ in Sacra Congregatione pro meo patruo Archiepiscopo, nam non debuerat privari Ar-
chiepiscopus tali jure immemorabili hujusmodi voca- 135
tionis, cui nec Concilium Tridentinum, nec resolutiones Sac. Congreg. Concilii sæculi præteriti adversabantur; Concilium enim tantùm eximit Episcopos, ut inviti non compellantur accedere, non autem ut non valeant accedere eos inhibendo, ut bene Thomassin. *cit. numer. 12. §. Si cui in fine*, ibi: *Honorificas has Episcoporum Visitationes non abolevit Tridentina Synodus, sed naturæ, & libertati pristinæ illas reddidit, solùm expungens vim, & necessitatem, ne inviti compellantur*. Primum non impedit, ut si velint, accedere permittantur, & sic correlativorum cùm eadem sit ratio, dicendum est, quod si Episcopi velint accedere, possint, neque est prohibita simplex vocatio, & sic quia inviti non possunt cogi, ideo denegatur vocatio coactiva, ut ex Fagn. dixi supra, *in cap. Etsi membra num. 42. de his quæ fiunt a Prælat. &c.* Quoniam aliud est vocare, aliud est cogere, & resolutiones Sacræ Congregationis percutiunt solùm, ut coactio prohibita se protrahat etiam ad comparendum per Procuratores.

Actus enim vocationis, ut in se est, non videtur
prohibitus ab aliquo Canone, imo videtur tacitè per- 136
missus à Concilio, quod solùm coactionem substulit. Nec obstare visum fuit inconveniens esse, quod vocentur ad obedientiam irregularem erga Metropolitanum, cùm neque ipse Summus Pontifex tali jure utatur vocandi ad obedientiam Episcopos. Nam certum est à Sacris Canonibus fuisse demandatam obedientiam Episcoporum erga Archiepiscopum, ut Innocentius III. scripsit Suffraganeo Rothomagen. his verbis: *Ad hæc, ne propter hoc videaris ab ipsius subjectione subtractus, volumus, ut sibi tanquam Metropolitano tuo debitam obedientiam exhibeas*, ac refert Quaranta *in summa Bullar. ver. Archiepiscopi auctoritas num. 6.* & notanda sunt verba, *exhibeas obedientiam*; nam actus exhibitionis fit per corporalem sensum, sicque Episcopi antiquitus juramentum fidelitatis, & obedientiæ præstabant Metropolitano, ut notat Gonzal. *in cap.*
significasti num. 27. de elect. ubi refert ultra juramen- 137
tum, præstari quoque fidelitatem, & obedientiam, & si quis non fuisset à Metropolitano consecratus, statim Episcopus Suffraganeus ad Metropolitanum accedebat ratione præstandæ obedientiæ; facitque Glossa *verb. obedientia in fine in cap. Antiqua de privil.* ibi: *Sic Suffraganei sui Metropolitano obedientiam præstare debent, secundùm quam ipsi præstant Papæ. Et in cap. ad supplicationem 9. de renunciat.* Innocentius III. cum absolvisset à vinculo suæ Ecclesiæ Archiepiscopum Ragusien. pro ejus substentatione beneficium reti-

neri

neti per eum voluit in Diœcesi Ebroracen. Scripsit enim istius Prælaro, ut permitteret dictum Archiepiscopum sine usu pallii officium Episcopale in sua Diœcesi exercere, subjungens: *Tibi tamen tamquam Metropolitano obedientiam impensurus*. Consonant prædictis, Text. *in cap. antiqua de privil. cap. Ne Dei timorem de Simonia, cap. Dilecta de major. & obed.* Et in præcisis terminis vocationis ad obedientiam, quoad Episcopos Suffraganeos, dixit Innocentius III. ad Archiepiscopum Arelatensem apud Quarantam *cit. n.* 6. ibi: *Per Apostolica scripta mandamus, quatenus ei tamquam Patri, & Episcopo Animarum vestrarum devotè studeatis, & humiliter obedire, ad vocationem ipsius, nisi evidens necessitas contradicat, secundum traditionem Canonicam sine difficultate aliqua accedentes.* Imo ipsa Epistola Sac. Congregationis anno 1578. scripta Archiepiscopo Surrentino non improbat actum vocationis ad obedientiam, ut in se est, sed quatenùs coactè ab Episcopis sit recipiendus, & de obedientia, & reverentia Suffraganeorum erga Metropolitanum, & de juramento in hoc, quod præstabant, cum consecrationis actus per ipsum Metropolitanum exercebatur, latè Van-Espen. *in jus Eccl. Un. part. 1. tit. 19. cap. 2. per tot.* Nam quidquid sit, an Metropolitanus sit Ordinarius, & Superior Suffraganeorum, de quo supra dixi in Commentario *ad Constitut. 2.* Leonis IX. certum est, reverentiam, & obedientiam non solùm præstari per Inferiores respectu Superioris in ordine, sed etiam respectu jurisdictionis. Imò quoque à non subditis, ratione dignitatis majoris, Innocentius *in cap. Veniens de Verb. signif. in 6.* Gratian. *discept. 184. n. 57. & dec. 284. num. 61.* Tamb. *de jur. Abb. tom. 1. disput. 15. num. 45. in fine*, Rota *decis. 1731. nu. 12. & 13.* coram Coccino, & benè *in dec. 231. per tot. & num. 2.* coram Emerix Jun. & Archiepiscopum certum est præcellere in jurisdictione & dignitate, non autem in ordine, Episcopis Suffraganeis, *capit. 1. de For. compet. cap. Suffraganei de elect.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 33. qu. 5. & 6.*

Unde cùm jus non resisteret actui obedientiæ ad
quem vocantur, & Concilium tantùm prohibeat vo-
138 cationem, & assisteret ulteriùs fama præfati privilegii,
non videbatur de facto Archiepiscopus spoliandus ju-
re, tam longæva observantia introducto; nam quo-
tiescumque jus non resistit clarè, debet quis manute-
139 neri, ut dixit Add. ad Ludovisium *dec. 370. num. 10.*
& plenè *in Olomucens. Jurisdict. 19. Junii 1693. §. Sed
hoc, & seqq. & die 5. Junii ejusdem anni*, coram D.
Muto, nobilitate antiqua generis, & morum suavita-
te exculto, & quod quatenus actus non sit contra jus,
sufficit quadragenaria sine titulo, plenè Rota *in decis.
731. & 764. per tot.* coram Emerix Jun. & pluries aliàs
dixi.

Nec relevans visum fuit objectum, quod vocatio
remaneret frustratoria sine effectu; nam effectus, ut in
140 se est, non erat prohibitus, quia potuerant accedere,
si voluntariè vocationi paruissent; imò fuit adducta
similis observantia vocandi simpliciter quæ viget in
Metropoli Salerni, necnon in illis Sanctæ Severinæ,
Tarenti, ac etiam in Cusentina, pro qua emanavit
supradicta Epistola Sac. Congreg. *anno* 1578.

Cæterùm si adesset consuetudo recens vocandi, quæ
141 non sit quadragenaria, non esset locus, nec dictæ vo-
cationi, quia saltem resistit aliquo modo dicta Conci-
liaris dispositio, & tunc non sufficit decennalis, Gloss.
*in cap. fin. de Constit. in 6. ver. Consuetudo, & gloss.
ver. rationabilia cap. 1. de Constit. in 6.* pro coactio-
ne nullum tempus sufficit resistente dicta Conciliari
dispositione clara, & tollente quamcumque consuetu-
dinem, ut supra dixi *n. 129.*

SECTIO II.

De consuetudinibus abrogatis in hac Constitutione per Papam Honorium, & de successione Conjugum inter ipsos.

SUMMARIUM.

1 *Materia hujus Constitutionis præbet exemplum Principibus Christianis, ut non permittant Fiscum injustè ditari ex bonis privatorum.*
2 *Consuetudines abrogatæ in hac Constitutione, & in Concilio Navetensi, erant injustæ, & pravæ, ut dicitur in hac Constitutione.*
3 *Pœna contra occupantes bona naufragantium in jure Canonico, & jure Civili.*
4 *Constitutiones Apostolicæ circa idem, & remissivè.*
5 *Altera consuetudo quoad direptionem bonorum conjugis decedentis per fiscum, quod fuerit prava, comprobatur, & n.n. sequentib.*
6 *Filii sunt eadem Persona cum Patre.*
7 *Quomodo dicantur continuare dominium post obitum illius.*
8 *Quare dicantur heredes sui.*
9 *Non existentibus filiis, ut succedat Fiscus, quid requiratur?*
10 *Quod substineatur dicta consuetudo ad favorem fisci, plura adducuntur, & n.n. sequentib.*
11 *Pater, & Mater quatenus possint præjudicare filiis in hæreditate, & quid in legitima, ubi plures distinguuntur casus, & n.n. seqq.*
12 *Antiquo jure quæ quota hereditatis debebatur filiis, & quæ in præsenti?*
13 *Legitima potest tolli statuto, & consuetudine, tam in quota quàm in totum.*
An legitima sit de jure naturali, vel positivo? ibid.
Fiscus an possit acquirere aliquod jus ex consuetudine, & præcisè de dicta consuetudine, quoad bona decedentis conjugis?
14 *Idque etiam si non adsint filii in præjudicium conjugis superstitis.*
15 *Consuetudine potest introduci, ut quarta, seu lucrum dotale debitum uxori non acquiratur eidem.*
16 *Ita etiam potest statuto prohiberi, faciente tamen specialem mentionem de dicta quarta.*
17 *Prædicta consuetudo non lucrandi quartam debitam conjugi pauperi, an debeat esse quadragenaria, vel sufficiat decennalis? & n. seq.*
18 *Quid in consuetudine contra statutum Urbis de lucro dotis?*
19 *Contra statutum quatenus sufficiat decennalis consuetudo, vel non?*
20 *Firmatur, an requiratur quadragenaria quoad statutum Urbis.*
21 *Prout in consuetudine contra* authenticam præterea C. unde vir, & uxor.
22 *Sufficit quadragenaria tam in casu dictæ authenticæ, quàm statuti Urbis.*
23 *Limitatur quoad alimenta conjugis superstitis in vim dictæ authenticæ in casu extremæ necessitatis.*
24 *Dispositio dictæ authenticæ quare sit inducta?*
25 *Prædicta firmata an adversentur iis, quæ dicuntur in hac Constitutione?*
26 *Consuetudines in illa abrogatæ non erant legitimè introductæ.*
27 *Quando conjugi superstiti debeatur successio in omnibus bonis alterius decedentis, & numer. seq.*
28 *Computatio graduum in successione an fieri debet jure civili, vel Canonico.*
29 *Quæ requirantur ad dictam successionem?*

Pri-

Primò Matrimonium verum, & non putativum, & quid separato matrimonii thoro, ibid.
Secundò succedens non debet transire ad secundas nuptias, ibid.
Tertiò si conjux conjugem interficiat, privatur, & quid justa causa existente.
30 *Aliquande defertur hereditas matri causa custodia prout alteri successuro immediato.*
31 *Datur etiam successio conjugi superstiti in quota ob pacta & statuta sub nomine lucri, vel quartæ dotalis.*
Enumerantur diversa hujusmodi leges statutaria.
32 *Alia successio est inter conjuges in vim* authenticæ præterea C. unde vir, & uxor.
33 *Dispositio dicta authentica.*
34 *An procedat ad favorem viri superstitis.*
35 *Sicuti an procedat si uxor habeat parvam dotem, vel vir tenuem donationem, & n. n. seqq.*
36 *Lex, & statutum loquens de dote, an intelligi debeant de congrua?*
37 *Quid de statuto Urbis 141. ut filia sit contenta de dote à Patre data.*
38 *Dispositio dicta authentica procedit etiam in dote exigua.*
39 *Qua verò dicatur dos exigua ad dictum effectum? latò discutitur.*
40 *Adducitur opinio æquitati magis consona, ut sic in arbitrio Judicis, consideratis circumstantiis.*
41 *Qua illa sint?*
42 *Adducuntur rationes pro dicta opinione, & respondetur contrariis plenè.*
43 *Quid dicendum in viro, ubi distinguitur à muliere, quia ille potest lucrari facilius etiam nobilis in servitute Principis.*
44 *Aliud requisitum dicta authentica, ut laboret inopia conjux superstes.*
45 *Quæ debent considerari pro dicto requisito?*
An sufficiat habere tantùm victum necessarium pro vita, & an debeat attendi status personæ.
46 *An possit dici pauper, si conjux superstes habeat Patrem.*
47 *Pater tenetur alere filium, nec valet consuetudo in contrarium, nec pactum cum juramento.*
48 *Non habet locum dicta authentica, si adsit Pater potens alimenta præstaro, & pluribus n. n. sequentib.*
Paupertas necessaria, & quo tempore ad dictum effectum, ibid.
49 *Ad obtinendum remedium subsidiarium, non potest quis non acquirere.*
50 *Tam vivo patre valente, quàm mortuo, ab heredibus debet conjux petere alimenta, & non quartam.*
51 *Non autem à filiis, & quare?*
52 *Quid si conjux nubat cum alio, an possit potere dictam quartam?*
53 *An mulieri habenti fratres acquirat quarta, adducuntur opiniones, & resolvitur affirmativè, & n.n. seq.*
Adducitur differentia inter casum existentiæ patris seu ascendentium, aut fratrum, ibid.
54 *Alimentorum præstatio usque ad qualem gradum debet dari ex necessitate?*
55 *Ratio dicta authentice quæ verè fuit?*
56 *Quid dicendum existentibus filiis primi Matrimonii?*
57 *Quid fratribus existentibus heredibus patris?*
58 *Conjux dives ex bonis propriis præcisè à dote an habeat dictam quartam?*
Distinguuntur plures casus, & de negligentia in exigende creditum quando præjudicet, ibidem.
59 *Explicatur quatenus conjux possit renunciare credito quo ad alios, ut fruatur quarta.*
60 *Legatum conjugis, vel alimentorum, an excludat à quarta?*
61 *Quid in legato extranei, & de differentia. Imputatur Legatum conjugis, ibid.*
62 *Quid dicendum quoad imputationem in Legato extranei?*
Quæ debeant imputari? ibid.
63 *Opinio circa imputationem Legati extranei amplexa.*
64 *An detur compensatio cum Legato, & lucro delato ex statuto conjugi superstiti.*
De compensatione debiti necessarii, ad differentiam voluntarii, latè discutitur, ibid.
An compensetur usufructus, ibidem, & n. 67.
65 *Distinguuntur casus, quando conjux recipit legatum pro omni, & toto eo, quod potest prætendere super bonis, vel hereditate testatoris, ita si fuerit taxata, vel data anticipatè dicta quarta.*
Et in casu, quo non adest dicta taxativa, & aliis casibus latè, ibid.
66 *An lucrum dotale compensetur, & cum distinctione, ubi etiam de lucro in vim statuti Urbis, & n.n. anteced. & subseq.*
67 *Compensatio etiam inducitur, ubi de jure non præsumitur, & è contra concurrentibus conjecturis, & quæ sint in dicto casu?*
Quando compensatio datur, vel non cum usufructu relicto, distinguuntur decisiones, ibid. juncto numer. 64.
68 *An possit dispositioni dicta authentica renunciarè per conjuges, & quando?*
Quid quoad lucrum dotis per statutum? ubi de Statuto Urbis, ibid.
An requirantur solemnitates in dicta renunciatione quartæ, & lucri? ibid.
Plures distinguuntur casus, & quid si post renunciationem conjux sit in extrema necessitate interitus, ex defectu alimentorum? & n.n. sequ.
69 *Dispositio dicta authentica est fundata in jure alimentorum, commiserationis causa.*
Transactio, & renunciatio alimentorum quatenus substineatur? ibid.
Obligatio uxoris quatenus substineatur de tota dote, vel non? ibid.
70 *An dicta renunciatio authentica fieri possit constante Matrimonio, & quid in lucro statuti, ubi de illo Urbis?*
71 *Vergente viro ad inopiam an debeatur quarta dicta authentica, & quid in lucro dotis?*
72 *Lucrum debitum, vel conventum præjudicat creditoribus posterioribus, non autem anterioribus, & quid in usufructu in bonis fideicommissi, durante vita gravati debitoris.*
Quid in quarta in vim authentica? ibid.
73 *An debeatur ista quarta, vel lucrum, si conjux fiat professus in Monasterio?*
74 *Fructus dicta quarta ad quam rationem taxentur, & quid in lucro, & quoad Urbem?*
75 *Pro dicta quarta datur tantùm via ordinaria, & quid pro lucro, & in Urbe?*
76 *Conjux nequit præjudicare dicta quarta, & quid si donet in vita alteri, & de successione filiorum in ea.*
Legitima filiorum an diminuatur per dictam quartam seu lucrum? ibid.
97 *Conjux superstes debet esse locuples.*
98 *An dicta quarta habeat locum in feudis, & emphiteuticis bonis.*
79 *Matrimonium debet esse verum, & an sit necessaria traductio sponsæ ad domum?*
80 *An decedentibus ex causa naufragii, vel terramotus ac hujusmodi simul conjugibus, cui debeatur quarta?*
De successione in dicto casu simultanea mortis, & distinguuntur casus, & personarum obitus, &
de

de lucrando lucro in vim statuti in dicto casu simultanei obitus, ibid.

81 *Resolvitur, quod in casu dicta quarta non sufficit præsumptio obitus antecedentis.*

82 *Adducitur decisio in Spoletana Manutentionis* 19. *Junii* 1703. coram D. Caffarello, *& difficultas in intelligentia dictæ decisionis circa id, quod debeat probari præmorientia conjugis pro habendo lucrum in vim statuti Nursiæ.*

83 *Possessio cum clausula, dummodo sit vacans, & sine præjudicio habentium meliora jura, quando resolvatur?*

84 *Enunciatur Terræmotus Anni* 1703. *in Nursia, & aliis locis.*

Pietas Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. & Urbis devotio hac occasione cum sonitu Campanarum indicto statuta hora, ac aliis piè servatis.

EXemplum Christianis Principibus præbet mate-
ria hujus Constitutionis, dum videmus Comi-
1 tem Britanniæ deposuisse coram Concilio Nanne-
tensi consuetudines illas duas suprà enunciatas in
principio hujus Commentarii, anteponendo justitiam
earum abrogationis fisci emolumento. Una etenim,
ut dixi, versabatur, quod bona naufragantium oc-
cupabat fiscus, etsi in portu fuissent tuta reddita.
Altera, ut bona mobilia conjugis decedentis diripe-
ret ipsum fiscale patrimonium, sicque alienis spoliis
injustè fiscus ditabatur, de quibus consuetudinibus
à Comite ipso ultrò depositis, atque à Concilio
prædicto abrogatis, fit mentio à Thomassin. *de Be-
nefic. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 1. Imò Conci-
lium Anglicanum de simili abrogatione facta in An-
glia per Henricum II. Regem memoratur *in histor.
tom.* 2. *Conc. pag.* 31. *ut refert* cit. Thomassio. *nu-
mer.* 2. earumque consuetudinum abrogationem
confirmavit Papa Honorius in hac Constitutio-
ne.

Certum est illas consuetudines à Concilio, & à
2 Pontifice illo denominatas, pravas, & injustas pror-
sùs fuisse. Et quoad illam deprædationis bonorum
naufragantium dicam alibi, dum, quoad hoc faci-
nus, Bulla abrogationem consuetudinis confirmavit,
ac istam non servari mandavit in futurum contra le-
gis censuram introductam, nulla addita pœna spe-
ciali. Sed advenerunt postea jura pœnas imponen-
3 tia contra hujusmodi raptores, nempè Concilium
Lateranense sub Alexan. III. *capit.* 24. *& capit. Ex-
communicationi de raptoribus*, ibi: *Sic enim illi, etiam
qui Christianos naufragium patientes, quibus secun-
dùm regulam fidei auxilio esse tenentur, damnata cu-
piditate spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint,
excommunicationi se noverint subjacere*, & adest ex-
communicatio in Bulla Cœnæ Domini §. 4. Eam-
demque rapinam substulerunt jura Civilia etiam in
exclusionem fisci, *l.* 1. *C. de naufrag. libr.* 11. & ad-
4 sunt Bulla Pauli III. *incipiens Accepimus* 42. *&* Ju-
lii III. *Constitut.* 20. *&* B. Pii V. *Constitut.* 7. & Gre-
gorii XIII. *Const.* 81. §. 4. & Pauli V. *Constitut.* 63.
ubi de pœnis occupantium hujusmodi bona, præser-
tim in terris S. R. E. & de præmiis, iis qui auxi-
lium præstabunt, ac de aliis ibi providè dispositis à
dictis Summis Pontificibus, Ego, Deo dante, di-
cam in propriis Commentariis. Nam hìc tantùm di-
cam de altera consuetudine abrogata circa rapinam bo-
norum mobilium conjugis decedentis per fiscum in-
troductam.

5 Quoad istam igitur differendo consuetudinem,
quid magis impium, & ab ipsa natura abhorrens,
quàm filiis qui sunt pars viscerum ipsius Patris, &
in quibus ipsemet pater vivere censetur, bona pater-
na, & consequenter alimenta & vitam eripere?
quemadmodum enim Pater, & filius non solùm fi-
6 ctione civili, sed natura ipsa, ut ait Imperator in *l.
fin. C. de Impub. & aliis substit.* eadem esse persona
intelliguntur; ita quoque natura ipsa, bona patris,

filiorum esse censentur, non novo titulo, sed continua-
tione dominii, *l. scripto in fin. ff. unde liberi l. fi-* 7
*nal. Codic. de Codicill. l. cum ratio ff. de bon. dam-
nat.*

Hinc est, quod jus Civile indidit filiis nomen suo-
rum hæredum, ad denotandum, quod filii post mor-
tem patris, nihil de novo acquirunt, sed continuant 8
dominium, quod vivo patre in ejus bonis adhuc ha-
bebant, ut patet *ex l. in suis ff. de lib. & posth.* ubi
quod filii mortuo patre nihil acquirant de novo, nisi
solam dumtaxat administrationem.

Si verò non extarent filii, etiam talis consuetudo
injusta fuisset, quia, ut detur locus successioni fisci, 9
satis nota est dispositio Juris, ut primò deferatur suc-
cessio descendentibus, postmodum ascendentibus,
deinde collateralibus usque ad decimum gradum, qui-
bus non extantibus successio fit conjugis, & de-
mum fisci, §. 1. *Auth. de hered. quæ ab intest. defer.
§. Si igitur defunctus author. eadem auth. defuncto
Codic. ad Tertullianum l.* 1. *Codic. Unde Vir, &
Uxor.*

Unde præpostero ordine, & inversione justitiæ
ex dicta consuetudine, semper fiscus priorem locum
habebat, quoscumque ex illis excludendo; quod per-
mittendum non erat.

Verùm, quod posset substineri talis consuetudo,
obiici valet; nam si agamus in exclusionem filiorum,
est certum, quod Pater potest iis præjudicare, prout 10
mater, solam legitimam intactam reservando, alia
bona cuicumque relinquendo; imo etiam dicta legi-
tima diminui potest statuto, aut lege speciali, non so-
lùm in quota, sed etiam in totum tolli, quia legi-
tima est jure civili tam in nomine, quàm in quo-
ta introducta; & quamvis ratio naturalis alendi filios
fuerit causa illius introductionis, tamen hoc fuit,
non quod legitima procedat ex jure naturali, ut non 11
possit immutari, sed quod semper sit succurrendum
filiis, quatenus alimentis indigeant, non quod de-
tur legitima in proprietate; & sic videmus antiquo
jure totam hæreditatem deferri filiis, *ut in l. in suis* 12
*ff. de lib. & posthum. & Institution. de hæreditat. quæ
ab intestat. §. Sui*; deinde restrictum fuit jus necessa-
riæ successionis ad quartam, *l. Cum quæritur, l. sci-
mus, Codic. de inoff. testam.* & demùm ad tertiam,
vel semissem, juxta numerum filiorum, scilicet ul-
tra quatuor ad semissem, in minori numero ad
tertiam, *author. novissima, Codic. de inofficios. testa-
ment.* & proinde etiam jure Civili, statuto, aut
consuetudine tolli potest legitima, ut latè docent
Roland. *cons.* 62. *numer.* 51. *& sequenti libr.* 3. Marta
de successión. part. 2. *quæst.* 4. *artic.* 1. Alrograd. *cons.* 13
5. *numer.* 35. *cons.* 58. *numer.* 4. *& cons.* 87. *numer.* 21.
Cardin. de Luca *de legit. disc.* 1. & latè *disc.* 10.
numer. 17. *& sequenti*, cum rationibus plenè ibi addu-
ctis, *& disc.* 22. *de successión. ab intest. numer.* 2. *&*
3. itaut sine controversia sit, posse à statuto, vel
consuetudine diminui quotam tantùm, negantibus
aliis in totum subtractionem legitimæ, ut apud Al-
trograd. *cons.* 56. *&* 57. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1.
quæst. 1. ubi latè. Sed procedit hoc ea ratione, ne
filii ob defectum alimentorum pereant, quod esset
contra jus naturale, & sic negativè tantùm; unde
quatenus sint aliunde provisi, vel provideantur de
alimentis, cessat illa ratio, & valet statutum,
aut consuetudo in totum legitimam tollens, quæ
si tolli potest ob ingratitudinem, non est videndum
cur possit dici jus naturale, quod est immutabile,
quia jure naturæ debentur alimenta, & non legiti-
ma, quæ datur etiam diviti filio, secus illa, ut
latè distinguit Rota *decis.* 76. *numer.* 25. *& sequenti*
coram Durano, & in præcisis terminis consuetudi-
nis Rota *decis.* 1. *de consuetud. in novis, & citat. de-
cis.* 76. *numer.* 38. coram Durano. Nam quamvis non
possint privari filii alimentis debitis jure naturæ, pri-
vari possunt legitima in proprietate, quæ debetur etiam
filio diviti. Unde etiam consuetudine potest intro-
duci, ut deferatur hæreditas Fisco, dummodo vel

remaneat legitima filio in aliis bonis, ut fieri po-
test per statutum, vel consuetudinem, Merlin. *citat.*
num. 21. vel etiam ut diminuatur, & bona omnia
mobilia parentis decedentis applicentur Fisco, prout
ea applicandi conjugi superstiti validam esse consue-
tudinem, non obstante legitima filii, dixit Rota *cit.*
decis. 1. *de Consuet. in novis.* Fiscus enim non debet
aliter reputari, quàm simplex privatus, jure cujus
Fiscus utitur tam passivo, quàm activo, præter ca-
sus à jure exceptos, Cardin. de Luca *de regalib. disc.*
133. n.9. & de Dote disc. 83. n.6.

Quoad casum, si filii non adsint, majori ratione
14 posset dici, ut substineatur consuetudo in præjudi-
cium conjugis superstitis; quia certum est posse con-
suetudine, & statuto introduci, ut quarta *auth. præ-
terea C. Unde vir* non debeatur, Grat. *discept.* 120. *nu-*
15 *mer.* 37. & in terminis statuti Urbis *cap.* 131. fir-
mat Rota *decis.* 457. *num. fin.* coram Coccino, &
decis. 937. coram Dunozz. *Jun. num.* 30. & ea citata
tradit Constantinus *ad cit. cap.* 31. *annot.* 33. *num.* 25.
& seq. & ad favorem Fisci posse introduci consue-
tudinem in similibus terminis Peregr. *de jure Fisci*
tit. 1. *lib.* 1. *num.* 81. Gratian. *cit. num.* 36. & sicu-
ti potest renunciari speciali pacto dictæ quartæ, ut
Rota *dec.* 347. *part.* 18. *recent.* ita est dicendum pos-
se induci non solvi dictam quartam consuetudine,
16 vel statuto, quod tamen debet facere specialem men-
tionem de ista quarta, aliàs si diceretur non posse
Virum aliquid Uxori relinquere, nisi certam quan-
titatem, non sufficit ad excludendam dispositionem
legalem ejusdem *Authent.* Grat. *citat. num.* 46. & *nu.*
37. & 38. ubi quod si adsit statutum, ut possint
bona Viri confiscari ob delictum, nisi fiat specialis
mentio etiam de quarta competente Uxori, hæc de-
betur isti, secus non debetur.

Verùm talis consuetudo non lucrandi quartam in
17 vim hujus *authenticæ præterea* debitam, non est suffi-
ciens decennalis, quia hæc tantùm sufficit si agere-
tur præter jus, & de consuetudine rationabili, Gloss.
ver. Consuetudo in cap. fin. de Constit. in 6. & *gloss.*
ver. rationabilia cap. 1. *de Constit. in* 6. Surd. *cons.*
50. *num.* 10. *tom.* 1. unde cùm in hoc casu adsit dis-
positio legalis citatæ *authenticæ* requiritur quadrage-
naria cum suis requisitis, ut in cit. Gloss. *ver. Con-
suetudo*, Nec obstat quod firmatur per eumdem Surd.
cit. loco, Roland. à Valle *de lucro dotis inter tract. ma-
gn. tom.* 9. *quæst.* 99. *per tot.* quos sequitur Rota *ci-
tat. decis.* 937. *num.* 30. coram Dunozz. *jun.* quod suf-
18 ficit decennalis consuetudo contra statutum Urbis
de lucro in aliquo loco introducta illud non lucran-
di; quia procedunt cit. Surd. & Roland. in his ter-
minis, quando scilicet statutum ab initio non fuerit
more ututium approbatum, nec receptum in obser-
19 vantia, quæ negativa deberet ab allegante probari
Decius *cons.* 649. *col. penult.* & ita latiùs firmat ci-
tat. Roland. *numer.* 11. cum Alex. *cons.* 6. *col.* 2. *vol.*
1. & *cons.* 18. *col.* 1. *in fine*, *vol.* 2. & *cons.* 132. *col.*
2. *vol.* 1. quod non requiratur tali casu scientia Su-
perioris, & ita etiam docet Surd. *citat. num.* 10. Se-
cus autem si statutum fuerit observatum ab initio,
quia tunc cùm statutum dicatur ab usu confirma-
tum, non tollitur, nisi spatio longissimo quadragin-
ta annorum, ut prosequuntur cit. Doctores, & ra-
tio est, quia hi loquuntur de statuto facto ab ipsis
populis, quo casu cum non dicatur usu receptum,
nequit causare vim legis. Secus autem si agatur de
statuto confirmato à Superiore in forma specifica,
quia tunc recipit vim legis, & sine ejus scientia, &
legitimis requisitis temporis longævi necessariis in
consuetudine contra legem, nequit introduci con-
suetudo contraria, ut sentit idem Roland. in termi-
nis lucri *num.* 11. & *cit. decis.* coram Dunoz. pro-
cedit; quia in loco Bracchiani aderat statutum pecu-
liare, quod videbatur incompatibile cum illo Urbis,
& sic per dictam decennalem consuetudinem videba-
tur tempus sufficiens ad effectum interpretationis, &
in *citat. dec. num.* 23. & *seq.* benè Rota se explicat,

ut requiratur præscriptio longæva cum scientia Papæ
stante confirmatione statuti, & in dicto casu fuit illa
probata. Et licèt *num.* 30. ponat conclusionem in ge-
nere, ut sufficiat decennalis, tamen citat prædictos
auctores, qui id minimè firmant, ut dixi, nec firma-
re poterant in casu statuti confirmati in forma specifi- 20
ca, & decreto irritante Papæ. Hinc requiri quadra-
genariam dicit saltem dubitativè, articulum non dis-
cutiendo, Constant. *cit. num.* 25. & de probatione ad
illum effectum latè *in cit. dec.* coram Dunoz. *jun.*

Hinc in casu præscriptionis abrogativæ quartæ de- 21
bitæ in vim *dict. auth.* etiam requiri quadragenariam
certum est, cùm illa sit contra legem, talem quariam
demandantem ex firmatis; esseque tamen sufficiens di-
ctum tempus, quia dispositio dictæ *authenticæ* non an-
nullat actum contrarium, nec alia lex id agit, in his
terminis advertunt Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5.
gloss. 8. *part.* 12. *num.* 6. & *num.* 50. Rota *decis.* 347.
num. 3. *part.* 18. *recent.* & sic non concurrente resi-
stentia legis contrariæ consuetudini, sufficit præscri-
ptio quadragenaria etiam sine titulo, ut aliàs dixi ex
cap. 1. *de præscriptionibus in* 6. & latè Rota *dec.* 731.
& 764. coram Emerix *jun.* & ita sufficeret dictum tem-
pus etiam in statuto confirmato à Superiore, ut est
illud Urbis, cùm statutum non disponat, ut contra-
rium nequeat fieri, imò permittit, & procedit tan-
tùm præsumptivè, ut intelligatur lucrum conventum,
nisi prohibeatur in Instrumento dotali.

Dicerem tamen, quod si consuetudo quoad quar-
tam in vim *authenticæ* introducatur, ut nihil detur 22
conjugi superstiti pauperi, à patre, matre, & etiam
per subsidiarium remedium à fratribus, vel aliunde pau-
per sibi de alimonia consulere non possit, consuetudo
ista non valeret, sed tantùm subsisteret quoad restri-
ctionem quartæ, vel ad proprietatem tollendam, si
non extent filii, vel ut debeat procurare alimenta ab
aliis, qui essent debitores, etiam ex officio Judicis,
aliàs in casu totalis defectus alimentorum, esset con-
suetudo irrationabilis, & nullo modo observanda,
etsi longissimi temporis, & immemorabilis, *ut in cap.*
Non putamus 2. *de consuet. in* 6. ubi Gloss. *in verb.*
quantocumque, & Gloss. *in capit.* 1. *eod. tit. verb.*
non existit in fine, ibi: *Sed cum consuetudo talis cor-
ruptela sit, longitudo tanti temporis non prodest*, Co-
varr. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 15. *vers. advertendum*, 23
& in terminis consuetudinis irrationabilis Fagnan. *cap.*
Si Archiepiscopus numer. 8. *de temp. ordin.* & supra
dixi in præcedenti sectione. Quàm enim impium,
ac iniquum sit proprium conjugem individuæ vitæ
consortem alimentis privare, ac necare, quis non vi-
det? Dispositio enim *dict. authentic.* est ab Imperato-
re inducta, ut inopia conjugis superstitis sublevetur,
& ratione alimentorum, Surd. *de alim. tit.* 7. *qu.* 12.
num. 10. Rota *dec.* 133. *numer.* 1. coram Ubaldo, &
facit textus *in leg.* 1. §. *illud C. de rei Uxoriæ act.* ubi
quod permittuntur pacta nuptialia, præter ea, quæ 24
legi contraria sunt, ut dicam etiam infra quoad re-
nunciationem per pactum contra hujusmodi *authen.*
dispositionem, ut non possit fieri quoad alimenta in
casu conjugis superstitis existentis in extrema necessi-
tate.

Verùm prædicta videntur refragari dispositis in hac
Constitutione, quæ dictam consuetudinem uti pra- 25
vam abolevit. Sed his non obstantibus justa fuit causa
abolitionis, quia plura denegantur fisco, quæ conce-
duntur privatis, ut advertit Cardin. de Luca *disc.* 123.
num. 7. *de regalib.* Capycius Latro *consult.* 33. & *seqq.*
Giurb. *cons. Criminal.* 56. & alii ibi citati. Nec faci-
le est consuetudines ad favorem illius induci ob præ-
sumptam vim, & coactionem in ipso, & præcisè in
casu hujus Constitutionis consuetudines in ea abroga- 26
tæ, erant iniquæ, utpote à potestate sæculari per vim
introductæ, ut sonant verba ibi: *pravas consuetudines,*
& alia à sæculari potestate bona diripiebantur, ut ad
rem notat Thom. *de benef. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 1. &
refert verba Epistolæ scriptæ Honorio Papæ: *passosque*
naufragium miserabilius violentia Principis spoliabat,

quam

quàm procella. Ex his igitur elicitur non fuisse eas legitimas consuetudines populi libero consensu introductas, sed tyrannica vi inductas, quas jure optimo Ipse Comes refutavit, Concilium refutationem probavit, quodque totum Papa Honorius in hac Constitutione confirmavit.

Cùm enim in hac Constitutione, ut supra dixi, fiat mentio de successione conjugum, cui consuetudo illa prava, ac violenter introducta præjudicabat; hinc sumpta occasione, nonnulla circa talem successionem operæ pretium duxi in hoc Commentario disserere.

Quoad successionem conjugum in omnibus bonis
27 prædefuncti, clara est dispositio Imperialis *in l. 1. C. Unde Vir, & Uxor*; fundatur enim in ratione, quia conjuges dicuntur socii, *leg. 1. ff. de rit. nupt.* & socii quandoque ad invicem succedunt, *leg. un. Cod. si liberalitat. Imper. soc. lib.* 10. ubi Gloss. *ver. hærede*, quòd res donata ab Imperatore uni, accrescit consocio, deficiente alio hærede, & est etiam consonum, ut non reddatur afflictio afflictis, & ne Uxor privetur unà cum viro etiam bonis, sed anteponatur fisco.

Hæc enim successio in omnibus bonis habet locum ab intestato, deficientibus descendentibus, quorum prima causa est succedendi, ac ascendentibus, & etiam aliis agnatis, & cognatis usque ad decimum
28 gradum inclusivè, facta tamen computatione graduum juxta computationem civilem, ut docent Bald. *in l. si avia C. de success. edict.* Maresc. *var. lib. 2. capit.* 8. *num.* 23. Honded. *cons.* 4. *nu.* 3. *lib.* 1. Grat. *discept.* 67. *num.* 1. Altograd. *cons.* 47. *lib.* 2. Card. de Luca *de success. ab intestat. disc.* 17. *num.* 12. ubi etiam in terris Ecclesiæ, dummodo ex statutis specialibus, vel expresè, vel adminiculativè contrarium non eliciatur, scilicet, ut debeat attendi computatio juris Canonici, & in terminis successionis conjugum ad invicem, evacuato decimo gradu conjunctorum, quod facienda sit computatio jure civili, Card. de Luca *de success. ab intest. disc.* 39. *n.* 1.

Debet tamen ad effectum hujusmodi successionis ad
29 invicem conjugum morientium sine hærede esse matrimonium verum, hinc non sufficiunt sponsalia, *l. 1. ff. unde Vir, & Uxor* ibi: *Nihil enim capi per injustum matrimonium potest*, ubi Gloss. *verb. Capi*, ait *socium Imperialis largitionis præferri Uxori ex leg. jubemus verb. hærede C. si liberalitat.* Imperial. *lib.* 10. Corneus *in l. non sine C. de bon. qua liber.* nec sufficit matrimonium putativum, quia id percutit legitimitatem filiorum, aliosque effectus, & sic debent conjuges esse insimul in thoro, cum titulo legitimi matrimonii, aliàs separato thoro non habet locum, Card. de Luca *de success. citat. disc.* 39. *num.* 2. Marta *de success. leg. par.* 3. *qu.* 12. *art.* 1. *num.* 12. Sabell. *in sum. divers. verb. successio num.* 8. Quod intellige, si separatio sit ex culpa ejus, qui successionem petit, & quatenus matrimonium, etsi putativum, sit in statu præsumpto validitatis, donec detegatur invaliditas, debetur successio, idem Card. de Luca *num.* 3. Secundò requiritur, ut Conjux succedens non transeat ad alias nuptias, *l. 1. C. de secundis nuptiis*. Tertiò nisi alium Conjugem interficiat, quia improbitas non debet prodesse, *leg. si ab hostibus §. si Vir Uxorem ff. sol. matrim.* Bald. *in leg. 1. C. Unde Vir, & Uxor*. Boer. *dec.* 241. Ruin. *cons.* 11. *lib.* 5. qui dicit procedere etiamsi justa causa intersit; tamen si lex actum non improbat, non videtur tuta doctrina, ut in simili Card. de Luca *de success. ab Intestat. disc.* 39. *n.* 9.

Præter talem successionem, lex aliquando matri defert hæreditatem non perpetuò, sed causa custodiæ, puta si non reperiatur hæres Viri præsens, &
30 incerta sit vita ejus, quo non extante, Conjux succedente, quia tunc administratio datur proximiori successuro, ad Textum *in leg. 2. §. Sed si sub conditione, & leg. si demum leg. si servus ff. de bonor. possess. secund. tabul. leg. si quis Instituatur hæres ff. de hæred. Instit.* ubi Doctores, Surd. *cons.* 125. *numer. fin.* Argel. *de legit. contrad. qu.* 21. *art.* 1. *numer.* 16. Cardin. de Luca *de fideicom. disc.* 7. *& disc.* 188. Rota *decis.* 953. *numer.* 1. coram Cardin. Cerro, & in terminis matris etsi adsit filius, ut bonorum administratio ei debeatur, si sit filius absens, & vita vel mors ignoretur, etsi transierit ad secundas nuptias, ad exclusionem patrui, quia habet spem probabilis successionis, quæ matri debetur etiam binubæ, nisi tamen adsit filius, latè Card. de Luca *de success. ab intest. disc.* 37. & Rota *in eadem causa decis. cit.* 953. coram Cardin. Cerro.

Dantur etiam causæ successionis conjugi certis pa-
ctis, vel statutis concedentibus sub nomine lucri, vel 31
quarti dotalis quotam certam bonorum ad invicem, non extantibus filiis, ut Neapoli sub verbo *Antephati* dictam, & in Urbe *quarti dotalis*, quia continet quartam partem juxta statutum Urbis, ubi benè ac elaboratè D. Advocatus Constantinus Commentator novissimus eorumdem Statutorum ultra antiquos Fenzon. & Picum, & de consuetudine Regni Siciliæ ultra Pharum, ut bona per conjuges constante Matrimonio quæsita, sint ipsis conjugibus communia cum filiis procreatis ex eodem Matrimonio, ut tertia pars sit filiorum, filialis dicta, & duæ sint conjugum, Giurba *ad Consuet. Messanen. cap.* 1. *Gloss.* 12. *num.* 1. *& cap.* 4. *Gloss.* 4. *numer.* 1. Nepita *ad Consuetud. Catan. tit.* 3. *numer.* 153. *& sequ.* & fit mentio per Rotam *dec.* 347. coram Merlino, ubi an possit gravari à Patre in dote data filiæ, quoad portionem filialem, & an procedat in Insula Melitæ uti parte, seu membro Siciliæ, Card. de Luca *de succes. ab Intest. disc.* 38. Ita in Civitate Leodiensi adest jus Connubii dictum scilicet consuetudo, ut conjuges ad invicem succedant, si unus alteri fuerit superstes sine filiis, & quod requiratur, ut uterque conjux sit Leodiensis, latè Rota *decis.* 461. *& decis.* 479. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* & de aliis lucris in Hispania, & alibi Card. de Luca *disc.* 135. *de dote*.

Alia demum peculiaris necessaria successio conju-
gum est in quota bonorum conjugis prædefuncti, nem- 32
pe in quarta si superstes sit pauper, juxta Text. *Justiniani in Auth. præterea C. Unde vir, & Uxor*, hæcque differt à prima successione in omnibus bonis, quia illa est in defectum succedentium intra decimum gradum, ista etiam procedit carentibus hæredibus, vel in usufructu extantibus filiis.

Ad hujus autem Justinianeæ Constitutionis intelli-
gentiam, sciendum est Imperatorem ad eam promul- 33
gandam inductum fuisse ex æquitate, ut ea quæ socia fuit Viri, non deseratur egestate pressa, quando posset ex bonis ipsius decedentis subveniri. Plura tamen à DD. sub quæstione posita fuerunt in hac materia, quæ breviter hìc subnectere curabo. Et primò videndum, ut locum habeat dispositio *dict. Auth.* quæ requirantur? Et ex contextu *dict. Auth.* requiritur primò, ut Matrimonium sit sine dote, conjux sit extrema necessitate pressa, & inops, Vir verò relinquat bona, ac decedat, itaut si adsint filii ultra tres, mulier succedat pro virili, secùs succedat in quarta parte bonorum, relicta proprietate filiis, si adsint.

Sed primò erit quærendum, an talis *Authentica* dis-
positio procedat etiam ad favorem Viri superstitis? 34
Et quamvis antiquiores firmaverint ex littera textus illam non procedere ad favorem Viri, ut latè apud Rovitum *decis.* 46. tamen contraria est communis opinio, ut refert idem Rovitus fuisse istum sensum Judicantium, etiamsi non emanasset *decisio S. Consilii Neapol.* adducens rationem lepidam unius ex illis Consiliariis, quòd si deberet causa judicari à mulieribus, posset dubitari de resolutione, non autem cum judicent à Viris, & eamdem opinionem docent D. Altimar. *ibi numer.* 1. Mucc. *quæst. forens. numer.* 32. Gail. *pract. observ. lib.* 2. *observ.* 98. *numer.* 5. Cancer. *variar. resolut. part.* 1. *capit.* 9. *num.* 130. Cardin. de Luca *de success. ab Intest. disc.* 39. *numer.* 7. Gratian. *discept.* 120. *num.* 17. & plenè Rota *dec.* 115. *numer.* 1. *& sequ.* coram Cardin. Celso, *& repetit. decis.* 138. *part.* 11. *recent.* optima ratione, quia

in correlativis eadem debet esse dispositio, & sicuti in legibus pœnalibus contra secundò nubentes procedit dispositio etiam in Viro, oon est ratio, cur idem non procedat in favorabili dispositione. Et licèt *auth.* dispositio, quia facit mentionem de dote, non videtur verificabilis io Viro, sed in Uxore; implicitè tamen verificatur etiam respectu Viri, si donationem propter nuptias is non fecerit; siquidem, etsi in eadem *auth.* de hac donatione expressa mentio non fiat, tamen quia dote constituta, regulariter etiam donatio ista constituta intelligitur, *l. Cum multa C. de donat, ante nupt.* ideò dicendum videtur de ea implicitè mentionem fecisse Hernerium. Et cum talis explicita mentio non facta dederit causam dubio, an Vir comprehendatur, petita fuit interpretatio ex corpore *auth, de exhib. reis*, ibi enim habetur expressio inopiæ Uxoris, si sine dote nupserit, respectu Viri si sine donatione propter nuptias, Goz. *in d. auth. num.* 23. Et sic Vir inops si donationem propter nuptias non dederit, admittitur ad dictam quartam, etiamsi ingentem dotem habuerit, quia ista revertitur ad dotantem, quod limitatur si apud virum remaneat etiam soluto Matrimonio, ex usufructu in bonis filiorum, quia tunc cessat inopia, Alex. *in cit. auth. præterea*.

At in isto requisito, ut conjux non habeat dotem
35 idem dicunt Doctores procedere, si tenuem habeat,
ita de Viro faciente donationem propter nuptias tenuem, Et quamvis dum fuit excitata ista prætensio à mulieribus, universus Orbis commoveretur, ut tradit Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *Gloss.* 8. *par.* 9. *num.* 4. & 14. itaut nedum in suo Senatu nova apparuerit prætensio, sed in causa Bononiensi acriter fuit disputatum, in venerationem antiquorum relatorum per Mangil. *de Imputat. quæst.* 158. Marta *de success. part.* 3. *qu.* 12. *art.* 5. & *Vot.* 21. Rota *decis.* 133. *num.* 8. coram Ubaldo, tamen communis opinio est, ut procedat etiam in parva dote, ut sensit Bald. *in ead. auth. num.* 7. qui etsi ab antiquis redargutus fuerit uti violator litteræ ipsius *auth.* expressè exigentis mulierem non habentem dotem succedere, tamen deinde à Doctoribus fuit approbatus, ut fatentur plures apud cit. Mangil. & Martam, Gratian. *discept.* 120. *num.* 2. De Luc. *ibid. num.* 12. & 11. Merlin. Pignatel. *contr.* 47. *cent.* 2. *numer.* 3. Franch. *dec.* 410. Surd. *dec.* 61. De Luca ad Franch. *cit. num.* 1. Altimar. ad Rovit. *dec.* 46. *num.* 22. Velasc. *de privil. paup. par.* 2. *qu.* 56. *num.* 27. Et ratio est, quia *auth.* loquitur de indotata similitudinariè, ad ostendendum in genere, quòd sit inops; idem est non habere, ac parum habere, ex qua inopia noo sublevatur, Decian. *cons.* 111. *num.* 7. *Vol.* 3. & ita tenuit etiam Rota *dec.* 42. *numer.* 2. coram Durano, & *cit. decisio* coram Ubald. *num. finali* bene addit ibi agi de dotata congruè, & *dec.* 174. *num.* 1. *cum sequentibus* post Pacific. de Salv. ubi de dote scutorum mille.

Ita ex eadem ratione convincenti, lex aut statutum
36 loquens de dote simpliciter iotelligi debet de dote
congrua, ut notant Add. ad Butrig. *in cit. auth. vers.* 3. Jason. *ibid. num.* 4. Bart. *in auth. res quæ num.* 1. *C. comm. de leg.* Bald. *in leg. fin. num.* 6. *C. de dot. promiss.* Rota *dec.* 174. post Pacif. de Salv. Unde cùm in statuto Urbis 141. disponatur, quod filia sit
37 contenta de dote à patre data in vita, quamvis sit
minor legitima, Rota *decis.* 760. *num.* 2. *part.* 1. tamen si sit adeò parva, & exigua, ut nomen dotis non mereatur, & intret læsio enormissima, datur supplementum ad congruam dotem, Fenzon. *ibid. nume.* 45. Menoch. *de arb. tr. casu* 149. *numer.* 8. & 15. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 12. *à numer.* 20. *ad* 44. De Luca ad Grat. *discept.* 148. Grat. *dec. March.* 37. *decis.* 202. *part.* 2. *div. decis.* 96. post cit. Fenz. & *dec.* 395. *part.* 2. *recent.* & non dissentit Constantin. *in id. stat. annot.* 35. *art.* 1. *numer.* 1. existente magna læsione.

Unde dicta conclusio in terminis *auth. præterea*, ut debeatur quarta etiam mulieri dotatæ, si dos sit exi-
gua, est hodie communis, ut dixit Fontanel. *de pact.* 38
nupt. cit. Gloss. 8. *part.* 9. *num.* 4. & de dotata loquitur Rota *cit. dec.* 174. *numer.* 2. & *seq.* post Pacif. de Salv. & *decis.* 347. *numer.* 9. *part.* 18. *recent.* quia ratio *auth.* est, ut sublevetur inopia unius per divitias alterius conjugis, itaque hoc est attendendum, quæ ratio viget tam si mulier habeat dotem exiguam, ac nullam, aliàs si de indotata materialiter disponeret, sequeretur, quòd ea indotata, etsi dives, obtineret quartam, quod non est admittendum. Idem dicendum de Viro, qui haberet donationem propter nuptias modicam, ex iisdem proportionabilibus rationibus.

Quæ verò possit dici modica dos ad hujusmodi effe-
ctum? disputant Doctores latè apud Barz. *decis. Bo-* 39
non. 128. Alii enim dicunt dici modicam dotem, si ex ea non possit mulier se alere, juxta formam, qua alebatur tempore Viri. Ratiocinantur isti ad ita opinandum, quia cum *auth.* velit consulere necessitati mulieris, non dicitur congrua dos, nisi tollat talem necessitatem tempore quidem à lege præscripto scilicet successionis, & secundùm statum ultimum ipsius mulieris tempore obitus Viri, itaut debeat continuare in eodem splendore, *ad leg. mella* §. *sed etsi ff. de alim. & cib. leg.*

Alii dicunt dotem congruam etsi debere commensurari tempore successionis, non constitutionis, tamen est consideranda secundùm statum Viduilem, quia status matrimonialis per Viri decessum, cessavit. Alii dicunt coogruitatem attendi tempore constitutionis, ut latè apud Barz. & Fontanel. *cit.*

Ego verò puto debere doris æstimari congruitatem
Judicis arbitrio, Gloss. *in d. auth.* & ita tenuerunt Do- 40
ctores latè apud Rovit. *dec.* 46. *num.* 13. ubi Altimar. *num.* 20. Card. de Luca *de success. ab Intestat. disc.* 39. *num.* 10. & 11. Rota *dec.* 202. *num.* 18. *part.* 2. *div.* Franch. *dec.* 410. ubi de Luca *num.* 2. & 3. ubi quod etsi aliquando dos scutorum mille fuerit æstimata congrua ad hunc effectum, Surd. *decis.* 61. & alibi, alia quantitas tamen aliquando fuit desiderata major, & ita observat Altimar. *citat. numer.* 20. *vers. Verum*, & ob mutationem temporum in pompis ferè ubique
maxima prodigalitate auctis, eò magis est ea latè con- 41
sideranda in amplis Urbibus, prout de Civitate Neapolis dixit de Luc. *cit. num.* 4. & judex debet considerare circumstantias, ut tali dote possit mulier illam necessitatem *ab auth.* consideratam tollere remedio dictæ dotis, ne sit locus quartæ per *auth.* inductæ ad eam sublevandam, quæ fuit causa motiva *d. auth.* quæ ex fonte *auth. de exhib. reis* dicitur, *ut inopia conjugis per divitias salvetur alterius, quod si inops vir aut Uxor inveniatur, propterea sancimus*, considerando dictionem *propterea* causativam, ne in præmortui conjugis dedecus, in viduitate mendicare cogatur superstes, Bald. *in dict. auth. numer.* 7. *vers. Nam num.* 8. Decius *nu.* 4. Mantica *de conject. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 21. Rot. *decis.* 174. *num.* 5. & *seqq.* post Pacific. de Salvian. & sic videtur consideratum tempus obitus conjugis, non autem coostitutionis doris; & verè facile est eum dote etsi exigua pro alimentis mulierem reperire Virum, secus verò cum fructibus solius doris se alere, si tamen intelligatur, ut tempore constitutionis dos esset
sufficiens pro debita manutentione, & idem esset tem- 42
pore obitus conjugis, est idem dicere, debere attendi tempus obitus, ita tamen ut congruitas sit quidem pro tempore obitus conjugis, sed considerato statu Viduili, noo autem statu nuptiarum, quia *auth.* voluit providere necessitati secundùm statum, in quo remanet conjux, qui est Vidualitas. Et qui redditus dotis possit satis esse, ut excludatur inopia, coincidit hæc inspectio cum illa, quando dicatur pauper conjux, ad effectum, ut possit frui beneficio ipsius *auth.* de quo requisito infra dicam.

Id quod dixi de muliere indotata, seu dotata non
congruè, est dicendum quoad Virum, si non habue- 43
rit donationem propter nuptias, vel tenuem, cum

hac

hac tamen limitatione, ut in Viro faciliùs supponi
debeat modus subveniendi necessitati opera personali,
præsertim si sit rusticus, imò etiam in nobili si pos-
sit se addicere famulatui honesto alicujus Principis
vel alio modo competenti nobilitati, ut *in dec.* 115.
num. 6. coram Card. Celso, quod debet remitti Ju-
dicantis religioni, secundùm facti circumstantias,
ut mox subnectam loquendo de requisito pau-
pertatis.

Aliud requisitum ejusdem *auth.* est, ut laboret
44 inopia conjux superstes, quod duas inspectiones
habere potest, una quando dicatur inopia laborare,
altera quæ sint imputanda, ut iis libratis, possit ex-
cludi dicta inopia.

Quoad primam, redeunt quæ supra dixi circa do-
45 tis qualitatem tenuem, ut scilicet sint spectanda qua-
litas personæ, Conjugis præmortui ætas, ac mores
regionis, an possit licitè victum quærere industria,
& hujusmodi, de quibus latè apud de Luca *ad decis.*
410. de Franch. *num.* 4. *& seq. ac citatos Doctores*.
Aliis dicentibus quod sufficiat habere victum, & ve-
stitum, imò panem, & aquam, ex verbis malè intelle-
ctis *Bellapertica in dicta auth.* ita loquentis: *Laborare
inopia intelligo secundùm conditionem personæ, quæ non
posset vivere secundùm exigentiam sui status, si es-
set Comes, conjux superstes, & haberet tantum pa-
nem, & aquam, dicerem quod sufficeret*, quia per
ironiam dixit id, aliàs pugnaret sibi ipsi, qui exi-
gentiam status, non autem naturæ *ibid.* voluit; un-
de remitti Judicis arbitrio consideratis circumstantiis
prædictis docuerunt Grat. *discept.* 120. *nu.* 2. Fontanel.
cit. gloss. 9. *part.* 9. *num.* 6. Rovit. *dec.* 46. Altimar.
ibid. num. 20. & Rota *cit. dec.* 115. *nu.* 12. coram
Card. Celso. Et licèt *supra nu.* 9. *&* 10. videatur di-
cere quod alimenta sufficit ut quis habeat, licèt non
adæquata statui personæ, sed solum indigentiæ natu-
ræ, cui contrarium firmavit *num.* 12. Tamen tempe-
randa est ista contrarietas, quod non debet attendi
status tempore matrimonii, sed nec minùs status in-
decens conjugi superstiti, & memoriæ decedentis
Card. de Luca *de success. ab intest. disc.* 39. *numer.*
10. *&* 11. hinc aliquando fuit considerata sufficiens
dos in certa summa, aliquando major requisita, ut
advertit Altim. *cit.* & benè observat de Luca *cit. dec.*
410. ad Franch. *nu.* 3. *&* 4. hisce nostris temporibus
familias magis vivere splendidiùs, præsertim in magnis
Civitatibus, quàm antea. Unde facto legato annuo-
rum scut. 600. unà cum mobilibus Uxoris, debere isti
quartam fuisse decisum à Sac. Consil. Neapolitano,
refert *cit.* Altimar. ad favorem Principissæ. Ridiculum
enim est, quod Doctores in hoc se torqueant in dan-
da certa regula, ut subveniatur naturæ necessitati;
quia pauper dicitur nobilis, etsi cum aliquo reddita
l. sed etsi susoepit ff. de Jud. §. libertis suis, ubi duo
pondera auri, ex fideicommisso clarissimis Viris reli-
cta, dicuntur modica, & tamen magnam faciebant
summam. Sed Gloss. *ibid. ver. modica*, reddit ratio-
nem, nempè, ita dici habito respectu ad personas no-
biles. Et quamvis Imperator *in d. auth.* usus fuerit
verbo *inopia*, tamen illud confunditur cum pauper-
tate, ut probatur ex verbis originariæ *auth. de exhib.
reis*, & comprobat Rota *dec.* 174. *nu.* 24. post Pacif.
de Salv. *Interdict.*

Sed an possit dici pauper conjux superstes, si ha-
46 beat Patrem, à quo alimenta percipere possit? Alii
dicunt, quod etiam quartam in eo casu obtinere po-
test, ita Altimar. *ad cit. dec.* 46. Roviti *num.* 24. ex
duplici ratione, prima quod dicta quarta debetur
etiam existentibus filiis, & tamen tenerentur isti alere
Matrem; altera verò, quod Uxori intra annum luctus
debeant dari ab hæredibus viri alimenta, & hoc non
obstante quartam lucratur, & docet *præcit.* Merlin.
contr. for. cent. 2. *cap.* 47. *num.* 23.

Tamen contrarium est statuendum, quia Pater te-
47 netur primo loco alere filiam, & quidem ex instinctu
naturali, *l. Si quis à liberis §. Si vel parens ff. de liberis
agnoscendis*, Merlin. *cit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 1. *num.* 3. *&*
sequent. Rota *cit. decis.* 76. *num.* 26. coram Duran. &
nec juramento ac consuetudine seu lege contra-
rium potest statui, imo excommunicatur si deneget
alimenta, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 1. unde non po-
test Pater ea denegare sine causa, ad illa cùm filius
habeat jus, & actionem. Unde verè *authentica* præ-
dicta admittit ad successionem quatenus conjux su-
perstes notissimè laboret inopia, quod intelligi de- 48
bet tempore successionis, itaut si aliundè tunc ha-
beat, vel habere possit, ut inopiam sublevare va-
leat, quartam non habebit, ut Gratian. *citat. dis-
cept.* 120. *numer.* 48. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*
4. Gloss. 8. *part.* 9. *numer.* 42. *& sequ.* Rota *decis.*
174. post Pacif. de Salv. Rota *citat. decis.* 115. *nu-
mer.* 4. *&* 6. coram Cardin. Cerro, ubi quod ista
paupertas debeat probari concludenter per Testes,
& numer. 8. quod cessat talis inopia, si mulier ha-
beat jus ad aliquod petendum, & *decis.* 347. *num.*
9. *part.* 18. *recent.* nam quando quis habet aliquod
remedium subsidiarium, non potest non acquirere,
nec potest dici pauper, quando competit ei actio, 49
vel officium Judicis ad aliquod consequendum, Bart.
*in l. Si quis à liberis §. Item rescriptum de liberis
agnosc.* Surd. *de alimentis tit.* 9. *quæst.* 35. *numer.* 34.
Gratian. *citat. discept.* 120. *numer.* 48. *&* 49. & cla-
riùs Cardin. de Luca *de donat. disc.* 11. *numer.* 6.
ubi distinguit inter remedium subsidiarium, & præ-
judicium creditorum, ut possit quis non agnosce-
re jus in hoc secundo casu, secus in primo, nam,
ut habeat remedium subsidiarium, debet agnosce-
re jus obventum, unde cùm filia habeat actionem
contra Patrem petendi alimenta, imò etiam do- 50
tem, si eam non habuerit, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.*
32. *numer.* 15. hoc sufficit, ut non dicatur pau-
per, & non possit acquirere quartam, quodque eruitur
ex ipsis verbis *auth. de exhib. reis §. Quoniam* ibi:
Nam si aliunde forsan habeat, & ita docent Doctores
apud Gratian. cit. De Luca *ad eumdem* Franch. *num.* 3.
plenè Rota *decis.* 174. *nu.* 41. post Pacific. Rota Bo-
non. *dec.* 130. *num.* 64. *&* Duran. *dec.* 42. *num.* 4. *&*
5. Hocque procedit etiam mortuo Patre, quia te-
nentur hæredes præstare alimenta, imò legitimam
filiæ, ut notat *idem* de Luca *cit. nu.* 3. Nec obstant 51
adducta in contrarium, quia quoad primum, dictum
jus recipiendi alimenta à filiis, non est natum tem-
pore obitus conjugis, quod tempus debet inspici,
non curato posteriori: hinc si mulier tempore obi-
tus Viri esset pauper, etsi postea acquisiverit quar-
tam, semper illam retinebit, quia qualitas sufficit,
ut adsit tempore successionis, ut in his terminis,
Fontanell. *cit.* Gloss. 8. *part.* 9. *num.* 24. Grat. *cit. cap.*
120. *num.* 49. *& num.* 59. ubi quod debetur ei quarta,
quamvis deinde nubat cum alio Viro divite, cùm suf- 52
ficiat, ut adsit paupertas tempore acquisitionis, & sic
competit etiam secundò nubenti, Altim. *ad cit. dec.* 46.
Roviti *num.* 26. Itaque si sit dives tempore successionis
deferendæ, non habet quartam, ut prosequitur idem
Grat. Ita si ex casu fortuito incontinenti post obitu-
tum fiat mutatio status, ita ut debeat attendi illa
qualitas tempore casus successionis, Rota *decis.* 174.
nu. 36. *& seq.* post Pacif. *cit.* Idem est dicendum quo
ad alimenta præstanda ab hæredibus intra annum lu-
ctus, nihilominus ista providentia est tantùm in il-
lo anno, jus vero alimentorum in vita Patris, &
post obitum, legitima semper durat ad favorem fi-
liæ, & idem, existente alio Ascendente, ex dictis
est tenendum.

Sed quid dicendum si mulier haberet fratres divites? 53
Aliqui dicunt idem procedere, prout si haberet fi-
lios ex primo matrimonio, ex ea ratione, quia ab
ipsis potest conjux petere alimenta, Barz. *cit. decision.*
130. quam refert De Luca ad Gratian. *discept.* 120.
num. 10. *& id.* Grat. *num.* 51. *&* 52. ac Fontanel. *cit.*
num. 44. & ultra fratres non procedere, quia alii non 54
tenentur ad præstationem alimentorum officio Judi-
cis, ut ad rem notat Fontanell. *citat. numer.* 27.
ex eadem ratione, quia priùs debet discuti re-

medium minùs subsidiarium, quàm illud statutum in dicta *authentica* in casu quo aliunde consuli non possit. Alii tamen negant, ut apud Merlin. *de legit, lib. 2. tit. 1. quæst.* 23. *num*, 53. Merlin. Pignatell, *lib. 2. contr.* 47. *num.* 21. Altimar. *cit, numer.* 25. Verùm secunda
55 opinio videtur amplectenda, non ex ea ratione, quam aliqui adducunt, quòd *in auth. præterea* considerandus sit duplex finis, alter maritalis affectus, alter inopia conjugis, quia ex illius littera contrarium elicitur, textus enim vult quòd mulier laboret inopia notissima, aliàs sequeretur, quòd Uxori diviti quarta debita esset, quod erroneum est, ut dixi, & bene Rot. *decis.* 115. *num.* 3, *&* 8. ubi alii coram Card. Celso, Sed ex alia ratione talis opinio videtur subsistere, quòd scilicet istud debitum est quidem legale, sed competit Uxori ob contractum voluntarium matrimonii, diciturque debitum necessarium, illud autem petendi alimenta à fratribus est implorandum officio Judicis, quod sanè nequit impartiri, quando mulier ex contractu matrimonii cum divite jus acquisivit super quarta, & hæc est differentia ipsius quartæ ab alimentis, & legitima debitis à Patre, quæ sunt debit[illegible] etiam jure naturæ, & saltem quoad legitimam, quæ debetur etiam diviti; & licèt alimenta vivente Patre juxta magis communem debeantur in subsidium, tamen cum etiam illa quarta sit subsidiaria, primò debet dari ab habente majorem causam, ut est Pater, in cujus bonis filius habet aliquale dominium, ut dixi, sed in alimentis præstandis à fratribus consideratur tantùm ordo charitatis, & officium Judicis; aliter resultaret absurdum ex contraria opinione, quòd scilicet si conjux superstes haberet filios, certè quod istorum est prima causa alendi matrem, quàm fratris, sororem, & in tali casu Textus dat quartam, quia minimè curavit casum præexistentiæ fratrum, quos gravare voluisse alimentis, existentibus filiis, dicendum non est, ut considerat Fontanel. *cit. claus.* 5. Gloss. 8. *par.* 9. *num*, 51. Nec obstat quod in alimentis attenditur ordo successionis, quæ datur in favorem fratris, & non mariti, quia non est certa regula, nam videmus, quod etiam alii consanguinei succedunt conjugi, excluso Viro, usque ad decimum gradum, ut supra dixi, & tamen alimenta non debent dari nisi à fratre, & patruo, & mulier habet quartam in bonis Viri, & bene distinxit inter Ascendentes, & fratres idem Merlin. *nu.* 58. *&* 59. amplectendo communem opinionem circa Patrem tantùm, & ita dicendum cir-
56 ca filios primi matrimonii, qui tenentur alere matrem, ex puro remedio subsidiario, quod cessat, si ex alia causa fuerit notum jus recipiendi alimenta, ut esset in casu secundi matrimonii, in cujus contractu statim nascitur jus pro consecutione quartæ. Si tamen
57 fratres essent hæredes Patris, tunc quia repræsentant personam illius, in quo est infixum onus alendi, istud transmittitur cum bonis ad ipsos filios, & fratres respectivè.

Ex his elicitur, quod conjux dives ex aliis bonis
58 quàm dote non potest petere quartam, quia non potest dici constituta in inopia à textu requisita, Decius *in cit. Auth. num.* 19. Gratian. *cit. discept.* 120. *num.* 50. *& seqq.* & in legato facto ab extraneo alimentorum, ut provisa mulier nequeat petere quartam, Rot. *decis. cit.* 174. *num.* 40. post Pacif. quia cessante inopia tempore obitus Viri, cessat qualitas requisita ad consequendum beneficium quartæ, nam textus consideravit inopiam, quæ non est in habente bona, vel actionem ad illa, unde si habuit jus petendi quartam à primo Viro, & potuit eam habere, & noluit, non lucratur quartam à secundo Viro, Card, de Luca *disc.* 46. *de success. ab Intest. nu.* 13. Soccin. *sen. cons.* 121, *num.* 31. *lib.* 4, Honded. *cons.* 79. *numer.* 22. *& seqq. lib.* 2. Barz *dec, Bonon.* 130. *num.* 47. Surd. *de alim., tit.* 9. *quæst.* 24. *num.* 33. Carp. *ad stat. Mediol, tom.* 1. *cap*, 296. *numer.* 5, *&* 7. & alii apud Rotam *dec.* 239, *n.* 11. *part.* 5. *rec. tom.* 1. Quod puto cum moderatione intelligendum, ut si agatur de remissione expressè facta à muliere, mox dicta procedunt; si verò de pura negligentia omissionis, debet considerari, an negligentia sit excusabilis, vel supina, & crassa, quia sexui muliebri lex consulit excusando, ut in consimilibus terminis *auth. res quæ*, ut mulier non exigens dotem in bonis liberis, nequeat exigere in bonis fideicommissariis, debeant à Judice considerari circumstantiæ, an sit omissio excusabilis, secus autem in commissione, quia tunc semper sibi præjudicat latè Cardin. de Luca, *de dote disc.* 145. *num.* 78. *& seqq.*

Ita etiam si haberet aliquam actionem, ex qua inopia excludi potest, tenetur eam exercere, nec potest illi renunciare, nemo enim pauper dici valet, qui potest esse dives, *leg. qui potest ff. de reg. jur.* quia tunc esset affectata, & voluntaria paupertas, quæ non est sufficiens; ita docent Cephal. *cons.* 244. *nu.* 13. Narta *cons.* 640. *num.* 13. *& seq.* & alii apud Gratian. *cit. discept.* 120. *n.* 47. *& seqq.* Fontanel. *cit.* Gloss. 8. *par.* 10. *n.* 6. Mangil. *cit. q.* 178.

Tamen ego admitto conclusionem, si crediro, vel
quartæ in bonis primi Viri renunciaret post secun- 59
dum matrimonium, secus si renunciaverit antea, quia sibi imputet Vir, si mulierem inopem, & spoliatam suo jure ducat, primo casu enim non posset exigere, cùm id fieri non posset in præjudicium legis, secus autem si tempore congruo remitteret, *& cit. dec.* 239. *part.* 5. *rec.* loquitur de non exactione quartæ in bonis primi Viri, cum supposito quod possit exigere, imo etsi renunciaverit post secundum matrimonium, etiam non obstaret si fuit gestum justa causa tunc exigente, & non in fraudem pro consecutione quartæ in bonis secundi Viri, nam regulariter illa debetur etiamsi sua culpa sit in paupertatem lapsa, Ricc. *ad cit. dec.* 410. *vers. & perpetuo*, Novar. *de elect. for. q.* 44. *sect.* 2. *n.* 12.

Legatum tamen alimentorum, vel aliud à Conjuge defuncto factum non excludit superstitem à quartæ consecutione, quamvis debeat imputari in quartam
dictum legatum, ut ex littera ipsius *auth.* ibi : *& im-* 60
putabitur legatum in talem portionem, nam potest conjux supplementum petere usque ad quartam, & communiter docent Doctores, Corn. *cons.* 4. *num.* 5. *lib.* 4. Decius *cons.* 24. *vol.* 1. Fontanel. *cit. gloss.* 8. *part.* 9. *num.* 52. Grat. *cit. cap.* 120. *num.* 39. & latè Rota *dec.* 174. *nu.* 25. post Pacif. de Salv. Hinc notatur differentia in relicto ab extraneo, ut faciat cessare lucrum quartæ, quia conjux ex dicto relicto, inops dici non potest, non autem in relicto conjugis, quo legante etiam necessaria pro victu, tamen debet dari quarta, legato imputato, tum quia expressè in textu id habetur, tum etiam quia dicta quarta est debitum necessarium, & sic nequit alio modo illud limitari, & sicuti si non sufficeret ad alimenta, conjux nequit aliud petere, ita è contra non potest à testatore limitari, quia debetur contra voluntatem testatoris, tam ex testamento, quàm ab intestato, ut latè docent cit. DD. & Grat. *cit, cap.* 120. *num.* 34. tenetur tamen conjux superstes ad quartam partem debitorum hæreditariorum, quia illa quarta est portio hæreditatis, deducto ære alieno, & sic bonorum, Costa *de portion. rat. qu.* 84. *per tot.* Sabell. *in div. jur. ver. quarta vers. Quod non exigitur*, Grat. *cit. capit.*
120. *nu.* 61. In legato autem facto ab extraneo, aliter 61
dicendum, cùm illud faciat cessare inopiam, quamobrem cessat etiam dispositio *authen.* & si legatum vel divitiæ superveniant, non cessabit jus quartæ jam acquisitæ, quia attendi debet qualitas, ut adsit tempore successionis, Gratian. *cit. num.* 49. & dixi supra. Hinc imputatur legatum Viri, si emolumentum Uxor accipiet, secus non, ita usufructus bonorum relictus, Gratian. *discept.* 32. *n.* 37. *&* 38. Rota *dec.* 348. *n.* 1. 2. *&* 5. *part.* 14. *recent.*

An autem legatum extranei, quatenus non sit suf-
ficiens ad evitandam inopiam, qua de re debeatur quar- 62
ta in bonis Viri, sit saltem imputandum, prout alia bona propria Conjugis?

Cer-

Certum est imputari debere omnia, quæ Conjux habet ex patrimonio Conjugis, ita donatio, legatum & ipsa dos, quia sicuti *authen.* exemplificativè dixit quartam deberi non habenti dotem, & ex Doctorum interpretatione procedit etiam in habente parvam dotem, ut dixi, ita consequenter debet ista imputari, prout imputatur legatum, & donatio inter vivos facta à conjuge, dummodò tamen existent bona donata tempore successionis, aliàs non, ut latè de Luca *ad cit. dec.* Franch. 410. *in fine*, Gratian. *cit. discept.* 120. *& alii.*

Sed difficultas est in bonis propriis Uxoris, & legatis extraneorum, quæ etiam dicuntur propria Uxoris, & controvertitur, ut apud Decium *in cit. Auth. num.* 5. Fontanel. *cit.* Gloss. 8. *part.* 12. *num.* 30. ubi refert decisum pro Vidua, de Luca *tamen cit. loco* distinguit, quod si quarta possit esse quarta pars patrimonii Viri, ad quamcumque summam id ascendat, dicit quod detur imputatio, secus si limitari debeat ad centum libras auri, ut minor sit, minore existente Conjugis patrimonio, secus autem major, ut dispositionem *dicta auth.* limitant Doctores, Franch. *decis.* 318. *num.* 3. ubi idem de Luca *num.* 4. & in praxi ita observatur, Mangil. *de imput. qu.* 199. & quanta sit libra auri, prosequitur idem de Luca *num.* 5. *ibidem.*

Alii dicunt imputari legatum extranei, & bona conjugis, sed verè non posset dici imputari, tamen quia uxor tantò minùs dicitur egere, quantò plura habet bona, & sic cessare debet pro rata acquisitio quartæ, ita Grat. *cit. numer.* 82. *& sequ.* Surd. *decis.* 119. *n.* 30.

Verùm mihi videtur verior opinio indistinctè excludens imputationem, quæ verè etiam denegatur à
63 citatis Doctoribus omnibus, quia nequit dari in bonis propriis legatarii, sed tantùm lex induxit in bonis quæ proveniunt à legante; nec minùs quod cessante inopia ex dictis bonis proportionabiliter, debet ibidem cessare pro rata ipsa quarta; quia vel cum dictis bonis propriis inopia tollitur juxta facti circumstantias supra consideratas, & tunc cessabit lucrum quartæ; aut non tollitur, & quarta debetur, nec imputari debet quod non est in patrimonio defuncti, & quamvis dos debeat imputari, id fit, quia textus vult esse indotatam mulierem, si velit frui beneficio, cùm debeat eo uti sine vulneratione majori textus, sed quoad bona propriæ Uxoris nil dicit textus, imò in *auth. de exhib.* §. *quoniam* habetur, ibi, *si verò quasdam res proprias mulier in domo viri, aut alibi repositas habuit, harum actionem, & retentionem habeat omnimodò immunitatem*, & bene *cit. decis.* 174. *num.* 40. post Pacificum testatur quod legatum extranei facit cessare dispositionem quartæ, quatenus sit sufficiens ad alimenta; quod tunc certum est, quia cessat paupertas.

Ista autem imputatio legati conjugis procedit etiam, quia dicitur debitum necessarium, sed si ex expressa, vel ex conjecturata mente testatoris contrarium eliciatur, non debet fieri; ista autem voluntas ex conjecturis non debet facilè elici, quia cùm sit debitum necessarium, ut dixi, & pro tali debito compensatur regulariter legatum, ut dicam, & ulterius dispositio quartæ est, ut detur inopi compensato legato Viri, cessat jus mulieris contra compensationem, non solùm ex præsumptione legali, sed ex littera ipsius *authentica*; imò etiam ex ratione, quia cessat qualitas requisita inopiæ sublatæ per legatum in parte, quod non est in lucro debito ex statuto, vel pacto etiam diviti, quia primo casu requiritur qualitas inopiæ, Grat. *citat. capit.* 120. *numer.* 39. de Luca *ibid. num.* 20.

Sed si adsit pactum inter conjuges de hujusmodi
64 quarta legali lucranda, an sit legatum compensandum? Et videtur negativè ex ratione, quia hoc debitum quartæ ratione pacti posset dici voluntarium, quo casu legatum non compensatur, *l. Creditor*, *Cod. de leg. & l. Creditorem ff. de leg.* 2. cùm compensatio detur in debito necessario tantùm, ut in terminis lucri dotis distinguendo inter necessarium, & voluntarium, ut primo casu compensari, secus in secundo casu, tradunt de Angel. *de imput. & Meliorat. dotal. art.* 24. *numer.* 23. *&* 24. Guttierez *de compens. lib.* 2. *quæst.* 21. *numer.* 17. Bersan. *eod. tract. cap.* 1. 2. *quæst.* 30. *numer.* 18. Card. de Luca *de legat. disc.* 15. *num.* 2. & ratio est, quia in lucro, seu debito proveniente ex voluntate partium, strictiùs lex procedit ad favorem Creditoris, quàm in debito legali, & necessario, cùm hoc casu censeatur legans legasse animo se liberandi ab onere legali, Camarel. *de legat. lib.* 14. *nu.* 38. Fenzon. *ad Stat. Urb. cap.* 131. *num.* 50. & in terminis etiam legati ususfructus, à conjuge deberi illud compensari in quartam debitam ex lege, seu statuto, Rota *decis.* 79. *num.* 24. *&* 25. *part.* 13. *& decis.* 188. *num.* 10. & latiùs *decis.* 348. *num.* 3. 4. *&* 5. *& per tot. part.* 14. *rec. & decis.* 149. *num.* 10. post Torr. *de pact. fut. success.* & distinxit Rota *decis.* 121. *num.* 5. in terminis *hujus auth. & dec.* 144. *n.* 1. cum ibi plenè cit. coram Emerix *sen.*

In hac quæstione distinguendi sunt casus. Et primò
dico conjugem arceri à quarta, seu supplemento, si 65
legatum conjugis acceptaverit pro omni, & toto eo, quod prætendere posset super ejus hæreditate, ut infra iterum dicitur, dummodò acceptatio sit facta debitis solemnitatibus, si adsit statutum de certis solemnitatibus servandis, secus si dicatur super bonis, quia ista dicuntur, deducto ære alieno, unde non videtur exclusa quarta solvenda, Bald. *in l. libert. num.* 28. *C. de oper. libert.* Malvasia *cons.* 72. *num.* 11. *& nu.* 12. Peregr. *cons.* 39. *num.* 5. *tom.* 4. Mantica *de Conject. ult. vol. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 23. Mans. *cons.* 36. *nu.* 33. Rota *Senen. apud eum num.* 21. *&* 23. Rota Romana *decis.* 257. *num.* 3. *part.* 7. *dec.* 378. *num.* 6. *& seq. & dec.* 429. *num.* 4. coram Priolo, *& dec.* 93. *nu.* 8. coram Durano, *& dec.* 127. *num.* 12. §. *Idque clarius part.* 15. *recen. & cit. dec.* 144. *nu.* 9. coram Emerix *sen.*

Ita non posset prætendere aliquid, si fuisset taxata ista quarta, vel data anticipatè in vita, Costa *de port. rat. qu.* 84. *num.* 18. *& seq.* Fontanel. *cit.* Gloss. 3. *par.* 9. *num.* 39. & Franch. *dec.* 410. *num.* 3. quia provisio hominis facit cessare provisionem legis, *l. fin. C. de pact.* Et quamvis in *cit. dec.* fuerit data quarta integra, id fuit quia pactum erat certæ quotæ in casu existentiæ filiorum, & sic nequiverat porrigi ad alterum casum non existentiæ, vel si fuerit conventum debere restitui totam, & integram dotem, secus si tantùm liberè dotem, quia intelligitur conventio, dempta quarta, latè Urceol. *consult.* 10. *& sequ.* ubi plures *decisiones ibi inserta.*

Si verò non agatur de legato cum illa conditione [a] ut aliud non petatur, regulariter legatum compensatur ex dicta ratione; quia ista quarta dicitur debitum necessarium, idque procedit etiamsi fuisset in pactum
deductum, quia pactum non auget obligationem le- 66
gis, & pro nihilo reputatur, ut in terminis Statuti inducentis lucrum, quod faciat debitum necessarium, & si pacta conficiantur super eadem dispositione legali, Peregr. *dec. Patav.* 18. *num.* 9. *& seq.* & in terminis pactorum procedunt *cit. decisiones*, & citandæ, solùm advertentes an præciso pacto debeatur. Ut enim possit dici debitum necessarium, sufficit, quod statutum aut lex id inducat per viam obligationis, quod non est in *Statuto Urbis* 131. quia procedit per viam præsumptionis, & sic dicitur statutum præsumptivum, non coactivum, quatenus det lucrum, & partes si aliter non conveniant ita præsumi, ut bene distinguendo docent Cavaler. *decis.* 318. *per tot.* recedendo à priùs decisis *dec.* 79. *par.* 13. *nu.* 24. *& seq.* de Statuto Fani latè Urceol. *cons. for.* 36. *n.* 17. Pacif. de Salu. *inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 336. *& seq.* Reverendiss. Zaul. Episc. *Verulan. meritissimus Vicesgerens in docto ejus opere ad Statuta Favent. rubr.* 25. *n.* 48. *&* 49. *lib.* 3. *tom.* 1. D. Costant. *ad cap.* 151. *stat. Urb. to.* 2 *adnot.* 33. *art.* 2. *n.* 166. *& seq.* Rota *dec.* 538. *n.* 8. *par.* 19. *t.* 2. *& dec.* 144. in stat. Bonon. quod sit volun-

tarium, quia remittit arbitrium aliter paciscentibus, recedendo à *dec.* 121. coram Emerix *sen.* Vis enim non stat, ut possent partes pacisci de lucro non solvendo, quod possunt facere quidem, etiam quod sit necessarium, quia pacta derogant legi, *l.1.ff. de pact.* sed vis est, quod originaria inductio sit necessaria, & non tantùm per modum præsumptionis, ut docent cit. Doctores, & præsertim in *cit. dec.* 144. *n.* 3. ibi: *Quod sufficit initium necessarium à lege, vel statuto*, coram Emerix *sen.* & priùs in *Romana sent.* 5000, 1. Julii 1577. coram Blanchetto, quæ est *dec.* 90. post Constant. *ad statut. Urb.*

67 Non tamen præclusa est via non faciendæ compensationis in casu, quo ex verbis aut conjecturis eliciatur contraria mens testatoris, nec tantùm verba, sed voluntas est perspicienda, itaut à regula, ut non detur compensatio in debito voluntario, secus in necessario, recedi possit, Card. de Luca *cit. disc.* 15. *de leg. num.* 3. Hinc aliqui se diffundunt in enumerandis conjecturis, sed vera regula nequit dari certa, prout in omni materia conjecturali, quæ Judicis prudenti arbitrio est remittenda; hinc si legatum dicatur relinqui ob affectum, & dilectionem, excluditur compensatio, quia adest causa finalis amoris, Grat. *discept.* 134. *num.* 10. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 85. *num.* 5. Sabell. *var. resolut. capit.* 10. *numer.* 23. Rota *decis.* 152. *numer.* 23. *part.* 9. prout si appareat ex alia causa fuisse Legatum factum, *decis.* 246. *num.* 4. *&* 5. *part.* 3. *recent.* *&* *decis.* 457. *num.* 10. ubi de Legato, donec viduilem vitam duxerit uxor, coram Coccino. Verùm si detur locus dictæ expressioni amoris per aliam utilitatem provenientem ex Legato, tunc non officere dictam expressionem, dixit Rota *decis.* 257. *&* 312. *part.* 7. *recent.* Ita si agatur de compensanda specie cum quantitate, eadem Rota denegavit compensationem in *dec.* 144. *num.* 7. coram Emerix *sen.* imo etiam in usufructu non posse illam dari, quia esset minutatim recipere, Soccin, *sen. cons.* 93. *num.* 23. *vers. preterea vol.* 1. Mangil. *de imput. quæst.* 48. *num.* 21. *& sequ.* *& cit. decis.* 144. *num. fin.* coram Emerix *sen.* *&* *dec.* 90. *num.* 4. post Constantin. *ad stat. Urb.* Sed quamvis in aliis decisionibus supra adductis §. *Sed si*, videatur fuisse compensatus ususfructus, illæ concilientur, ut procedat compensatio, si legatum fiat de usufructu pingui, ut paucis annis reciperet maximam utilitatem, secus autem in tenui, cùm inverosimile sit, ut velit quis compensare debitum certum cum usufructu per plures annos tantùm valente debitum adæquare.

68 Sed an possit renunciari hujusmodi quartæ? In hac re primò dico, quod potest mulier renunciare quartæ dotis præscriptæ ab *auth.* ut passim videtur observatum apud cit. Fontan. *claus.* 5. Gloss. 8. *part.* 12. *numer.* 50. *& sequ.* præsertim concurrente juramento, Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *qu.* 62. *num.* 1. *&* 13. Gallerat. *de renunciat. tom.* 2. *cent.* 1. *ren.* 72. *nu.* 4. & firmavit Rota *dec.* 347. *part.* 18. *repetit. in decis.* 217. coram Emerix Jun. & in terminis statuti Urbis latè Fenzon. *ad stat.* 131. *numer.* 51. *& sequ.* ubi quod sufficit probatio renunciationis per conjecturas, *dec.* 36. coram Mannica, & Constantin. *ibid.* *tom.* 2. *annot.* 33. *art.* 2. *num.* 301. *& sequ.* ubi plenè, & in statuto Urbis nulla cadit difficultas ante Matrimonium, quia ipsum Statutum id permittit, si fiat ad invicem, Rota *dec.* 133. *num.* 4. coram Ubaldo *dec.* 325. *numer.* 1. *&* 2. *part.* 15. *recent.* Sed in hoc non cadit difficultas, ut potest considerari in renunciatione quartæ in vim *auth.* ut dicam; illud autem commune est apud omnes, quod si fiat renunciatio ante contractum matrimonium, vel in ipso contractu, ea debet attendi absque solemnitatibus, quia pacta derogant legibus, *l.* 1. *ff. de pactis*, nec potest considerari aliqua læsio, quia agitur de jure quærendo, ut videmus passim fieri in capitulis matrimonialibus, secùs verò post matrimonium contractum à minore, vel muliere non valente contrahere sine certis solemnitatibus, quia esset renunciare juri quæsito, ut benè Rota *dec.* 347. *num.* 5. *&* 6. *part.* 18. *recent.*

Hoc idem dico in renunciatione quartæ in vim *auth.* salva tamen infrascripta limitatione diversificativa; nam si renuncietur post contractum matrimonium, vel etiam ante, sed post perfecta pacta dotalia, quia tunc agitur de jure quæsito, nequit fieri renunciatio sine solemnitatibus, secùs si renunciatio interponatur in ipso contractu matrimonii, & in pactis nuptialibus, quia tunc uti pactum informans eumdem contractum ligat, nam aliàs conjux non contraxisset, & quidem sine solemnitatibus, ex dicta ratione juris non quæsiti, & ita docuerunt citati, præsertim Fontanell. *num.* 58. *& sequ.* & plenè Rota *cit. dec.* 347. *num.* 3. *& sequ. part.* 18. *rec.* & priùs supponitur *in dec.* 133. *num.* 5. coram Ubaldo. Nec *obstat dec.* 174. *num. fin.* post Pacif. ubi firmatur non fuisse validam renunciationem factam à muliere dictæ quartæ, quia non fuerunt servatæ solemnitates statuti Urbis. Siquidem adverti debet ibi fuisse promissam hujusmodi renunciationem à patre, & fratre, sed factam post secutum matrimonium, & sic non intervenit mulier, cui post matrimonium fuit jus quæsitum, qua ratione nequiverat renunciare sine solemnitatibus. E contra *in cit. dec. part.* 18. *num.* 2. ponitur casus, quod mulier ipsa promiserat ante matrimonium, & in sequelam talis promissionis fuerat gestum instrumentum, quod quidem postmodùm valuit fieri, uti consecutivè ad promissionem factam tempore quo jus non erat natum, ut *ibid.* dicitur *num.* 3. *&* 6. nam per simplex pactum tollitur quæcumque dispositio Juris Civilis, & positivi, *l.* 1. *ff. de pactis*, imò per juramentum potest renunciari etiam futuræ successioni, *Cap. Quamvis de pactis in* 6. & benè in consimilibus terminis, quod istud pactum sit pars contractus, & sicuti potest majori, vel minori dote illud perfici, ita etiam per talem renunciationem, Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 18. *num.* 22. *& plur. seqq.* Et quamvis mulier sit minor, tamen in renunciatione juris non quæsiti non requiruntur solemnitates ex dispositione juris communis. Verum tamen est, quod si talis renunciatio fiat post jus quæsitum, tunc posset urgere, ut requiratur juramentum ad tollendam necessitatem decreti Judicis ac aliarum solemnitatum in contractibus minorum, nisi adsit statutum legitimum tollens vim juramento, quia tunc requiruntur solemnitates statuti, ut de statuto Urbis etiam in muliere majore non contrahente sine solemnitatibus certus est casus *cit. dec.* 174. post Pacif.

Demum dico, quod si agatur de renunciatione hujus *authentica*, & ejus quartæ, & si Fontanel. *cit.* ac alii supra relati discurrant latè materiam, & indistinctè dicant valere mulieris renunciationem, quamvis illa remaneat inops, nec posse habere restitutionem in integrum, ut apud *cit.* Fontanel. *n.* 61. *vers. sed noli contrarium*, nihilominus sunt distinguendi casus. Aut agitur de renunciatione facta post jus quæsitum, & debitis solemnitatibus, & dico, quod si mulier non habeat dotem, vel aliud, videtur tunc fuisse in ipsa renunciatione enormissimè læsa, unde contractus censetur dolo extortus, ut in fortioribus terminis obligationis, quod si excedat medietatem dotis, corruat obligatio in totum, docent Doctores, Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 7. *Gloss.* 2. *part.* 6. *n.* 21. *& seq.* Salgad. in Labyr. Cred. *par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 33. *& sequ.* Merlin. Pignarel. *contr. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 7. *& seq.* Rota *in Melevitana Bonor.* 7. *Maii* 1694. §. *neque contractus* coram B. M. Ursino, & in *Anconitana pecuniaria, seu Venditionis* 16. *Junii* 1698. §. *Denique* coram D. Molines Decano, & in *Firmana Evictionis*, me priùs judicante, uti Auditoris Cameræ Locumtenente 3. *Junii* 1703. §. *quatenus* pariter coram eodem, *& in Firmana pecuniaria* me etiam priùs judicante 27. *Junii* 1704. §. *Quæ conclusio* coram D. Kaunitz, ea ratione, quia est contra bonos mores, & Reipublicæ utilitatem, remanere sexum imbellem muliebrem sine dote expositum turpi quæstui, quod animadvertit famigerata *l. Quintus Mutius*, *ff. de donation. inter Virum & Uxor.* 69

&

& ita à pari erit dicendum in hoc casu, quia hoc inconveniens resultaret etiam in opprobrium Viri. Ulteriùs dispositio *auth.* est fundata in jure alimentorum, ut dixit Rota *dec.* 133. *numer.* 7. coram Ubaldo, ne mulier mendicare cogatur gravissima egestate pressa, & tamen quamvis regulariter juri alimentorum possit renunciari, non tamen valet renunciatio, si quis redigeretur in extremam necessitatem, plenè Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 18. *nu.*27. *vers. Quando*, & meliùs *tit.* 8. *Privileg.* 56. *num.* 60. distinguendo inter renunciationem, seu transactionem, quæ fit ab habente filios, quod sit ipso jure nulla, utpote contra jus naturale. In aliis verò, quod rescindatur, occurrente necessitate, non obstante juramento, quod nemo tenetur servare, quando ex eo causaretur periculum mortis.

Si tamen agatur de jure quærendo, major posset esse difficultas, tamen dico esse validam renunciationem, nec competere restitutionem in integrum ad quartam, nisi dicatur de nullitate pacti in eo, quod non fuerit Uxor certiorata, ut sentit Senatus Cathaloniæ apud Fontanel. *num.* 60. quia in hoc sensu decisio illa non obstat firmatis per Fontanel. ut hic, ubi supponitur contractum fuisse validum, dummodò non adsit defectus voluntatis renunciantis, & Rota videtur sentire non esse renunciantem audiendam *cit. dec.* 347. *part.* 18. *recen.* quia & si ageretur de jure quærendo, solemnitas non requiritur, sed voluntas semper est necessaria, sine qua non datur unquam actus validus, & sic si fieret à pupilla renunciatio isti quartæ etiam ante matrimonium, & in ipsis pactis, non valeret, quia non habet velle neque nolle. Deberet tamen succurri saltem officio Judicis conjugi renuncianti, si tempore obitus alterius conjugis remaneret inopia pressa, & si renunciatio fuerit de jure quærendo, & sic à sui initio valida. Sed quia semper recurrit idem principium, quod pacta intelligenda sunt rebus manentibus in eodem statu, ut plenè Surd. *cit. num.*6. & facit idem Fontanel. *num.* 60. ex ratione, quòd iis quæ à lege inducuntur ob publicum bonum, imo etiam privatum cum connexione publici, nequeat renunciari, Bart. *in leg. Modestinus ff. de donat.* Gozad. *cons.* 88. *col. pen. & fin.* Undè debet intelligi semper renunciatio permissa secundùm aliquos usque ad modum, ut præjudicet quidem bono particulari, non autem publico, & ideo non posset conjux petere quartam ex dictis, stante renunciatione ab initio legitimè facta, non autem arceretur ab alimentis, & juxta hoc temperamentum consultum videtur, & pacto licito, & favori publico, ut in consimilibus Surd. *cit. privil.* 56. *num.* 58. *&* 60. *& seq.* hinc videmus, quod in confiscatione bonorum non confiscatur ista quarta Gratian. *discept.* 120. *num.* 35. Sabell. *verb. Quarta num.* 3. & ratio est, quia hoc privilegium conceditur à lege, ratione miserationis, & sic pacta, vel gesta privatorum non possunt præjudicare, hinc etiam à contrario sensu substinetur obligatio Uxoris de tota dote, actu individuo facta, contra regulam supra deductam: Si nequeat considerari favor publicus nuptiarum, ob ætatem senilem, & habeat alimenta, unde se alat, non corruit actus, Card. de Luca *de dot. disc.* 20. *num.* 10. *& disc.* 95. *num.* 11. *& seq.* Masin. *de confiscat. quæst.* 31. *numer.* 116. Urceol. *cons.* 8. *num.* 29. Ursill. ad Afft. *dec.* 554. *num.* 1. Surd. *decis.* 164. *num.* 16. *& in cit. Firmana Pecuniaria* §. *citat. in fine*, coram D. Kaunitz.

Nec obstant Fontanel. & alii, quia loquuntur in terminis rescissionis contractus. Ego tamen reduco ad statum, quo possit præservari favor publicus sub veniendi necessitati; nec minùs *cit. dec.* 347. *par.* 18. quia, ut benè in ea reflectitur in fine, ibi agebatur de conjuge renunciante habente, unde se commodè aleret, quo casu certum est renunciationem legitimè factam substineri, nec posset in illo statu applicari, quod firmavimus, & in *decis.* 174. *post* Pacif. *&* 133. coram Ubaldo, videtur posse renunciari, quia agitur de jure quærendo, sed sine præjudicio vitæ substentationis, quia habebat, unde se aleret.

Minùs obstat quod firmavimus circa quartam, seu lucrum debitum ex statuto, ut nullo modo remaneat jus renuncianti, quia strictiori methodo est in quarta vigore *dict. auth.* procedendum, ut benè advertit in terminis Constantin. *cit. num.* 214. quia prima est inducta miserationis causa, ne conjux cogatur mendicare in opprobrium superstitis, etsi tamen uxor renuncians tempore renunciationis juri dicto quærendo haberet, unde se aleret, & postea ex sui culpa amittit quod habebat, tunc cessat dicta læsio, quia sibi imputet si bona deinde dissipaverit, nam sufficit actum ab initio fuisse validum, & sui culpa redactum ad læsionem.

Sed an dicta renunciatio *auth.* fieri possit constante matrimonio sine solemnitatibus, & dico distin-
guendo, ut valeat facta ante matrimonium, secus 70
post, *ut in citat. decis.* 347. *part.* 18. *recent.* Videtur tamen contrarium firmari *in decis.* 225. *part.* 15. *recent.* & D. Constantin. *cit. num.* 212. *&* 213. sed tam decisio, quàm ipse loquuntur in terminis statuti Urbis, ut possint etiam constante matrimonio pacisci de lucro circa quantitatem ad tollenda dubia in ejus exigentia, & oritur ad invicem obligatio, & periculum; in renunciatione tamen dictæ quartæ tollitur in radice jus illam petendi, & remaneret conjux in necessitate, ut benè advertit idem Constantinus *num.* 214. Verum tamen est quod posset reduci ad ratam alimentorum, & quidem sine solemnitatibus ex iisdem rationibus, quia esset pactum ad invicem dependens ab incertitudine futuri eventus, si tamen essent ambo conjuges in statu æquali, & ætate, quod difficile est reduci ad praxim, quia si unus sit dives, nequit alter renunciare constante matrimonio, quia unus esset tutus de damno, alter de lucro.

Quæri etiam potest, an isti quartæ possit renunciari in præjudicium creditorum, & videtur posse renunciari, quia agitur de jure quærendo, ut in fortioribus terminis procedunt in lucro debito ex statuto, si non adsit pactum stipulationis, Mans. *consult.* 24. *num.* 42. *& sequ.* Rocca *disp. Jur.* 49. *numer.* 71. *& sequ.*

Si verò vir ad inopiam vergat, an ista quarta
debeatur Uxori? Et dico deberi ad ratam alimento- 71
rum, si mulier sit pauper, quia durante vita Viri, id quod superest etiam ex dote, demptis alimentis Uxoris, & familiæ, pertinet ad Creditores Viri, Grat. *discept.* 854. *num.* 4. Boss. *de dote cap.* 19. *numer.* 4. *decis.* 3. *num.* 2. *post* Merlin. *de pignorib.* & firmavit Rota *decis.* 791 *num.* 3. *& decis.* 839. *num.* 11. coram Emerix Jun. sicuti enim debetur lucrum conventum, etiam in ista quarta dicendum est deberi, quia iste casus debet æquiparari morti naturali, Giurba *dec.* 16. *num.* 1. Rota *decis.* 77. §. *quia respondetur post* Fenzon. *ad Stat. Urbis*, *& in Romana Alimentorum super reservatis* 4. *Aprilis* 1704. §. *eadem* coram D.
Kaunitz. semper enim Vir tenetur alere Uxorem, & 72
ipsi debent assicurari alimenta, ne dissipentur à Viro prodigo, cum hac differentia, quod lucrum conventum præjudicat Creditoribus posterioribus, ista autem quarta nequaquam, cùm teneatur ad debita conjux, ut dixi, & in convento recipit prælationem à die stipulationis, quia non potitur privilegio doris, nam in hac agit conjux de damno vitando, in dicto de lucro captando, Card. de Luca *de donat. disc.* 50. *num.* 5. *& de dote disc.* 166. *nu.* 91. Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæst.* 50. *num.* 10. Mierez *de privil. Cred. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 45. *& sequ.* Rodriquez *eod. tract. art.* 1. *num.* 154. Rota *dec.* 226. *num.* 2. *par.* 2. *rec. & in cit. Romana Alimentorum super reservatis* 4. *Aprilis* 1704. §. *Neque* coram D. Kaunitz, ubi firmatum fuit novissimè, quod habeat mulier potioritatem contra Creditores anteriores, si agatur de usufructu bonorum fideicommissi ascendentalis, quo fruitur Vir; nam cùm

mulier

mulier habeat in excluſionem Creditorum jus non ſolùm detrahendi dotem, ſed etiam lucrum tam conventum, quàm ex ſtatuto ex proprietate fideicommiſſi in caſu non exiſtentiæ bonorum liberorum, ad *auth. res quæ*, Gall. *de fruct. diſput.* 22. *numer.* 51. Peregr. *deciſ.* 96. *num.* 5. latè Rota *deciſ.* 83. *num.* 4. *& ſequ.* coram San. Mem. Alexandro VIII. eadem facultas debet conſiderari pro fructibus, ut magiſtraliter firmat Rota *in cit. Romana*, §. *quoniam*. Neque ex eo, quod ſi agatur de aſſecuratione tempore Viri viventis, iſti fructus pertineant ad Virum, & ſic ad Creditores anteriores lucro; quia aſſecuratio, & reſtitutio parificantur, ut mulier poſſit detrahere dotem, & lucrum, ut dixi utroque caſu, cum hac differentia, ut primo caſu fructus ſint pro uſu Uxoris, & familiæ, & ipſius Viri, & ſuperfluum cedat in damnum Creditorum, ut dixi ſupra, & latè *in Romana dotis ſuper reſtitutione* 10. *Aprilis* 1692. §. *ſed etiam*, *& ſeq.* coram D. Muto magiſtraliter firmatur. Itaque facta ſeparatione bonorum ex patrimonio fideicommiſſi pro lucro, neceſſe eſt ut fructus concomitentur ſortem, *l. hujus ff. qui potior. in pign.* Rocc. *ſelect. diſput. Jur.* 177. *num.* 71. *part.* 2. *& deciſ.* 664. *num.* 2. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* Sed iſta diſtinctio bonorum ex fideicommiſſo procedit in lucro debito ex ſtatuto, vel etiam pacto, quod ſucceſſit donationibus antenuptialibus, ut poſſint detrahi ex fideicommiſſo, ad textum *in auth. de reſtit. & ea quæ par.* §. *adierunt*, *& alibi ibid.* & benè explicat Rota *cit. dec.* 83. *numer.* 2. *&* 3. coram San. Mem. Alexandro VIII. ſecus autem in hac quarta in vim *Auth. res quæ*, quia debetur ex bonis propriis conjugis decedentis, & quatenus iſte ſit dives, ut conſtat ex lectura ipſius textus, & ſic nequit habere locum remedium illud extraordinarium conceſſum doti, & donationibus ob nuptias.

Sed hìc occurrit dubium, an quarta iſta debea-
73 tur, ſi conjux profeſſionem emittat in Monaſterio? Et videtur negativè, quia textus loquitur de morte naturali, cui non debet civilis æquiparari, eò fortiùs, quia Monaſterium eſt loco filii, & ſic ſaltem debetur quoad uſumfructum tantùm. Verùm contrarium dico, quia mors civilis æquiparatur naturali, quotieſcumque enim caſus verus, & fictus ſunt in omnibus æquiparari ratione ejuſdem finis, æqualis eſſe diſpoſitio debet, Alex. *in leg. falcidia ff. ad l. falcidiam*, Natta *conſ.* 282. *num.* 8. *&* 9. *deciſ.* 91. §. *non obſtat poſt* Conſtantin. *ad Statut. Urbis*, ut in terminis lucri debiti in vim Statuti Urbis, etſi verba ſint *decedente conjuge*, quod verbum importat mortem naturalem, ex dictis rationibus firmavit Rota *cit. deciſ.* nec Monaſterium habetur loco filii, quia filius intellectus à jure, vel ſtatuto, intelligi debet de filiis utriuſque conjugis, non autem alterius, Natta *conſ.* 282. Roland. à Valle *de lucr. dot. quæſt.* 45. *& quæſt.* 106. *num.* 40. *&* 41. *& in cit. deciſ. num.* 4. *& num.* 6. plenè reſpondet contrariis; & majori ratione eſt dicendum in vim *auth.* tum quia concurrit eadem ratio, tum fortiùs, quia magis ſtrictè interpretari debet ſtatutum, quàm diſpoſitio legis.

Taxantur fructus dictæ quartæ ad rationem lega-
74 lem, ſed ſi adſit ſtatutum ad rationem ipſius, ut in terminis dictæ quartæ Ubald. *deciſ.* 133. *numer.* 7. ubi ad rationem ſeptem taxantur alimenta, ſed juxta reformationem San. Mem. Innocentii XI. fuit reducta taxa ad quatuor in Urbe, & quinque in Diſtrictu, ut latè Conſtantinus *tom.* 2. *annot.* 34. *art.* 1. *num.* 107. *& ſeq.*

Pro obtinenda dicta quarta, datur via ordinaria,
75 quia agitur ex actione legis, ut præcisè Grat. *diſcept.* 120. in principio, & in terminis lucri ex ſtatuto Conſtantinus *tom.* 2. *quæſt.* 33. *art.* 2. *numer.* 224. Fenzon. *ad cap.* 137. *Stat. Urb. num.* 54. Limitatur tamen ſi obligatio Cameralis, vel alia via executiva ex Inſtrumento adeſſet, quia poterit tunc executivè quis agere, Rota *deciſ.* 54. 197. *&* 260. coram Card. Cerro, ita ex ſtatuto, ut quoad ſtatutum Urbis *lib.* 1. *cap.* 85. quod tamen det viam executivam, ut in iſto, aliàs etiam in lucro dotis ex ſtatuto datur via ordinaria.

Nequit tamen conjux præjudicare iſti quartæ de-
bitæ alteri conjugi, neque expreſsè, neque tacitè 76
Grat. *cit. diſcept.* 120. *num.* 35. ita nec teſtando, donando, ac alia gerendo; difficultas eſt in donatione inter vivos, an ſit locus inofficioſæ donationi, in quo alii dicunt non habere uxorem in bonis per Virum donatis quartam, ita Fontanel. *cit. gloſſ.* 7. *par.* 9. *num.* 41. ſed tantùm in bonis poſtea acquiſitis; alii affirmant, Mangil. *de imput. quæſt.* 144. itaut conjux habeat quartam in bonis remanſis, vel acquiſitis poſt donationem habito reſpectu ad patrimonium etiam donatum, & quatenus non eſſent bona ultra donata, etiam in donatis. Verùm videtur tenenda media opinio, quod ſi donatio non fuiſſet facta in fraudem, & ad ſuggeſtionem, & adſint alia bona, ex quibus Judicis arbitrio, penſatis circumſtantiis, remaneant bona pro quarta ſufficientia, non ſit locus detractioni, & ratio eſt, quia nullo jure cavetur tale jus inofficioſæ donationis in Uxore, *& textus auth.* loquitur, ſi ſit dives Vir tempore mortis, ibi *præmoriens locuples ſit*, quod indicat tempus præſens; verùm quando conſideratur fraus, hæc debet à Judice comprimi, ne detur locus indirectæ legis abrogationi, & ita procedunt Franch. *deciſ.* 318. *in fine* Marcian. *conſ.* 38. *num.* 12. *tom.* 1.

Legitima tamen filiorum nequit diminui ex quarta, quæ ipſis competit poſt obitum matris, quæ ut dixi ſuccedit in uſufructu tantùm exiſtentibus filiis communis matrimonii, quia recipiunt dictum quartam alio jure, Fontanel. *citat. clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *par.* 1. *num.* 26. *&* 27. Deducitur tamen quarta à toto patrimonio, nec deducitur priùs legitima filiorum, Franch. *deciſ.* 318. *num.* 4. *&* 5. ubi de Luca *nu.* 6. & quod non diminuatur quarta ex legitima filiorum, ſi ea ut hic debeatur ex diſpoſitione legis, ſecus ſi ex conventione partium, & earum tamen voluntate, Rota *dec.* 358. *num.* 6. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* exiſtentibus tamen filiis primi matrimonii tantùm ſucceſſio conjugi in quarta eſt in proprietate, quia *auth.* loquitur tantùm, ut ſuccedat in uſufructu exiſtentibus communibus filiis; ſi verò extent filii utriuſque conjugii, tunc ob habilitatem communium, etiam venit ſucceſſio aliorum filiorum in proprietate, latè de Luca ad Franch. *cit. dec.* 318. *num.* 2. ubi quod non obſtet dictæ quartæ conſuetudo Civitatis Neapolis, Gratian. *cit. diſcept.* 120. *num.* 18. *& ſeq.* ſufficitque, quod tempore obitus filii non adſint, ut ſit locus ſucceſſioni in proprietate, Fenzon. *ad ſtatut. Urb. cap.* 131. *num.* 22. *verſ. qui benè* Card. de Luca *de dote diſc.* 130. *num.* 18.

Debet tamen Vir eſſe locuples, ut ſunt verba ipſius
auth. quod relinquitur arbitrio Judicis, Gloſſ. *ibid. verb.* 77
locuples, ſi enim haberet parum, debent priùs ali filii, quàm Uxor, Surd. *de alim. cit. tit.* 1. *quæſt.* 1. *numer.* 4.

In feudis verò an debeatur quarta iſta, diſtinctio
eſt quod ſi agatur de feudo vero, non deberi, quia 78
fœminæ non ſuccedunt. In feudo improprio deberi, quia habetur ad inſtar allodialis patrimonii; de feudo mixto ſi prævaleat qualitas hæreditaria, deberi, ſecus è contra, Mangil. *cit. quæſt.* 174. De Luca ad Gratian. *diſcept.* 120. *num.* 22. & ad Franch. *dec.* 318. *num.* 3. Altimar. ad Rovit. *dec.* 46. *num.* 27. Sed in Regno, quia admittuntur fœminæ, & debetur æſtimatio in novo, & hæredes ſanguinis tenentur ad onera hæreditaria, Franch. *dec.* 1. ubi *Add.* tunc dicerem deberi quartam iſtam. Ita in bonis emphiteuticis, ſi ſint ſanguinis, ſcilicet ex pacto, & providentia, non deberi, ſecus ſi ſint hæreditaria vel mixta, vel primus acquirens fuerit ex cauſa oneroſa, dummodo non adſit præjudicium Domini directi, Card. de Luca *de Emphit. diſc.* 24. *num.* 6. quia omnia bona quæ

ſunt

sunt in patrimonio conjugis, veniunt sub illa detractione, non autem alia extra patrimonium.

Matrimonium tamen debet esse verum, & non
79 sufficit putativum, Gratian. *cit. num.* 75. Mangil. *cit. quæst.* 189. prout dixi supra in successione inter conjuges in omnibus bonis, & debet esse traducta Uxor ad domum Viri, vel saltem cognita, Merenda *lib.* 3. *contr.* 7. *lib.* 13. Altimar. ad Rovit. *cit. dec.* 46. *num.* 21. *vers. Observa tertio*; imò sufficit quod interpellata Conjux nolit accedere, cum tunc per Virum non stet, Constant. *ad statut. Urb.* 131. *annot.* 33. *num.* 110. *& seq. & adnot. ad dec.* 91. *post eum*, & quatenus impudicè non vivat, Gratian. *num.* 71. ita si necaverit Conjugem, vel expilaverit hæreditatem *ibidem*, vel si fuerit ingrata, nam si ipse filius excluditur à successione, eò fortiùs debet excludi Conjux, ut ratiocinatur Card. de Luca *de success. ab Intest. disc.* 39. *num.* 14.

Sed occurrit quæstio, an decedentibus ex causa nau-
80 fragii, vel terræmotus, aut alio casu repentino ambobus conjugibus, & filiis, quis quartam, seu lucrum dotale lucrari debeat? In hoc casu posset dici, quod debeatur Viro, ea ratione quia in his repentinis casibus simultanei plurium interitus lex præsumit, ut priùs decedat impubes, *leg. si Mulier* 24. *ff. de reb. dubiis, & leg. qui duos §. cum in bello, & §. fin. ff. reb. dub.* ubi scribentes, Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *Gloss.* 7. *par.* 2. *num.* 47. Rocc. *disp. Jur. cap.* 181. *num.* 11. Zacch. *quæst. Medic. leg. lib.* 5. *tit.* 2. *qu.* 12. *num.* 14. Franch. *dec.* 454. ubi *Add.* latè, & procedit etiam in filio excedente parum pupillarem ætatem De Luca ibi *nu.* 1. Secundo loco mulier priùs, quàm Vir, ex imbecillitate sexus ac timidiori qualitate, & demum Vir, ut in terminis prædecessus Uxoris Viro *leg. qui duos §. si Maritus ff. de reb. dubiis*, Bart. & Bald. *in leg. si Possessor. ff. de relig. & sumpt. fun.* Zacch. *qu. Med. leg. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 27. Narbon. *de ætat. anno* 14. *quæst.* 5. *num.* 10. Vasqu. *contr. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 15. Covarr. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. Peregr. *de fid. artic.* 43. *num.* 53. *& seqq.* Rocca *disp. Jur. cap.* 181. *num.* 1. *& seqq.* Gomez. *ad regul. Cancell.* narrans Pontis Ælii ruinam, tempore Anni Sancti, *in compend. resign. num.* 70. Menocch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 50. *nu.* 57. præsertim si sit infirma, Paccian. *de probat. cap.* 8. *num.* 12. *vers. Unde marito*, March. *de bello divino par.* 8. *cap.* 11. *num.* 3. Altograd. *cons.* 79. *numer.* 8. *lib.* 1. Zacch. *qu. Medic. legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 17. 18. 28. *&* 29. ita tamen, ut priùs censeantur mori pater, & mater, quàm filius, & filia puberes, cum prævaleat ætas, *leg. cum pubere* 23. *ff. de reb. dub.* Zacch. *cit. quæst.* 12. latè De Luca ad Franch. *cit. dec.* 454. ubi de ista materia prædecessus, tam pro successione, quàm pro caducatione testamenti ac aliis, latè Rocc. *disp. Jur. cit.* 181. *num.* 21. *& seq.* & quamvis quando agatur inter Virum & fœminam, & non adsit ordo naturæ, ut inter parentes, & filios, non sit admissa ab omnibus hæc præsumptio prædecessus mulieris, ut apud cit. De Luca, & Rocc. cum textus *in l. qui duos §. si maritus ff. de reb. dubiis*, procedat pro lucro dotis lucrando in casu mortis Uxoris in matrimonio, quod verificatur in casu simultanei interitus, tamen certum est semper prævalere obitum mulieris in dubio ob imbecillitatem sexus, juncta præsertim aliqua circumstantia, etsi levi, requisita majori in Viro, latè Zacch. *cit. quæst.* 12. *num.* 19. *& seqq.* Thesaur. *qu. for.* 77. *lib.* 3. *num.* 1.

Unde decedentibus filiis cum matre, & patre, si illi sint impuberes, censentur præmori parentibus, secus si puberes; mater tamen censetur præmori Viro ratione sexus: hoc tamen limitatur in quocumque ex dictis casibus, si concurrant circumstantiæ morbi præcedentis in aliquo, vel aliud adminiculum præsumptionem legis cessare faciens, ut benè Zacch. *cit. quæst.* 12. *num.* 29. *vers. Itaque*, & considerari debere circumstantias in casu chalmatis eventi in Civitate Ragusæ, dixit Card. de Luca *de success. ab intest. disc.* 48. *num.* 4. & latè De Luca *ad cit. decis.* Franch. 454. Thesaur. *cit. quæst.* 177. & Rocca *cit. cap.* 181. *num.* 19. *& seqq.* morbus tamen debet esse talis, ut indicet præmorientiam modo quo possit præponderare vim, & efficaciam præsumptionis legalis, & non sufficere morbum hystericum in muliere ad effectum, ut non præsumatur potius ipsa, quàm impubes filia decessisse, quia vires morbus adeò extenuare debet, ut imbecillitati impubertatis æquiparetur, quod morbus histericus in muliere causare non solet, Zacch. *quæst. cit.* 12. *nu.* 24. *lib.* 5. *tit.* 12. & dixit præcisè Rota ad favorem hæredum mulieris tali morbo afflictæ, ut supponi debeat cum præsumptione legis, præcessisse filiam impuberem matri, nec non istam Viro, in formidabili Terræmotu in Civitate Nursina anno 1703. *in Spoletana Manutentionis 6. Martii* 1705. *§. quandoquidem, & sequ.* coram D. Caffarello in confirmationem mei judicati in prima Instantia, uti Aud. Cam. Locumtenentis. Nec in dicta causa valuit in contrariam sententiam per me iri, quod cum ageretur de simultanea morte filii, matris, & patris, præsumendum sit præmori matrem patri, ne ista luctuosa filii hæreditate privetur, ut benè Curt. Jun. *in leg. precibus num.* 40. *C. de Impub.* Narb. *de ætat. anno* 14. *quæst.* 40. *nu.* 7. Menocch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 50. *num.* 24. circa finem, Covarr. *dict. cap.* 7. *versic.* his non obstare, Rocca *disp. Jur. cap.* 181. *num.* 15. & ad favorem patroni, ut liberti hæreditatem obtineat, prædecessum filii istius, etsi puberis, censeri debere, est textus *in leg. qui duos §. si cum filio ff. de reb. dubiis*, Peregrin. *cons.* 99. *à nu.* 70. *lib.* 6. Thesaur. *cit. num.* 2.

Quia respondi, quod dictum speciale privilegium abrogativum legalis dispositionis, ut censeatur impubes præmortuus parentibus, est tantùm in favorem patris superstitis, unde cùm eadem ruina etiam iste occubuerit, cessat jus deductum ex dicta limitatione privilegiativa, nec potuerat extendi, & transmitti ad hæredes, quia pro transmissione supponi debet acceptasse hæreditatem, ut transmittat, & benè Bartholom. Soccin. *in leg. qui duos §. si cum filio ff. de reb. dub.* respondens dubio à Bart. *excitato*, an procedat dictum beneficium ad favorem hæredum, respondit affirmativè, si fuerit acceptatum, à patrono; quæ acceptatio nequibat considerari in casu dicti simultanei interitus.

Dictæ præsumptionis legalis prædecessus impuberum, deindè fœminarum, ac postea virorum, contrarium posset dici, si ageretur de casu, in quo repentina mors non daretur plurium, sed successivè, ut esset in clade per milites alicujus populi facta, quia tunc præsumuntur mori fortiores, & adulti, ac Viri, qui se opposuisse censentur primò contra invasores, ut distinguunt *citat.* De Luc. ad Franch. *dec.* 454. *num.* 3. Rocca *citat. cap.* 181. *num.* 20. & exemplificant Doctores in clade Ugonottorum in Gallia, & prædictis, semper tamen loco dato contrariæ probationi faciendæ in casibus particularibus.

Verùm circa lucrum, seu quartam in vim *auth.* non potest cum dicta regula procedi indistinctè, quæ habet locum in successionibus tantùm, non autem quoad lucrum istud; nam circa hoc regula est, quod si lucrum debeatur ex statuto, vel alia lege in casu mortis in matrimonio simpliciter, & tunc debet procedi cum dicta regula, vel cum conditione præmorientiæ requisitæ per antea, & tunc debet probari præmorientia, ad textum *in leg. si inter Virum, & Uxorem, leg. sed & in illo ff. de reb. dub. leg. quod de pariter ff. eod.* Card. de Luca *de dot. disc.* 27. *num.* 3. *&* 4. Peregrin. *de fid. art.* 43. *num.* 53. Rocc. *disp. jur. cit. cap.* 181. *num.* 30. Roland. *in tract. magn. cit. de lucro dotis quæst.* 60. Altograd. *cons.* 60. *nu.* 11. *& seqq. lib.* 1. Rota *dec.* 120. *nu.* 6. *& seqq. par.* 15. *& in Spoletana Manutentionis* 19. *Junii* 1705. §. *Placuit* coram D. Caffarello.

Unde

Undè cum in casu quarti debito in vim *authent.* ipse textus velit per modum conditionis superviven-
81 tiam alterius conjugis, ibi: *Conjux præmoriens locuples sit, superstes verò laboret inopia*, non est dubitandum requiri probationem præmorientiæ, nec potest dici alter superstes esse, cùm obierint ambo, nec dicta quarta transmittitur ex firmatis.

Sed dum egi mentionem de dicta decisione Spoletana, cùm circa lucrum in decisione antecedenti 6.
82 Martii supra enunciata non fuerint concordes Domini, fuit circa illud dilata resolutio, & solùm confirmatum meum judicatum, quoad successionem, & disputato dubio, quoad lucrum, *sub die* 19. *Junii* ad favorem etiam hæredis Uxoris pronunciavit Rota, in sensu diverso in hoc à meo judicato, sed motivo coram me minimè deducto, nam tantùm impugnabatur lucrum ad favorem hæredis Viri, quia statutum Nursiæ importabat conditionem præmorientiæ alterius Conjugis, quia *in rubr.* 86. dicitur *Che lu Marito quadagni la quarta parte della dote della donna sua, che morirà senza figli, ancorche morisse doppo menata per moglie à casa sua, ò andato ad abitare con essa*, quia id non importat conditionem superviventiæ probandæ; nam, ut supra dixi, sufficit non habere filios, etsi matri prædecesserunt, qui prædecessus nequibat negari; nam ob prædecessum filiæ matri, habuit ipsa pars denegans lucrum successionem ex dictis, aliàs si non fuisset præmortua filia, sed mater, successisset pater; nec potest una præsumptione legali hæreditatem capere, & illam respuere, cùm absurdum sit in eadem persona induci diversitatem facti, & juris, ut benè in terminis Peregrin. *cit. de fid. art.* 43. *num.* 53. *in fine*; reliqua verò verba non important, nisi quod moriatur Uxor in statu matrimonii, ut ipsa verba demonstrant ex lectura.

Nec minùs statutum *in alia rubr. Se il marito morirà durante il matrimonio rimanendo viva la detta sua donna*, quod statutum hoc in casu præobitus Viri dat solum medietatem fructuum anni luctuosi, quia est diversa particula statuti, & in diversa re, & sic nequit fieri illatio, imo ex discretivo modo in hac Rubrica superviventiæ Uxoris volitæ, & explicatæ, inducitur noluisse statuentes in alia rubrica, ubi agitur de lucro dotis, dictam præmorientiam.

Tertium objectum, quod fuit deductum in Rota tantùm, in quo unicè se fundat decisio, est quia *in eadem rubr. de lucro dotis* dicitur, quod deferatur lucrum Viro liberum, & immune ab impensis funerum, quæ expensæ cùm sint onus hæreditatis mulieris, *leg. si quis Sepulchrum ff. de relig. & sun. Exp.* supponit Statutum prædecessum Uxoris, & superexistentiam Viri, & ex attestationibus Curialium Nursiæ, solùm ad Maritos superstites fuisse lucrum dolatum, quorum attestationi deferendum est circa interpretationem statutorum, & saltem cum sit articulus requirens altiorem indaginem, non debebat retardari manutentio in summarissimo possessorio hæredi Uxori, ut prosequitur *cit. dec. Spoletana*.

Quoad verba dicti alterius statuti, quamvis non fuerint coram me adducta, tamen etiam haberem difficultatem, tum quia debet attendi dispositio particulæ statuti deferentis lucrum, non autem altera, quæ disponit detractiones ac modum solutionis tantùm, tum quia cum Vir teneatur ad expensas funeris Uxoris pro rata lucri, prout ultimæ infirmitatis, ut supra dixi, ac latè Constantin. *annot.* 33. *art.* 2. *nu.* 196. *& seqq.* Costa *de port. rat. quæst.* 37. *num.* 4. *& seqq.* dicta particula nequit importare conditionem superviventiæ, quia fuit necessaria ad explicandam exemptionem istius oneris legalis, quia regulariter non datur casus simultanei obitus. Cæterum tres leges habemus in hac materia, nempè *leg. si inter Virum, & Uxorem* 9. *de rebus dubiis leg. qui duos §. si Maritus*, & demum *leg. quod de pariter* 17. *eodem tit.* In prima dicitur quod facta donatione inter Virum, & Uxorem constante matrimonio, si ambo moriantur eodem casu, confirmatur donatio, quia præsumitur præmori donantem, & id ratione amoris, ob quam rationem sicuti prohibetur in vita, ita confirmatur morte, favorabiliùs lege interpretante pro ejus confirmatione præobitum donantis, ut benè Gloss. *ibid. verb. non supervivat*. Secunda ponit casum stipulationis dotis restituendæ ad favorem patris, vel dotantis, cum conditione si dotata obierit in matrimonio, & tunc simul cum Viro obeunte muliere, datur locus restitutioni dotis, quia verificatur pactum mortis conjugis in matrimonio, & tertia procedit si fuerit mater stipulata de dote reddenda mortua filia in matrimonio, & dicit textus non esse commissam stipulationem, quia mater non probatur supervixisse, ubi Gloss. *verb. stipulata est sub scilicet conditione si filia in matrimonio decesserit vivente matre*, vel ut ait Gloss. *in cit. leg. si duos §. si maritus verb. locum habebit, quod tunc requiritur probatio prædecessus, si stipularetur, si supervixisset maritus, ut in leg. quod de pariter*.

Ex his igitur casibus diversis textuum elicitur, quod non sufficit obitus mentio, quia in omnibus ponitur ibi: *Si mulier in matrimonio decessisset*, ut in *cit. §. Si maritus*, sed debet esse per viam conditionis, ut si decesserit vivente altero conjuge, si supervixerit alter conjux, ut in *cit.* Gloss. benè explicatur, & in *cit. decis.* 120. *num.* 6. *par.* 15. ibi: *Cùm statutum deferat lucrum sub conditione præmorientis Uxoris, & num.* 10. *vel sufficeret, si detur superstitis*, Rocca *cit. cap.* 181. *num.* 30. ut est casus statuti Urbis, ibi: *Marito superstite; Uxore superstite*. In casu dicti statuti Nursini talis conditio non videtur; nec illa qualitas, ut lucrum debeatur deductis expensis funeris potest id importare, quia est casus, qui potest, & non potest evenire, & fuit ad alium effectum, ut dixi, nam quando statutum non apparet voluisse certum casum qualificatum, tunc dispositio statuti procedit sine dicta qualitate, Felin. *in cap. Nonnulli num.* 34. *vers. Sed contra de rescript.* Sic ex eo, quod vult dari vestem lugubrem Viro, non importat conditionem præmorientiæ Uxoris, sed quatenus casus eveniet, ut in præcisis terminis Rota *dec.* 91. post Constantinum *ad Statuta Urbis*; aliàs destrueretur regula si ex quolibet verbo, aut conjectura conditionem eliceremus, ad tradita per Altimar. *de Null. quæst.* 77. *num.* 3. *lib.* 3. & demum in casu de quo agitur, probata fuit superviventia Viri ex testibus, quamvis examinatis ad perpetuam, tamen juncta infirmitate indubia mulieris, & quidem gravi, ac præsumptione legali ex debilitate sexus, ex *cit. per* Zach. *supra deduct. quæst.* 12. importat probationem superviventiæ Viri, quæ etiam probata concludenter dicitur ex testibus ad perpetuam, qui possunt facere plenam probationem in Rota *decis.* 163. *numer.* 36. *&* 164. *numer.* 3. *post* Constant. *ad Stat. Urbis*.

Aliud motivum manutentionis non habet locum,
cùm hæres Viri fuerit primus in occupanda possessio- 83
ne, & cum clausula dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio habentium meliora jura, & quatenus resolvatur ob jus alterius, *cap. Cum olim de rest. spoliat.* Ridolph. *in praxi par.* 2. *cap.* 7. *numer.* 97. Put. *dec.* 34. *num.* 1. & Rota *in cit. dec. Spoletana* 6. *Martii* 1705. *§. Siquidem*; unde quatenus articulus esset dubius, videretur manutenenda hæres Viri anterior in possessione, quia ut resolvatur possessio per jus alterius, debet ea constare concludenter. Motivum tamen Curialium attestationis videtur urgens in ista materia Statutorum, quia satis defertur observantiæ etiam decennali, si agatur de modo observando, ut supra dixi cum Surd. & aliis *in decis.* 937. *num.* 30. coram Dunoz. Jun.

Hæc intereà in mentem revocant funestam cladem
tum personarum, tum ædificiorum terribilis terræ- 84
motus, qui diebus 14. Januarii, & 2. Februarii Anni 1703. non levi impetu concussit Regiones Nursiæ, & Provinciæ Aquilanæ, prout etiam Urbem, cum aliquo ædificiorum, nullo autem perfona-

sonarum detrimento, speciali gratia impetrata à D. O. M. intercessione Beatissimæ Virginis Mariæ, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli, qua in re unicè eluxit pietas Summi Pastoris, & Patris Domini Nostri Clementis XI. qui à Basilica Vaticana ad Ecclesiam S. Mariæ Transtyberim pedibus processionaliter accessit, comitantibus omnibus Curiæ ordinibus, cunctisque de Populo, lachrymis, orationibus, omnique pœnitentiarum genere veniam peccatorum implorantibus, & quidem Urbs singulari Dei beneficio exaudiri meruit. Hinc idem Sanctissimus Dominus in tanti beneficii memoriam à Divina Bonitate impetrati, Indulgentias concessit recitantibus quinquies Orationem Dominicalem, & Angelicam Salutationem ad signum Campanarum quotidie pulsantium statuta hora prima cum dimidio noctis, in qua primò terra fuit concussa, quodque usque modò servatur. Præterea in memoriam ejusdem diei 2. Februarii indixit perpetuò Vigiliam Festivitatis Purificationis Beatissimæ Virginis de præcepto, aliaque pietatis opera permisit ad preces Senatus Romani, præsertim abstinendi per quinquentium à Bacchanalibus.

CONSTITUTIO PRIMA

INNOCENTII II.

incipiens (*Divinis.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS GUIDONI PRIORI Carthusiensi.

CAnonizavit Papa Innocentius Hugonem Episcopum Gratianopolitanum, istumque coli mandavit prout cæteri Sancti.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Electio, & gesta Innocentii II. recensentur.*
2 *Schisma in Ecclesia factum ab Antipapa Anacleto.*
3 *Plura Concilia celebrata per Innocentium in Gallia, in quibus Antipapa Anacletus condemnatus fuit.*
4 *D. Bernardi opera, Innocentius II. fuit agnitus ut verus & legitimus Pontifex ferè per totam Europam.*
5 *Imperator Lotharius opera D. Bernardi defensionem Innocentii II. suscepit.*
6 *Idem Romam, aliasque Civitates ab Antipapa occupatas recuperavit, & in sua Sede dictum Innocentium restituit.*
7 *Innocentius ob præstitum auxilium S. Sedi coronavit Imperatorem Lotharium, eique plura concessit.*
8 *Innocentius cùm Imperatore ab Urbe recessit, & Pisis congregavit Concilium contra Anacletum.*
9 *Mors Anacleti, & deinde Imperatoris.*
10 *Captivitas Innocentii à filio Rugerii Ducis Apuliæ facta, & reconciliatio amborum cum Pontifice.*
11 *Concessio Regni Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Capuæ Principatus sub feudo facta ab Innocentio Rugerio.*
12 *Concilium Lateranense II. congregatum ab Innocentio III.*
13 *Lotharii Imperatoris humilitas, & reverentia erga Summum Pontificem.*
14 *Victor Antipapa electus à Schismaticis post Anacleti mortem.*
15 *Concilium Pisanum congregatum per eumdem Innocentium, cui interfuit D. Bernardus.*
16 *Hugo Episcopus Gratianopolitanus adscriptus fuit in hac Constitutione Sanctorum Cathalogo.*
17 *S. Bruno fundavit Religionem Carthusianorum opera D. Hugonis.*

POst obitum Honorii II. successit in Sede Pon-
tificia Innocentius pariter II. cui aliqui Cardina-
les opposuerunt Petrum Petri Leonis filium, Ana- 1
cletum Antipapam dictum II. post aliquot horas ele-
ctum. Unde ortum habuit illud tam durum Schis-
ma, quo Ecclesia Dei per plures annos scissa fuit. 2
Innocentius itaque priùs Gregorius dictus, Joannis
de Paparescis filius, Romanus, Diaconus Cardinalis
titulo S. Angeli, creatus fuit 16. Kal. Martii 1130.
& quia familia Anacleti potens in Urbe erat, non
difficulter hæc in ejus dominium pervenit, ac velutì
Summus Pontifex fuit ferè à tota Italia agnitus,
quamobrem Innocentius in Galliam confugit, ubi in
Civitate Claromontis duo celebravit Concilia, in 3
quibus enarravit Anacleti facinora, qui usque ad
lampades Principis Apostolorum manus rapaces pro-
traxerat, illumque proinde cum suis asseclis condemna-
vit, ac excommunicavit. Præterea celebrata fuere
alia Concilia in Gallia condemnantia Antipapam, &
præsertim Rhemense, in quo coronatus fuit Ludo-
vicus VII. filius Ludovici VI. dicti il Grasso Re-
gis Galliæ petentis hoc in vita Patris, in eoque in-
tervenit D. Bernardus, necnon idem Papa aliud in
Civitate Placentiæ congregavit Concilium pro con-
demnando è proximiori loco Anacletum.

In Gallia reperit iste Pontifex D. Bernardum, qui
sedulò laboravit pro tuenda ejus auctoritate tam epi- 4
stolis doctè conscriptis, quàm miraculis, ita ut ne-
dum Galliam, Aquitania excepta, sed ferè totam
Europam jurisdictioni veri Pontificis submiserit, Im-
peratoremque Lotharium induxit, ut Innocentio 5
faveret, qui suis armis, acquisitis pluribus Civita-
tibus Ecclesiæ ab Antipapa occupatis auxilio Ru- 6
gerii Ducis Apuliæ, reduxit Innocentium Romam,
& ab eo in Basilica Lateranensi fuit coronatus Impe- 7
rator, non tamen in Basilica S. Petri, quam occu-
paverat Anacletus, pluribus per Papam Imperatori 8
concessis; deinde recesserunt ab Urbe, & Pisis Inno-
centius congregavit Concilium, in quo magis fuerunt
detestata, & anathematizata Schisma, & facinora
Anacleti, qui anno 1138. impœnitens animam
exhalavit. Eodem anno 3. Non. Decembris obiit 9
Pius Imperator Lotharius in Montibus Tridentinis in
quodam tugurio, & certè esset omnibus Imperato-
ribus præferendus, si pietati fortitudo respondisset.

Mortuo Lothario Imperatore, Innocentius per 10
insidias fuit captus à Rugerii filio anno 1139.
atque traductus ad Patrem non uti captivus, sed ut
Pontifex honorificè receptus fuit, & ambo ad ejus
pedes provoluti, erratorum veniam supplicès postu-
larunt, quorum humilitatem agnoscens Pontifex be-
nignè veniam concessit, atque 7. Kal. Augusti Re-
gnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, & Capuæ Princi-
patum per Vexillum in feudum tribuit, Briet. *tom.* 6. 11
fol. 34. 37. 38. Baron. *tom.* 12. *anno* 1132. *& seqq.*
Reconciliato Rugerio, qui ex eo tempore mutatus
in melius, pietati se addixit, Innocentius Conci-
lium Lateranum congregavit II. numero ferè mille 12
Episcoporum, in eoque condemnavit plures Hære-
ses, ac multa pro reformatione Ecclesiæ promulga-
vit. De illius vita, ac gestis in Concilio, vide Abb.
Boneval. *in vit. D. Bernard. lib.* 2. *Epist. hujus San-
cti*, & præsertim 125. & 126. Labè *tom.* 10. *Concil.
fol.* 971. *& seq.* Petr. Diac. *in Chron. lib.* 4. *cap.* 9.
Ciaccon. *in ejus vita*, Baron. *anno* 1131. *& sequ.*
Sugger. *in vita Ludovici Crassi*, qui refert Lotharium 13
Imperatorem advenisse Leodium veneraturum Inno-
centium, quem equitantem Imperator pedibus subser-
viens

viens ad latus equi secutus fuit maxima quidem ædificatione tot Principum adstantium, Petr. Cluniac, *lib.* 3. *Epist. Briet. Annal. tom.* 6. *fol.* 32.

Post obitum verò Anacleti à Schismaticis electus
14 fuit Victor Antipapa anno 1038. qui vixit menses
quinque, & dies aliquot; Innocentius verò obiit anno 1143. 8. Kalendas Octobris, sepultus in Basilica Lateranensi.

Inter hæc D. Bernardus ab Innocentio in Italiam
fuit accersitus, cujus opera pax cum Imperatore extitit promota, ut prorsus extingueretur Schisma, Pon-
15 tifex Concilium in Civitate Pisarum coadunavit an-
no 1134. in quo interfuit idem D. Bernardus, quod
16 Concilium fuit terminatum cum Canonizatione Hu-
gonis Episcopi Gratianopolitani, ut constat ex hac Bulla sub data Pisis anno Domini 1134. directa Guidoni Priori Carthusiensi, Baron. *tom.* 12. *pag.* 323. *&* 329. eidemque Priori mandavit Innocentius, ut vitam Sancti prædicti conscriberet, ejusque diem festum coli mandavit.

Hugo igitur Episcopus Gratianopolitanus, cujus Ecclesia prærogativam Principatus cum variis regalibus obtinet, ut refert Thomassin. *de Benefic. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 3. §. *Anno verò*, fuit Cathalogo Sanctorum adscriptus hac Constitutione in Concilio præfato promulgata, ejusque vita legi potest apud *cit.*
Guidonem *in vit. Sanctorum die* 1. *Aprilis*, *&* 5. *Octo-*
17 *bris*, *in vita S. Brunonis*, qui ejus opera Religionem
Chartusianam fundavit in Montibus Chartusianis suæ Diœcesis. Ipse enim Hugo vidit nocte septem Stellas, Brunonem cum sociis designantes ad ipsum accedentibus pro Monastica vita instituenda. Ideoque hæc Constitutio dicto Priori Carthusiæ directa fuit, & legendi sunt Petr. Cluniac. *Lib.* 2. *cap.* 28. Baron. *in Martyrolog. sub die prima Aprilis*, ac alii. Cùm verò Pontifex in præsenti Constitutione præcipiat D. Hugonem uti cæteros Sanctos coli, quæri opportunè posset, an ejus imago adorari, & coli valeat. Unde de cultu SS. imaginibus debito, hic agendum, dum de cultu debito Sanctis supra dixi in Commentario ad *Constitutionem III.* Paschalis II. & de aliis ad Canonizationem Sanctorum alibi occurret sermo.

SECTIO UNICA.

De Veneratione Imaginum Sanctorum, ac de errore Iconomachorum damnato.

S U M M A R I U M.

1 *Imaginum cultus contemptus, & impugnatus ab Hæreticis, & Hebræis.*
2 *Judæi arguunt Christianos de Idololatria, quia venerantur Sacras Imagines.*
3 *Mahumetus prohibuit in sua lege cultum Imaginum.*
4 *Gizidus Saracenorum Princeps instigatus à quodam Hebræo ad eversionem Sacrarum Imaginum.*
5 *Judæi invidentes propagationi Christianæ legis, illam sub prætextu, quod contineret Idololatriam, infestabant.*
6 *Leo Isaurus in Sanctorum Imagines bellum movere cœpit.*
7 *Edictum promulgavit pro abolitione dictarum Imaginum.*
8 *Palliata excusatio dicti Imperatoris ad evitandam Populi seditionem.*
9 *Iconomachi appellati fuerunt Impugnatores Sacrarum Imaginum.*
10 *Germanus Patriarcha Constantinopolitanus propter defensionem Sacrarum Imaginum ejectus à sua Sede.*
11 *Joanni Damasceno propter eamdem causam manus amputata fuit, sed deinde fuit eidem miraculo Deiparæ restituta.*
12 *Concilium Romæ congregatum fuit ab Alexandro II. in quo Sacrarum Imaginum cultus approbatus fuit, & contrarium sentientes damnati tamquam Hæretici.*
13 *Imperator Leo Isaurus in dicto Concilio damnatus uti hæreticus.*
14 *Seditio contra Imperatorem facta, Longobardis in Italiam ingressum dedit.*
15 *Gregorius II. scribit Imperatori eum hortans ad errorem deponendum.*
16 *Legati per Gregorium ad Imperatorem missi, carceribus ab eodem dati fuerunt.*
17 *Gregorius ad evitandas insidias sibi per Imperatorem Leonem paratas, ad Gallias confugit.*
18 *Gregorio II. succedit Gregorius III. persistente semper Leone in sua perversitate.*
19 *Leoni mortuo successit in Imperio Constantinus Copronymus, suo Parente iniquior.*
20 *Constantinus Copronymus quare ita dictus, & de vaticinio facto circa ejus perfidiam per Germanum Patriarcham.*
21 *Denegavit cultum non solùm Sanctorum Imaginibus, sed etiam eorum reliquiis, & Deiparæ Virgini.*
22 *Vetuit, Beatam Virginem appellari Deiparam.*
23 *Pseudo-Synodum ad evertendum Sacrarum Imaginum cultum congregavit, & ejus mors.*
24 *Iconomachorum hæresis iterum damnata fuit in Concilio Romano.*
25 *Leo IV. successor in Imperio, ab initio Catholicus, deinde adhuc in Sacras Imagines insurrexit.*
Ejus mors miranda, ibid.
26 *Constantini Imperium sub tutela Matris Irene Ecclesiam ab angustiis sublevavit.*
27 *Irene scripsit Hadriano Pontifici petens convocationem Concilii Generalis.*
28 *Concilium Congregatum primò Constantinopoli; deindè translatum fuit Niceæ.*
29 *Episcopi plures Iconomachi ad veniam in dicto Concilio admissi fuerunt.*
30 *Verus Imaginum cultus pluribus rationibus in dicto Concilio probatus, & confirmatus fuit.*
31 *Contrarium sentientes damnati tamquam hæretici.*
32 *Hæresis prædicta ab hoc Concilio repressa, iterum in Sæculo XIV.* per Joannem Vviclephum excitata fuit, *& iterum damnata.*
33 *Usus Sacrarum Imaginum fuit usque à tempore Apostolorum.*
34 *Apostolorum Imagines fiebant, & detinebantur à primis Christianis primitivæ Ecclesiæ.*
35 *Agnus medius inter statuas Salvatoris, & D. Joannis Baptistæ, positus fuit in Baptisterio per Imperatorem Constantinum.*
36 *Cultus Sacrarum Imaginum demonstratur antiquissimus, ex multis antiquorum Conciliorum decretis remissivè.*
37 *Imagines duorum Cherubim constructæ fuerunt in lege antiqua per Moysen ex mandato Dei.*
38 *Cultum Sacrarum Imaginum fuisse semper in toto Orbe Christiano, eorumque usum, optimis rationibus comprobatur ex Epistola Hadriani I.*
39 *Canon XXXVI. Concilii Illiberitani, in quo cultus Imaginum prohiberi videbatur, explicatur.*
40 *Sacræ Imagines non venerantur per cultum latriæ, qui soli Deo tribuitur.*
41 *Idololatria non reperitur in adoratione Sacrarum Imaginum, & quare.*
42 *Idola Gentilium quomodo differant à Sacris Imaginibus, quæ adorantur à Christianis.*
43 *Judæis fuit prohibitus usus Imaginum ob inclinationem, quam habebant ad Idololatriam.*
44 *Sacrarum Imaginum usus aliquando antiquis Pa-*

tribus

tribus non fuit visus conveniens propter Idololatriæ periculum.

45 *S. Germani Episcopi Constantinopolitani Epistola approbata à VII. Synodo circa licitum usum Sacrarum Imaginum.*

46 *Tridentina Synodus approbavit usum Sacrarum Imaginum.*

47 *Cultus præstandus Sacris Imaginibus qualis esse debeat, variæ sententiæ.*

48 *Sacræ Imagines sunt honorandæ minori cultu, quàm Prototypa.*

49 *Cultus latriæ nulli Sacræ Imagini debetur propriè, sed solùm impropriè, & num. seq.*

50 *Debetur non solùm per accidens, sed etiam per se aliquis cultus Imaginibus.*

51 *Cultus qui datur Sacris Imaginibus, est quidem analogicus, & reductivus ad speciem Cultus, qui debetur Exemplari.*

52 *Græci in formula Professionis fidei asserere debent Cultum Sacrarum Imaginum.*

53 *Tridentini Concilii decretum circa Sacrarum Imaginum Cultum.*

54 *Cultus qui exhibetur Imaginibus, refertur ad Prototypa.*

55 *Christo tribuitur propria adoratio, Sanctis verò veneratio, & cultus Duliæ.*

56 *Deus per Sanctorum Imagines plura beneficia, & miracula in fidelium beneficium impertitur.*

57 *Abusus, & qualibet superstitio in Sanctorum Cultu, & invocatione vitari præcipitur.*

58 *Sanctis nedum novæ legis, sed etiam veteris debetur à Fidelibus veneratio.*

ERrorem jam explicatum in alio Commentario
negantium Sanctis debitum cultum consequitur
1 alter ab illo dependens quorumdam impiorum Ho-
minum in Imagines, & picturas Christi Domini ac
Sanctorum irruentium, necnon contra reliquias, de
quarum veneratione alibi dicam. Ejusmodi facino-
ris initium variis adscribunt Historici. Alii namque
cuidam Felici damnato in Concilio Franconiæ illud
referunt, ut memorat Platina *in Hadriano I.* Alii
Sereno Episcopo Massiliæ, quem arguit B. Grego-
rius *lib. 7. epist.* 199. Alii Manichæis, teste Nico-
lao Santero *lib. 1. cap. ultimo de Imaginibus*. At
his reprobatis statuit id tribui, aut Judæis, aut
Mahumetanis, aut Magis, aut manifestè hæreticis
Bellarm. *controv. de Imagin. Sanct. lib. 2. cap. 6.* &
patet ex Dialogo inter Judæum, & Christianum, re-
lato in VII. Synodo Generali. Et in libro dicto
2 Talmud. *Anno Christi 476. ord. 2. tract. 1. dist. 2.*
increpant Judæi Christianos de Idololatria, dum
Sacras Imagines venerantur. Mahumetus quoque
3 post Sæculum VI. à Christi ortu in sua lege omnem
Imaginum cultum prohibuit, & deinde Gizidus Sa-
4 racenorum Princeps, ut testatur Baron. *anno* 723.
vel juxta alios, Ezidus Rex Arabum Mahumetanus
ad instigationem Hebræi cujusdam proni ad Fidem
Christianam evertendam, asserentis per visum sibi in-
notuisse triginta annorum vitam eidem fore proro-
gandam, si Sacras Imagines aboleret uti Idololatriam
sapientes, hocque gratam Deo rem agere: jussit Prin-
ceps, sed Christiani renuerunt, ideoque multa passi
fuerunt incommoda; at mortuo exinde anno sequen-
ti, dicto Rege, falsus Propheta à successore morti
damnatus fuit, ut ex *Histor.* relata *apud VII. Synodum par.* 5. constat.

Judæi namque cùm in dies viderent eorum sectam
5 novæ legis Dei promulgatione, & miraculis repro-
bari, ac in nihilum redigi, acriùs in Christianos
exardebant; imò licèt proni ad Idololatriam, ut li-
quet ex Sacra Scriptura sæpè Deos coluisse in con-
temptum magni Dei; tamen affectantes cultum re-
ligionis, prætextu Idololatriæ extirpandæ in Sacras
Imagines denuò irruerunt. Unde postquam assum-
6 psit Imperium Constantinopolitanum Connon ob-
scuros natales agnoscens sub nomine Leonis Isauri,
consiliis eorumdem Hebræorum, & ut dicunt cujus-
dam Bezoris, qui à Christiana lege aberraverat, ad
Mahumetanam pergens, deinde ab hac ad illam re-
means, odium in Imagines Sacras habuit, & iterum
contra easdem bellum excitavit anno 726. tantique
facinoris initium à projicienda statua ænea Christi
Domini aggressus fuit, opponente Germano Patriar-
cha Constantinopolitano, edictumque promulgavit 7
pro Sanctarum Imaginum abolitione, combustione,
& eversione. At piè concitatis Fidelibus, Imperator 8
timens seditionem, edicto declaravit, se minimè
intellexisse velle abolere Imagines, sed tantùm ne è
Terra ipsæ erigerentur, ita tamen, ut non cessaverit
contra Sacras Imagines, ac harum cultores crudelior
persecutio, per plures Imperatori blandientes facta. 9
Unde Iconomachi dicti fuerunt, qui contra eas lin-
guam, & manus admovebant. Imò Germanus Pa- 10
triarcha Sede privatus sacrilegè fuit, & Joannes Da-
mascenus qui contra Imperatoris immania edicta 11
scripserat, manus dexteræ amputatione mulctatus
fuit, licèt deinde à Deipara miraculo eximio eidem
manus restituta fuerit, Baron. *anno 728. num.* 10.

His criminibus excitata pietas Gregorii II. inter
Sanctos adscripti, Summi tunc Pontificis, ann. 726. 12
Concilium Romæ congregavit Episcoporum Occi-
dentalium, in eoque cultum Sanctarum Imaginum
approbavit, Hæreticos nominando renuentes, ac
præcipuè Leonem Cononem Imperatorem, qua 13
stante Apostolica condemnatione, commoti Italiæ
Populi Sanctarum Imaginum devotioni valdè addi-
cti, seditionem in Imperatorem uti Hæreticum inie- 14
re, & Longobardis in Italiam ingressum dederunt,
quod Imperator operæ D. Gregorii adscripsit. Ve- 15
rùm ipse Pontifex pietate refertam epistolam eidem
Imperatori misit, in qua hortabatur eumdem, ut er-
rorem compesceret, suique innocentiam patefaciens,
pluribusque rationibus Sacrarum Imaginum venera-
tionem comprobando, apud Labè *tom. 7. Concil. fol.* 7.
Legatos quoque misit, qui ab eodem Imperatore car- 16
ceribus fuerunt traditi, Anastas. Bibliothec. *in Gregor. II.* & concitatus Leo à seditionibus Italiæ majores in-
sidias vitæ Pontificis paravit, quarè coactus fuit 17
Gregorius Galliam pergere, ut ait D. Gregor. Tu-
ronen. *cap.* 110. Tandem repressis viribus ejusdem
Leonis non erubescentis, se cum Saracenis, & Lon-
gobardis fœdus inire contra Romanam Sedem, ab
Urbis excidio illos divertit. At vita Gregorii II. cum
morte commutata, fuit ad Pontificatum electus Gre- 18
gorius III. cujus nec etiam suasionibus Leo à vesana
crudelitate abstinuit, imò magis efferbuit plures Mar-
tyres Cœlo reddens, donec è vita migrans ad infer-
num fuit projectus anno 741.

Ejusdem successor in Imperio, ac proles Parente
iniquior fuit Constantinus dictus Copronymus, qui 19
dum baptizabatur, ventrem exoneravit in Baptiste-
rio, prolato tunc vaticinio per Germanum Patriar- 20
cham, Baptizantem ipsum fœdaturum Ecclesiam Dei
Cabassut. *fol. 301. num. 3. in not. Concil.* Ità evenit.
Nam non solùm imitari in perfidia, imò anteire Pa-
trem curavit, cùm non tantùm in Sacras Imagines,
sed etiam reliquias Sanctarum, imò in ipsam San- 21
ctissimam Virginem Mariam ejus immanitas inolevit
negando appellari Deiparam. Pseudo-Synodum 338. 22
Antistitum Constantinopoli congregavit anno 754.
quo contra Sanctarum Imaginum venerationem, & 23
usum cautum fuit, persecutione in Monachos mo-
ta, sermone per illum facto ad Populum, Baron.
ann. 754. numer. 16. Tandem iniquitatibus oppres-
sus anno Christi 755. occubuit vi cancrenæ cor-
reptus.

Damnavit itidem Stephanus IV. in Concilio Ro-
mæ congregato anno 769. Hæresim Iconomacho- 24
rum, Labè *tom. 6. Concil. in fin.* Successit verò dein-
dè in Imperio Leo IV. qui licèt ab initio Catholicè
vixerit, tandem perfidiam paternam imitatus insiliit 25
contra Sacras Imagines, obiitque anno 780. eventu
mira-

mirabili; nam auferens à corona lapillos pretiosos
locata in Templo, huic dono data à Mauritio Im-
peratore, & suo capiti eam imponens, tumescenti-
bus carbunculis igneis, febris, ac dolores capitis
eum aggressi fuere, ut refert Cabassut. *cit. num.* 3.
in fine.

Tandem misericors Deus fidelium angustias respi-
26 ciens, cupiensque uti aurum in fornace probari eo-
rum constantiam, non autem consumi, tam acerri-
mam persecutionem submovit, successore in Impe-
rio adveniente Constantino sub Matris Irenæ tutela
religiosæ, ac verè piæ Mulieris, huncque sexum
imbecillem roboravit Deus ad opera mirabilia pa-
tranda; nam Irene gubernante, Patriarcha Probus
in Ecclesia Constantinopolitana præfuit, cujus hor-
27 tatu habuit cum Hadriano Papa per litteras com-
municationem, huncque supplicavit, ut Concilium
Generale convocaret, Labè *to.* 3. *Concil. fol.* 92. qui
Epistolas, tam Irenæ, quàm Tarasii Patriarchæ tran-
scripsit, ac Pontificis responsa. Ideòque missis per
istum Legatis, Concilium initium sumpsit Constan-
28 tinopoli anno 786. & ob seditionem militum Ico-
nomachorum per ipsos Regentes non sedabilem,
Nicæam Bitiniæ Metropolim claram ob Concilium
Nicænum primum fuit translatum, ibique celebra-
tum tribus Patriarchis Orientis, ac 350. Episcopis,
aliisque Viris doctis interessentibus, lectaque pri-
29 mò Hadriani Epistola, fuerunt maxima tamen dif-
ficultate ad veniam admissi plures Episcopi, qui me-
tu Imperialium edictorum Sacras Imagines aversati
fuerant, & Copronymi Pseudo-Synodum approba-
verant. Lectæ rursus postmodum fuerunt urgentes
30 rationes ex Sacra Scriptura, ac Sanctis Patribus
collectæ circa venerationem Sanctarum Imaginum,
miraculisque pluribus patefactis, quibus hæc veritas
firmatur, omnium Patrum suffragiis sancitum fuit,
debitum cultum reddi Sanctissimis Imaginibus, eas-
que apponi in Templis, hæreticos contra facientes
31 declarando, ut referunt Labè *tom.* 7. *Concil. à fol.*
38. *usque ad* 543. Sur. *tom.* 3. *Concil. Act.* Baron.
annot. 787. Cabassut. *cit. fol.* 306. *& seqq.* Lup. *ad*
VII. Concil. General. fol. 1083. *& sequ.* Battaglin. *in*
Histor. univers. Concil. ling. Ital. fol. 424. *& seqq.*
Hisque expletis, placuit Concilio in medium afferri
Salvatoris Nostri Jesu Christi effigiem, quam omnes
Patres proni adoravere, ac damnaverunt Conciliabu-
lum Copronymi, omnesque asseclas tam sacrilegi
erroris.

Tamen insania hæc licèt à tam impiis hominibus
32 excitata, & imitata per Hæbreos, Mahumetanos, ac
à tanti Concilii consessu reprobata, denuò fuit in
lucem posita Sæculo decimo quarto per Joannem Vvi-
clephum, ejusque asseclas, Thomas Valden, *tom.* 3.
tit. 19. Et per Lutheranos Sæculo decimo quinto,
teste Joanne Cochlæo in vita Luteri, & per Zuuin-
glianos Magdeburgenses, & Calvinistas omnes Hæ-
reticos, ut apud Calvin. *lib.* 3. *cap.* 11. *lib.* 4.
cons. 9. *Instit.*

At veritas Catholica, quæ una semper est, hunc
errorem uti Hæreticum iterùm damnavit, pro qua
veritate comprobanda, sciendum usque à tempore
33 Apostolorum usum fuisse Sacrarum Imaginum, & in
Concilio Antiocheno tempore eorumdem celebrato
Can. 8. statutum fuit Imagines Sanctorum esse de-
pingendas, & adorandas, refert Gonzal. *in decretal.*
in apparatu de origin. & progress. Jur. Can. fol. 17.
34 *num.* 39. Imò primi Christiani Imagines Apostolo-
rum fieri sibi curabant, D. Gregor. *Epist.* 1. *ad Leo-*
nem Isauricum, & posteà pluribus Historiis compro-
bat Card. Bellarmin. *tom.* 2. *contravers. lib.* 2. *de*
Imagin. Sanctorum cap. 9. *per tot.* & tempore Julia-
ni Apostatæ, ac Constantini Imperatorum, qui
35 Constantinus posuit in Baptisterio Agnum medium
inter statuas Salvatoris, & D. Joannis Baptistæ,
aliaque exempla adducit ante sæculum quintum. Et
36 ultra Concilia, quæ refert, tam dictum Nicænum
Generale Septimum, quàm Octavum Generale Ro-
manum sub Gregor. III. & aliud sub Stephano III. Alia
Conciliorum decreta pro SS. Imaginum usu, & cultu
referunt etiam Anton. Augustin. *in epitome lib.* 16.
tit. 16. aliique adducti *à citato* Gonzales Lup. *in Sy-*
nod. VII. generali part. 2. & præsertim *fol.* 1083. Dat-
tis *in decret.* 3. *part. distinct. de consecratione fol.* 4.
& latè de antiquissimo usu, & cultu Sacrarum Ima-
ginum, agit Thomassin. *Theolog. dogm. tit. de Incar-*
nat. lib. 12. *cap.* 8. 9. 10. *&* 11.

Plura enim exempla tam veteris quàm novæ le-
gis adduci possunt. In veteri enim videmus Deum man- 37
dasse Moysi Imagines duorum Cherubim aureorum
construere, & ut ait Hadrianus I. in ejus *Epistola*
dogmatica Concilio Nicæno directa: *In universo mun-* 38
do, ubi Christianitas est, ipsæ sacræ Imagines perma-
nentes ab omnibus fidelibus honorantur, ut per visibilem
cultum ad invisibilis divinitatis majestatem mens no-
stra rapiatur spirituali affectu per contemplationem fi-
guratæ Imaginis secundum carnem, quam Dei Filius
pro nostra salute suscipere dignatus est: eumdem Re-
demptorem nostrum, qui in Cœlis est, adoramus, &
in spiritu glorificantes collaudamus. Absit à nobis, ut
ipsas imagines, sicut quidam garriunt, deificemus; sed
affectum, & dilectionem nostram, quam in Dei amo-
rem, & sanctos ejus habemus, omnimodè praferimus,
& sicut divinæ scripturæ libros, ita Imagines ob memo-
riam venerationis habemus nostræ fidei puritate serva-
ta. Hæc in Epistola prædicta.

Unde non adversatur Canon trigesimus sextus Con-
cilii Illiberitani à Calvinistis oppositus, ibi: *Placuit* 39
picturas esse in Ecclesia non debere; quod colitur, &
adoratur, in parietibus depingatur. Nam hæc verba
intelliguntur de simulachris Dei habitis uti Diis, non
autem habitis ad puram repræsentationem veri Dei.
Vel spectandum est hujus Concilii tempus, cùm Ec-
clesia regnantibus Diocletiano & Maximiniano sub
impiorum tyrannide gemebat, atque Christicolæ ab
Ethnicis prædictæ adorationis discretivæ insciis conti-
nuò exprobrabantur etiam de idololatria ob adoratio-
nem Imaginum, ut apud Cabassut. *cit. fol.* 77. *ad di-*
ctum Canonem.

Ut igitur invicem compatiantur permissiones, &
usus inveteratus Christianorum, ac prohibitiones pi- 40
cturarum Sanctorum, decet ita venerari debere Sa-
cras Imagines, ut soli Deo cultum latriæ demus. Et
Constantiensis Episcopus in Synodo prædicta Nicæna
dixit, ibi: *Suscipio, & amplector honorabiliter san-*
ctas, & venerabiles Imagines, atque adorationem,
quæ per Latriam, idest Deo debitam servitutem effi-
citur, soli supersubstantiali, & vivificæ Trinitati im-
pendo: Non enim Gentiles in hujusmodi adoratione 41
imitamur, ut perperam Iconomachi asserunt, cùm
Idololatriam nobis in hoc impingant; nam Gentiles
verè in Idolis divinitatem astruebant, non Christia-
ni in Sanctis Imaginibus; aliud enim est Idolum,
alium Imago; Idolum est falsa similitudo; tribuitur 42
namque Jovi E. G. divinitas. Imago autem repræ-
sentat veritatem exemplaris, vel eo modo, quo fal-
tem hominibus apparere potest, ut in Deo, & An-
gelis corporis expertibus, & differit citat. Cabass.
in Diatriba de Imaginibus, & harum cultu fol. 314.
& sequent. nec non eruditè docet Bellarm. *loco citat.*
cap. 5. *col.* 1. *litt. D.*

Imò licèt in lege veteri fuerit etiam Judæis prohi-
bitus usus Imaginum, id fuit ob inclinationem pra- 43
vam eorum ad Idololatriam, ut experientia docuit.
Sic apud personas, quibus hæc suspicio aberat, Deus
non dubitavit se sub humana figura manifestari, ut
apparuit Abraham *Gen.* 12. & ipsis primis parenti-
bus post peccatum deambulans post meridiem ad au-
ram, & Angelorum statuas in Tabernaculo apponi jus-
sit, ut dixi. Ita quoque ob proximitatem errorum 44
Gentilitatis, antiqui PP. arguerunt inconveniens per-
mittere adorationem frequentem Sanctarum Imagi-
num, quod facilè agebant Gentes etiam superstitioso
ritu è Gentilium usu tracto, ut notarunt Bellarm. *cit.*
cap. 9. *ad Can.* 36. *Concil. Illiberit. P. Lupus cit. Conc. VII.*
fol.

45 fol. 1092. refert hæc verba Epistolæ Sancti Germani
Episcopi Constantinopolitani à Synodo Septima ap-
probatæ : *Nec illud scandalizet quosdam , quod ante
Imagines Sanctorum concinnatio luminariorum , &
suavis odoris Thimiamata fiant ; symbolicè namque
talia celebrari ad honorem illorum excogitata sunt ,
quorum cum Christo requies est , quorum honor in
eum recurrit ; hoc probante Basilio sapiente , quia
honor circa bonos conservos approbationem habet be-
nevolentiæ erga communem exhibita Dominum . Indi-
cia sunt namque sensibilia luminis divini ; porrò aro-
mata incensum est purissima , & totius Sancti Spiri-
tus inspirationis , & repletionis insigne .*

Tandem hanc veritatem circa Sanctissimarum Ima-
46 ginum cultum & usum in Ecclesiis comprobavit
Synodus Tridentina *sess.* 25. *tit. de Invocatione ve-
ner. & reliquiis Sanctorum*, cujus verba hæc sunt :
*Mandat Sancta Synodus omnibus Episcopis , & cæteris
docendi munus , curamque sustinentibus , ut juxta Ca-
tholicæ , & Apostolicæ Ecclesiæ usum à primævis Chri-
stianæ Religionis temporibus receptum , sanctorumque
PP. consensionem , & Sacrorum Conciliorum decre-
ta , in primis de Sanctorum intercessione , invocatione ,
& reliquiarum honore , & legitimo Imaginum usu fi-
deles diligenter instruant , &c.* Et ad hanc materiam
vide ultra *cit.* Barbos. *ad cit. cap. Concil. Trid.* ubi
innumeræ referuntur auctoritates , Vasquez *in tract.
de adorat. Imaginum lib.* 3. *disput.* 3. Trullench. *in
decalogum lib.* 1. *cap.* 19. *dubit.* 6. *nu.* 28. Castropal.
in oper. moral. tom. 2. *tract.* 8. *disput.* 1. *punct.* 3.
& 4. *cit.* Thomassin. *Theol. dogm. de Incarnatione
cit. locis.*

Sed qualis cultus sacris Imaginibus præstandus sit ,
47 variæ sunt sententiæ . Prima asserit nullo modo cul-
tum dirigi debere in ipsas Imagines , sed in exemplaria ,
quæ repræsentant ex Basilii sententia in Septima Sy-
nodo sæpiùs repetita , & ex versibus , qui dicuntur
compositi tempore dictæ Septimæ Synodi , quique
videntur Venetiis in Æde aurea antiquissimo opere
incisa , & referuntur à Sabellien *lib.* 8. *Æneid.* 8.

*Nam Deus est quod imago docet , sed non Deus
ipsa .*
*Hanc videas , sed mente colas quod cernis
in ipsa .*

Altera sententia est , quod debeat præstari idem
cultus Imagini , qui exemplari datur , nempè Ima-
gini Christi Domini cultus latriæ , Beatæ Virginis
hyperduliæ , & Sanctorum duliæ , Divus Thom. 3.
part. quæst. 25. *art.* 3. & Cajet. *ibidem* , Henric.
quodlib. 10. *quæst.* 6. qui tamen addit nullam ima-
ginem esse adorandam latriæ cultu , quia imago Chri-
sti est uti hominis , non Dei .

Media tamen sententia est Imagines debere hono-
48 rari in se , & propriè ; sed minori cultu , quo exem-
plar , sic nullam Imaginem esse adorandam latriæ cul-
49 tu , ita asserunt Martinus Peresius *lib. de traditionai-
bus tract. de Imaginibus* , Ambrosius Catharinus *eodem
tract.* Gabriel. *in* 3. *dist.* 9. *qu. Un. & in Can. Missæ
lect.* 49. ubi adorari Imagines adoratione non univo-
ca cum exemplari , sed analogica , quam sententiam
probant Cabass. *cit. Diatriba de Imaginibus fol.* 314.
num. 8. & Bellarm. *cit. lib.* 2. *de Imaginib. SS. cap.*
21. *& seqq.* ac firmant doctè , & eruditè Imagines
Christi , & Sanctorum venerandas esse non solùm
50 per accidens , & impropriè , sed per se , & propriè ,
itaut ipsæ terminent venerationem , ut in se consi-
derantur , contra primam sententiam enunciatam ,
nec cultum latriæ verè dari Imaginibus , nisi ratio-
ne scilicet actualis repræsentationis , quam faciunt
de exemplari , cui cultus latriæ debeatur , & conclu-
ditur cultum debitum Sanctorum Imaginibus esse
51 imperfectum , quia analogicè , & reductivè pertinet
ad speciem ejus cultus , qui debetur exemplari ,
itaut verè competat cultus , non latriæ , hyperduliæ ,
& duliæ simpliciter , sed secundùm quid , & redu-
ctivè ac analogicè , ut benè , & doctè differit etiam
Thomassin. *de Incarn. lib.* 10. *cap.* 13. ubi plenè
materia agitur . Hocque innuere satis est , cùm apud
eos hæc materia dogmatica meliùs agatur , & de
adoratione Crucis dicam infra in *Comment. ad Const.
IV.* Alex. VI. Solùmque hic addam , quoad venera-
tionem Imaginum , quod Gregor. XIII. *in Const.* 33.
tom. 2. *Bullar.* præscribendo formam professionis fidei 52
Græcis §. 15. sic fieri mandat : *Firmissimè assero Ima-
gines Christi , ac Deiparæ semper Virginis , necnon alio-
rum Sanctorum habendas & retinendas esse , atque
eis debitum honorem , ac venerationem impartiendam ,*
& pro coronide addenda sunt verba S. Conc. Trident. 53
cit. sess. 25. *Imagines porro Christi , Deiparæ Virgi-
nis , & aliorum Sanctorum , in templis præsertim ha-
bendas , & retinendas , eisque debitum honorem , & ve-
nerationem impartiendam ; non quod credatur inesse ali-
qua in iis divinitas , vel virtus , propter quam sint co-
lendæ , vel quod ab eis sit aliquid petendum , vel quod
fiducia in imaginibus sit figenda , veluti olim fiebat à
Gentibus , quæ in idolis spem suam collocabant ; sed quo-
niam honos , qui eis exhibetur , refertur ad prototypa , 54
quæ illa repræsentant : ita ut per imagines , quas oscu-
lamur , & coram quibus caput aperimus , & procum-
bimus , Christum adoremus , & Sanctos , quorum illa 55
similitudinem gerunt , veneremur : id quod Conciliorum
præsertim vero secundæ Nicænæ Synodi decretis contra
imaginum oppugnatores est sancitum . Illud verò dili-
genter doceant Episcopi , per historias mysteriorum
nostræ redemptionis , picturis , vel aliis similitudinibus
expressas , erudiri , & confirmari populum in articulis
Fidei commemorandis , & assiduè recolendis : tum vero
ex omnibus Sacris Imaginibus magnum fructum perci- 56
pi , non solùm quia admonetur populus beneficiorum ,
& munerum , quæ à Christo sibi collata sunt , sed
etiam quia Dei per Sanctos miracula , & salutaria
exempla oculis fidelium subjiciuntur , ut pro iis Deo
gratias agant , ad Sanctorumque imitationem vitam ,
moresque suos componant : excitenturque ad adoran-
dum , ac diligendum Deum , & ad pietatem colen-
dam . Si quis autem his decretis contraria docuerit ,
aut senserit , anathema sit . In has autem sanctas , &
salutares observationes , si qui abusus irrepserint , eos 57
prorsus aboleri sancta Synodus vehementer cupit , ita
ut nulla falsi dogmatis Imagines , & rudibus pericu-
losi erroris occasionem præbentes , statuantur . Quod si
aliquando historias , & narrationes Sacræ Scripturæ ,
cum id indoctæ plebi expediet , exprimi , & figurari
contigerit , doceatur populus , non propterea divinita-
tem figurari , quasi corporeis oculis conspici , vel colo-
ribus , aut figuris exprimi possit . Omnis porrò super-
stitio in Sanctorum invocatione , Reliquiarum venera-
tione , & Imaginum sacro usu tollatur : omnis turpis
quæstus eliminetur : omnis denique lascivia vitetur : ita
ut procaci venustate Imagines non pingantur , nec or-
nentur , &c.* Hæc sanctissimè , & sapientissimè de-
creverunt Tridentini PP. imò nemini licere ullo in
loco vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta ul-
lam insolitam ponere , vel ponendam curare Imagi-
nem , nisi ab Episcopo approbata fuerit .

Plura alia quoad Imagines Sanctorum alibi di-
cam . Hic tantum cultum Sacris Imaginibus debitum
comprobare curavi , finem huic Commentario po- 58
nens , addendo solummodo , quod hujusmodi adora-
tio protrahitur nedum ad Sanctos novæ legis , sed
etiam antiquæ , ante Christi mortem , puta DD.
Joannem Baptistam , Annam , Innocentes , Macha-
bæos , aliosque : licèt enim Canonizationem Sancto-
rum hujusmodi non peregerit Ecclesia solemni ritu ,
quia jam communi fidelium approbatione erat pe-
racta , tamen publicè coli pluries mandavit , ac alios
venerari permisit ; ut infra alio loco forsan erit sermo .

CONSTITUTIO SECUNDA

INNOCENTII II.

incipiens (*Per præsentia.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS SANSONI RHEMENSI, Henrico Senonensi, Archiepiscopis, & Bernardo Claravallis Abbati.

IN mandatis dedit, ut in carceres detruderentur Petrus Abaelardus, & Arnaldus de Brixia, Catholicæ Fidei impugnatores, eorumque libros comburi jussit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Petrus Abaelardus credere fide nolebat, nisi quod rationibus comprobari poterat.*
2 *D. Bernardus descripsit, & refutavit errores Petri Abaelardi.*
3 *Hæreses, & errores dicti Petri summatim recensentur.*
4 *Quoad Deum.*
5 *Quoad Fidem.*
6 *Quoad Incarnationem.*
7 *Quoad Sacramenta.*
8 *Quoad peccatum originale.*
9 *Errores prædicti iterum impugnantur, & irridentur à D. Bernardo in ejus Epistolis.*
10 *Arnaldus de Brixia discipulus Petri Abaelardi dicebat, possessionem bonorum in Ecclesiasticis esse rapinam.*
11 *Ejus Patria, status, & mores recensentur, & num. 17.*
12 *Damnati fuerunt in Concilio Lateranensi II. sub Innocentio II.*
13 *Petrus Abaelardus captus, & coram Concilio Senonensi præsentatus appellavit ad Sedem Apostolicam.*
14 *Detestatus deindè suos errores, Monachus evasit, & piè, ac devotè obiit.*
15 *Arnaldi exilium ab Italia, ejusque reditus ad Urbem, & fuga, & num. seq.*
16 *Seditiones facta per Populum ex ejus doctrina in Summos Pontifices.*
17 *Captus, & ultimo supplicio affectus, impœnitens obiit.*

IN hac brevi Constitutione lata die 16. Mensis Julii anno 1139. Innocentius II. mandavit Sansoni Rhemensi Archiepiscopo, ac Henrico Senonensi Metropolitano, necnon D. Bernardo tunc in humanis agenti Claravallis Abbati, omnibus in Regno Galliarum, quibus dictam Constitutionem direxit, ut carceribus manciparent Petrum Abaelardum, & Arnaldum de Brixia Hæreticos, & Catholicæ Fidei impugnatores. Unde de eorum erroribus erit in hoc Commentario disserendum, illorumque confutatione, Catholica veritas explanabitur.

Petrus Abaelardus in errores plures prolapsus id
1 credere ex Fide noluit, quod ratione, juxta ejus
mentem, comprobatum non videret, potiùs argumentis Philosophorum veritatem Fidei firmare cupiens,
quam Divinis revelationibus. Errores ipsius descripsit
2 D. Bernardus, qui se opposuit ejus falsis dogmatibus
parvipendentibus Sanctos Patres, ut ex *Epist.* 189.
ibi: *Denique in sugillationem Doctorum Ecclesiæ magnis effert laudibus Philosophos, adinventiones istorum, & suas novitates Catholicorum Patrum doctrinæ præfert, & Fidei. Et epist.* 190. de eo
differens S. Abbas ait: *Et dum paratus est de omni-* 3
bus reddere rationem, & contra rationem præsumit, & contra Fidem. Quid enim magis contra rationem, quàm ratione rationem conari transcendere? & quid magis contra Fidem, quàm credere nolle quidquid non possit ratione attingere?

Dicebat enim Deum non posse facere plusquam
fecit, nec esse Factorem omnium bonorum, nec 4
minùs à Beatis videri per essentiam, nec esse simplex ens, sed compositum, aliaque extra ipsum inveniri, quæ non sint Creator, nec Creatura, Angelosque habere potestatem aliquid creandi; & quoad Divinas personas dixit, Patrem Æternum habere plenam potestatem, minorem Filium, nullam Spiritum Sanctum, sed tantùm ob benignitatem, & diversam substantiam à Patre, & Filio, Orbis ani-
mam esse; Catholicam fidem putabat non esse debere 5
innixam traditionibus, & revelationibus, neque esse argumentum non apparentium, sed tantùm conti-
nere ea, quæ ratione, & argumentis probari pos-
sunt, unumquemque doctrinam juxta sui sensum pos- 6
se habere. Quoad Incarnationem, Christum Dominum non esse incarnatum pro Redemptione generis humani, sed tantùm pro reddendo nos instructos; approbando itidem doctrinam Nestorii, & in Christo non fuisse Spiritum Dei, nec ipsum venturum in fi-
ne Mundi. Quoad Sacramenta, accidentia panis, & 7
vini in aere remanere post consecrationem. Circa
peccatum originale, approbavit errorem Pelagii. 8
Sic quoad gratiam, & concupiscentiam, ut apud
D. Bernardum *Epistola* 192. qui perstringens ejus er- 9
rores dixit: *Cum de Trinitate loquitur, sapit Arium, cum de gratia, sapit Pelagium, cum de Persona Christi, sapit Nestorium. Et Epist.* 190. ibi: *Promittens intellectum auditoribus suis, & in iis etiam, quæ sublimiora, & sacratiora profundo illo sinu sacræ fidei continentur, ponit in Trinitate gradus, in Majestate modos, numeros in Æternitate*, & vidè latè Baron. *annal. to.* 12. *pag.* 290. *& seqq.* Thomassin. *Theolog. Dogm. tit. de Incarn. Verbi lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. *& cap.* 4. *nu.* 8. *lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 11. *& cap.* 10. *num.* 9. *& seqq. & tract.* 2. *de Sanctissima Trinitate cap.* 6. *n.* 6. & plenè in Epistolis D. Bernardus; in quibus tam doctè reprobat somnia illius doctrinæ, & præsertim in *Epistola* 190. cum improperat his verbis: *An non justius os loquens talia, fustibus tunderetur, quàm rationibus refelleretur? Nonne omnium meritò in se provocat manus, cujus manus contra omnes? Omnes, inquit, sic, sed non ego sic. Quid ergo tu, quid melius affers? quid subtilius invenisse, quid secretius tibi revelatum jactas?* Et prosequitur idem Divus Benardus: *Quidquid illud est, quod tibi videtur, & nulli alteri; an quod filius Dei, non ut hominem liberaret hominem induit? hoc planè nemini, te excepto, videtur; tu videris, ubi videris? non enim hoc à sapiente, non à Propheta, non ab Apostolo, non denique ab ipso Domino accepisti; Magister gentium accepit à Domino, quod & tradidit nobis, Magister omnium suam doctrinam fatetur non esse suam, non enim, ait, à me ipso loquor; tu verò de tuo nobis tradis, & quod à nemine accepisti. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur, tibi proinde sint, quæ tua sunt*, Sanctus etenim Abbas vanitatem doctrinæ Petri præfati advertens, nec rationibus eam impugnare curavit, sed potiùs irrisionibus delineare, unde in eadem Epistola ait: *Ego Prophetas, & Apostolos audio, obedio Evangelio, sed non Evangelio secundum Petrum. Tu nobis novum condis Evangelium. Quintum Ecclesia non recipit Evangelistam*. Procacitatem denique Petri hujus retundit Thomassinus *citat.* ubi latè.

Arnaldus de Brixia fuit ejus Discipulus, addiditque
ejus blasphemiis alium errorem, nempe esse rapinam 10
possessionem bonorum in Ecclesiis, ac Clericis, unde persecutor Episcoporum, Clericorum, & Monachorum fuit dictus, Baron. *tom.* 2. *pag.* 281. Bo-
naventura Malvasia *in Arnaldum*. Fuit ipse Bri- 11
xiensis, & in Gallia aliquot annos duxit, studiis

operam

operam dans, ac Brixiam reverſus anno 1130. Monachus factus, novas opiniones diſſeminavit. Illius effigiem deſcripſit Otho Friſingen. *de reb. geſt. Frider.* de viſo illius temporis teſtis, nec non etiam delineavit Poet. *lig. de geſt.* Frider. *lib.* 3. Primus enim ait: *Arnaldus iſte ex Italia Civitate Brixia oriundus, vir quidem natura non hebetis, plus tamen verborum profluvie, quàm ſententiarum pondere copioſus.* Et alibi: *Singularitatis amator, novitatis cupidus, cujuſmodi hominum ingenia ad fabricandas hæreſes, Schiſmatumque perturbationes ſunt prona*: Religionis habitum, quò graviùs fallere poſſet, aſſumpſit, ut ſub clypeo Religionis, & ut Evangelii verbis utar, ſub ovina pelle lupum gerens, omnia lacerans, omnia rodens, nemini parcens, Clericorum, & Epiſcoporum derogator, Monachorum perſecutor. Et idem Otho *ſupra citat.* dixit *lib.* 1. *cap.* 24. *Pontificemque ipſum gravi corrodere lingua audebat.* Alter verò Auctor citatus ſic ait: *Diſerto fallebat ſermone rudes, gaudens popularibus auris, aſſumpta ſapientis fronte.*

Dicti enim Hæreſiarchæ freti nedum populari aura, quàm Principum favore, cùm ſatis iſtorum auribus gratum eſſet nomen paupertatis, in Eccleſiis, ac Eccleſiaſticis, & præcipuè apud potentes Pontificiam auctoritatem ægrè ferentes, ultrò aſſeclas habere cœperunt; quapropter ut tot malis occurreret opportuna medela Innocentius II. in Concilio Lateranenſi II. in fine Quadrageſimæ anno 1139. ante tamen
12 hanc Conſtitutionem, condemnavit præfatos errores, ac pro hæreticis tunc Authores habiti fuere, præſente Summo illo Pontifice unà cum mille Epiſcopis, Labbè *tom.* 10. *Concil. fol.* 1001.

In reditu poſtea facto per D. Bernardum poſt Concilium, in Galliam, ei & Archiepiſcopis præfatis Rhemenſi, & Senonenſi, Innocentius in fine menſis Maji ejuſdem anni in mandatis dedit, ut carceribus mancipari curarent dictos Hæreſiarchas. Unde D. Bernardus tot Epiſtolis errores Petri, qui in Gallia erat, confutavit, & tandem carceribus includi curavit, ac duxit coram Concilio coaduoato in Civitate Seno-
13 nenſi anno 1140. ubi auditis à PP. ejus defenſionibus ac rejectis, juſta fuit ſententia contra ipſum emanata, eo tamen provocante ad S. Sedem Apoſtolicam. Errorem deinde is deteſtatus, Monachus Cluniacen-
14 ſis factus, ſtudia amplexus fuit opera Petri Cluniacenſis, & demùm obiit in eodem Monaſterio piè, ac devotè, Petr. Cluniac. *lib.* 5. *Epiſt.* 20. Baron. *tom.* 12. *pag.* 288. *& ſeq.* Lab. *tom.* 10. *citat. fol.* 1018. *&* 1021.

Arnaldus verò diſſimilem ſortitus fuit finem, nam relegatus ab Italia tempore Concilii præfati Latera-
15 nenſis, in Germaniam confugit; ſed ejus doctrina Romanos jam imbuerat, ut damna plurima pepererit contra Summi Pontificis poteſtatem, orta ſeditione, ut bonis ille ſpoliaretur juxta Arnaldi ſci-
16 tum; unde Innocentius II. valdè exagitatus extitit, prout in eadem perturbatione fuerunt Succeſſores Cœleſtinus II. & Lucius II. Populus enim Romanus doctrina Arnaldi commotus Papam ſolis eleemoſynis ſubſtentari volebat, aſſumpta ſibi omnimoda auctoritate gubernii, opera Jordani novi Patritii Romani. Eugenio deinde Tertio in Pontificem electo, iterùm Arnaldus Romam rediit, certior factus de Urbis commotione contra Papam, ac ejus doctrinæ augmento, ac Rempublicam in Urbe conſtituere jactabat. Sed opera Eugenii, & viribus Tiburtinorum Romanis infenſorum Jordanus fuit ſpoliatus, & Summi Pontificis auctoritas in Urbe in priſtinum reſtituta. Tempore poſtea Hadriani IV. Romanis petentibus, iterum Arnaldus Romam petiit, unde nova ſeditio, ut Papa exauctoraretur, orta fuit; hinc Eccleſiaſtico Interdicto Urbs tota ſuppoſita extitit per Hadrianum, quare plebs commota privatione Sacramentorum tempore Hebdomadæ ſanctæ curavit, ut Senatus, Populuſque Romanus coram Pontifice ſe provolverent, petentes abſolutionem, ac promittentes ſe habituros hæreticos Arnaldum, hujuſque aſſeclas, ac eos ab Urbe expulſuros, niſi ſe mandatis Eccleſiæ ſubmitterent, Otho Friſingen. *Chronic. lib.* 7. *cap.* 31. *& de reb. geſt.* Frid. *lib.* 2. *cap.* 11. *& ſeq.*

Arnaldus tamen in ſuis erroribus pertinax aufugit,
& in Tuſciam profugus, captus demùm fuit ope- 17
ra Friderici Imperatoris, & Papæ conſignatus, poſtquam idem Imperator dictum Hæreſiarcham conſpicere voluit in Caſtramentis apud Viterbium. Hinc Romam ductus, ultimum ſupplicium impœnitens pro pœna ſubiit, Baron. *ut ſupra pag.* 390. ibi: *In Tuſcia finibus captus, ad ultimum ligno adactus, ac rogo in pulverem redacto funere, ne à ſtolida plebe corpus ejus venerationi haberetur, cinis in Tyberim ſparſus*, quæ Ligurin. *in Frider. lib.* 3. apud cit. Baron. *his verſibus cecinit:*

Appenſuſque Cruci, flammaque cremante ſolutus,
In Cineres, Tyberine, tuas eſt ſparſus in undas.
Ne ſtolida plebis, quem fecerat improbus error,
Martyris oſſa novo cinereſque foveret honore.

Et de illo D. Bernardus etiam loquitur *in Epiſtol.* 196. *ſic*: *Arnaldus de Brixia, cujus converſatio mala, & doctrina venenum, cui caput Columba, cauda ſcorpionis eſt, quem Brixia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult accipere; fertur eſſe vobiſcum, videte quæſo ne veſtra authoritate plus noceat.* Et de ipſo loquuntur alii, & Gonzal. *in cap. ad abolendam* 9. *de hæretic.* ubi quod ab eo hæretici Arnaldiſtæ dicti ſunt, anathematizari à Lucio Papa *in cit. cap. ad abolendam.*

SECTIO UNICA.

De Myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, ac erroribus Petri Abaelardi, ac aliorum circa illud condemnatis.

S U M M A R I U M.

1 *Error præcipuus Petri Abaelardi fuit circa Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis.*
2 *Deus trinus in Perſonis, & unus in natura.*
3 *Trinitas Perſonarum, & unitatis eſſentia demonſtratur ex pluribus veteris, & novi teſtamenti ſcripturis.*
4 *Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis lumine naturali cognoſci nequit.*
5 *D. Auguſtinus fuit ab Angelo in forma pueri admonitus de ineffabilitate hujus myſterii.*
6 *Plura hujus myſterii veſtigia & imagines conſpiciuntur in Creaturis.*
7 *Numerus trinus frequens in Sacris Scripturis.*
8 *Similitudo hujus myſterii expreſſa fuit in miraculo, quod evenit in Corpore B. Claræ de Montefalco.*
9 *Æqualitas, Trinitas, & Unitas divinarum Perſonarum ſtabilitur.*
10 *Æqualitas filii cum Patre.*
11 *Æqualitas Spiritus Sancti cum Patre, & Filio.*
12 *Diſtinctio Divinarum Perſonarum in quo conſiſtat?*
13 *Relationes inter Divinas Perſonas quomodo diſtinguantur?*
14 *Petri Lombardi ſententia circa myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis.*
15 *Abbas Joachim fuit dono Prophetiæ decoratus.*
16 *Libellus per eum compoſitus contra Petri Lombardi ſententiam quaſi adſtruentem in divinis Perſonis quaternitatem, ut jactabat.*
17 *Singularis ſententia ipſius Abbatis Joachimi circa myſte-*

V 2

mysterium Sanctissimæ Trinitatis, ejusque rationes rejiciuntur, nu. 43.

18 *Damnata fuit dicta ejus sententia in Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III.*

19 *De tempore, & actis dicti Concilii Lateranensis IV.*

20 *Petri Lombardi sententia approbata fuit per Innocentium III. in dicto Concilio.*

21 *Explicatur prædicta sententia, ex qua non deducitur in divinis Personis quaternitas, sed Trinitas.*

22 *Nomina divinarum Personarum in Trinitate alia sunt essentialia, alia personalia, alia notionalia.*

23 *Explicantur prædicta nomina.*

24 *In Patre, Filio, & Spiritu Sancto datur alius, & alius, sed non aliud, & aliud.*

25 *Consubstantialitas, & distinctio Personarum in Trinitate explicatur.*

26 *De eadem consubstantialitate Divinarum Personarum vera, & non similitudinaria.*

27 *Respondetur argumentis Abbatis Joakim adductis pro fundamento suæ sententiæ.*

28 *De differentia inter unionem divinarum Personarum, & unionem fidelium.*

29 *Liber Abbatis Joakim damnatus, sed non ipse Author, nec reliqua opera, & quare?*

30 *Damnato Authore, omnes ejus libri intelliguntur damnati.*

31 *Protestatio authoris apposita in libro cum eximit ab heresi.*

32 *Sabellii, & Sabellianorum heresis circa hoc ineffabile Mysterium Trinitatis.*

33 *Sabelliani dicti sunt Patri-Passiani, & quare?*

34 *Gilberti Porretani heresis circa idem mysterium.*

35 *Arii heresis asserentis, Filium non esse consubstantialem Patri, sed Creaturam in tempore ante omnes alias productam.*

36 *Macedonii heresis erat, Spiritum Sanctum non esse Deum, sed aliquam spiritualem substantiam superiorem Angelis.*

37 *Græcorum error, quod Filius procedebat à solo Patre.*

AD tot igitur tamque abhominabiles hæreses, non minori zelo opus erat, quàm illo, quem D. Bernardus ad illas eliminandas ostendit. Admiranda quidem, & incomprehensibilis Dei Bonitas in his maximè eluxit, quæ omnes juvat, nemini nocet, *can. noces.* 1 t. *qu.* 3. & tamen à plerisque, nedum bonitas, sed ejus potentia, sapientia, & in unum tota essentia prava voluntate pessumdatur.

Innumera fuerunt quidem Abaelardi deliria, quæ
1 omnia examinare, magis tædiosum, quàm operosum esset. Ideo reliquis profligatis ad Orcum, præcipuum, quod in injuriam Summæ, & Individuæ Trinitatis evomuit, evolvemus. Alta quidem, & supra Angelorum vires Provincia assumitur in tam alto Pelago nautam agere, & secretiora, quæ in profundo Fidei latent arcana, rationum retibus explicari. Hinc D. Augustinus *Serm.* 29. *De Verbis Domini*, hoc Mysterium comparat parabolæ Evangelii illius, qui de nocte venit ad amicum suum dicens, *Amice accommoda mihi tres panes*. Ideò de nocte, quia nos peregrini in hac vita, tamquam in nocte hoc Sacratissimum Mysterium indagare tantùm possumus, nam in Patria beata illud clarè intuebimur, juxta illud August. *lib.* 7. *de Trin. cap. ult. Trinitas Fide teneatur, donec illucescat in cordibus nostris.*

Deus igitur trinus est in personis, & unus in na-
2 tura. Ita expressè habetur in *cap.* 1. *de Summa Trinitate, & in Concil. Lateranen. IV. cap.* 2. *de Fide*, & Fides Catholica unanimiter confitetur. Et D. Ath. *in Symbolo: Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti: sed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, una est divinitas, æqualis gloria, coeterna Majestas.*

Quod sint tres personæ contra Sabellianos, probatur ex veteri quoque testamento. In Gen. habetur, 3
fiat lux, &c. & D. Thom. 1. *part. qu.* 74. *art.* 3. *ad* 3. notat, quod insinuatur persona Patris in Deo dicente *fiat lux*; persona Filii in Verbo, quo dicitur; & persona Spiritus Sancti in complacentia, qua vidit Deus lucem, quòd esset bona. Rursùs *in ead. Gen.* 18. habetur, quod Abraham stans in ostio, tres vidit, & unum adoravit, & ad eos loquitur singulari nomine; *Domine, &c. Et in Psal.* 92. *Verbo Domini Cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, ubi ex Hieronymo Trinitatis majestas manifestissimè declaratur, Dominus, Verbum, Spiritus Domini. Et illa verba, *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*, *ex Psal.* 66. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*; ubi ter Deum appellat, & pro unitate essentiæ subjungit: *& metuant eum omnes fines Terræ*. Et Isaiæ 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, ubi Ambrosius egregiè *lib.* 2. *de Fide ad* Gratian. *cap.* 4. ait: *Quid sibi vult sub uno nomine Sanctitatis trina repetitio? Si trina repetitio cur una laudatio? Si una laudatio cur trina repetitio? Trina repetitio cur? Nisi quia Pater, Filius, Spiritus Sanctus sanctitate unum sunt? Non dixit semel, ne Filium sequestraret, non bis, ne Spiritum Sanctum præteriret, non quater, ne Creaturam sibi conjungeret, & ut ostenderet Trinitatis unam esse Deitatem, cum tertio dixisset Sanctus, addidit singulariter, Dominus Deus Sabaoth.*

Ex novo Testamento sunt plures assertæ scripturæ, inter quas *Joann.* 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt*. Et Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Hoc Mysterium lumine naturali certum est non posse cognosci, ut Hormisda Papa *in Epist. ad Justi-*
nian. Imperat. advertit: *Secretum Trinitatis neque ul-* 4
la visibilium Creaturarum potuit investigare. Ita docet Divus Thom. *hic quæst.* 32. *art.* 1. *& in* 3. *dist.* 33. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 2. ait: *Omnia similia quæ ex Creaturis ad explicandum hoc mysterium adduci possunt,*
plus habent de dissimilitudine, quàm similitudine. Un- 5
de est notum Augustini exemplum, cùm ille ab Angelo in forma pueri fuerit in hac re reprehensus, nam eo tempore, quo libros de Trinitate Augustinus componebat, apparuit ei Angelus in forma pueruli, qui facta fovea parva, aquam è Mari cochleari hauriebat, & fundebat in illam, & Augustino inquirenti respondit: *Vellem totum Mare hoc in fossam fundere*. At ille subrisu ait: *Quomodo bone puer id poteris? ingens est mare, parvum cochlear, quo hauris, parva fossa, in quam fundis*. At ipse: *Facilius id mihi, quam hoc, quod cogitas, volvis enim, & æstimas brevi volumine Mysterium ineffabile concludere, & antequam id possis, isti fossulæ potius infudero totum mare*. Quo dicto, illicò disparuit.

Tamen licèt à creaturis non possit tale Myste-
rium excogitari per se, tamen poterit divina revela- 6
tione: clarè videmus in rebus creatis plura Trinitatis vestigia esse. Hinc in Angelis tres sunt hyerarchiæ, in qualibet earum tres ordines, & in unoquoque Angelo tria reperiuntur distincta, essentia, virtus, operatio. Homo omni corporea Creatura nobilior, habet in se Imaginem Trinitatis, in una scilicet anima tres potentias. Ad quod D. Bern. *Serm. de Trinit.* ait: *Est Trinitas, à qua homo cecidit, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Est Trinitas, quæ cecidit, Intellectus, Memoria, Voluntas. Et est Trinitas, in quam ista cecidit, Impotentia, Ignorantia, Concupiscentia. Et est Trinitas, per quam Trinitas cadens resurgit ad Trinitatem, de qua cecidit, scilicet Fides, Spes, & Charitas*. Sol Symbolum est Trinitatis,

nam

nam sicut Sol generat radium naturaliter sine mixtione; ita Pater Filium generat, cum summa tamen puritate, & sine ulla mixtione. Et sicut à Sole, & radio producitur calor; ita à Patre, & Filio procedit Spiritus Sanctus. Sicut Sol producendo radium, non est prior radio; ita Pater generando Filium, non est prior Filio.

Rursus videtur hic numerus Trinus frequens in
7 scripturis. Ita primò Tres sunt Filii Noe, ex quibus omnis Natio derivatur, Sem, Kam, & Japhet. Rursus Deus specialiter dicitur trium, Abrahæ, Isaac, & Jacob. Et tribus diebus ambulavit Populus ab Ægypto liberatus. Tres ascendunt in Montem, Moyses, Aaron, & Hur. Tria erant in arca antiquæ legis, Virga Moysis significans Patris potentiam, Tabulæ legis, Filii Sapientiam, & Manna, Spiritus Sancti bonitatem. Ter Daniel orat, & ter genua in die flectit. Tribus diebus Jonas est in ventre Ceti. Tres Reges veniunt adorare Dominum. Ter Christus oravit in horto eumdem sermonem dicens. Tribus diebus fuit in Sepulchro. Tres Apostoli in Transfiguratione. Tres ab omni parte portæ in Civitate Dei.

Similiter Trinitatis similitudinem manifestè indi-
8 cat Miraculum, quod evenit in corpore B. Claræ de Montefalco, quæ mira devotione in hoc Mysterium, & in illud Passionis Domini Nostri Jesu Christi ferebatur; nam post mortem ejus in corde fuit inventa Imago Crucifixi miro artificio impressa cum instrumentis Dominicæ Passionis, Clavis, Lancea, Columna, Spongia. Necnon fuerunt repertæ in fele tres pelliculæ rotundæ habentes magnitudinem trium nucum, quæ erant ejusdem magnitudinis, ponderis, & coloris, imò una tantum ponderabat, quantum alia, & una tantum, quantum aliæ duæ. Proindè hæc Beata solet depingi cum bilance in manu ponderans tres globulos, & in altera manu cum Crucifixo.

Hæ autem tres personæ distinctæ sunt inter se,
9 æquales, sed ejusdem substantiæ, & naturæ. Tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino, & sic deinceps. Et in Symbolo Athanasii: *Alia est enim Persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti, sed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una est Divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus San-*
10 *ctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus*. Id patet expressè ex illo Jo. 10. ubi Christus de se loquens ait: *Ego, & Pater unum sumus*; ubi Augustinus Serm. 36. de Verb. Domini: *Quod ait unum, audiant Ariani, quod ait sumus, audiant Sabelliani, & nec illi æqualem, nec illi alterum negando sint vani*. Rursus Joan. ult. *Petrus Deum loquens de secunda Persona Trinitatis*, ita in Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis*; ubi notat Augustinus, Filium sedere à dextris Patris, ut Filii æqualitas cum Patre designetur.

Quoad tertiam Personam, esse æqualem Deo Patri,
11 & Filio patet. Primò Psalm. 103. *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur*. Creare est proprium Dei. Secundo Sapient. 1. *Verbo Domini Cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, firmare Cœlos est divinum. Tertiò 1. Petr. 7. *Spiritu Sancto misso de Cœlo, in quem desiderant Angeli prospicere*. Est igitur beatitudo Angelorum. Quartò 1. ad Corinth. 2. D. Paul. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*. Quintò, Deus claré appellatur Act. 5. *Petrus dixit Ananiæ, Cur tentavit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui Sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo*.

Distinctio igitur Divinarum Personarum in hoc
12 consistit, scilicet in relationibus realibus, quæ dantur inter tres Personas. Unde, ut in Concilio Florentino habetur, Personæ Divinæ, non nisi oppositione relativa distinguuntur, & Boetius ait: *Substantia præbet unitatem, relatio multiplicat Trinitatem. Et in Concil. Tolet. XI. In relatione Personarum numerus cernitur*. Idque ratione evidenti, nam cùm Personæ Divinæ inter se summa unitate, & simplicitate sint unæ, minima oppositione debent inter
se opponi, & consequenter distingui, quæ relationes 13
non distinguuntur realiter entitativè ab essentia, quia in Deo daretur quaternitas, quod fuit damnatum, ut dicemus infra. Relatio igitur Filii ad Patrem, & Spiritus Sancti ad utrumque, distinctionem personarum parit. Distinctio autem inter relationes, & essentiam, an sit formalis ex natura rei, ut Scotus docet, an modalis, ut Durandus, an virtualis, ut Thomistæ, Scholasticis Theologis remitto. Hinc *in cap. damnamus de Summ. Trinit.* habetur: *Licèt alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud, sed id, quod est Pater, est Filius, est Spiritus Sanctus idem omnino. Filius* igitur, ut docet Athanasius in ejus Symbolo, *à Patre solo non factus, nec creatus, sed genitus; Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius, non tres Filii, unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti*. Ad confutandas hæreses contra Catholicam Doctrinam circa hoc ineffabile Mysterium descendemus, ut eo magis elucescat veritas. Et primò confutabimus doctrinam Abbatis Joakimi, quam damnavit Innocentius Tertius *cap. damnamus de Summ. Trinitate*.

Temporibus enim illis, quidam Magister Petrus
Lombardus dixit in suis sententiis, quod quædam 14
summa res, idest natura, est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & illa res, scilicet natura, non est generans, nec genita, nec procedens, sed est Pater, qui generat, Filius, qui gignitur, Spiritus Sanctus, qui ab utroque procedit; & licèt alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus Sanctus, idem omninò, textus *in dict. cap. 1. de Summ. Trinitate, & Gloss.* Vivian. *in ration. primi libri Juris Pontific. pag.* 10. Alagona *in compend. Jur. Can. pag. 3. remissive*, Ant. August. *coll. 4. Decretal. lib. 1. tit. 1. cap. 2.* & alii, quos refert Barbos. *in lib. 1. Decret. hoc tit. cap. 2. nu. 2.*

Contra doctrinam prædictam Magistri Petri Lom-
bardi, Abbas Joakimus composuit quemdam libellum. 15
Hunc enim Abbatem Joakimum fuisse dono Prophetiæ decoratum tradit Illesc. *in histor. Pontif. lib. 5. cap. 27.* Matth. Palmer. *in Chron. ann.* 1186. & alii, quos colligit Barbos. *cit. loco nu.* 2. subdens ipsum Joakimum ante institutos Ordines Prædicatorum, & Franciscanorum, jussisse Venetiis depingi in Templo S. Marci supra ostium Ærarii publici Sanctos Dominicum, & Franciscum eodem habitu respectivè, quo usi sunt, & D. Francisco quinque Christi vulneribus impressis, quod usque adhuc cerni testatur Possevin. *Chronol. Minor. quæst. 2. lib. 10. cap. 3.* Fuit Monachus, & Institutor Florensis Monasterii in Calabria propè Cosentiam, ex text. *in dict. cap. 1. §. si quis igitur*. Cùm & ipse etiam Calaber, & Cosentinus fuerit.

In dicto libello, prædictus Joakimus appellabat di-
ctum Magistrum Petrum hæreticum, & insanum, 16
propter relatam sententiam, dum per ipsam asserebat in Deo quaternitatem, scilicet tres personas, & illam communem essentiam quartam, & protestaba-
tur, quod nulla res est, quæ sit Pater, Filius, & 17
Spiritus Sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura, & Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt quidem una essentia, una substantia, & una natura, non unitate vera, & propria, sed similitudinaria, & collectiva, sicuti dicuntur multi homines, unus populus, & multi fideles, una Ecclesia, *in cit. cap. 1. §. damnamus*. Pro qua doctrina ipse Joakimus adducebat argumenta. Primò *Act. 4. Multitudinis cre-*

dentium erat cor unum, & anima una. Secundò 1. Cor.
6. *Qui adhæret Deo, unus Spiritus est cum illo*. Ter-
tiò, 1. Chor. 3. *Qui plantat, & qui rigat, unum sunt,
& omnes unum corpus sumus cum Christo*. Quartò 13.
Reg. 22. *Populus meus, & Populus tuus unum sunt*.
Quintò Jo. 17. dixit Christus in Euangelio de fidelibus:
*Volo Pater ut sint unum in nobis, sicut & nos unum su-
mus, ut sint consummati in unum*. Sextò 1. Jo. 3. *Quia
tres sunt, qui testimonium dant in Cælo, Pater, Filius,
& Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt*. Et statim
subjungit: *Et tres sunt, qui testimonium dant in Terra,
Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres unum sunt*: ergo
Unitas in Trinitate est similitudinaria, ipse dicebat.

Hæc sententia Abbatis Joakimi fuit damnata ab
18 Innocentio III. in Concilio IV. Lateranensi celebrato
Romæ anno 1215. Pontificatus dicti Innocentii an-
19 no XVIII. in quo interfuit idem ipse cum duobus
Patriarchis, Constantinopolitano, scilicet, & Hie-
rosolymitano, Archiepiscopis Græcis, ac Latinis 70.
Episcopis 400. Abbatibus, & Prioribus 300, in quo
Concilio fuit actum de 70. Capitibus contra hære-
ses, & de recuperanda Hierosolyma, *tom. 2. Concil.*
Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 17.* Fr. Fran-
ciscus Longus à Coriolano *in compend. de Concil. Ge-
neralibus a pag. 209.* Et de electione, & gestis præ-
fati Innocentii III. dicam aliqua infra in Commenta-
riis ad ejus Constitutiones. Hic etenim Pontifex in
dicto Concilio damnavit libellum, & sententiam su-
20 prædictam dicti Abbatis Joakimi, & confirmavit il-
lam Magistri Petri Lombardi, scilicet quod Trinitas
una quædam summa res sit incomprehensibilis qui-
21 dem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Fi-
lius, & Spiritus Sanctus, tres simul personæ, & sin-
gillatim quælibet earumdem, & in Deo non est quæ-
dam quaternitas ex dictis, sed solummodò Trinitas,
quia quælibet trium personarum est illa res, scilicet
substantia, essentia, seu natura divina, quæ sola
est universorum principium, præter quod aliud in-
veniri non potest, & illa res non est generans, ne-
que genita, neque procedens. Sed Pater est, qui
generat, Filius, qui generatur, & Spiritus Sanctus,
qui procedit, ut distinctio sit in personis, & uni-
tas in natura.

Ex his colligitur nomina divinarum personarum
22 in Trinitate esse quædam essentialia, quædam per-
sonalia, quædam notionalia. Essentialia sunt, quæ
23 singulariter dicuntur congruè singillatim de tribus
personis, ut Deus Bonus, Deus Æternus, Omnipo-
tens, sed incongruè in plurali, juxta illud Athanasii:
Et tamen non tres Dii, sed unus est Deus. Personalia
nomina sunt, quæ supponunt personam, & in singula-
ri tali numero Personæ competunt, ut Pater, Filius,
& Spiritus Sanctus. Notionalia sunt, quæ notant di-
stinctionem in personis, ut generans, genita, & pro-
cedens, quæ notionalia, quando veniunt adjectivè
dicuntur tantùm de personis singillatim, & non de
essentia, sed quando veniunt substantivè, possunt di-
ci tam de essentia, quàm de personis. E. G. Pa-
ter est generans, sive ly *generans* veniat adjectivè
sive substantivè, vera est: sed hæc propositio, Na-
tura, seu essentia divina est generans, hoc *generans*,
sumpto pro adjectivo, propositio falsa est, quia at-
tribueretur generatio naturæ tamquam Personæ. Sed
sumpto ly *generans* substantivè, vera est propositio,
quia denotat, quòd Persona Patris dumtaxat sit
generans in natura, ut Gloss. *hic ver. vera est ge-
nerans*.

Summa autem res notata à d. Magistro Petro est
24 natura divina. Gloss. *ibid. ver. Natura*. Hinc licèt
alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus,
non tamen aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus
Sanctus, sed omnes tres personæ sunt consubstantiales
Text. *cit. §. Nos autem*. Hæc tamen partitiva nomina
scilicet unus, aliquis, alius, duo, & similia juncta
cum nominibus personalibus non essentialibus in
25 masculino, vel fœminino genere, notant distin-
ctionem in personis, ut Pater est unus, Filius, &
Spiritus Sanctus sunt duo, &c. Juncta nominibus es-
sentialibus, essentiam notant, Gloss. *hic ver. Alius sit
pater*, ubi plura doctè explicantur, & passim Cano-
nistæ ibidem ac Theologi magis latè agunt.

Consubstantialitas hæc in tribus Personis patet, 26
nam Pater generando Filium ab æterno dedit ei
suam substantiam, Joann. 10. *Pater meus, quod dedit
mihi, majus omnibus est*, & cùm substantia Patris sit
indivisibilis uti omninò simplex, proinde nequit as-
seri, quod pars substantiæ fuerit à Patre Filio data,
nec dando Filio substantiam generando, non retinue-
rit ipsam sibi, alioquin desiisset esse substantia, quod
falsum est. Unde sine diminutione Filio genito sub-
stantia Patris fuit communicata ab æterno, proinde
iidem tamquam habentes eamdem substantiam, eadem
res sunt, necnon Spiritus Sanctus ab utroque procedens;
habetur hoc in §. *Non tamen cit. cap. 1. de Sum. Trinit.*
Sunt igitur Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus una
res, scilicet substantia, unitate vera, & essentiali,
non tamen similitudinaria, & collectiva, ut Abb.
Joakim *cit.* perperam docebat.

Ad argumentum respondetur. Nam unio in fide-
libus, ut docent Auctores adducti, est unio charita- 27
tis, unio autem inter personas intelligitur unio iden-
titatis, & sic ad illud Joann. 16. *Volo Pater, ut ipsi* 28
sint unum in nobis, sicuti & nos unum sumus. Ex-
plicatur, quod fideles sint uniti nobis unione Spiritus,
& pro hoc sumitur ly *unum*, ut *sicuti, & nos unum
sumus*, scilicet, unione substantiæ, seu naturæ, text.
cit. §. dict. & Gloss. nam in illo, quod dixit Veritas
Math. 8. *Estote perfecti, sicuti, & Pater vester cœlestis
perfectus est*. Numquid potest Creatura assimilari Crea-
tori in perfectione, itaut non sit dissimilitudo? Ab-
sit. Ergo debet intelligi illa perfectio suo modo, &
congruenti ratione aptabili Creatori, & Creaturæ.
Unde est sensus, Estote perfecti perfectione gratiæ,
sicuti Pater vester cœlestis perfectus est, perfectione
naturæ. Scilicet diversa unio debet intelligi in fide-
libus, Ecclesia, & diversa in personis, sed unio cui-
libet suo modo, & sic respondetur aliis similibus ar-
gumentis.

Damnatus igitur fuit liber Abbatis Joakim, in quo
scripsit prædictam suam sententiam, & declaratur hæ- 29
reticus, qui doctrinam ipsius circa hanc partem
præsumpserit approbare, & defendere. Non tamen
Concilium damnavit Auctorem ipsum, sed tantùm
dictum libellum, proindè alia opera ipsius Auctoris
non sunt prohibita, nam idem omnia sua scripta Pa-
pæ, & Sedis Apostolicæ judicio, & censuræ consigna-
ri mandavit, ut Text. *Idem §. Nos autem in fin.* ita
Fr. Franciscus Long. à Coriolano Capuccinus *in com-
pend. Conc. Gener. pag. 259.* Card. Tusch. *to. 1. litt. A
concl. 3. nu. 24.* Anton. Possevin. *in apparatu sacro to. 2.
ver.* Joakimus. Hine si esset Auctor damnatus, libri 30
quoque omnes damnari censerentur, ut dixi latè in
Commentario ad Constitut. Un. Gelasii supra; prout
protestatio antecedat, vel subsequatur necesse est,
conclusionem, ad effugiendam hæresim formalem,
nam talis protestatio juvat Auctorem, huncque hære-
ticum formalem dici posse non sinit, Nav. *cons. 6.* 31
incip. hypoteses num. 14. de hæreticis, Decian. *cons. 8.
incip. gravia sunt num. 128. vol. 1.* Rojas *de hære-
tic. par. 1. num. 62.*

Ex his colligitur, Constitutionibus in Florensi Mo-
nasterio ab eodem Joakim instituto non derogari ab eo-
dem Concilio, nec illas reprobari. Plures alios errores,
& hæreses suscitavit Diabolus circa doctrinam Catho-
licam hujus altissimi Mysterii Sanctissimæ Triadis, in-
ter quas recenseo sequentes, videlicet.

Sabellius, ejusque Asseclæ asserebant Personas di-
vinas istis nominibus non esse distinctas, sed unam 32
esse in Deitate personam, quæ pro diversis efficiis
diversa nomina sortiretur, sicque Patrem re vera in
Cruce passum dicebant, unde dicti sunt Patri-passio- 33
ni, ut refert D. Epiph. *hæres. 62.* & S. August. *in tit.
de hæret. cap. 41.* & refellitur hæc hæresis à pluribus
Doctoribus præcipue à D. Athan. *orat. contra Idola*
S. Au-

S. August. *lib.* 12. *de Trinit. cap.* 6. & fuit damnata à Concilio Constaotinopolitano, ita fuerunt damnati etiam errores, seu sectæ Paulinæ, & Photinianæ has propositiones tenentes; non datur Trinitas personarum; Christus compositus ex carne decerpta ex sinu Patris, & quidem rationis, & mentis expers; locum autem mentis Dei Verbum supplevit; mortua Divinitas fuit in triduo.

Gilbertus Porretanus, qui (ut constat ex Con-
34 cilio Rhemensi sub Eugenio III. & ex D. Bernardo *serm.* 80. *in Cant.*) docebat relationes divinas ab essentia Divina distingui realiter, esseque illi velut assistentes, & affixas, quod fuit damnatum in eodem Concilio Rhemensi, præsidente eodem Eugenio III. Summo Pontifice, ut constat in actis dicti Concilii.

Arius, ejusque asseclæ Ariani asserebant, Filium
35 Dei, nec Deum esse, nec genitum ex substantia Patris, nec ipsi proindè consubstantialem, sed esse Creaturam non ab æterno, sed in tempore ante alias tamen Creaturas productam. Quod refellitur à S. Athanasio variis in locis, præsertim in *lib. de Synodis*, à D. August. & aliis Doctoribus.

Error Macedonii ejusque asseclarum fuit asserendo,
36 Spiritum Sanctum non esse Deum; sed aliquam substantiam spiritualem superiorem omnibus Angelis creatam à Patre per Filium, ut refert Sozomen. *lib.* 4. *cap.* 26. qui error fuit quoque Arianorum, qui sicuti Filium, ita & Spiritum Sanctum Creaturam asseruerunt, ut refert D. Epiphanius *heresi* 64. quod refellitur à tot auctoritatibus, & contrarium in Symbolo profitetur, & fuit damnatum in Concilio Constantinopolitano.

Græci contendebant Spiritum Sanctum à solo Patre
37 procedere, cujus contrarium fuit definitum in Concilio Floreotino *sess.* 7. *&* 22. *& in Conc. Generali Lugdunensi cap. un. de sum. Trinit. & Fide Catholica, & in Concilio Florentino sess. un. in litteris Unionis* firmatur, Spiritum Sanctum à Patre & Filio tamquam unico principio, & spiratione procedere.

Cæterùm tale Mysterium Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, cum sit adeo sublime, ut vix ab humano ingenio concipi, non quod capi possit, ideo jure D. August. *lib.* 3. *contra Maximianum Arianum* post ejusdem Mysterii explanationem subjunxit: *Qui potest capere, capiat, qui autem non potest, credat, & oret, ut quod credit, intelligat*; meritò igitur finis devoto silentio in reliquis hic dandus est.

Comburi etiam jussit hic Pontifex libros dicti Petri Abaelardi, & Arnaldi de Brixia. Sed de hoc aliqua diximus supra in *Comment. Constit. Un.* D. Gelasii, & alibi occurret sermo de libris hæreticorum.

CONSTITUTIO PRIMA

EUGENII III.

incipiens (*Sicut per literas.*)

EPITOME BULLÆ.

EUGENIUS EGELBERTO EPISCOPO, & Canonicis Bambergensis Ecclesiæ.

EUgenius Papa hac Constitutione in Sanctorum albo descripsit Divum Henricum I. Romanorum Imperatorem, habito Concilio Episcoporum, & Archiepiscoporum in Urbe adstantium.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Eugenii III. electio ejusque gesta recensentur. Legatio Armenorum Metropolitani ad eum, ibid.*

2 *Dum solemnia Missarum perageret, fuit visus radius Solis super caput ejus, & duæ columbæ ascendentes, & descendentes.*

3 *Humilitas Innocentii in non attribuendo miraculum suis meritis, sed Divino monito.*

4 *Innocentius agnoscens Romanos magis in se concitatos, in Galliam confugit.*

5 *Ludovico Galliarum Regi vexillum dedit pro recuperanda Terra Sancta.*

6 *Gilberti Porretani heresim condemnavit in Concilio Parisiensi.*

7 *Gilbertus Porretanus jactabat, se esse delegatum ad universitatem causarum vivorum, & mortuorum.*

8 *Baculum bifurcatum, quem ferebat, ajebat denotare, duas Terræ Partes esse Dei, unam sui.*

9 *Errores ejus progressi usque in Svetiam, & Norvergiam.*

10 *Henricus I. Sanctorum albo adscriptus ab Eugenio III.*

11 *Sanctitas, & innocentia vitæ Henrici breviter commemorantur.*

12 *Dictus fuit I. Imperator, & quare?*

13 *Alii Imperatores Henricum præcedentes cur non fuerunt appellati Imperatores?*

14 *Imperatores Germaniæ non ad adhuc coronati, dicuntur Imperatores electi tantum.*

15 *Henricus coronatus fuit Romæ unà cum Gunegunda uxore per Benedictum VII. Papam.*

16 *Globus aureus præsentatus per Papam Imperatori Henrico, & de ejus significatione.*

17 *Henricus confirmavit omnes donationes à prædecessoribus Imperatoribus Ecclesiæ factas, & alia pietatis opera exercuit.*

18 *Cælibem vitam cum sua uxore Gunegunda duxit.*

E Vivis sublato Lucio II. electus fuit Summus Pontifex Eugenius III. qui natione Italus in
Diœcesi Pisana, & oppido Montis Magni natales ha- 1
buit. Petrus Bernardus antea vocatus Abbatiam Sanctorum Vincentii, & Anastasii ad aquas salvias in Urbe administravit, plures à Divo Bernardo accepit cohortationes præter illas relatas in Libro *de consideratione* ad ipsum Eugenium directas. Creatus fuit die 3. Kal. Martii anni 1145. Ciacon. *in vita dicti Pontif.* vel 6. Kalen. Aprilis, ut alii dicunt. Dum expulsus fuit dictus Pontifex ab Arnaldistis, ut suprà innui ad *Constitutionem II. Innocentii II.* Viterbium secessit, ubi fuit summo honore exceptus, atque à Principibus tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus etiam longinquarum nationum, ut verus Christi Vicarius veneratus. Imò Legati Armenorum Episcoporum, eorumque Metropolitani, quem ipsi *Catholicon*, idest Universalem, propter infinitum, scilicet amplius quàm mille Episcoporum, sub se habentem numerum, vocant, ab ultimo penè Oriente laboriosum iter per annum, & sex menses complentes adierunt Pontificem, eique ex parte illius Ecclesiæ subjectionem omnimodam obtulerunt, quos cum humaniter excepisset, Missarum solemniis, ac sacrificii secretioribus adhibuit, diligenterque ea, quæ fiebant ibidem, eos meditari monuit, quod cum facerent, intentique sacro Altari adstarent, unus ex
eis Pontificali dignitate præditus, Summo Pontifi- 2
ce divina Mysteria peragente, splendido fulgore radium Solis super caput ejus coruscantem, & in ipso duas Columbas ascendentes, & descendentes vidit; cumque diligentiùs huc, illucque oculos circumferret, nullumque aditum, per quem lux illas transfunderetur, inveniret, Deificum hoc esse cognoscens, ad obedientiam Romanæ Sedis magis accensus, cunctis, quæ viderat, aperuit; at Eugenius non suis
hoc meritis attribuens, ipsius potiùs fide cœlitus 3
hoc sibi monstratum affirmabat, ut videlicet Ecclesia, à qua ipse missus fuerat, Sacramentorum virtutem veritatis luce perfusam cognosceret, ac deinceps

4 quali ea reverentia, & forma tractare deberet, addi-
sceret. Deinde agnoscens Romanos magis in se con-
citatos, in Galliam confugit, pluraque Concilia ce-
lebravit, maximo honore habitus à Ludovico Rege,
5 istique dedit vexillum pro recuperanda Terra San-
cta in Concilio Stampensi: Insuper in Concilio
6 Parisiensi hæresim Gilberti Porretani condemnavit,
& errorem ejus, qui se jactaverat Delegatum ad
7 Universitatem causarum vivorum, & mortuorum
adjutus à Dæmone, cujus opera plures Asseclas fe-
cit, eòque insaniæ miser hic pervenit, ut non erubuerit
comparere coram Concilio Rhemensi, & Papa cum
baculo quodam bifurcato, seque jactare Judicem, ut
8 supra, dicendo baculum sic bifurcatum, ad Cœlum
prospiciens, denotare duas partes Terræ esse Dei,
unam sui, Gulielmus Neubrigen. *lib.* 1. *cap.* 19.
Nedum in Italia, & Gallia, sed usque in Svetiam,
9 & Norvegiam grassabantur ejus errores, Ciacon. *in vi-
ta Hadriani IV. & in vita Eugenii ubi* Eldoin. Labè
tom. 10. *Concil, fol.* 1104. *& seq.* Baron. *ann.* 1145.

Occasione, qua missi fuerunt Legati ab Eugenio in
19 Germaniam ad deponendum Archiepiscopum Made-
burgensem, habuerunt iidem in mandatis, ut investi-
garent de vita, & gestis Henrici I. Imperatoris, il-
laque referrent, quapropter adierunt Ecclesiam Bam-
bergensem, cunctis ad rem sedulò examinatis, & re-
deuntes, retulerunt Summo Pontifici apertissima te-
stimonia virtutum, & operum dicti Henrici, nec
non plura miracula ab eo patrata, quorum pleraque
in eadem Bulla enunciantur; fuit igitur Henricus inter
Sanctos adscriptus ad petitionem Episcopi, & Cano-
nicorum Bambergensium, assignata die ejus solemnita-
ti, quæ Constitutio edita fuit die 3. Idus Martii an-
no 1152. in Urbe.

Verè mirabilis fuit iste Henricus, nam inter sæcu-
11 li delitias filius Ducis Bavariæ, & propinquus Impe-
ratori Othoni III. cui successit, ita se continuit in vitæ
sanctimonia, ut verè de eo dici possit illud Psalmi;
Qui potuit transgredi, & non est transgressus, ut Eugen.
in hac Constitut, §. *primo declarat*. Illud præcipuum,
& memorabile de hoc Sancto narratur, quod cum
diadema, sceptrumque Imperii suscepisset, non car-
naliter, & imperialiter, sed spiritualiter, & humili-
ter vixerit.

Dicitur primus Imperator, cùm alii Henrici ante
12 ipsum Imperatores, utpotè non coronati, diceban-
13 tur Reges, non Imperatores, & ita adhuc usurpatur
in Imperatoribus Germaniæ, qui non coronati di-
14 cuntur electi Imperatores tantùm, quamvis hic loquen-
di modus adhibetur à Papa, non ab aliis, Cherubin. *ad
hanc Bullam Schol.* 1. dictusque fuit idem Henricus
cognomento Pius ob frequentia pietatis opera, in qui-
bus seipsum exercere consueverat.

Pluries in Italiam venit victor rediens, ac coronam
15 Romæ recepit unà cum Cunegunda uxore per Bene-
dictum VII. Papam dictum VIII. anno 1013. in qua
16 functione Benedictus dono dedit Imperatori globum
aureum gemmis onustum cum cruce in parte superiori
designans Orbem acquirendum ab Imperatore,
ut Christo submitteret, quod donum Henricus Mo-
nasterio Cluniaci misit, & confirmavit omnes do-
17 nationes Imperatorum Antecessorum Ecclesiæ factas.
At tertiò in Italiam veniens, instante Papa, Græ-
cos in Apulia, & Calabria oppressit, cum Rege
Galliarum Roberto pacem iniit; plura, ut dixi, exer-
cuit pietatis opera, præsertim in fundatione Bam-
bergensis Ecclesiæ, ac aliarum Episcopalium, &
minorum Ecclesiarum, ac etiam aliarum reparatio-
ne, necnon in profusis erga pauperes elargitioni-
bus, operamque dedit conversioni Regis Stephani,
& Regni Hungariæ; tandem in reditu post pacem
cum Rege Galliæ obiit Bambergæ anno 1024. Il-
18 lud etiam memorandum, quod quidem pauci imi-
tantur, ut cum Cunegunda uxore etiam inter San-
ctas relata, vitam cœlibem duxerit, non relicta proin-
dè prole tam omnibus chara præsertim Principibus.
Ejus præclara gesta habentur apud Glaber. *lib.* 3. *cap.*
2. *& seq.* Hostiens. *lib.* 2. *cap.* 40. Dicmar. *lib.* 7. Baron. *tom.* 11. *pag.* 8. *& seq. & in Martyrolog. sub die* 14. *Julii*, qua die festum dicti Sancti colitur; & in lectione Breviarii Romani die 15. Julii, quo die Officium ab universo Clero recitatur.

SECTIO UNICA.

De Canonizatione Sanctorum à quo possit, & debeat fieri?

S U M M A R I U M.

1 *Canonizatio Sanctorum quid sit, & unde dicatur?*

2 *Ejus mentio reperitur in scripturis antiqui & novi Testamenti.*

3 *Fit per publicum Ecclesiæ testimonium.*

4 *Dii Penates, & indigetes apud Gentiles quomodo effingebantur, & in quo differebant?*

5 *Inter publicos Deos aliquis non adscribebatur, nisi authoritate publica.*

6 *De vanitate Idololatria.*

7 *Apud Romanos, non poterat quis coli ut Deus, nisi publica Senatus approbatione id factum erat.*

8 *Martyribus Christi à primis Ecclesiæ temporibus tributa fuit à Fidelibus veneratio, & deindè etiam Confessoribus.*

9 *Acta Martyrum, sancitum fuit per Clementem I. ut describerentur per septem Ecclesiæ Notarios.*

10 *Festivitates, & venerationes Apostolorum, aliorumque Sanctorum demonstrantur in Ecclesia introducta usque à tempore primævo Ecclesiæ.*

11 *D. Petri Damiani testimonium circa erectionem Altarium in plurium Sanctorum honorem.*

12 *Sancti alicujus Canonizatio censebatur peracta antiquitùs, eo ipso quod ex Synodali decreto concedebatur in illius honorem altaris erectio.*

13 *Conventus in honorem Sanctorum Martyrum antiquitùs agebantur.*

14 *Canonizatio est quodammodo debita ei, qui immaculatè vixit.*

15 *Confessorum veneratio introducta fuit in Ecclesia post multos annos à Christi obitu.*

16 *Confessorum Commemoratio facta non reperitur, nec in erectione Pantheon, nec in Canone Missæ, & quare?*

17 *Confessores, & Virgines meritò Canonizationem, & coronam promeruerunt.*

18 *Canonizatio Sanctorum variis modis fiebat antiquitùs.*

19 *Beatificatio alicujus defuncti fiebat antiquitùs ab Episcopo specialiter pro sua sola Diœcesi.*

20 *Extendebatur deinde aliquando à Summo Pontifice per cultum generalem toto orbi sine nova approbatione.*

21 *Canonizatio fiebat aliquando in Synodo Provinciali, & quomodo intelligatur.*

22 *Martyres eo ipso, quod passi erant Christi nomine, colebantur.*

23 *Altaria illis erigebantur aliquando tolerantia Episcoporum, aliquando eorumdem approbatione.*

24 *Martyrologium Ecclesiæ compositum ex Cathalogo Ecclesiarum particularium.*

25 *Canonizatio Sanctorum dicitur reservata Summo Pontifici tempore Alexandri III. & quare?*

26 *Ad Summum Pontificem pertinebat, & pertinet ex natura sua Canonizatio Sanctorum.*

27 *Sancti plures coluntur in Ecclesia absque expressa Summi Pontificis Canonizatione.*

28 *Sancti veteres culti fuerunt in Ecclesia non tam lege, quàm consuetudine, & tacita approbatione.*

29 *Cul-*

29 *Cultus Sanctorum introductus tempore immemorabili, universali fidelium consensu toleratus fuit, & toleratur etiam post decreta Urbani VIII.*

30 *Episcopi olim proponere solebant Sanctos colendos in propriis Diœcesibus.*

31 *Primates etiam ad instantiam Episcopi, alicujus Diœcesis proponere solebant Sanctos colendos in Concilio Coepiscoporum Provincialium.*

32 *Sancti propositi per Episcopos in propriis Diœcesibus aliquando colebantur per totum Orbem, vel ex simplici tolerantia Papæ, vel etiam ejus positiva approbatione.*

33 *Sancti plures Canonizati per Summos Pontifices, etiam ante tempora Alexandri III.*

34 *Canonizatio Sanctorum hodie spectat ad solum Summum Pontificem privativè ad quæcumque Concilia Provincialia, vel etiam Generalia.*

35 *Majores causæ pertinent ad Sedem Apostolicam.*

36 *Canonizatio Sanctorum est causa gravis, & omnium maxima.*

37 *Rationes adducuntur, quare talis Canonizatio fieri non possit, nisi per solum Summum Pontificem.*

38 *Canonizatio est actus spectans ad universalem statum Ecclesiæ, & circa Fidem.*

39 *Concilia Generalia nequeunt Sanctos canonizare.*

Neque Legati à Latere, etiam cum speciali commissione.

Neque Collegium Cardinalium, Sede vacante.

40 *Papa non delegat potestatem definiendi res Fidei.*

41 *Concilia Generalia licèt canonizaverint aliquando Sanctos, id tamen fecerunt intercedente potestate Summi Pontificis.*

42 *Papa an in Canonizatione Sanctorum requirere teneatur consensum Cardinalium, & Episcoporum in Urbe adstantium?*

43 *Consensus prædictus non requiritur essentialiter, sed solùm congruenter, & de stylo.*

44 *In Sanctorum Canonizatione antiqui Pontifices convocare solebant parvum aliquod Concilium:*

45 *Papa etiam nunc in Canonizatione Sanctorum convocare solet in Concistorio plures Episcopos.*

46 *Canonizationes Sanctorum quare fieri solebant antiquitus in Conciliis Generalibus?*

Canonizationes plures fuerunt peractæ extra Concilium per Summos Pontifices etiam antiquitus, ibid.

CUm autem in §. *secundo* Hujus Bullæ Eugenius dixerit, *licèt instantiæ pro Canonizatione, nisi in Conciliis admitti solerent*, tamen auctoritate S. Romanæ Ecclesiæ cum Concilio Cardinalium & Episcoporum in Urbe interessentium canonizavit istum Sanctum. Hinc erit inspiciendum antiquus, & modernus ritus Canonizationis, & per quem fieri soleat, & debeat.

Canonizatio enim Sanctorum, etsi apud Calv. *in*
1 *Lexic. jur. ver. Canonizare* derivari dicatur à *Canon*, quod verbum sonat regulam, & sic videtur indicare regulis juris examinare, quod quidem fit à Papa per ejus Ministros, tamen communis definitio est, ut importet definitivam declarationem, quam facit Summus Pontifex adscriptionis alicujus inter Sanctos. *Ita* Jacobus Castell. *de Can. Sanct. qu.* 1. quæ tamen fit certis regulis Canonicis, ut resultet certitudo ejus gestorum. Etiam in antiqua lege, aliqua Imago Canonizationis habetur, & plures Viri gloriosi Canonizati quodammodò fuerunt. Sic Ecclesiastic. *capit.*
2 44. *& seqq. Sapientiam*, inquit, *ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.* Sic etiam inquit, *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivet in generatione, & generationem.* Sic de Henoch ait: *Placuit Deo, & translatus est in Paradisum*: Ita de Moyse: *Glorificavit illum in conspectu Regum, & ostendit illi gloriam suam, in fide, & lenitate Sanctum fecit illum &c.* & sic de reliquis Prophetis prosequitur. Ita etiam D. Paulus *ad Hebræos cap.* 11. *&* D. Lucas *in actis* canonizatos, & inter Sanctos relatos habuere plures viros probos novi Testamenti, & Clemens primus, discipulus, & coadjutor Petri mandavit, ut per septem Notarios in Urbe describerentur acta Martyrum. Baron. *anno* 98. *numer.* 3.

Hæc autem Canonizatio Sanctorum fit per publicum testimonium Ecclesiæ, referendo aliquem in Ca- 3
talogo Sanctorum, & quomodò differat à Beatificatione, alibi dicam. Hinc etiam videmus, in falsis illis
Divinitatibus, quas vana effinxit Gentilitas, aliæ di- 4
cebantur Dii Penates, sive familiares, qui privata solemnitate consecrabantur, alii Indigetes, quos sacravit publica auctoritas, sive Principis potestas ob aliquod opus gloriosum patratum. Ita tamen publicis Diis quis adscribebatur, ut inquisitio, & Principis
Imperium intervenirent, & deceptæ gentes iis vana 5
superstitione Divinitatem astruebant. Unde benè Lactantius *lib.* 1. *de falsa relig. cap.* 5. ait: *Quos imperiti, & insipientes, tanquam Deos, & nuncupant, &*
adorant, nemo est tam inconsideratus, qui non intelli- 6
gat fuisse mortales. Et quomodo inquiet aliquis: Dii crediti sunt? Dicam cum dicto Lactantio; nimirùm quia Reges maximi, & potentissimi ob specialia obsequia, aut munera recepta, vel artes eorum, ex quibus clari fuissent iis quibus imperaverant, in memoriam consecravere, sed absit à nobis hæc dementia; unum itaque Deum adoramus, qui non potest habere consortium, cùm solus omnium teneat potestatem: Unde D. Cyprianus, de sublimitate Dei loquens *in libro de vanitate Idolatriæ; Una*, inquit, *est divinitas, nec cultus ejus partiri potest; Deus namque noster est Zelotypus, nec admittit quidquam in partem sui honoris.*

Apud Romanos etiam in vana eorum inter Divos
adscriptione lege cautum fuit, nequis ut Deus vene- 7
raretur, nisi à Senatu publicè approbatus, Tertullian. *in apolog. cap.* 5. *Ut de origine*, inquit, *aliquid tractemus, ejusmodi legum vetus erat decretum, ne quis ab Imperatore consecraretur nisi à Senatu approbatus.* Et secundùm Euseb. *lib.* 2. *cap.* 2. lex erat antiquitùs designata, nequis apud Romanos Deus adoraretur, nisi Senatus decreto, & sententia confirmatus.

Devenio nunc ad indagandum cui erat reservata antiquitùs ista facultas canonizandi Sanctos in vera, &
Catholica Ecclesia? Et certum est primis temporibus 8
Martyres fuisse veneratos, qui pro Christi fide mortem subiissent, ut testatur A' Corona *de potest. Pap. tract.* 2. *capit.* 19. *fol.* 493. *num.* 6. & Cantilor. *de Canonizat. cap.* 3. Sed postea talis veneratio etiam ad Confessores fuit protracta. Hinc usque à tempore Apostolorum onus erat injunctum pro scribendis actis Martyrum Notariis Ecclesiæ, ut dixi, quod sancivit per legem Clemens Primus, idemque demùm mandavit Damasus Papa in Pontificali, & de hujusmodi de-
scriptionibus actorum testatur Baron. *anno* 302. *num.* 9
26. *& in præfat. ad Martyrolog. Rom. capit.* 1. *&* 4. Quare Anastas. *in Bibliotec.* ait: *Gloriabatur Ecclesia dictorum gestorum, & fastus nuncupabat.* Unde Tertullian. *lib. de Coron. milit.* scripsit: *Tui Ordinis, tui Magistratus, & ipsum Curiæ nomen est Christus, illius es conscriptus in libris vitæ; Tu peregrinus es mundi hujus, Civis Supernæ Hierusalem, tuus Municipatus in Cœlis, habes tuos census, tuos fastus.* Hinc narratur apud Historicos, Jucundum Theodonis Regis Filium, Harmogratem capite truncare jubenti dixisse, *Poteris cum diversis afflictionibus interficere, nam si gladio peremeris, incipient Romani Martyrem prædicare*, Bzovius *in lib. inscript.* Pontifex Summus, *fol.* 380.

Itidem *in Constit. Apostol.* mentio fit de festivitatibus

10 bus Apostolorum, & D. Stephani; ac in Liturgia tri-
buta D. Jacobo, in oblatione commemoratio Sancto-
rum peragitur sic; *Etiam offerimus tibi pro omnibus,*
qui à sæculo tibi placuerunt, Sanctis. Concilium Gan-
grense, quod fuit Sæculo III. *Can.* 21. anathematiza-
vit Eustachium, & Complices contemnentes memo-
riam Martyrum, quæ fiebat in Ecclesia. Hinc Euse-
bius Martyrologium primùm edidit, quem Beda, ac
novissimè Baron. prosecuti sunt.

Rursus D. Petrus Damianus, qui floruit Sæculo XI.
11 *in Epist. ad Henricum Ravennaten. Episcopum cap.*
19. ait: *Nostra quippè ætate Beati Viri, Romualdus*
Camerinen. Amicus Ramibonensis, Guido Pompesianus,
Firmanus Firmensis, atque plures alii sanctæ conver-
sationis studio floruerunt, super quorum videlicet ve-
neranda cadavera, ex Sacerdotalis Concilii auctori-
tate sacra sunt Altaria erecta, ubi divina Mysteria
miraculis exigentibus offeruntur. Nam juxta Baron.
12 *tom.* 10. *annal. fol.* 887. *litt.* C. Concessio licentiæ ex Sy-
nodali Decreto, ut supra Corpus defuncti Altare eri-
geretur, hoc ipsum erat inter Sanctos numerare, ut
anniversaria memoria de eo agi possit.

Conventus etiam fiebant in honorem Sanctorum
13 Martyrum, ut testatur Euseb. *lib.* 4. *histor. cap.* 15. *Quo*
in loco etiam nunc præstante Domino solemnes (Divo
scilicet Polycarpo) *agimus, celebresque Conventus, ma-*
ximè quidem in die passionis ejus, sed & cum eorum
memorias, qui priùs passi fuerunt, celebramus. Et D.
Gregorius Nissænus in *vita Sancti Gregorii Thauma-*
turgi, fol. 496. ait: *Gregorius descendit in Urbem,*
& omni cura regione peragrata, & perlustrata, ad-
ditamentum, & quasi Corollarium studii erga Numen
Divinum instituebat.

Antiquus igitur fuit mos inter Sanctos recolendi
Martyres, & ut dixi postea etiam inolevit in aliis Vi-
14 ris, & Fœminis probis; nam Canonizatio quodam-
modo debita est ei, qui immaculatè vixit, juxta illud
Apostoli *ad Timotheum* 2. *cap.* 4. *Bonum certamen cer-*
tavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo
reposita est mihi Corona Justitiæ, quam reddet mihi
Dominus in illa die justus Judex. Et Rosa *tract. de*
execut. litter. Apostol. De Marin. *alleg.* 190. *num.* 25.
asserunt post multos annos à Christi obitu, nempè
15 tempore Bonifacii IV. qui regnavit anno 608. consue-
visse venerari Sanctos Confessores, & ideò Pantheon
16 in honorem B. Virginis, & omnium Sanctorum, da-
to titulo S. Mariæ ad Martyres, pro martyribus fuit
priùs erectum ex Platina ibi citato, & eadem ratione
in Canone Missæ vetustissimo nulla fit mentio de San-
ctis Confessoribus.

Justa quippè fuit extensio hujus moris, cùm etiam
17 Confessores, & Virgines satis pugnent cum Hostibus,
nempè Diabolo, & Carne, & meritò coronam pro-
meruerunt. Quod munus canonizandi variè videtur
18 usurpatum, hinc antiquitùs ab Episcopis fiebat Beati-
ficatio specialis alicujus Beati in propria Diœcesi, sic
19 proponendo Martyres Populo inter Beatos ponebant;
deinde aliquando à Romano Pontifice per cultum ge-
20 neralem ei tributum inter Sanctos recensebatur absque
nova approbatione, Gonzal. *lib.* 3. *in decretal. cap.* 1.
de Reliquiis, & vener. Sanctor. num. 7. Lezana *tom.*
4. *consult.* 1. *num.* 8. Bellarmin. *de Canonizat. cap.* 8.
21 Aliquando canonizatio fiebat in Synodo Provinciali,
ut in Africa testatur Baron. *tom.* 2. *ann.* 32. *num.* 126.
Fortunat. Scaccus *de cult. & vener. Serv. Dei lib.* 1.
sect. 1. *cap.* 7. *vers. vetus quoque praxis, fol.* 28. Mol-
phes. *conf.* 46. *num.* 15. ubi etiam sermonem facit de
22 Confessoribus, cùm Martyres eo ipso, quod passi erant
pro Christi nomine, venerarentur, ut ex Baron. testa-
tur de Marin. *cit. loc. n.* 21. 22. *& seq.*

Unde memoria est proditum olim Notarios fuisse
deputatos ad scribendum Martyrum vitas, & obitum
pro fide, ac miracula, & sic à populo venerabantur,
cùm tunc non esset permissa ob persecutionem Genti-
lium major inquisitio, prout neque publicus cultus.
Sed cessante Gentilium ira, ac restituta Ecclesiæ pace,
Deus plures suscitavit viros, qui eorum moribus, ac
præclaris gestis novam Ecclesiam fœcundarent; quo-
rum opera, ac miracula dum populus ipse cerneret,
ad eorum sepulchra post illorum obitum accedebant,
erigentes in honorem ipsorum Deo altaria, Bellug. *in*
specul. hist. lib. 12. *cap.* 149. *lib.* 13. *cap.* 35. *& lib.* 14.
cap. 31. Aliquando etenim id tolerantia Episcoporum 23
permittebatur, aliquando eorum approbatione, qua
cultus ille specialis, ut dicam, Beatificationis, ad uni-
versalem protrahebatur, & ex hujusmodi cathalogis
Ecclesiarum fuit compositus Martyrologium, de quo 24
vide Baron. *in præfat. ejusdem, &* Casal. *de vet. sacr.*
Christ. rit. cap. 69. §. *in Ecclesia primitiva.* Quorun-
dam verò fiebat canonizatio in Conciliis Provinciali-
bus, vel etiam in Generalibus deducta, ut supra dixi,
& ait Matta *de Canoniz. par.* 1. *cap.* 3.

Verùm tempore Alexandri Tertii, qui sedit anno
1159. fuit hæc facultas reservata Summo Pontifici *in* 25
cap. 1. *de Reliq. & venerat. Sanctorum.* Ita Innocentius
III. qui fuit anno 1198. in *cap.* 2. *eodem tit.* jussit,
ut Canonizatio fieret cum omni rectitudine, ne da-
retur occasio erroribus, ut contigit in casu, in quo
emanatum fuit *dict. capitul.* nempè quemdam in ebrie-
tate occisum pro Sancto veneratum, relatum à Baron.
anno 1181. Ita dicto Pontifici Alexandro hanc reser-
vationem adscribunt plures Doctores scribentes ad *cit.*
cap. 1. de Marin. *cit. num.* 26. Molphes. *cit. num.* 13.
cit. Acorona *cap.* 19. *num.* 7. Matta *de Canoniz. part.*
1. *cap.* 3. *n.* 13.

Sed contrarium tuetur Gonzal. *citato cap.* 1. *num.* 7.
firmans canonizationem de sui natura ad Summum 26
Pontificem spectare, nec in dictis Textibus Alexandri
& Innocentii aliquam particulam hujus novæ deter-
minationis apparere. Imò in illis supponitur canoni-
zationem esse opus tantùm Sedis Apostolicæ, ibi:
Neminem ergo illum de cætero colere non præsumatis,
cum etiamsi per eum miracula plurima fierent, non li-
ceret vobis pro sancto, absque Romana Ecclesia auctori-
tate eum publicè venerari. Et licèt plures Sanctos co- 27
lantur ab universali Ecclesia, quorum Canonizatio non
constat facta à Papa, quos numerant Molphes. *conf.*
48. *num.* 12. & Marin. *citat. num.* 34. *in fin.* verumta-
men respondet Bellarmin. *cit. capit.* 8. *in fin.* Sanctos
veteres fuisse cultos ab Ecclesia Universali non tam
lege, quàm consuetudine, tacita saltem approbatione 28
Summi Pontificis, Lezana *tom.* 4. *controv.* 2. *numer.* 4.
imò etiam per Summos Pontifices fuerunt tolerati, & 29
tolerantur ii, quibus immemorabilis cultus fuit con-
sensu universali præstitus, etiam post decreta novissima
Urbani VIII. de quibus suo loco.

In hoc enim videtur concludendum, olim Episco-
pos proponere solitos fuisse Sanctos in propriis Diœ- 30
cesibus, ut testatur Ivo Carnoten. *part.* 3. *decret. can.*
54. ubi tradit Beatos, seu Sanctos noviter inventos,
nisi Episcopo probante, in ejus Territorio minimè
olim venerari; nefas enim erat etiam Martyrem vene-
rari sine Episcopi, vel Synodi permissione, Euseb. Cæ-
sarien. *lib.* 4. *Histor. cap.* 14. *lib.* 5. *cap.* 15. Mos etiam 31
erat frequentior, ut post obitum alicujus Martyris,
Episcopus Diœcesanus scriberet ad Primatem, qui in
Concilio Coepiscoporum Provincialium illum decer-
nebat in albo Sanctorum Martyrum, & in Diptica,
idest Catalogo Sanctorum, qui in divinis invocaban-
tur, esse ponendum, Divus Augustin. *in Brev. post*
collat. die 3. *cap.* 13. & Optat. Milevit. *lib.* 1. *adver-*
sus Parmenionen.

Facta igitur hac propositione per Episcopos, alii
Populi devotione erga Sanctos ipsos, hos venerari in- 32
cipiebant, quod aliquando patientia Pontificis proba-
vit, aliquando specialis Constitutio Papæ eorum cul-
tum ad Universalem Ecclesiam protendit; quamobrem
animadvertimus aliquos ante ipsum Alexandrum cano- 33
nizatos à Summo Pontifice, quorum septem nume-
rantur per cit. de Marin. *numer.* 29. & 30. & Gon-
zal. *ubi supra num.* 7. *circa fin.* Mattam *cit. cap.* 3. Vidi-
mus enim suprà Constitutionem Joannis XV. anno
993. pro canonizatione S. Udalrici, imò constat Le-
onem Tertium anno 804. solemni ritu canonizasse

Stuit-

Suitbertum primum Episcopum Vuerdæ, qui Frisones Hollandos Fide Catholica imbuerat, ut testantur præscripti ex Bellarm. *cit. cap.* 8. *col.* 2. *litt. B. & C.* Azor. *Instit. mor. tom.* 2. *cap.* 26. *quæsit.* 2. ubi refert dictas canonizationes, & cathalogum Sanctorum, usque ad D. Carolum Borromæum, & Petr. Damian. *in vit. S. Romualdi capit.* 72. sic scripsit: *Post quinquennium à S. Viri obitu data est Monachis à Sancta Sede licentia, ut supra Venerabilis Corpus, Altare construeretur.*

Hæc igitur sanctificatio, seu canonizatio ad solum
34 Summum Pontificem spectat, ut testantur omnes
Scriptores, & usus comprobat, licèt priùs mos esset illam faciendi, vel in Conciliis Generalibus, vel in Provincialibus, vel proponebatur ab Episcopis tacita Papæ approbatione, ita ut in præsenti requiratur expressus actus Summi Pontificis omnibus aliis inhibitus. Sed quo tempore edita fuerit hæc prohibitio, verè non constat, Gonzal. *loc. cit. num.* 8. Lezana *cit. contr.* 1. *num.* 2. Piringh. *in decret. lib.* 3. *tit.* 45. §. 1. *num.* 3. Azor. *cit. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæst.* 1. A corona *cit. cap.* 19. *num.* 8. Castellin. *de canonizat. qu.* 2. *art.* 1. Cantilor. *eod. tract. cap.* 4. *per tot.* Bellarm. *cit. cap.* 8. Dartis *de Benef. par.* 12. *in fin.* Barb. *cit. cap.* 1. *de Reliq. & vener.* §. 5. *num.* 3. Van-Espen. *in un. jur. Eccl. part.* 1. *tit.* 22. *cap.* 7. *num.* 15. Fagn. *in cit. cap.* 1. *de Reliq. & ven. SS. n.* 1. & 20. qui de hac pro-
35 hibitione plures rationes cumulant, nec est in hoc
inter Catholicos controversia.

Convenit enim Summo Ecclesiæ Capiti Visibili hæc reservatio, nam omnes majores causæ sunt referendæ ad Sedem Apostolicam, *cap. majores* 3. *in*
36 *princ. de Baptism.* quæ igitur major Causa gravis,
quàm inter Sanctos quem adscribere publicè colendum in Ecclesia? & optimè Gloss. *in cap. unic. verb. Sedis Apostolicæ eod. tit. in* 6.

Cùm igitur Sanctus ab omnibus universaliter coli
37 debeat, par est, ut per Pastorem Universalem sit
proponendus, Innoc. *cit. cap. num.* 2. Abb. antiquus, Butrius, Card. & alii; nec valet dici, saltem pro sua Diœcesi posse Episcopum, quia implicat Sanctum quem esse, & non posse adorari ubilibet, ut alibi dicam; quamvis dictam rationem impugnet Hostiensis, & aliis citati per Fagn. *ubi supra num.* 24. *& sequentibus*. Sed quidquid sit de hujusmodi ratione, plures aliæ adsunt, quibus necessaria visa fuit hujusmodi reservatio Summo Pontifici, itaut nullus canonizetur, nisi ex speciali decreto Sedis Apostolicæ *cit. cap. quoad translationem*, ubi Gloss. *ult. de off. legati cit. cap.* 1. *de Reliquiis, & Vener. SS.* cùm aga-
38 tur de actu spectante ad universalem statum Eccle-
siæ, D. Th. *quodlib.* 9. *art. ult.* Itaque neque Concilia generalia, neque Legati à Latere, etiam cum specia-
39 li commissione Summi Pontificis, nec Collegium
Cardinalium Sede vacante potestatem hanc habere noscuntur, siquidem Pontifex non debet potestatem
40 delegare definiendi res fidei. Concilium tamen licèt
legatur aliquem Sanctum canonizasse, tamen semper intercessit potestas Papæ, Cantilor. *cit. cap.* 7. *num.* 10. *& sequen.* Et constat ex *citat. Constitutione* Joannis
41 XV. in qua fuit canonizatus prævio Concilio D.
Udalricus.

An verò Papa in hoc Canonizationis actu de-
42 beat requirere consensum Cardinalium, & Episcopo-
rum in Urbe adstantium, prout ex ritu infrà dicendo usque in præsenti usurpato posset dici? Et videtur non esse de essentia, ut probant Dartis *de Benef. sect.* 1. *capit.* 3. *fol.* 13. *col.* 1. *in princ.* Cantilor. *cit. cap.* 9. *n.* 443. *& sequ.* nam aliàs non diceretur Papa liber in Canonizatione, Jo. Andr. *in cap.* 1. *de præb. in* 6. ipse enim habet liberam potestatem præsertim in spiritualibus, *cap. significasti in fine de elect.* & advertit Matta *cit. par.* 4. *cap.* 16. *num.* 43. cum agatur de actu Canonizationis spectante ad fidem, & universalem Ecclesiæ statum; sed solum esse de stylo, & de congruo, sicuti solet Pontifex in arduis negotiis
43 adhibere consilium Cardinalium. Et præcisè in ma-
teria Canonizationis antiqui Summi Pontifices usi
fuere aliqua Synodo, seu parvo Concilio, ut in ci- 44
tata Bulla Joannis XV. Ciaccon. *in ejus vita tom.* 1.
fol. 750. *litt. A.* qui mos parvi Concilii etiam nunc 45
servatur, cùm Pontifex vocare soleat plures Episcopos in Consistorio, ibique vota tam Cardinalium, quàm Episcoporum scrutari, ut videre est in actis Canonizationum Sanctorum, & testatur Cardin. de Luca *in relat. Rom. Cur. disc.* 18. *num.* 6. *in fine*, & expressè dicitur in Cæremoniali Leonis XI. *lib.* 1. *cap.* 6. ac innuit Hostiens. *in cap.* 1. *de Reliquiis, & veneratione SS.* & refertur à Matta *part.* 5. *cap.* 1. Divus enim Petrus Damianus usque à suis temporibus de hoc testatur *Epist.* 16. *capit.* 19. scilicet de tali parvo Concilio in canonizatione Sanctorum adhibito.

Verùm ut arceamus ex congruitate necessitatem, videmus Bullam Canonizationis S. Petri Episcopi Anagnini tertiam inter illas Paschalis II. suprà, aliasque futuras, in quibus nulla fit mentio in corpore talis Conventus, seu Concilii; unde bene idem *Eugenius in hac Bulla* §. 2. dixit: *Quæ quidem nos omnia simul perpendentes, atque devotionem vestram, ac Ecclesiæ Bambergensis diligenter considerantes, sanctis hujusmodi petitio (scilicet Canonizatio dicti*
Sancti) nisi in generalibus Conciliis admitti non so- 46
leat, auctoritate tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium Conciliorum firmamentum est, petitionibus vestris acquiescimus &c. Nec est verum quod dixit Lup. *tom.* 3. *schol. pag.* 569. Eugenium primum fuisse, qui de plenitudine potestatis absque Concilio canonizaverit Henricum in hac Constitutione, quem morem Alexander III. in Sanctis Eduardo, & Thoma Cantuariensi sequutus fuit, aliique Pontifices imitati sunt, & refert Van-Espen. *cit. cap.* 7. *part.* 1. *tit.* 22. *num.* 13. quia ut dixi adest etiam Canonizatio S. Petri Episcopi Anagnini per Paschalem II. peracta, ut supra in ejus Constitutione tertia.

Itaque concludendum est solitum fuisse proponi in Conciliis quem canonizandum, non quia major auctoritas esset in Concilio, quàm in Papa, quia hoc est contrarium Catholicæ veritati, ut aliàs in hoc opere plenè probabitur. Sed quia Sanctorum gesta & miracula aliquando apertiora erant fidelibus; itaut non prærequirerent tot probationes ad effectum Canonizationis, sed pro solemniori ritu dumtaxat expectabatur tempus Concilii Generalis. Et verè postea fuerunt innumeræ ferè Canonizationes habitæ sine Concilio Generali tot, tantorumque Sanctorum, qui tanta celebritate per Populos venerantur, eò fortiùs, quia Concilia non ita de facili postea consueverunt congregari.

Hæc satis sint pro præsenti Commentario ad denotandum antiquum usum canonizandi, & veram potestatem in solo Summo Pontifice residere inter Sanctos aliquem adscribendi.

CONSTITUTIO SECUNDA

EUGENII III.

incipiens (*Sacrosancta.*)

EPITOME BULLÆ,

EUGENIUS GOTHONIO CISTERCIENSI.
Et cæteris Fratribus, ac Monachis Cisterciensis Ordinis.

CONfirmantur in ista Constitutione Statuta Ordinis Cisterciensis contenta in Charta Charitatis, quæ continet plura circa gubernium, ac vitam regulandam in dicta Religione juxta Regulam Divi Benedicti. In ea confirmatur præsertim Statutum, quod

quod nulla Abbatia erigatur sine confirmatione Episcopi Diœcesani. Præscribitur forma electionis Abbatum, ac illius Cistercii, & Capituli Generalis, ac statuitur quòd nullus possit Abbas eligi, nisi sit de eodem Ordine, prout nec ullus Religiosus illius possit eligi Abbas in alio Ordine.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Charta Charitatis pro Ordine Cisterciensi, quam confirmat Papa Eugenius in hac Bulla, quæ fuerit?*
2 *Hujusmodi nomen Chartæ Charitatis fuit semper usurpatum, etiam per Summos Pontifices, & quare?*
3 *Ordo Cisterciensis auctus ex observantia dictæ Chartæ.*
4 *Quæ contineat eadem Charta?*
5 *Regula D. Benedicti observatur à Cisterciensibus sine novo sensu.*
6 *Tempus Chartæ editionis non est certum.*
7 *Plura præscripsit dicta Charta, quoad electionem Abbatum Cisterciensium, & quomodo observatur in hoc.*
8 *In hac Commentario relictis dicendis in aliis Commentariis, de origine Abbatiarum, nomine, & dignitate Abbatum, ac de illarum erectione, & ipsorum Confirmatione agitur.*

UBerrimus fons singularis Sanctitatis, cujus odor, sicuti agri pleni suavitas cui Dominus benedixit, totam replet Ecclesiam, nobis proponitur in hac Con-
1 stitutione Chartam Charitatis continente, ut utar verbis Clementis IV. *in Constit.* 3. infra adducenda de isto Ordine Cisterciensi differentis. Fuit quidem Charta ista Charitatis dicta, Codicillum quoddam omnium quæ normam vivendi, & guberníi præbet huic pervetustæ Religioni, de qua in hac Constitutione fit mentio, eamque confirmavit Eugenius anno 1152. adhibita solemnitate subscriptionis etiam S.R.E. Cardinalium ad ostendendam negotii gravitatem, de quo stylo aliàs dixi; pluresque confirmationes dictæ Chartæ adducuntur in Nomastico Cisterciensi, seu in antiquioribus Ordinis Cisterciensis Constitutionibus ab Juliano Paris Abbate dicti Ordinis Parisiis edito anno 1664. in quo etiam latè agitur de Constitutionibus dictæ Chartæ, ac aliis ejusdem Ordinis, eamque Chartam Charitatis pluribus declarationibus munivit posteà Clemens IV. *cit. Const.* 3. incip. *parvus fons*; juxta quas explicationes erit intelligenda.

Hæc itaque Charta Charitatis ex eo derivatam esse intelligimus apud F. Inerium de Utero Abbatem Fireriensem in Exordio Sacri Ordinis Cisterciensis *capit.* 20. in editione anni 1621. Pamplonæ, ac *cit.* Nomastico, quod antequam Abbatiæ Cistercienses florere inciperent, Stephanus Abbas, & Fratres sui ordinaverint, ut nullo modo Abbatiæ in alicujus Antistitis Diœcesi fundarentur, antequam ille decretum interponeret, propter scandalum inter Antistites, & Monachos vitandum. In hoc ergo decreto prædicti Fratres mutuæ pacis futurum præcaventes naufragium elucidaverunt, & statuerunt, suisque posteris reliquerunt, quo pacto, quoque modo, imo qua charitate Monachi eorum per Abbatias in diversis Mundi partibus, corporibus divisi, animis indissolubiliter conjungerentur, quod decretum *Chartam charitatis* vocari censuerunt; quia ejus statutum omnis generis gravamen propulsans, solam charitatem, & animorum utilitatem in divinis, & humanis exequitur.

Prædictam Cisterciensium primam Constitutionem Chartæ Charitatis nomen à suis auctoribus accepisse
2 testantur, non solum omnia ejusdem Religionis monumenta, sed exteri Scriptores, ac ipsorum Summorum Pontificum Constitutiones, ut ista Eugenii, nec non eam eodem nomine appellarunt Anastasius IV. Hadrianus IV. Alexander III. & Clemens IV. quod nomen est à Charitate, quam undequaque ejus Statuta redolent, ut latè apud Nomastic. *cit. Cisterciens. fol.* 63. & fit mentio ejusdem Chartæ per Auctorem Exordii magni *lib. 1. cap. 24.* Van-Espen. *in jus Eccl. univ. par.* 1. *tit. 32. cap. 4. n. 12.*

Hac igitur fundamentali charitatis Charta sic efflo-
ruit iste Ordo, ut ejus initio intra centum annos, 3
ad duo millia extructa fuerint Cœnobia, ut refert Thomassin. *de benef. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 12. & intra sexaginta non admodum annos Abbatias habuere quingentas, *cit. lib.* 3. *cap.* 68. *num.* 3. Ad duo etenim præcipua capita reducuntur, quæ in tali Charta præscripta fuere, nempè ad morum institutionem, & ad regimen Ordinis, seu administrationem. Quod at-
tinet ad primum, scilicet ad mores instituendos, re- 4
gulam D. Benedicti præscripsit ad litteram observandam. Hinc *in cit. Exordio magno lib.* 1. *cap.* 24. habetur: *Regulam D. Benedicti in loco illo ordinare, & unanimiter statuerunt tenere, reiicientes à se quidquid regulæ refragabatur.* Et in ipsa Charta charitatis habetur, *Regula D. Benedicti observari sine novo sensu,*
sine mutatione aliqua. Eaque Charta quando fuerit 5
præscripta, certò non constat, prout liquet anno 1119.
fuisse à Callisto II. eam confirmatam, ut refert *citat.* 6
Nomast. *Cisterciens. fol.* 73.

Quoad gubernium verò plura fuerunt ibi statuta cir-
ca electiones Abbatum, aliaque, quæ deindè immu- 7
tata fuerunt, præsertim subdivisa Religione in varias Congregationes habentes Constitutiones aliquas proprias, ut dixi in Commentario ad Constitutionem primam Paschalis II. & adest Constitutio Leonis X. secunda, plura præscribens tum circa qualitatem Abbatum, & præsertim Abbatis Monasterii Cistercii, quod est Religionis caput, tum circa hujus jurisdictionem, de quibus etiam agitur in Constitutione Sixti V. 34. §. 4.

Quare de pluribus in hac Charta, ac Constitutione
contentis, alibi agam: modò restringendo Commenta- 8
rium circa originem, & fundationem Abbatiarum, & an sit necessaria confirmatio Episcopi in illarum erectione? Nec non sermonem producam ad nomen, & dignitatem Abbatum, horumque electionem, & confirmationem.

SECTIO UNICA.

De Origine Abbatiarum, & an in illarum erectione sit necessaria auctoritas Episcopi Diœcesani, necnon de nomine, & diversitate Abbatum, deque illorum electione, & confirmatione, aliorumque Superiorum Regularium, & an Abbatia sit Dignitas?

SUMMARIUM.

1 *Origo Abbatiarum ab antiqua lege sumitur, & in nova à Divis Antonio Ægyptio, & Basilio.*
2 *Quare fuit Abbatia sic dicta, & de D. Benedicto Abbatias erigente.*
3 *Tam Principes quàm Ecclesiastici Præsules fundarunt primas Abbatias, eas dotando.*
4 *Abbas est nomen Chaldaicum, & de ejus translatione, & usu.*
5 *De differentia inter Abbates Cœnobitas, & Archimandritas.*
6 *Abbatis vocabulum assumptum fuit ad significandam dignitatem, etiam apud sæculares.*
7 *Abbatiæ sæculares secundùm aliquos originem ducunt à Regularibus ex translatione facta per mutationem status, vel per Commendam.*
8 *Demonstratur contrarium, nempè, plures Abbatias sæculares fuisse ab initio erectas.*

9 Di-

9 *Divisio Abbatiarum in Sæculares, & Regulares stabilitur.*

10 *Abbatis nomen an sit solùm sollicitudinis, an vero importet etiam honorem, & dignitatem? discors sententia.*

11 *Abbates, alii habent jurisdictionem quasi Episcopalem in sæculares, & distinctum, & proprium Territorium obtinent, & num.14.*

12 *Aliorum jurisdictio est restricta in solos Regulares, vel etiam in sæculares, sed tamen existunt in Territorio, licèt exempti, certa Diœcesis.*

13 *De aliis Abbatum speciebus.*

14 *Abbates habentes proprium Territorium potiuntur vera dignitate, & jurisdictione Episcopali tam in spiritualibus, quàm in temporalibus.*

15 *Abbates habentes jurisdictionem in Populum sæcularem, etiam quod proprium Territorium non habeant, adhuc veram dicuntur habere dignitatem in primo gradu post Pontificalem.*

16 *Hæc dignitatis qualitas est etiam in Abbatibus præsidentibus Monachis dumtaxat alicujus Monasterii.*

17 *Abbates in Congregatione Cassinensi habent majorem jurisdictionem.*

18 *Abbas fuit ab initio nomen sollicitudinis tantùm, & quare?*

19 *Abbates antiqui non habebant in Monachos, nisi potestatem familiarem, & in reliquis tam ipsi, quàm Monachi subjiciebantur Episcopis.*

20 *Jurisdictionem deinde, ac dignitatem obtinuerunt.*

21 *Abbates triennales etiam in dignitate dicuntur esse.*

22 *Beneficiatus in dignitate non dicitur, nisi qui dictam dignitatem perpetuò obtinet.*

23 *Constitutus in dignitate ut quis dicatur, sufficit, quod habeat jurisdictionem cum præeminentia.*

24 *Abbates triennales fruuntur perpetua qualitate Abbatiali, ejusque privilegiis, solùmque fit, quoad eos, mutatio Monasterii.*

25 *Abbates sæculares dicuntur in dignitate, si habeant curam, administrationem, aut jurisdictionem.*

Item si saltem habeant præheminentiam in Choro, vel Collegium sub se, licet non habeant administrationem, & jurisdictionem.

26 *Abbates reliqui sine supradictis prærogativis non dicuntur in dignitate.*

27 *Antiquus abusus in Gallia refertur, ubi hoc nomen a Ducibus, & militibus usurpabatur.*

28 *Modernus ejusdem nominis abusus, quoad Aragonenses, Hispanos, Cathalanos, & Neapolitanos.*

29 *Abbates habentes dignitatem, & illam non habentes, iterum recensentur.*

30 *Memoratio an debeatur illi, qui est in quasi possessione, ut denominetur Abbas?*

31 *Resolvitur non deberi Laico, sed Ecclesiastico, qui habeat beneficium, vel officium Ecclesiasticum, quamvis non importet dignitatem.*

32 *Prædicta conclusio quomodo procedat?*

33 *Quatenus Episcopus possit prohibere dictum titulum Abbatis.*

34 *Antiquitus non poterant Abbatiæ, imo neque Monasteria erigi sine auctoritate Diœcesani.*

35 *Abbatiæ erectio dignitatis spectat ad Papam.*

Sed quid in Ecclesiis Regularibus? ibid.

Cujuscumque novæ dignitatis erectio in aliqua Ecclesia pertinet ad Summum Pontificem, & latè distinguuntur casus, & adducuntur opiniones, ibid.

Quid in erectione Abbatiarum Regularium tempore hodierno? ibid.

36 *Abbatias Cistercienses numero auctas, & fuit præscripta forma instituendi, tam circa distantiam, quàm ut adesset consensus Episcopi Diœcesani, & quare?*

37 *Consensus Episcopi hujusmodi an hodie requiratur?*

38 *Antiquo tempore Episcopi etiam eligebant Abbates Regulares.*

39 *Deinde fuit jus eligendi Abbatem reservatum Monachis ejusdem Monasterii.*

40 *Diversus modus eligendi Abbates, & distinctio inter eos, qui sint perpetui, & temporales.*

Qui dicantur sponsi Ecclesiæ, ibid.

41 *Aliqui Abbates sunt temporales, & quomodo eligantur ex diversis Constitutionibus?*

42 *Electio Abbatum perpetuorum, & sponsorum Ecclesiæ, quomodo fiat? & n.n. seqq.*

43 *In Abbatibus, & aliis dignitatibus Ecclesiarum Conventualium, etiam Regularium, nequit reservari Juspatronatus quo ad electionem, nisi per Papam, & num. seq.*

Patronus Laicus Jurepatronatu reservato ab inferiore quid acquirere possit in Ecclesia Conventuali? ibid.

44 *Electio quoad Abbates Regulares non perpetuos, & non sponsorum Ecclesiæ, quomodo fiat? & n.n. seq.*

45 *An possit eorum electio, ac aliorum Superiorum Regularium esse penes Capitulum, vel Superiorem.*

R. P. D. Marcellus Severolus Decanus Signaturæ Justitiæ commendatur.

46 *In hac materia attendenda sunt statuta propria Religionis, quæ pro legibus vim habent.*

47 *Declaratur non obstare prædictis dispositionem S.* Conc. Trid. cap.6. sess. 25. de Regularib.

48 *In officiis Regularibus consideratur amovibilitas ubi non fit Canonica electio.*

49 *An consuetudine possit induci, ut electio Abbatis, seu Superioris spectet ad Generalem, vel alium? & n.n. seqq.*

50 *Consuetudo quando sufficiat quadragenaria sine titulo, vel non? & n.63.*

51 *Episcopus an possit acquirere jus eligendi Abbatem in Monasterio non exempto?*

52 *Quomodo nunc servetur quoad electiones Abbatum in ordine Cisterciensi, & juxta Chartam Charitatis quid præscribatur?*

53 *Confirmatio Abbatum per electionem Canonicam, & ut sponsorum Ecclesiæ, spectat regulariter ad Episcopum, & n.n. seq.*

54 *Bulla Pii IV. circa reservationem confirmationis Sedi Apostolicæ quoad Abbatias, & Dignitates Conventuales excedentes certam summam.*

55 *In aliis, si non sint Monasteria exempta, procedit jus Episcoporum, secus in exemptis, & n. n. seq.*

56 *Declaratio S. Congreg. Concilii in hoc quoad PP. Præmonstratenses.*

57 *Comprobatur ex* Textu in cap. 1. de suppl. neglig. Prælat. *quoad Cistercienses.*

58 *Benedictio Abbatum distinguitur à confirmatione, & an sit necessaria, & à quo fieri possit?*

59 *Quare confirmatio Abbatum exemptorum spectet ad Summum Pontificem, & quomodo servetur in Superioribus Religionum?*

60 *Abbas exemptus nequit resignare Abbatiam, nisi in manibus Papæ.*

61 *Destituendi jus est illius, cujus est instituere.*

62 *An consuetudo, ut Episcopus interveniat in electione Abbatis, aut hunc eligat in Monasterio, sit valida? & n.n. seq.*

63 *Consuetudo quadragenaria sufficit, si jus vehementer aliud non resistat.*

64 *Ut consuetudo non sit irrationabilis, quid requiratur?*

65 *Qua-*

65 *Quadragenaria consuetudo non suffragatur Episcopo in dicto casu, & quare?*

An Regulares possint præjudicare, contraria consuetudine exemptioni eorum? ibid.

66 *Sed quid dicendum, si adsit consuetudo immemorabilis? remissivè.*

67 *Abbas debet eligi ex eodem Ordine professus, & n.n.sequ.*

68 *Canones diversi in hac re.*

69 *Debet esse professus expressè in eodem Ordine, nec tacite professus eligi potest, & eò minùs Novitius.*

70 *An talis qualitas non solùm sit necessaria in electione, sed etiam in provisione, quæ fit à Superiore.*

71 *Papa solum potest dispensare in hoc, & possunt postulari non professi, ut Papa conferat.*

72 *Idem procedit in electione Superiorum Religionum, in quibus non adest denominatio Abbatis.*

Quare talis denominatio non usurpatur? ibidem.

73 *Quid dicendum in beneficiis Regularibus, non continentibus Prælaturam, & superioritatem, an requiratur actualis professio, vel sufficiat, ut intra annum profiteatur, & quid in præsentatis à Regibus in Monasteriis?*

74 *Antiquitus an ob necessitatem posset eligi Abbas alterius Ordinis?*

Antiquitus eligebantur Abbates ex professis ejusdem Monasterii, ibid.

75 *Hodie est certum, quod debet esse professus ejusdem Ordinis.*

76 *Non est necesse, quod sit professus in eadem Provincia, vel Monasterio, & quid importet distinctio Provinciarum?*

Limitatur si adsit speciale statutum Religionis, & quid servetur in ordine Cisterciensi? ibidem.

77 *An possit præscriptione acquirere Superior alterius Ordinis, seu Religionis superioritatem in alia Religione, & adducitur causa discussa coram Auctore uti Auditoris Cameræ Locumtenente.*

78 *Alexiani qui sint in Germania? & non habent Ordines Clericales.*

79 *Obtinuerunt à Summis Pontificibus exemptionem, & facultatem assumendi alium Regularem Presbyterum pro functionibus ejus Ordinis Presbyteralibus.*

80 *Prior Cruciferorum tale munus Presbyteri assumpti exercuit per plures annos.*

Adducuntur rationes ejus pro continuatione.

81 *Visitatio an possit præscribi, vel in totum, vel ut fiat ab aliquo in præjudicium proprii Superioris?*

Per plures casus distinguitur hæc materia latè, ib. & n.n.seqq.

82 *Superior Generalis Ordinis habet superioritatem, & juris assistentiam in toto Ordine, & numer. 92.*

83 *Manutentio quatenus possit dari in dicta materia, & in actibus facultativis?*

84 *Adducuntur rationes contra Superiorem alterius Religionis in petitorio, & n.n.seq.*

85 *Actus qui potest referri ad jus præambulum, nequit referri ad causam dubiam, & contra jus.*

86 *Actus non debent egredi tenorem Constitutionum Summorum Pontificum, à quibus procedunt.*

87 *Quatenus non usus non præjudicet habenti ordinariam jurisdictionem?*

Actus particulares conservant jus in Ordinario universaliter, ibid.

88 *Actus gesti aliquo jure superinducto, & delegato nequeunt prodesse pro jure proprio.*

89 *Potest removeri Regularis alterius Ordinis assumptus à proprio Superiore in vim permissionis Apostolicæ concedentis ejus arbitrio talem electionem.*

Nec obstat, quod Antecessores permiserint continuationem, ibid.

90 *Decisio Sacræ Rotæ adducitur in confirmationem dicti Judicati Auctoris.*

91 *Privilegium Apostolicum superioritatis ad favorem alterius ex diversa Religione quomodo intelligi debeat? & n.seq.*

Papa præsumitur se conformare juri, ibid.

92 *Superior Religionis habet juris assistentiam in jurisdictione super tota Religione.*

ABbatiarum institutio atque erectio suam ducit
originem à glorioso illo Antonio Ægyptio, qui
strenuus Dux plurimorum cultui Divino addictorum, 1
ab omnibus Abbas fuit nuncupatus, ejusque Cœnobium Abbatia Antonii dicta, cujus exemplo Superiores, & Duces aliorum solitariorum, eorumque Cœnobia, in quibus residebant, Abbates, & Abbatiæ similiter fuerunt appellatæ. Sic etiam fuit dictus Magnus ille Basilius Ecclesiæ Doctor, Gabriel. Pennot. *hist. trip. Ord. Can. Regul. lib. 2. cap. 31. & sequen.* Niceph. *lib. 8. hist. Eccl. cap. 41.* Imo ab antiqua lege ejusmodi usum effluxisse probat Tambur. *de jur. Abb. tom. 1. disp. 2. qu. 1. & seqq.* itaut Abbatia erat dictus locus ille, in quo residebat Abbas, & iste Dux plurimorum Monachorum, Du-Gange *in glossar. ver. Abbatia.* Postea verò restituta pace Ecclesiæ, sub Divo Benedicto majores excrevere Abbatiæ, & meritò Abbas Abbatum, & Dux Monachorum omnium Ma-
gnus ille Patriarcha fuit appellatus, ut apud citatos 2
Doctores. Certarunt proindè nedum Ecclesiastici Præ- 3
sules, sed Principes, ac laici fundare Abbatias, pluribus attributis redditibus, ut disertè expendit Thomassin. *de benef. tom. 1. lib. 3. cap. 16. & cap. 35. & tom. 2. lib. 2. cap. 28.* ubi dixit alias fuisse Abbatias Regales, Regum munificentia dotatas, alias Episcopales, itaut maxima Episcoporum liberalitas ne in propriarum Ecclesiarum detrimentum cederet, fuerit statutum à Conciliis, ne quinquagesimam partem bonorum Ecclesiæ excederent, ut prosequitur cit. Thomassin. *cap. 16. num. 2.* Sic temperata largitate Episcoporum, permissum à Conciliis fuit hoc pium studium extruendi Abbatias.

His dictis de Abbatiarum origine, aliqua subden-
da circa nomen Abbatis, variamque usurpationem 4
putavi in hoc Commentario. Est enim Abbas nomen Chaldaicum nativitate, & origine, transmigratione verò Hebræum etiam ac Syrium, quod idem apud nos valet ac Pater, vel dulcis Pater, & sub hoc nomine fuerunt appellari prisci illi Anachoriticæ vitæ Institutores, & Monastici Ordinis propagatores. Hinc in pluribus Conciliorum Canonibus Patres Monachorum fuerunt latinè appellati, ut dicunt Tambur. *de jur. Abb. tom. 1. disput. 1. qu. 1.* Bravo *ad regul. S. Benedicti*, Gonzal. *in cap. 1. nu. 2. de tempor. ordin.*

Verùm licèt tale nomen superintendentiam, & gu-
bernium indicaret, tamen ad majorem expressionem, 5
& ad aliquam forsan accidentalem differentiam denotandam, aliud nomen Græcanicum additum fuit, & sic alii dicebantur Abbates Cœnobitæ, scilicet Cœnobii, quod latinè domicilium sonat, quia gubernio alicujus domus Monachorum erant addicti: alii vocabantur Abbates Archimandritæ, sumpta metaphorica denominatione à mandra, quæ ovium ovile denotat, & dicebantur ö, qui in plures considerabilis numeri Monachos curam, & solicitudinem impendebant, ad differentiam Abbatum simplicium, qui diminutum numerum gubernabant, & latè de denominatione Abbatis vide Hyppol. de Marsil. *de Eccl. reddit. orig. 2. part. cap. 15. num. 5.* Macrium *in Hierolex. ver. Abbas*, Fagnan. *in cap. ex transmissa num. 5. de renunciat.* Ursel. *Concl. prima num. 2.* Cened. *concl. 105.* Campanil. *in div. jur. Can. rubr. 7. cap. 6. num. 91.* Al-

varez.

varez. de planct. Eccles. lib. 2. cap. 25. D. Antonin.
in summ. part. 3. tit. 10. cap. 7. Moscov. in tract. de
Majest. Eccles. part. 1, cap. 9. & optimè D. August.
lib. 3. de Consensu Evangelistarum cap. 4. explicans
verba Christi Domini in Evangelio Marci 14. Ab-
ba Pater, omnia tibi possibilia sunt; ait: Quia Domi-
nus conjuncturus Ecclesiam ex Judæis, & Gentibus,
ac indicare volens Deum esse Patrem tam horum,
quàm illorum, voce hebraica, & latina usus est.

Imò hoc nomen Abbatis, nedum fuit usurpatum
6 apud Monachos, sed etiam inter Clericos Sæculares
introductum, nam & si prima institutione sollicitu-
dinem importaret, non dignitatem, ut infra dicam,
tamen ad honoris prærogativam indicandam fuit
assumptum, & sic in sæculares transmigratum. Di-
cunt tamen aliqui Sæcularium originem ab Abbati-
7 bus Regularibus usurpatam, quia omnes Abbatiæ
fuerunt Regulares, deinde translatæ in Sæculares,
aut ex mutatione Status, aut per commendam. Ita
sæculares dignitates, quæ in Ecclesiis Sæcularibus
vigent, denotant fuisse ibidem easdem regulares earum
initio, Thomassin. de Benef. tom. 1. lib. 3. cap. 68. nu.
13. quodque propterea remanserit nomen illud Ab-
batis inter Regulares usitatum.

Verùm dictus Auctor dubitativè loquitur, & pro-
babilem opinionem eam putat, & quidem non vi-
detur universalis talis assertio, ut edocemur à Con-
8 cilio Parisiensi, quod habitum fuit sub Ludovico, &
Lothario Imperatoribus, ex quo constat olim Cano-
nicos Sæculares subditos fuisse suis Abbatibus, que-
madmodum Regulares subiiciuntur propriis, ut in
Can. 37. ibi: Decet, imo necesse est, ut Abbates Ca-
nonicorum attendant ad quod Abbates vocentur, si
Patres spirituales sunt, filios spirituales Domino gi-
gnant. Et in cap. ex transmissa de renunciat. & in
cap. ultimo de major. & obed. fit mentio de Abba-
tia in Ecclesia Sæculari. Et in Ecclesia Salamanti-
na, & Toletana, adesse dignitatem Abbatialem,
seu Prioralem, docet Azor. lib. 3. Instit. cap. 19. &
de eadem Abbatiali dignitate in Ecclesia Elnensi,
Rota dec. 103. & dec. 222. part. 19. recent. & pro-
indè posse ex institutione etiam hujusmodi dignita-
tes ad denotandam prælationem in Ecclesiis ab ini-
tio Sæcularibus erigi, docent Gonzal. ad cap. cum
Monasterium nu. 12. de elect. Abb. in cap. majorib.
de prebend. Zecch. de Republic. Christiana tit. 25. n.
2. Campanil. cit. cap. 6. num. 92. Selva de benef. part. 1.
qu. 2. num. 35. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 2.
qu. 6. num. 2.

Itaque duplex est Abbatia, una Sæcularis, Regu-
9 laris altera, Gloss. in cit. cap. ex transmissa verb. Ab-
batis, Abbas ibidem num. 5. Paris. de resignat. benef.
lib. 2. qu. 1. num. 68. Hojeda de incomp. benef. part. 1.
cap. 5. num. 2. Unde non loquor de Clericis Sæcu-
laribus, qui possident Abbatias regulares commenda-
tas, cujus speciei divisionem enumerat cit. Thomas-
sin. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 12. quia illæ etiam di-
cuntur Abbatiæ Regulares, cùm per transitum ad
Commendam, status earum non immutetur, ut ple-
nè Fagnan. in cap. in Ecclesiis num. 19. & seqq. de
Capellis Monachorum, & alibi dicam, & sic firma
remanet divisio Abbatiarum in Sæculares, & Regu-
lares; istæ autem etiam possidentur per Sæculares in
Commendam.

Utrùm igitur Abbatis nomen importet dignita-
10 tem, Doctores disputant, & quod non sit dignitas,
sed purum nomen sollicitudinis, dixerunt Gloss. in cap.
tuam ver. non ascendat de ætat. & qualit. cap. 1. de
supplen. negligentia Prælatorum, Joannes Monachus
in cap. Inquisitores de hæreticis in 6. Archid. in can.
Fraternitatem dist. 17. Innoc. in cap. de multa de
prebendis, & in citat. cap. tuam in fin. Felin. in cap.
meminimus de accusat. & cap. decernimus de Judi-
ciis, Fagnan. in cap. Quia propter num. 10. de elect.
Campanil. cit. cap. 6. num. 91. Rota dec. 9. num. 8. & 9.
post Tamb. de jur. Abb. & dec. 1326. num. 6. coram
Coccino, itaut post Ostiarium in Ecclesia locum
habebat, refert Gonzal. capit. ad aures nume. 5. de
tempor. Ordinand. vers. dum præscribitur in Eccle-
sia.

Contrarium tamen docent Gloss. marginalis cit. in
cap. tuam ibi: Quia negari non potest quod sit honoris,
& dignitatis, cap. ut Apostolica de privil. in 6. Mur-
ga ad Constitutiones Benedictinas Const. 9. nu. 5. Const.
16. num. 1. & seq. Azor. Instit. mor. part. 2. lib. 3. cap. 17.
Galganet. de jure public. lib. 3. tit. 38. Joannes Andr. in
cit. cap. quia propter num. 5. Rota cit. dec. coram Cocci-
no num. 6. vers. Attamen contrarium, itaut etiam ali-
qui voluerint esse dignitatem non Episcopali inferio-
rem, ut apud cit. Murgam.

Verùm sunt distinguendæ plures Abbatum species,
alii enim sunt illi, qui jurisdictionem quasi Episcopa- 11
lem obtinent, nedum in Regulares, sed etiam in
Sæculares, & proprium, ac distinctum territorium
habent, constituuntque specialem Diœcesim, de qui-
bus fit mentio in cap. Abbates de privil. in 6. ubi
Gloss. ver. quasi Passerin. num. 4. & passim commu- 12
niter Doctores. Alii autem sunt in Monasterio exem-
pto, sed quidem existente in Territorio certæ Diœ-
cesis, itaut jurisdictio Abbatis sit restricta in solos
Regulares, imò aliquandò etiam Sæculares, non con-
stituendo tamen Diœcesim distinctam, & de utrisque
loquuntur Doctores apud Garciam de Benef. part. 7. 13
num. 11. Nicolium in Floscul. ver. Abbas, Barb. de
jur. Eccl. cap. 17. num. 95. Gratian. discept. 212. Tamb.
cit. tom. 2. disp. 2. qu. 1. & sequentib. & alibi. Alii
etiam sunt, qui Abbates nuncupantur in Cathedra-
libus, vel Collegiatis Ecclesiis. Alii, qui sub titulo
Abbatiæ Beneficium Sæculare obtinent. Alii, qui Be-
neficium regulare Abbatiæ nomen deferentes in Com-
mendam retinent. Et alii demum, qui vanitate, seu
abusiva denominatione dicuntur tales, vel sine Be-
neficio, vel cum aliquo, quod non habeat titulum
illum.

Illi igitur Abbates, sive Sæculares, sive Regulares
sint, qui habent Territorium separatum ad instar Diœ-
cesum cum quasi Episcopali Jurisdictione, citra om- 14
ne dubium habent veram dignitatem, quia præter
munera procedentia à benedictione, habent Jurisdi-
ctionem quasi Episcopalem tam in spiritualibus, quàm
in temporalibus, ut notat Gloss. in cit. cap. Abba-
tes ver. quasi Episcopalem, hinc vocantur Diœcesa-
ni; ad Confessiones approbant Sacerdotes pro Sæ-
cularibus; tenentur intervenire in Concilio Provin-
ciali, ut latè Tambur. de jur. Abb. tom. 2. disp. 6. qu.
11. Barb. ad Conc. Trid. cap. 15. num. 28. sess. 23. de
reform. & cap. 2. num. 8. sess. 24. de reform. Fagnan.
in cap. ex transmissa num. 5. de renunciat. Alii verò, 15
qui etiam habent jurisdictionem in aliquos, sed non
constituunt distinctam Diœcesim, etsi non habeant
jurisdictionem, & præeminentias, quas primi obti-
nent, tamen plura exercent, ex quibus Dignitas ori-
tur. Ista enim eùm detur, vel ratione Curæ, vel præ-
eminentiæ, Bald. in cap. Pastoralis in princ. num. 7.
de Offic. delegati, Staphil. de litteris gratiæ fol. 57.
col. 2. Rota cit. dec. 9. num. 3. & 9. post Tamb. ergo
concurrente in illis tam cura, quàm præeminentia,
eò magis effulget qualitas Dignitatis, & de istis plu-
ribus citatis agunt Tamb. cit. tom. 1. disp. 1. qu. 2.
Lapus alleg. 84. num. 11. Barb. de appellativa verbo-
rum, utriusque juris signific. appellat. 3. Murga ad
Const. 16. & unic. Alex. VII. num. 2. & seq. Rota
dec. 41. per tot. & præsertim num. 2. & 3. post Tamb.
& priùs dec. 39. ubi de hujusmodi Abbatibus haben-
tibus jurisdictionem quasi Episcopalem, prout in dec.
43. & 44. post eundem, & alibi, ubi concluditur Ab-
batiam esse dignitatem in primo gradu post Ponti-
ficalem, nec connumerari inter dignitates inferiores,
& n. 7. dicit sufficere jurisdictionem habere in per-
sonas, licèt non adsit Territorium separatum, hoc
enim importat, ut Abbas possit plus, quàm si Ab-
batia esset in Territorio Episcopi, non tamen ab iis
excluditur dignitas; nam quilibet habens jurisdictio-
nem in certas personas, verè dicitur esse in digni-
tate

tate constitutus, ut *in dec.* 46. post eumdem, & tunc
dicitur Prælatus inferior, *ut in dec.* 47. *num.final.* &
sic tam primi quàm secundi verè habent dignitatem,
primi tamen magis Episcopis propinquam, & æqui-
parantur Episcopis in iis, quæ à jure procedunt,
non tamen quæ procedunt ab Ordine, Fagn. *cit. cap.*
ut Abbates, *n.* 15. ex Oldrado *cons.* 14.

Quo verò ad illos Abbates, qui tantùm præsunt
16 Monachis Monasterii, cùm verè iidem obtineant
curam Monachorum, & præeminentiam, possintque
contra istos procedere, nedum ad domesticam, &
paternam correctionem, sed etiam judicialem, ut
alibi dicam, ex hoc eruitur vera qualitas dignitatis.
Hinc Monachi tenentur obedientiam illis exhibere,
admittuntur ab Abbatibus ad professionem, & alia
hujusmodi, Campanil. *cit. num.* 93. ubi quod si sit Præ-
latus, & Abbas Superior, putà Generalis, majorem
17 dignitatem obtinet. Hinc in Congregatione Cassi-
nensi cùm non adsit Generalis, Abbates habent ma-
jorem jurisdictionem, & existimationem, Rota *dec.*
329. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* & competit Abbati ma-
nutentio exigendi obedientiam à Monachis, qui si-
ne ejus consensu non recipiuntur in Monasterio,
necnon habet authoritatem revocandi eosdem vagan-
tes ad Claustra, Oldrad. *cons.* 97. & latè Rota *decis.*
525. coram Cavalerio, & *dec.* 1431. *numer.* 14. coram
Coccino.

Quamobrem, etsi in sui institutione Abbas fuerit
18 nomen duntaxat solicitudinis, ut suprà dixi, id ex
eo provenit, quia in illis Monachorum Patribus pri-
mævis non considerabatur, nisi potestas familiaris,
& domestica ad instar Patris familias, nam & quo-
ad potestatem jurisdictionis subiiciebantur tam Ab-
bates quàm Monachi Episcopis Diœcesanis, ut in
19 *Can. qui verè* 16. *quæst.* 1. *Can. Abbates* 18. *qu.* 2.
Barb. *de potest. Episc. alleg.* 105. *num.* 1. Fagnan. *in*
cap. cum dilectus num. 14. *de Religiosis domibus*, Pas-
serin. *de Stat. hom. tom.* 3. *quæst.* 189. *art.* 10. *inspect.*
10. *num.* 664. & *seq.* Rota *dec.* 17. *part.* 1. *recent.* &
dixi *in Comment. ad Constit. primam* Paschalis II.
sect. 1. Itaque cùm potestas jurisdictionis tunc non
esset in Abbate, remanebat in eo pura potestas œ-
conomica non importans dignitatem, Passerin. *de elect.*
qu. 25. *num. fin.* & cùm Regulares non reciperent Or-
dines, etiam Abbas inter Clericos collocabatur, quod
deinde mutatum fuit ob assumptionem Ordinum,
& Sacerdotii, ut notat cit. Gonzal. *cap. ad aures n.*
5. *de temp. Ordin.* Concessa verò jurisdictione Supe-
rioribus regularibus, illud nomen Abbatis transivit
20 etiam in dignitatem, præsertim accedentibus tot præ-
rogativis, & privilegiis, quibus fuerunt cumulati Ab-
bates à Sede Apostolica; hoc etenim sensu, quando sci-
licet Abbas habet Curam, & Conventum, ratione Ju-
risdictionis, & præeminentiæ, verè dignitas dici de-
bet; priùs enim Clericus, Diaconus, & quilibet lai-
cus Curam Monasterii gerere poterat, *Can. accedens*
50. *dist.* & ita nunc verè esse dignitates hujusmodi Ab-
bates Regulares docuerunt Campanil. *cit. numer.* 93.
Ricc. *in prax. capit.* 271. Hojeda *de incompat. benef.*
part. 1, *cap.* 5, *num.* 5. Fagnan. *in cap. accedentibus n.*
20. *de excessibus Prælatorum*, & *cap. ut Abbates num.*
4. & 16. §. *quidquid*, & *in cit. dec.* 9. post Tambur.
& *dec.* 647. *num.* 4. coram Seraph. *dec.* 26. post Murg.
cit. numer. 5. & 6. ubi tradit propterea requiri in eo-
rum electione formam *cap. quia propter*, & dignitas
quoque appellatur à Paulo Secundo *in extravag. am-*
bitiosa de reb. Eccl. non alien. & dicuntur Prælati *dec.*
264. *num.* 6. *decis.* 220. *num.* 20. & *seq. part.* 17. *recen.*
& habent Territorium, nempè Monasterium, coram
Zarat. *dec.* 45. *numer.* 45. De Abbatibus triennalibus
21 etiam idem Doctores dicunt, cùm successerint loco
perpetuorum per Institutores injunctorum, ut dicam
infrà, & pluribus rationibus comprobat Tamb. *tom.*
1. *disp.* 1. *qu.* 2. *à numer.* 14. quamvis enim, ut quis
dicatur Beneficiatus cum dignitate, debeat obtinere ad
22 vitam, dictam dignitatem, juxta *capit. de multa de*
præbend. & *Extravag. execrabilis eodem tit.* tamen,
ut dicatur constitutus in dignitate, sufficit quod ha-
beat jurisdictionem, & præeminentiam, ut est in Vi- 23
cario Generali, sed etiam in Abbatibus triennalibus
consideratur semper perpetua Abbatialis qualitas; tan-
tùmque fit mutatio Monasterii ex Summi Pontificis 24
permissione, sine tamen præjudicio eorum privilegio-
rum, imò fruuntur omnibus privilegiis, ac si essent
perpetui, & benedicti, ut notant Tamburin. ibid. &
disput. 2. *quæst.* 13. & latè Murga *ad Constitut. unic.*
Alexan. VII. *la* 16. §. 10. ubi recenset omnes Consti-
tutiones, quibus est communicatum tale privilegium,
quod videtur omnibus Abbatibus Benedictinis com-
mune; sed de hoc privilegio alibi dicam.

Porrò in Abbatibus sæcularibus existentibus in Ca-
thedralibus, vel Collegiatis, procedit eadem regula, 25
ut si habeant Curam, & administrationem, vel præ-
eminentiam, dicantur dignitates, *cap. ut Abbates de*
ætat. & *qualit. capit. ex transmissa de renunciatione*,
ubi Fagnan. *num.* 2. & dixerunt citati Doctores, Gon-
zal. *in capit. cum Monasterium cit. numer.* 12. *de elect.*
Selva *de benef. part.* 1. *qu.* 2. Tamb. *de jur. Abb. tom.*
1. *disput.* 1. *quæst.* 2. *num.* 8. & requiritur, vel quod
habeant administrationem, vel quod habeant nomen
dignitatis, & præeminentiam in Choro, & Capitulo,
licèt non habeant veram administrationem, & jurisdi-
ctionem, Fagnanus *in cap. cum in cunctis num.* 49. *de*
elect. Rota *decis.* 1547. *num.* 2. *per tot.* & *dec.* 1597.
coram Penia, & *dec.* 5. 6. & 7. post Tamburin. in
quibus dicitur requiri saltem præeminentia supra Col-
legium, quod non constituebant Beneficiati in illa
causa, sed solùm ipsi unum ex illis constituebant Ca-
put, & optimè *in citat. dec.* 9. post eumdem Tamb.
num. 3. 8. & 9. *dec.* 650. *numer.* 7. coram Cavaler. &
de Abbate sæculari habenta jurisdictionem in Beneficia-
tos, quoad solam reverentiam, & obedientiam restri-
ctam à S. Rota, itaut pro zelo propriæ conscientiæ
eos corripere valeat etiam mulcta pecuniaria modica,
ut sit dignitas, quamvis subsit, latè Rota *dec.* 103. &
dec. 222. *par.* 19. *recent.*

Quoad reliquos tandem, qui non habent Colle-
gium sub se, nec Jurisdictionem, seu Curam, aut præ- 26
eminentiam, dicuntur nominetenùs Abbates, sed ve-
rè non habent dignitatem in re, sed tantùm inani glo-
ria sic denominantur, ut dixit Rota *in citatis decisio-*
nibus coram Penia; imò non defuit priscis temporibus
hæc ridicula ambitio etiam in Monasteriis ipsis, ut
patet ex D. Hieronymo *ad Epistolam quartam* D. Pau-
li ad Galatas *cap.* 6. ubi his verbis in ambitiosum
quemdam invehitur: *Cum autem Abba Pater Hebræo*
sermone, Syrioque dicatur, & Dominus Noster in
Evangelio præcipiat, nullum Patrem vocari, nisi
Deum, nescio qua licentia in Monasteriis, vel voce-
mus hoc nomine alios, vel vocari nos acquiescamus.
Tamen ut observat Petrus Greg. *Syntag. jur. par.* 2. *lib.*
15. *cap.* 13. *num.* 3. loquitur Sanctus Doctor contra il-
los, qui nullam Curam in alios obtinebant, & tamen
hujus Abbatialis nomenclaturæ ambitio eos urge-
bat.

Longè tamen radices fixerat præfatus abusus in Gal-
lia, ubi inoleverat mos etiam apud sæculares, Comi- 27
tes, Duces, imò milites, hujusmodi nomen Abbatis
usurpari, ut referunt Alteserra *lib.* 1. *de Ducibus*, Re-
natus Choppin. *lib.* 1. *de sacr. polit. tit.* 1, *num.* 20. Gon-
zal. *in cit. cap. cum Monasterium num.* 10. Verùm id
evenit ex eo, quod Regularium Abbatiæ commenda-
tæ fuerunt prædictis laicis, ut notat Thomassin. *de*
benef. tom. 3. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 5. & *cap.* 13. *num.*
12. & *tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 7. quod tamen fuit ju-
stè prohibitum.

Magis tamen risu digna hæc corruptela nostris tem- 28
poribus videtur non solùm apud aliquos possidentes
Beneficia Ecclesiastica simplicia, sine aliquo titulo,
verùm etiam apud Rectores Civitatis, ut in Arago-
nia, qui dicuntur Abbates, & eorum Uxores Abba-
tissæ, Cardinalis *in Clement. attendentes* §. *Statuimus*
in quinta quæst. de stat. Monach. & alicubi artium Consu-
les, & Priores, Abbates nominantur, Alciatus *in leg.*
Col-

Collegiarum, *ff. de verbòr. signific.* & apud Hispanos, Cathalos, & illos Regni Neapolis viget hujusmodi usus in simplicibus Clericis, imò etiam Neapoli Cursores Curiæ Archiepiscopalis, & Nuntiaturæ Apostolicæ, ita nominantur, de quo abusu, vide Fagnan. *citat. cap. ex transmissa numer. 2. de renunciat.* Ursel. *Concl.* 1. *numer.* 2. Rota *cit. dec.* 1547. *num. fin.* coram Penia, *& Adden. ad dec.* 466. *num.* 12. coram Pamph.

Unde concludendum, veram dignitatem dunta-
29 xat residere in Abbatibus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, vel saltem jurisdictionem in certas personas, quamvis sine Territorio separato. Rursùs Abbates quandoque nuncupantur Superiores Monasteriorum, in quibus adsunt Monachi sub Cura eorumdem. Ita etiam illi, qui obtinent administrationem, vel præeminentiam in aliqua Ecclesia Collegiali sæculari; omnes enim isti magis, vel minùs dicuntur in vera Ecclesiastica dignitate constituti, ex prædictis firmatis, quia vel habent jurisdictionem, vel saltem præeminentiam supra alios de Collegio cum communi reputatione, quod sufficit, *ex cit. dec.* coram Penia, *&* 9. post Tambur. Reliqui verò, etsi vocentur Abbates, vel abusivè dicuntur tales, vel sola denominatio sine effectibus non importat dignitatem, ut optimè Hostien. *in capit. de multa de præbend.* Ancharan. *in Clem. si dignitatem eodem tit.* Decian. *Cons.* 19. *num.* 119. *lib.* 3. & Rota *cit. decis.* 1547. *nu.* 4. *vers. quia id* coram Penia.

Sed si aliquis haberet hunc titulum Abbatis, an
30 possit petere talis denominationis manutentionem?

In hoc distinguendum puto, aut enim agitur de
31 laico, cui nullo modo competit talis denominatio Ecclesiastica, & cum resistat vehemens jus, nullo modo videtur manutentio concedenda sine titulo, Mascard. *Concl.* 1203. *num.* 3. *de probationibus*, Covar. *practicar. quæst. cap.* 17. *num.* 6. Posth. *de manut. observ.* 44. *num.* 12. Abbatis enim nomen est dignitas Ecclesiastica, *cap. ut Abbates de ætate, & qualitat. can. si quis deinceps* 16. *quæst.* 7. & passim alibi. Si verò agatur de persona Ecclesiastica, quæ habeat beneficium, vel aliquod officium Ecclesiasticum, & quamvis non importet dignitatem, si tamen constiterit de possessione, debet manuteneri, donec videatur in petitorio, an verè ei competat talis denominatio; potest enim fieri, ut quis nominari possit Abbas sine vera dignitate Abbatiali, ejusque requisitis; unde nequit pendente discussione petitorii, talis denominatio prohiberi, & in his terminis Rota *decis.* 466. coram Pamphil. *per tot.* in eadem causa, in qua coram Penia, ut supra, dixit talem Abbatem non habuisse dignitatem; illud tamen procedit, si
32 concurrat scientia, & patientia eorum, quibus præjudicare potuisset, ut in quocumque jure incorporali requiritur, Seraph. *decis.* 1497. *num.* 2. *& decis.* 466. *num.* 3. *cit.* coram Pamphil. potest tamen Epis-
33 copus hujusmodi intitulationem prohibere, quatenus sit contra rationem, non tamen si dubitetur, & constet de possessione, ut prosequitur *cit. decis.* 466. *num.* 7. *&* 9. ubi quod scientia Episcopi resultet ex denominationibus factis in pluribus actibus.

Quoad erectionem Abbatiarum dicitur, quod statutum in hac Bulla confirmatum tantùm importet non extrui Abbatias, nisi Episcopus confirmet Char-
34 tam istam charitatis, ne dissidia sint inter eum, & Monachos. Sed hoc unum certum est antiquo tempore non fuisse permissum Abbatias erigi, imo neque Monasteria, nisi Episcopo auctorizante, ut in Conciliis Agathensi, & Epaonensi habetur: *Nisi Episcopo permittente, aut probante, Cellas nostras, aut Congregatiunculas Monachorum absque notitia Episcopi prohibemus institui*, apud cit. Thomassin. *to.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 1. Unde pro privilegio habuerunt Monachi Cluniacenses à Paschali II. Anno 1100. *Ut in omnibus Prioratibus, & Cellis, quæ nunc sine proprio Abbate vestro regimini subjectæ sunt, nullus unquam futuris temporibus Abbatem ordinare præsumat*, Bibl. Cluniacens. *pag.* 522. quod alii Summi Pontifices confirmarunt.

Sed an dignitatis Abbatiæ erectio spectet solùm ad
Papam, vel aliarum dignitatum in Ecclesiis Cathe- 35
dralibus, vel Collegiatis?

Circa hoc dubium, variæ sunt opiniones. Alii enim dicunt non posse erigi aliquam dignitatem de novo ab inferiore Papa, itaut soli isti talis facultas competat, neque possit id facere Episcopus etiam cum consensu Capituli, *Can.* 1. *dist.* 22. ubi Gloss. *v. omnes.* Felin. *in cap. cum accessisset numer.* 14. *de Constit.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 5. *num.* 14. Monet. *de Conserv. cap.* 5. *num.* 69. Ricc. *in prax. res.* 322. *in* 2. *edit.* Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *& seqq.* & in terminis Abbatiarum Thomassin. *cit. lib.* 1. *tom.* 3. *cap.* 68. *num.* 8. Alii contrarium firmant ex Gloss. *ver. concessimus versic. Sed hoc non est verum, in cap. Cum olim*, Selva *de Benefic. part.* 1. *qu.* 4. *num.* 18. *& part.* 4. *qu.* 7. *numer.* 20. *casu* 116. Rota *decis.* 1495. *numer.* 1. coram Seraph.

Alii distinguunt, quod non possit Episcopus erigere novam dignitatem in Ecclesia universali non existentem, idque pertinet ad solum Papam; verùm posse constituere dignitatem ab Ecclesia receptam in Ecclesia particulari, docent Barbosa *de potestat. Episcopi part.* 3. *allegat.* 68. *num.* 12. Zerola *in praxi Episcoporum v. Beneficium part.* 1. quem refert Corrad. *cit. nu.* 33. *vers. Dum quærit*, & citant Rotam, *dec.* 114. *n.* 3. *& seq.* coram Mantica.

Certum est illam distinctionem jure posse subsistere, quia verè *cit. Can.* 1. *dist.* 22. loquitur de erectione novarum dignitatum. Nec obstat *cit. cap. cum olim* nam ibi fuit petita licentia à Pontifice, quia non aderat consensus Capituli; imo Papa approbat erectionem stante consuetudine Ecclesiæ habentis dignitatem Præcentoriæ, de qua agebatur, ut declarando dictum Textum dixerunt Abbas *ibid. num.* 2. & Fagnan. *cap. Dilecto num.* 26. *&* 27. *de Præbendis*; prout rejicienda est opinio secunda supra adducta permittens Episcopo erectionem cujuscumque novæ dignitatis, quia contrarium elicitur ex dicto *Can.* 1. *distin.* 22. *cap. Cum olim de consuetudin.* & declaravit S. Congregatio apud Fagn. *cit. num.* 27. & latè docent alii apud Corrad. *cit. cap.* 2. Nec dict. Gloss. *cit. verb. Concessimus* supra in contrarium adducta id dicit, quia in fine concludit verbis: *Contrarium credo*; & adest etiam ratio, quia si una dignitas constituatur, alia diminuitur, *argum.* 99. *dist. Can. Nullus, & seq.* & dignitates omnes originariè Romana fundavit Ecclesia, Fagnan. *cap. Nullus n.* 3. *&* 6. *de elect.*

Verum tamen est, quod in praxi indistinctè servatur recurri ad Sedem Apostolicam pro erectione cujuscumque dignitatis, etsi in Ecclesia universali jam erectæ, dummodò in Ecclesia ubi est erigenda, non adfuerit, ut plenè testantur Corrad. *cit. versic. At verò*, Mandosius *in tract. Signatura Gratiæ titulo erectiones vers. novas dignitates*, Lotter. *cit. num.* 14. quæ praxis uti redacta in stylum, debet servari, §. *Quæ omnia Instit. de satisd.* & Gonzal. *ad regul.* 8. §. 1. *num.* 40. *& seq.* stylus enim interpretatur jus, ut prosequitur cit. Corrad. *num.* 40. & priùs dixerat, quod numquam Sedes Apostolica approbat erectiones alio modo factas.

Limitatur tamen, si in Ecclesia aliquando extiterit certa dignitas, quæ deinde defecerit, quia poterit Episcopus denuò illam restaurare, dummodò adsit congrua dos, & consensus Capituli, ut prosequitur idem Corrad. *numer.* 31. *& seqq.* & in hoc sensu procedit *citat. decis.* 114. coram Mantica, ubi *numer.* 2. casus exprimitur, quod dignitas Decanatus fuerat erecta, & posteà suppressa, & plenè firmatur requiri dotem, & consensum Capituli in tali restauratione, nec posse Capitulum id facere sine licentia Episcopi, & etiam dixerunt Corrad. & Lotter. *loc. citatis.*

Prædicta procedunt circa Abbatias, quæ sint verè digni-

dignitates tam in Ecclesia Cathedrali, quàm Collegiata, & quoad Regulares, si sint electivæ ad formam Institutionis Canonicæ; nam in Abbatiis Regularibus, quæ subiiciuntur Capitulo Generali, & sunt Abbates amovibiles, vel certo tempore designato, etsi possint dici etiam habere dignitatem, ut dixi; certum tamen est ex statutis propriæ Religionis à Sede Apostolica confirmatis fieri erectionem alicujus Monasterii, seu Prioratus in Abbatiam, vel per Capitulum Generale, vel alio modo ibi præscripto, ut in Religione ista Cistercienfi, *in cit.* Nomasticon plures adsunt leges tam circa distantiam, quàm circa numerum Monachorum, apud quem, Auctorem in reliquis remitto; nec ullus requiritur consensus Episcopi, quia fundatis Monasteriis, in his, uti exemptis, nulla remanet potestas in Episcopo, firma tamen remanente sua jurisdictione de jure sibi competente in non exemptos. Si verò agatur de erectione novæ Abbatiæ, scilicet novi Monasterii, tunc servandæ sunt leges à jure, & Constitutionibus Apostolicis in fundatione novorum Monasteriorum præscriptæ, ut innui in Commentario *ad Constit. II. Paschalis II. sect.* 1, & dicam in Commentariis ad dictas Constitutiones Deo dante.

Ob multiplicitatem Abbatiarum, quæ exiguo tempore in ordine Cisterciensi tam creverant, plura fu-
36 isse præscripta in Capitulis Generalibus, apud citat. Nomasticon Cisterciense constat; & præsertim in Capitulo Cisterciensi anno 1151. statutum fuit, ne de cætero aliqui novam construerent Abbatiam, quia numerus earum satis excreverat, ut narrat Matth. Paris. apud cit. Thomassin. Ita ne extrueretur nova Abbatia sine consensu Episcopi, & nisi per decem leucas Burgundiæ distaret ab alia, & haberet sexaginta Monachos, ut in Capitulo anno 1134. annis decem, & octo ante hanc Constitutionem Eugenii; idque fuit cautum, ne dissidia orirentur inter Episcopos, & Monachos, & ut possent decorè Abbates manuteneri.

Ista tamen facultas, seu jurisdictio Episcoporum
37 præservata aliquo modo videtur in erectione novorum Monasteriorum; sed non obstantibus dictis legibus excrevit ferè in immensum numerus dictarum Abbatiarum Cisterciensium, & in hoc modo erectionis prout in aliis debent servari leges peculiares, ac statuta cujuscumque Religionis, Suar, *de relig. tom.* 4. *lib,* 2. *cap.* 3. *n.* 11. & dicam infra.

Nedum in erectione Abbatiarum antiquus mos re-
38 quirebat consensum Episcopi, sed isti eligebant Abbates, ut habetur in Concilio Toletano IV. ibi: *Hoc tantum sibi in Monasteriis vindicent Sacerdotes, quod præcipiunt Canones, idest Monachos ad conversationem sanctam præmonere, Abbates, aliaque officia instituere, atque extra regulam facta corrigere* relat. à Gratiano *in can. Hoc tantum* 18. *qu.* 2. Thom, *cit. tom,* 1. *lib.* 2. *cap.* 93. *nu.* 19. & *lib.* 3. *cap.* 32. *nu.* 4. 5, & 6, ubi quod ex privilegio concedebatur per Summos Pontifices Monachis jus eligendi Abbates sine consensu Episcopi, ut habetur *in cap. Abbas* 2. *cap. Abbatem* 3. & *can. sequ.* 18. *qu.* 2. & innuit Van-Espen, *in jus Eccl. univ, part.* 3. *tit,* 12, *cap.* 2. & *cap.* 3. præsertim *num.* 20. & 23. & tempore D. Bernardi Episcopos Catalaunenses hoc jus exercuisse in Abbatum Cisterciensium electione in eorum Provincia restatur idem *Sanctus Ep.* 58. *relat,* à cit. Thomassin, *to.* 2. *lib.* 1. *cap,* 36. *n.* 16.

Hoc tamen certum est primùm, quod ex privilegiis
39 particularibus, vel ex regula speciali approbata, ut in ea D. Benedicti, & deinde in aliis, talis exemptio fuit concessa Monachis, etiam durante subjectione eorum in reliquis erga Episcopos, cùm satis causa rationabilis concurreret, ut eorum sit actus electionis, qui sub gubernio Electi permanere deberent, ut *in cap.* 1. *de elect, cap. Nullus ibid. cap. Monachi* 2. §. *Priores de stat, Monach. can. Congregatio* 43. 16. *q.* 7. *can. Abbatem* 4. *can. quàm sit necessarium.* 5. §. *Defuncto,* & *can, Abbatem* 8. 18. *qu.* 2. & *cit. can. Hoc tantum* 18. *qu.* 2. ubi Gloss. *v, è contra hæc est secunda pars can. ult,* 16. *qu. ult,* & quod Monachus alterius Monasterii factus Abbas in alio Monasterio, nequeat habere jus in electione Abbatis primi Monasterii, quia desiit esse de gremio illius, est textus *in cap. Constitutis* 47. ubi Gonzal, *nu.* 7. & alii repetentes *de elect.* quod etiam civiles sanctiones approbarunt ex Justiniani Novell. 123. *cap.* 34. & 35. & *l.* 47. *C. de Ep. & Cler,* & docuerunt Canonistæ, ut Abb. *cap. Officii num,* 1. *de elect.* itaut electio fieri deberet à Monachis ejusdem Monasterii, plenè Gonz. *cit. cap.* 1. *de elect.* & *cap. Cum Monasterium num,* 5. *eodem titulo,* Fagn. *cit. cap. Nullus num,* 8. & *sequ. cap. Cum dilectus* 8. ubi Gloss. *v. jure de consuetudine,* Barbosa *collect. DD. ad can, Abbatem* 3. 18. *quæst.* 2. Tambur. *de jur. Abbat, tom.* 1. *disp.* 5. *qu,* 1. Rota *decis.* 65, *num.* 4. & 5. *par.* 1. *recent.* & coram Coccino, *dec.* 396, *n.* 5.

Sed in hac re sunt distinguendæ species Abbatum regularium, ut juxta distinctionem applicetur regula electionis, loquendo in genere, nam specificè quoad Cistercienses infra dicam; alii sunt Abbates qui di- 40
cuntur Conventuales, ac habent jurisdictionem independentem ab alio Superiore Religionis, ac jurisdictionem non solùm in Monachos, sed etiam in populum, &, habentur uti veri Prælati, ut sunt præcipuè plures Abbates ultra Montes, & isti dicuntur sponsi Ecclesiæ, ac sunt perpetui; alii Abbates sunt sub jurisdictione Generalis, vel Capituli, nec sunt perpetui in loco præciso, etsi perpetui sint in dignitate Abbatiali, sed mutantur post certum tempus de uno Monasterio ad aliud, vel etiam aliquando sunt Abbates pro certo tempore tantùm, & deinde remanent subditi; & isti, etsi habeant jurisdictionem in populum ratione Monasterii, quod gubernant, non possunt dici veri sponsi Ecclesiæ, ac vinculo indissolubili Matrimonio quodam spiritituali conjuncti cum ea, Fagn. *cit. cap. Nullus n.* 47. & 48. & *cap. quia propter n.* 14. & *seq. de elect.*

Antiquitus enim quilibet Abbas eligebatur uti spon- 41
sus, ac perpetuò in certo Monasterio ab iisdem Monachis, qui etiam erant fixi in eodem Monasterio, & facta electione, ac habita confirmatione, nequibant electi removeri, *cap.* 2. *de statu Monach.* Thomassin. *cit, tom.* 2. *lib.* 2, *cap.* 53. *num.* 3. Tamb. *de jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 3. *qu.* 1. Van-Espen. *cit. part.* 1. *tit,* 31. *num,* 18. nec adest Superior Generalis totius Religionis, qui posset dici Abbas Abbatum, ut alibi dicam, Suarez *de relig. tom.* 4. *tract,* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 3. Thomassin. *cit. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *num,* 10, & prius *cap.* 23. prout hodie in omnibus Religionibus adest, vel saltem Capitulum Generale, ut est in illa Cassinensi, quæ non habet Generalem.

His positis, ubi agitur de primo genere Abbatum,
electio fit per modum Canonicæ Institutionis perpe- 42
tuæ, & servatur forma *cap. quia propter de elect.* & electio spectat ad Monachos ipsius Monasterii, & in his procedunt citati Canones juris communis, Gloss. *in cap. Monachi* 2. §. *Priores v. Non mutentur de stat. Monach.* Fagn. *cit, loco n.* 47. & 48. Rota *dec.* 296. *n.* 5. coram Coccino, & coram Penia *dec.* 436. *num.* 3, *dec.* 16. *n.* 1, & 2. post Tamb. *de jur. Abb.*

Sed advertendum in his non posse reservari Jus-
patronatus, quoad electionem, nisi per Summum 43
Pontificem, & quatenus reservetur per inferiorem, patronus non acquirit jus eligendi, sed quædam jura præeminentialia tantùm, nempè præeminentiam in sessione, alimenta si indigeat, & jus defendendi, solùmque permittitur, ut honesto modo consentiat electioni Abbatis, itaut non possit eam cassare, sed jam factæ assentiri, *cap. Nobis de Jurepatr,* ubi Gonz. ac alii *Canonista,* Rota *decis,* 321. & 326. coram Cavalerio, ubi habetur quomodo talis Juspatronatus acquiratur, & sic semper electio spectat ad Monachos de Conventu, non obstante Jurepatronatu acquisito ex fundatione seu dotatione, Gloss. *ver. nisi aliter in cit. cap. Nobis cap, Massana cap. Sacrosancta de elect.* plenè Rota *decis.* 436, *n.* 2. & 3. & 5. coram Penia *dec.* 1353. *num.* 5.

numer. 5. *decis.* 53. *num.* 1. *part.* 1. & *dec.* 311. *part.* 3. *rec.* itaut requiratur speciale Privilegium Papæ, ut possit electio fieri à patrono, Gloss. *cit.* & Doctores *ad cit. cap. nobis*, Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *disput.* 17. *q.* 5. & 6. vel Immemorabilis, ut plenè in *cit. dec.* 436. coram Penia, ubi in terminis Regum Hispaniarum, & Frassus *de patron. Reg. Coronæ Ind. tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 34. & aliquando providentur Monasteria per Papam, ea quæ Concistorialia dicuntur, & stante privilegio Apostolico etiam ad nominationem Laici, ut de Rege Catholico quoad Monasteria Concistorialia in Regnis Hispaniarum procedunt, *decis.* 15. & 16. post Tamb. *cit.* & aliquod innui in *Commentario ad Const. un.* Callisti II. *sect.* 1. Istique Abbates sic instituti non mutantur, ac sunt perpetui, ad distinctionem eorum, qui Canonica electione non instituuntur, ut distinguitur in *cap.* 2. *de stat. Monach.* & Gloss. ibi *ver. non mutentur*, & *cap. cum ad Monasterium* 6. §. *tales eod. tit.*

In aliis Abbatibus, qui Canonica institutione, seu
44 electione per modum conjugii spiritualis non instituuntur, nec perpetui Ecclesiæ sponsi dicuntur, ut sunt ut plurimùm illi Religionum, & electio vel spectat ad Monachos ejusdem Monasterii, aut ad Superiorem Generalem, Capitulum generale, vel Definitores. Vel sunt perpetuò Abbates, & deinde circulo certorum annorum tantùm præficiuntur uni Monasterio, & deinde alteri, & isti dicuntur perpetui in dignitate: Vel sunt etiam temporanei in dignitate, quia post certum tempus Abbates ampliùs non sunt, sed raro hoc est, quia regulariter Abbates sunt perpetui in dignitate, etsi mutentur per varia Monasteria. Ratio enim prædictorum fuit reductio gubernii sub uno Capite cujuscumque Religionis, unde Monachi jus electionis in Capitulum, vel Supe-
45 riorem Generalem contulerunt, vel in alios secundùm cujuscumque Religionis statuta, secundùm quæ in aliqua Religione eliguntur Superiores à Monachis Vocalibus proprii Monasterii, ut fit inter Dominicanos quoad Priores, & in Chartusianis, de quorum Priorum electione latè R. P. D. Meus Marcellus Severolus Decanus Signaturæ Justitiæ, ac in facultate legali peritissimus, in docta dissertatione edita pro Vicario Generali Sacri Ordinis Charthusiensis impressa in fine secundi tomi *Consult. Can.* D. Advocati Pitoni nuper in lucem editi, in qua dissertatione latè probatur, quod etsi electio sit penes eos, qui sunt in Monasterio, tamen possunt à Capitulo Generali Priores destitui, de qua te alibi redibit sermo, & quod possint tam consuetudine, quàm privilegio Superiores acquirere jus eligendi privativè quoad Monachos proprii Monasterii, *cap.* 2. *de in Integr. restitut. cap. cum dilectus* 8. *de consuetudine* ubi Gonz. *num.* 16. & 17. & *in cap.* 1. *numer.* 9. *de elect.* & sic servatur passim apud Religiones, ut fiant Superiorum electiones à Capitulo, vel Generali, vel aliis, excepta electione Superioris Generalis, quæ fit per totam Religionem, seu certos Vocales Tamb. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *qu.* 1. ubi *nu.* 6. advertit debere servari secretum in hujusmodi electionibus, etsi fiant à Generali cum Definitoribus, & hujusmodi.

Unde in materia ista electionis in Regularibus quoad Abbates, aliosque Superiores, servanda sunt
46 statuta, quæ pro legibus haberi debent, *Clem. exivi de paradiso de verb. signif.* & *Sacr. Concil. Trident. sess.* 25. *de regul. cap.* 7. & *in Constit.* 60. Clem. VIII. §. 23. ubi confirmatur circa hoc resolutio Sac. Congregationis, Barbos. *Vot. decis.* 106. *numer.* 9. *lib.* 3. Donat. *in praxi reg. to.* 2. *tract.* 3. *de temp. elect. qu.* 1. *nu.* 8. requiritur tamen approbatio statutorum per Summum Pontificem, ut electio proprii Superioris, quæ de jure communi est penes Monachos, seu fratres ejusdem Monasterii, in alios transferatur, Tambur. *cit. tom.* 1. *disp.* 5. *num.* 3. Roder. *qu. Reg. tom.* 3. *qu.* 11. *artic.* 1. quæque constitutiones adjudicantes electionem Abbatis, vel Superioris Capitulo Generali, vel aliis Superioribus, debent observari, *cap. Sacrosancta de elect.* Fagn. *cit. cap. nullus n.* 52. *de elect.* ubi refertur declaratio Sacr. Congregationis, ut possint hujusmodi Superiores locales eligi à Superiore Generali, etiam ad tempus constituendo Vicarium.

Nec obstat Sac. Concilii Tridentini dispositio, *cap.* 47
6. *sess.* 25. *de reg.* ubi statuitur fieri electiones Superiorum Regularium per vota secreta; quia intelligi debet in electionibus, quæ fieri opus est per modum electionis Collegii, seu Monasterii Monachorum, secùs autem si ob statuta, ac alias causas Superiori Generali competant, ut declaravit *S. Congr. Concil. Cum dubitaretur an ex cap.* 6. *sess.* 25. *de regular. Sac. Conc. Trid. oporteret semper facere electiones, vel posset Superior providere prætermissa electione? Sac. Congreg.* respondit *Concilium non jubere, sed quando facienda erit electio, servanda est forma dicti cap.* ut refert Fagnan. *cit. cap. nullus n.* 52. & *seqq.*

Hinc in Abbatiis istis, ac aliis Officiis regularibus
considerarur amovibilitas ad differentiam Prælatura- 48
rum, quæ per electionem Canonicam per modum perpetuæ institutionis conferuntur media confirmatione.

Sed potest quæri, an Episcopus, vel alius possit acquirere consuetudine jus eligendi Abbatem in Mo-
nasterio? Et videtur affirmativè resolvendum, ut est 49
textus clarus *in cit. cap. cum dilectus* 8. *de consuet.* Unde non videtur esse necessaria immemorabilis, quæ non requiritur, ubi actus non habeat resistentiam juris vehementem, cùm permittatur à jure, ut consuetudine acquiratur, quia tunc sufficit quadragenaria, ad differentiam laici, ut suprà dixi, cui vehe-
menter resistit *cap. ad Apostolicam* 42. *de Simonia*, 50
Bero *cons.* 3. *n.* 1. & 2. *lib.* 1. Surd. *cons.* 62. *nu.* 16. Campanil. *in div. jur. Can. rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 19. Fagn. *cap. cum Ecclesia Vulterana n.* 62. & *seqq. de elect.* & *cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 26. *de caus. possess.* & *propriet.* & Gonz. *cap. constitutis* 47. *n.* 7. *de elect.* & plenè in consimilibus, Rota *dec.* 731. & *dec.* 764. coram Emerix jun. & aliàs dixi, quod quotiescumque jus non resistit actui contrario vehementer, non requiratur immemorabilis, sed sufficiat quadragenaria, etiam sine titulo, dummodo non sit consuetudo irrationabilis, quæ nunquam potest introduci, & ea dicitur, quæ
est nutritiva peccati. Id tamen procedit etiam quo- 51
ad Episcopum, si ageretur de Monasterio non exempto, quia tantùm obstat juris simplex dispositio, ut electio spectet ad illos de Monasterio, permittente quoque jure, ut contrarium possit consuetudine introduci. Sed si adsit exemptio prægnantissima per Papam concessa cum decreto irritanti, tunc cùm resistat initio cujuscumque actus in contrarium, non sufficit quadragenaria sine titulo, ut est textus *in cit. cap. constitutis*, & notat cum hac distinctione Gonz. *ibid. nu.* 7. ut dicam, dum de confirmatione per Episcopos in Abbatiis erit sermo.

Deveniendo nunc ad Cisterciensium Abbates eli-
gendos, quoad quinque Abbatias in Gallia, quæ 52
sunt Religionis primævæ, juxta ipsam Chartam charitatis, nempè Monasterii Cistercii capitis totius Ordinis, Morimundi, Claravallensis, Firmitani, & Pontiniacensis, de quibus, ac aliis Cisterciensis Ordinis vide *Notitiam Abbatiarum Ordinis Cisterciensis*, Gasparis Jongellini *Colloniæ Agrippinæ An.* 1640. impressam, & in dictis quinque Abbates eliguntur à Monachis cujusque Monasterii, qui sunt fixi, & per electionem Canonicam, & perpetuò, & juxta privilegia non indigent alia confirmatione. Aliæ Abbatiæ in Gallia sunt Commendatæ, & in illis ponuntur Priores amovibiles. In Congregationibus Hispaniæ Abbates nec sunt perpetui in dignitate, nam eliguntur triennales per Capitulum Generale, quod fit ibi quolibet triennio, & deinde cessant etiam à dignitate, ac tempore intermedio de uno Capitulo ad aliud eliguntur in casu vacationis per Generalem, & Definitores. In Congregationibus Italiæ Abbates erant triennales, sed perpetuò in dignitate, mutato tamen Monasterio,

& eliguntur à tot Definitoribus, qui eliguntur in Capitulo Generali, quod fiebat quolibet triennio cum Præsidente Generali, & tempore san. memor. Alexandri VII. fuit protractum tempus ad quinque annos, & sic hodie sunt quinquennales, & tempore intermedio eliguntur à Patribus Regiminis cujuscumque Provinciæ respectivè. Hoc idem in Congregationibus parvis Calabriæ, & Siciliæ, ubi fit parvum Capitulum, & sub Præsidente gubernantur, & de modo electionis Abbatum, & aliorum pro gubernio Congregationis S. Bernardi Italiæ adsunt Constitutiones san. mem. Gregorii XIII. *incip. Romanus* 54. *in ordine tom.* 2. *Bullarii*, quam Sixtus V. *Const. incip. Nuper* 10. confirmavit, ac respectivè revocavit, scilicet abrogavit ibi disposita, quod eligerentur tot Monachi, qui deinde subrogentur Abbatibus in casu decessus; sed electionem fieri mandavit ex totius Congregationis Monachis.

Juxta Chartam Charitatis Abbas Monasterii, à quo ortum habuit Monasterium subalternum, habebat jus electionis Abbatis in hoc subalterno, dicebaturque Abbas Pater, ut in dicta Charta Charitatis, de qua in hac Constitutione, quod jus declaravit Clemens IV. *in cit. Constit.* 3. hocque tantùm practicatur in Gallia, non verò in Italia.

Quamvis ex jure fuerit reservatum jus eligendi
53 Monachis ipsius Monasterii Abbates privativè etiam ad Episcopum, tamen remansit isti ex eodem jure communi jus eos installandi, imò etiam Archidiaconis, ut constat *ex cap. Ne Dei* 43. *de Simonia*, ubi Honorius III. compescuit pravas exactiones, quas faciebant Episcopi, & Archidiaconi in installatione Abbatum Cisterciensium, recipiendo pro tali actu Palafredum scilicet equum, ut referunt Gonzal. *ibid.* Manriqu. *tom.* 4. *Annal. Cisterciens. anno* 1224. *cap.* 5. & idem præscripsit Innocentius III. quoad Abbates Præmonstratenses *Epist. lib.* 1. *in edit. Colon. fol.* 92. in confirmando electiones Abbatum, quod intelligi debet de iis, qui uti sponsi Ecclesiæ in Abbatia perpetuò instituebantur forma Canonica; quia post electionem subsequi debet confirmatio legitimi Superioris, qui Episcopus erat, ut de his Abbatiis perpetuis, explicans textum in *can.* 1. 18. *quæst.* 2. dixit *gloss. ver. Instituere ibid.* & ita etiam Episcopis incumbebat supplere negligentiam eligentium, si vel minùs idoneum, vel congruo tempore electionem non fecerint, & quod confirmatio spectet ad Episcopum in his Abbatiis etiam Regularibus de jure communi, liquet ex *cap.* 1. *de suppl. neglig. Prælat. cap. cum Monasterium de elect. & cap. exposuisti de corpor. vitiat.* ubi *Canonista* Gonzal. *cap.* 1. *in fine de elect. & capit. ad Monasterium ibid.* Thomassin. *de benef. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 8. *&* 9. Fagnan. *cap. nullus num.* 8. *& sequ. de elect.* nec ante actum confirmationis potest electus se immiscere administrationi, de quo alibi dicam; sed quoad Monasteria hæc adest Constitutio Pii
54 Quarti *in ordine in Bullario* 86. ubi quoad Abbatias aliasque Dignitates Conventuales excedentes summam Floren. 200. auri reservatur confirmatio Romano Pontifici, ut apud Tambur. *tom.* 1. *disp.* 6. *qu.* 1. *in fine* & in istis certa est exclusio Episcoporum, & exceptis Abbatiis, quæ sunt amovibiles, quo casu Papa non solet providere, ne removeatur ille, quem Papa dedit, reliqui providentur per ipsum, sed præsumuntur electivæ, ut apud cit. Tamb. *disput.* 5. *qu.* 2. ubi de Monasteriis Concistorialibus, quæ providentur per Papam.

In aliis verò si non sunt Monasteria exempta, de-
55 bet peti confirmatio ab Episcopo, juxta jus commune, ac citatos Doctores, & docuerunt Abb. *cap.* 1. *de suppl. neglig. Præl.* Van-Espen. *in jus Eccl. Univ. part.* 1. *tit.* 32. *cap.* 9. *numer.* 2. Gonzal. *cap. cum Monasterium* 13. *ver. confirmari de elect.* secus in exemptis, & immediatè Sedi Apostolicæ subjectis, Tamburin. *cit. disp.* 6. *quæst.* 2. Passerin. *de elect. cap.* 40. *numer.* 93. Cardin. de Luca, *de jurisdict. disc.* 29. *num.* 10. *vers. magis, & de benefic. disc.* 109. *num.* 8. & Gonzal. *citat. cap. Ne Dei numer. final. vers. & Abbates exempti*, ubi fatetur quod non teneantur promittere obedientiam Episcopis, & promissionis actus cassatus fuit à Papa, & bene distinxit Rota *in Uratislaviensi manutentionis* 22. *Junii* 1703. §. *non attentis* coram D. Lancetta. Et quod in Abbatia exempta, & im-
mediatè subjecta Sedi Apostolicæ, non possit Episco- 56
pus habere jus aliquod interveniendi, nec confirmandi electionem Abbatis, in terminis Abbatiæ PP. Præmonstratensium habentium privilegia exemptionis, resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Uratislaviensi die quarta Maii* 1697. Primò, *An Episcopo competat jus interessendi, vel per se, vel per suos Commissarios electioni Abbatis? Et quatenus affirmativè. Secundò, An electio Abbatis facta absque interventu Episcopi ejusque Commissariorum, substineatur? Tertiò, An procedendum sit ad novam publicationem, & aggravationem Censurarum? Sac. Congregat.* respondit. *Ad primum negativè. Ad secundum affirmativè. Ad tertium negativè.* Idemque comprobavit Rota *in citata Uratislaviensi manutentionis* §. *data*, coram D. Lancetta. In terminis autem Cistercien-
sium optimè facit textus *in cap.* 1. *de suppl. neglig.* 57
Prælat. ubi permittitur eorum Abbatibus exercere ea, quæ sunt sui muneris spiritualis, si Episcopi renuant eos benedicere; non autem dubitatur de juris-
dictione in totum, quia benedictio differt à confir- 58
matione, ut scripsit Ivo Carnotensis; *Promotionem Abbatis non facit Episcopalis benedictio, sed fratrum communis electio, & ea utuntur ad exercenda munera spiritualia*, ut apud Fagnan. *citat. cap.* 1. *numer.* 1. *&* 2. *de suppl. neglig. Prælat.* quamque benedictionem Abbates præsertim temporales non solent recipere, & tamen per privilegia solent etiam frui prærogativis benedictorum, Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 11. *qu.* 3. & electum, ac confirmatum vocari simpliciter Abbatem, ac esse talem docet Text. *in citat. cap.* 1. *de suppl. negl. Prælat. & cap. Meminimus* 13. *de accusat.* Oldrad. *cons.* 14. Unde quoad benedictionem, & si ex *cit. cap.* 1. *& cap. Meminimus* videatur Episcopus Diœcesanus habere juris assistentiam, tamen id non importat subjectionem, imò quod & si in tali actu fieri debeat juramentum obedientiæ Episcopis per Abbates, tamen limitatur, si benedicantur exempti, ut adducta formula dictæ professionis per Abbates præstandæ Episcopis, non teneri Abbates exemptos, latè agit Gonzal. *cit. cap. Ne Dei* 43. *de Simonia num.* 5. *per tot.* cum habuerint Regulares privilegia, ut possint à quocumque benedici, Tambur. *cit. qu.* 10. & de Cisterciensibus, ut Generalis Cistercii habeat hanc facultatem, Choppin. *lib.* 2. *Monast. tit.* 1. *numer.* 7. per *Bullas* Innocentii VIII. & Clem. VIII. quod esse in usu in Belgio testatur Van-Espen. *citat. par.* 1. *tit.* 31. *numer.* 16. & quoad confirmationem, habent Cistercienses, prout alii Regulares, ut eo ipso, quod sunt electi, non indigeant alia confirmatione, vel tantùm approbatione eorum Superioris Supremi Regularis in certis Religionibus.

Ratio igitur, quod confirmatio Abbatum exem-
ptorum spectet ad Summum Pontificem, & non exem- 59
ptorum ad Episcopos est, quia ille est actus jurisdictionis, qui proinde fieri debet ab immediato Superiore, Passerin. *cap. Monachi n.* 10. *de Stat. Monachorum*, & alii Canonistæ *in cit. cap. cum Monasterium*, Passerin. *de elect. cap.* 35. *n.* 68. Rot. *dec.* 1539. *n.* 1. coram Coccino, cùm confirmationis petitio sit actus subjectionis, *cap.* 2. *de in integr. rest.* ac permittitur obedientia, & fidelitas, quæ non competunt exempto, quia hujusmodi juramenta probant jurisdictionem, Card. *in Clem. un. n.* 5. *de offic. Deleg.* Rota *dec.* 126. *numer.* 6. coram Bich. *& decis.* 1257. *num.* 2. coram Emerix jun. imò patet ex *Sac. Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 7. *de reg.* ibi enim cavetur, quod Abbatissæ electioni præsit Episcopus, sive alius Superior ad indicanda Monasteria exempta, & in hoc fuit necessaria Bulla specialis Papæ Gregorii XV. incipiens *Inscrutabili*, de qua alibi,

ut

tit aliqua juriſdictio, & præſidentia concedatur Epis-
copis in Monaſteriis exemptis, Paſſerin. *de elect. cit.
cap.* 40. *n.* 93.

Unde cùm exemptorum ſit ipſe Papa immediatus
Superior, eidem eſt reſervatus actus confirmationis,
& Epiſcopis, quo ad ea Monaſteria ipſis ſubjecta;
hinc in Religionibus exemptis confirmatio Superio-
rum fieri debet à proximo Superiore, nempe à Pro-
vinciali, & Provincialis à Generali, & ipſius Gene-
ralis ex privilegiis non requiritur confirmatio Papæ,
cujus eſſet confirmare ob exemptionem, Paſſerin. *cit.
num.* 71. *&* 73. Tambur. *cit. diſp.* 6. *qu.* 2. ubi de pri-
vilegiis diverſis, ut ſine confirmatione Papæ poſſint
adminiſtrare Superiores Regularium, ut ſupra dixi.

Ita ex pari ratione, Abbas exemptus, & immedia-
60 tè Sedi Apoſtolicæ ſubjectus nequit reſignare Abba-
tiam, in qua eſt perpetuò inſtitutus, niſi in mani-
bus Papæ. Et non exemptus poterit etiam in mani-
bus Epiſcopi, *cap. Cum venerabilis* 7. *de conſuetudi-
ne*, & docet Fagnan. *cap. dilecti num.* 1. *& ſequ. de
renunciat.* Barb. *ibid.* Gonzal. *ibid. num.* 3. Tambur.
cit. diſp. 13. quod procedit in exempto etiam in ma-
nibus Legati à Latere, *cap. Si Abbatem de elect. in* 6.
quod intelligit Gonzal. procedere ſi fuerit confirma-
tus, aliàs poterit renunciare in manibus eligentium,
ut concordando Textus dixit idem *cit. in fin.* Nam
illius eſt deſtituendi jus, cujus eſt inſtituendi, ad Text.
61 *in cap. Cum ad Monaſterium* §. *tales de ſtat. Monach.
& cap.* 1. §. *final. de privil. in* 6. Rota *dec.* 873. *nu.*
4. coram Coccino, *& in Romana Capellaniarum*
15. *Aprilis* 1701. §. *Conſtito* coram Pio, *& in Co-
lonien. Juriſdictionis* 10. *Aprilis* §. *Probato* coram D.
Priolo.

Sed quid dicendum, ſi adeſſet conſuetudo ad fa-
62 vorem Epiſcopi, ut interveniat electioni Abbatis Re-
gularis exempti, aut iſtum confirmet, an ſit atten-
denda? Dico quod ſi ſermo ſit de conſuetudine de-
cennali, nullo modo attendi debet ex certa ratione,
quod ea juvat quando jus non eſt in contrarium, *cap.*
42. *de Simonia.* Sed difficultas eſt in quadragenaria,
& poſſet dici, quod prodeſſet, quia quotieſcumque
63 jus vehementer non reſiſtat, ea ſuffragatur etiam ſine
titulo putativo, ut ſupra aliàs dixi, & plenè *in de-
ciſ.* 731. *& dec.* 764. coram Emerix jun. Unde cùm
in his nullum jus vehementer reſiſtat, imo permittat
contrariam conſuetudinem, & fiat reditus ad jus po-
ſitivum præbens Epiſcopis tale jus in Regulares Ab-
bates, & cùm non ſit conſuetudo irrationabilis, &
contra bonos mores, debet attendi, ut docent Do-
ctores apud Fagnan. *cap. Si Archiepiſcopus num.* 7.
& 8. *de temp. ordin. & cap. cum cauſam num.* 1. *&
ſeq. de elect.* Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 3. & latè *in cit.
deciſ.* coram Emerix.

Quodque dicta conſuetudo non ſit irrationabilis,
64 ſufficit, quod non ſit inductiva peccati, ſeu ſcanda-
li, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 82. *num.* 16.
& ſeq. Rebell. *de oblig. Juſt. Relig. & Charit. lib.* 1.
prælud. Rodriq. *in comp. qu.* 34. *num.* 1. Petrus Ra-
vennat. *de Conſuet. in tract. magn. tom.* 1. *numer.* 131.
fol. 114. Rocch. de Curte *eodem tract. ibid. fol.* 132.

Verùm contrarium eſt dicendum in dicto caſu,
65 nempè quadragenariam conſuetudinem non ſuffraga-
ri, quia in privilegiis exemptionis Regularium ad-
ſunt clauſulæ irritantes actus contrarios, quæ qui-
dem impediunt initium cujuſcumque conſuetudinis,
ac inducunt vehementem juris reſiſtentiam, qua ſtan-
te, non ſufficit quadragenaria, ut apud cit. Docto-
res, prout etiam *cit. dec.* 731. *&* 764. coram Emerix
diſtinguunt, imò in hujuſmodi conſuetudinis intro-
ductione requiritur ſcientia Summi Pontificis, de cu-
jus agitur præjudicio, latè Fagnan. *cap. Quod ſuper
his num.* 17. *& per tot. de major. & obed.* ubi im-
probantur hujuſmodi conſuetudines, quia ſunt præju-
diciales Sedi Apoſtolicæ, & in terminis electionis, &
confirmationis Abbatum exemptorum, Gonz. *cap. Con-
ſtitutis* 47. *n.* 7. *de elect.* & ſicuti Clerici unius Diœceſis
non poſſunt prorogare juriſdictionem alterius Epiſco-

pi in præjudicium proprii, *cap. Significaſti de foro com-
pet.* ita nec exempti poſtquam fuerint redditi Papæ im-
mediatè ſubjecti, nequeunt præjudicare tali exemptio-
ni, ut proſequitur citat. Fagnan. & alii apud Rotam
dec. 81. *& dec.* 82. poſt Tambur. *de jur. Abbat. & deciſ.*
1029. *num.* 23. coram Emerix jun. & non obſtante præ-
tenſa conſuetudine proceſſit contra Epiſcopum *Sac.
Congreg. Concilii in citata Uratiſlavienſi*; in quo ca- 66
ſu non aderat immemorabilis, quia extabant actus con-
trarii, cùm certè ad eam excludendam ſufficeret unus
Rota *dec.* 52. *n.* 8. coram Card. Celſo, *dec.* 211. *num.*
12. *& ſeq.* coram Roxas, *& dec.* 116. *num.* 6. *&* 7.
part. 19. *recent.* & plures Epiſcopi intervenerant uti
delegati Sedis Apoſtolicæ, ex quo tollitur quodcum-
que jus ordinarium, ad latè tradita in *deciſ.* 1167. *&*
1168. coram Emerix jun. Quid autem concurrente
immemorabili, vel quadragenaria cum titulo? Vide-
tur poſſe ſuffragari Epiſcopis, quia poteſt præſumi ti-
tulus Pontificiæ diſpoſitionis, quia ſicuti poteſt exi-
mere, ita etiam denuò reddere ſub Epiſcopi juriſdi-
ctionem aliquem exemptum, & immemorabilis
quemlibet titulum facit præſumere, ſed de hoc me-
lius judicium proferetur, dum de exemptione Regu-
larium, an poſſit per immemorabilem ei præjudicari,
ſermo erit.

In hac Conſtitutione Eugenii rurſus habetur, quod
Abbas Ciſtercienſium eligendus ſit de eodem Ordine,
nec poſſit Monachus Ciſtercienſis eligi in Abbatem
alterius Ordinis.

Pro quibus explicandis primò certum eſt de jure
non poſſe quem Abbatem eligi, niſi ſit profeſſus in
Religione, tam ſi agatur de Abbatia Clauſtrali, & 67
temporali, quàm perpetua, quæ in titulum detur
per electionem, aut proviſionem, ut ſupra diſtinxi,
& ſic debet eſſe profeſſus, *cap. Cum Monaſterium cap.
Cum in Magiſtrum, cap. Cum cauſam* 27. *cap. Cum ad
noſtram* 37. *de electione, cap. Nullus de elect. in* 6. latè
Gonzal. *cap. Cum Monaſterium de elect.* Fagnan. *cit.
cap. Cum ad noſtram num.* 2. *de elect.* Barb. *citat. cap.
Cum Monaſterium, & de jur. Eccl. cap.* 17. *num.* 32.
& ſeq. & alii communiter; quia claræ ſunt diſpoſi-
tiones juris Canonici, & ratio eſt, ne homo diſparis
conditionis præficiatur, nec in Magiſtrum aſſumi de-
bet, qui formam diſcipuli non aſſumpſit, nec aliis eſt
præficiendus, qui ſubeſſe non novit, ut legitur *in cap.
cum in Magiſtrum de elect. &* Arnulphus Lexovienſis
in Serm. habito in Synodo ibi: *Regularis Conventus ac-
cipiat patrem regulari Inſtitutione formatum, ne ſtatuæ
aureæ caput æneum dicatur affixum.*

In hoc autem plures ſunt Canones, & ne fruſtrato-
rii dicantur ſunt diſtinguendi caſus. Nam *capit. Cum* 68
Cauſam loquitur de promovendo, & tollit conſuetu-
dinem in contrarium; *cap. Cum ad noſtram* reprobat
ſpem, & permiſſionem; *cap. Cum in Magiſtrum* reiicit
appellationem; *cap. Cum Monaſterium* permittit po-
ſtulationem tantùm; *cap. Nullus de electione in* 6. vo-
luit quod ſit expreſsè profeſſus, quia priùs ſufficiebat 69
tacita profeſſio, ut Gloſſ. *ibidem ver. expreſsè profeſ-
ſus*, & ſic excludit eò magis Novitios, Fagnan. *cap.
Cum cauſam num.* 13. *de elect.* nec non irritas declarat
electiones factas de non profeſſo, cùm ex Juribus an-
tecedentibus non erat irrita electio ipſo jure, ſed irri-
tanda per ſententiam, ibi Gloſſ. *ver. irritum*, Rebuff. *in
tract. de pacific. poſſeſs. n.* 180. Azor. *Inſtit. mor. part.* 1.
lib. 12. *cap.* 2. *qu.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 8.
num. 78. ubi refert declarationem Sacræ Congregatio-
nis, Paſſerin. *de elect. cap.* 25. *qu.* 30. *per tot.* Tambur.
de jure Abbat. tom. 1. *diſp.* 5. *qu.* 11. Murga *ad Conſt.*
6. *Alex. IV. num.* 795. *& ſeq.* Rota *dec.* 677. *nu.* 1. coram
Seraph. ubi quod debet ſtare per annum in Novitiatu,
& deinde profiteri, aliàs electio de eo eſt nulla.
Nec obſtat *dec.* 62. coram Dunoz. jun. *relat.* poſt Murg.
dec. 25. §. *final.* ea quippè loquitur de præſentatis à Re-
ge Catholico, ut notat Murga *ibid. numer.* 7. *in ad-
dit.*

Imò quamvis verba jurium antiquorum, *& cap. Cum
in Magiſtrum* ibi: *nec ſit præficiendus*, videantur 70

importare prohibitionem, nedum quoad electionem,
sed etiam in provisione facta per Superiorem, tamen
tollitur quodcumque dubium, & consuetudo in con-
trarium per *Clem. Ne in agro §. sane de stat. Mo-
nach. & cap. cum beneficio de prebend. in 6.* Fagn.
in cit. cap. Cum Causam nu. 8. *& cap. Cum in Magi-
strum nu.* 5. *&* 6. Suar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2.
cap. 65. *num.* 11. itaut devolvatur ad Superiorem pro-
visio, etiamsi sit eligendus Professus; limitatur ta-
men concurrente Papæ dispensatione, qui solus po-
71 test dispensare, Fagn. *ibid.* Gonz. *cit. cap. Cum Mo-
nasterium num.* 6. *in fine de elect*, prout etiam postu-
lari possint non professi, si Papa conferat, Tambur.
de jur. Abbat. tom. 1. *disp.* 5. *qu.* 11, *num. finali, &*
Murga *ad Const.* 6. Alexandri IV, *numer.* 796. *vers.
Unum*, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *numer.* 18,
Sed an possit Episcopus Clericus Sæcularis eligi Epi-
scopus in Ecclesia Regulari, & de ratione differen-
tiæ quare possit Regularis præfici Episcopus Eccle-
siæ Sæculari, & non Sæcularis Ecclesiæ Regulari,
& an possit Commendatarius Regularium Monaste-
riorum eligi Sæcularis, ac alia hujusmodi, dicam ali-
bi, ubi de divisione beneficiorum Regularium, &
Sæcularium, itaut Regularia Regularibus, & Sæcu-
laria Sæcularibus sint adjudicanda.

Hoc certum est, ut Superiores, nedum Abbates,
72 sed alii omnes Prælati Regulares debent esse profes-
si; nam cùm ob amplificationem dignitatis in Ab-
batibus in certis Religionibus alia nomina Superio-
rum cœperint introduci, puta Præpositi, Priores,
Guardiani, ut notat Van-Espen. *par.* 7. *tit.* 31. *cap.*
1. *num.* 12. *& gloss. ver. Prælaturam cap. Nullus de
elect. in* 6. hinc professionis qualitas etiam aliis quàm
Abbatibus, scilicet quibuscumque Præpositis Regula-
rium inesse debet. His consonat tandem Sac. Conc.
Trid. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 21. ibi *Regulares perso-
næ, ejusque Ordinis expresse professa, & quæ gregi
præire, & præesse possint, præficiantur*; quod qui-
dem procedit in Prælaturis Regularibus, secus autem
in Beneficiis nullam habentibus administrationem,
73 & simplicibus, & singularibus, etsi Regularibus,
quia sufficit ut intrà annum quis regulam profitea-
tur, Fagn. *cit. cap. Cum causam num.* 34. & dicam alibi
loquendo de Beneficiis Regularibus, ubi etiam de
præsentationibus in hisce Regularibus Abbatiis per
Reges faciendas, verba faciam in vim Concordato-
rum, an debeant præsentari esse actu Professi.

Hinc etsi antiquitus ob necessitatem in proprio Mo-
74 nasterio præficiebatur alter alterius Ordinis, tamen
opus erat, quod fuisset professus in alio Ordine, ita
supponit Textus *in cap. Cum in Magistrum de elect.*
qui vult, ut sit eligendus Monachus, vel Canoni-
cus Regularis, & sic alterius Ordinis Regularis, *&
Can. quam sit* 5. *§. defuncto* 18. *q.* 2. ibi: *Quod si aptam
inter se personam invenire nequiverint, solerter sibi de
aliis Monasteriis similiter eligant ordinandum.* Tamen
contrarium elicitur ex *cit. cap. Cum Monasterium*,
ubi denegatur quem eligi ex Eremitis, dum Papæ
dispensatio ibi fuerat necessaria, & sic primum pro-
cedit in casu necessitatis, ut possit postulari à Pa-
pa, ut ibi, quod fieri potest etiam de non professis,
ut dixit Gonzal. *ibid. n.* 6. *in fine*, vel quod sit licitum
eligere de alio Monasterio, sed ejusdem Regulæ *n.*
11. Nam, ut dixi, priùs eligebantur Abbates ex pro-
fessis ejusdem Monasterii, & in casu necessitatis dis-
pensabatur eligi ex eodem Ordine, etsi diversi Mo-
nasterii. Sed verè *in cap. Nullus de elect. in* 6. videtur
textus disponere, ut non præficiatur suo, vel alterius
Religionis Monasterio, nisi sit professus. Ergo sup-
ponit posse quem præfici Monasterio alterius Ordi-
nis, & sic non subsistunt prædicta per Gonz. Imò
cùm Eugenius in hac Constitutione Cisterciensium
statutum confirmaverit, ut non possit eligi Abbas
ejusdem Religionis in Monasterio diversi Ordinis,
nec ille extranei Ordinis eligi Abbas Cisterciensium,
certum est de jure fuisse licitum, saltem ex necces-
sitate, ob defectum Monachorum habilium, Turre-
cremat. *in citat. can. Quam sit, & alii ibid.*

Nihilominus dicendum est fuisse sublatum omne
dubium *ex Clem.* 1. *de elect.* ut bene notat Gloss. *cit.
cap. Nullus ver. alterius de elect. in* 6. *& gloss. in cit.* 75
Clem. v. Religionis, ubi traditur quod non sufficit
eadem Regula in generali, ut est Regula D. Bene-
dicti, quam profitentur plures Religiones, seu Con-
gregationes particulares, sed requiritur, quod sit eju-
sdem Religionis seu Congregationis specialis, ut in
dicta *Clem.* clariùs explicatur.

Non tamen requiritur de jure quod præficiendus
sit ejusdem Provinciæ, seu Monasterii, nam quid- 76
quid sit quoad primævos Canones, ut supra innui,
& dixit Gonzal. *cap. Cum dilectus* 8. *num.* 16. *de Con-
suetud.* secundùm jura novissima, satis est, quod ele-
ctus sit ejusdem Religionis specialis, cùm per acci-
dens in Religionibus sit distinctio Monasteriorum,
& Provinciarum, Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8.
lib. 2. *cap.* 6. *num.* 3. Gonzal. *cap. Cum dilectus* 8.
num. 16. *vers. postquam de Consuetudine*, Pyringh. *in
jus Canon. lib.* 1, *tit.* 6. *sect.* 8. *§.* 3. *num.* 732. *vers.
notandum secundo.* Observantiam verò, quæ viget in
Gallia circa hæc, refert Renat. Choppinus *lib.* 1. *Mo-
nast. tit.* 1. *per tot.* Præservantur tamen certa statu-
ta particularia nonnullarum Religionum, in quibus
in usu esse solent filiationes, ut eligatur Superior
ex filiis, seu professis ejusdem Monasterii, seu Pro-
vinciæ. Hinc in Religione Cisterciensi, de qua hìc,
juxta Chartam Charitatis, debet esse professus in eo-
dem Monasterio, vel professus in Monasterio filia-
li, scilicet fundato ab alio, quod servatur in Mo-
nasteriis Galliarum. In Italia verò sufficit, quod sit
professus in tota Congregatione.

Quare ex dictis, regula est certa, quod quicum-
que Superiores Regularium tam si fuerint electivi 77
perpetuò juxtà formam Canonicam, quàm tempora-
les, vel forma Regulari per Superiores, debent esse
ejusdem Ordinis, & Religionis, aliàs electio est ipso
jure nulla, quod procedit etiam in Visitatore, ac
aliis.

Sed numquid possit aliquis Superior alterius Re-
ligionis, acquirere ex præscriptione jus Superiorita-
tis in alia Religione, vel privilegio Apostolico.
In simili dubio occurrit quæstio in Tribunali Aud.
Cam. coram me uti Locumtenente inter Priorem
Cruciferorum Congregationis in Civitate Coloniæ,
& Alexianos; Alexiani enim, seu Cellitæ in Germa-
nia etiam dicti, de quibus non fit mentio in Bul- 78
lario Romano, sunt Fratres Ordinis Alexianorum,
sic dicti ex eo, quod S. Alexium in Patronum ele-
gerint. Fuit hujusmodi Congregatio Regularis insti-
tuta à quibusdam piis hominibus, quorum memo-
ria incerta remansit, anno circiter Domini 1309. sub
Pontificatu Clementis V. Institutum eorum est circa
sepelienda Cadavera mortuorum, unde Vespillones
dicuntur, nec Ordinibus initiantur. Vivunt sub Re-
gula Divi Augustini, adjunctis quibusdam Constitu-
tionibus per Henricum Surdemanum ex familia Ere-
mitica S. Augustini. Utuntur nigris vestibus, & est
longa Cuculla, cùm ad tumulanda Cadavera proce-
dunt, de quibus Crussenius *in Monastic. part.* 3.
cap. 11. Aubert. Miræus *de Orig. S. Augustini lib.*
1. *cap.* 28. Tamburin. *de jur. Abb. tom.* 2. *disp.* 24. *q.*
4. *num.* 79. Barb. *de jur. Eccl. cap.* 41. *num.* 141. *&
in Summ. Apost. dec. ver. Fratres Alexiani*, qui ha-
bent etiam Sorores dicti Ordinis.

Controversia eorum fuit, quod cùm Summi Pon-
tifices Gregorius XI. Eugenius IV. Nicolaus V. Julius 79
II. & Sixtus IV. plura contulerint privilegia Fratribus,
& Sororibus Cellitis, sic dictis in utraque Germa-
nia, eximendo eos à Jurisdictione Ordinariorum,
necnon inter cætera concedendo iis facultatem, unum
ex eorum Ordine in Visitatorem Generalem eligen-
di, qui munus Ordinarii totius Ordinis expleret, re-
cipiendo professiones Fratrum, & Sororum, visitandi
earum Conventus, ac alia explendi, quæ vero Capiti,
& Supremo Ordinis Superiori competunt; cumque
iidem

iidem sint laici ex eorum institutione, ut dixi, ideò opus fuit consulere, prout fecerunt ipsi Summi Pontifices in eorum Bullis, ut possit talis Visitator eligere aliquem Sacerdotem Presbyterum, qui expleat munera Sacerdotalia, in suis functionibus aliquando necessaria, præsertim in Professionibus recipiendis, qui Presbyter eligendus sit ex aliquo Ordine à Sede Apostolica approbato, qui simul cum Visitatore omnia expleat isti uti Laico non compatibilia; unde cùm in Germania Visitator Cellitarum sit Pater Provincialis Alexianorum Coloniæ, qui exercuit dictam jurisdictionem in Cellitas etiam Sorores utriusque
80 Germaniæ, & eamdem jurisdictionem in eosdem prætendebat Pater Prior Cruciferorum Coloniæ, se fundans in antiquissima possessione, in qua reperiebatur explendi actus jurisdictionales in Cellitas Sorores, præsertim recipiendi earum professiones, visitandi, ac alia explendi; ex cursu enim etiam quadraginta annorum dicebat posse acquiri præeminentiam, & superioritatem, juxta Text. *in cap. cum ex*
81 *officii* 16. *vers. & si aliud de præscriptionibus*, ibique Hostien. *num.* 6. Barb. *num.* 3. Nam quidquid esset de præscribendo actus Visitationis contra Superiorem, quo casu non sufficit illa præscriptio quadragenaria, sed requiritur immemorabilis, seu centenaria, ut distinguit Barb. *ibidem num.* 3. ubi quod hæc non debet dici præscriptio Visitationis, sed translatio ejusdem de uno Prælato ad alium, quod non est exorbitans, Felin. *ibid. num.* 12. *vers. limita* 3. ibi: *Limita 3. nisi præscriptio Visitationis allegaretur ab alio Prælato, qui diceret se præscripsisse potestatem Visitandi subditum alterius, quia potest induci talis præscriptio illius exclusiva*. Et infrà: *Tamen ex negligentia proprii Prælati, alius Prælatus potest acquirere potestatem visitandi ex præscriptione*. Sicut & alia Jurisdictio potest amitti, & acquiri alteri per præscriptionem, Joannes Andreas *in cap. quod alicui vers. ita constat de Regul. Jur. in* 6. Marian. Soccin. *in Decret. tit. de Visit. num.* 19. *fol. mihi* 690. Berous *Cons.* 25. *num.* 14. Menoch. *cons.* 90. *num.* 79. Fuschus *de Visit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. ubi quod ista præscriptio procedit, tam in favorem extranei, quàm subditi Cardin. de Luca *de Regular. disc.* 7. *num.* 3. & 5. & *de jurisd. disc.* 1. & *seq.* Turricel. *de reb. Eccl. non alienandis cap.* 28. *num.* 2. 3. & 6. Rota *decis.* 355. *num.* 1. & 2. *part.* 2. *rec. dec.* 373. *num.* 10. & *dec.* 497. *n.* 4. *part.* 5. *recen.*

Augebatur motivum, quia Prior Cruciferorum non impugnabat Superioritatem in Provinciali Alexianorum, qui juxta Constitutiones Apostolicas Caput totius Ordinis Cellitarum existit; sed Visitationem explere, ac alia specialia facere prætendebat proinde non intrabat objectum, quod non liceat Prælato extraneo prætendere omnimodam jurisdictionem cum totali privatione proprii Ordinarii, nam in præscriptione Visitationis, & certorum actuum sufficere quadragenariam, docuerunt Felin. & *Soccin. cit.* locis, & hujusmodi possessio Prioris Cruciferorum non videtur posse vim amittere ob dicta Privilegia Apostolica concessa Cellitis, quia cùm ex longissimo tempore non videantur in usu, elicitur quod per usum, & observantiam in contrarium censetur iis renunciatum, & volitam aliam speciem gubernii, Felin. *in cap. cum ex officii num.* 15. *de præscrip.* Soccin. *de Visit. num.* 53. & generaliter Barb. *de potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 26. *num.* 12. & *seq.* Gonzal. *cap. Si de Terra num.* 7. *de privil.* & Rota *in Gerunden. juris cognoscendi causas Criminales* 17. *Martii* 1692. §. *adhuc tale Privilegium*, & §. *prout neque*, confirmata 20. *Junii* ejusdem anni §. *privilegium* coram Domino Molines Decano.

In hac materia antequam principale dubium resolvam, procedendum est cum distinctione casuum in iis, quæ supra fuerunt adducta pro parte Cruciferorum, non quidem quòd articulus fuerit sic latè disputatus, sed ad clariorem notitiam necessariam plura cumulare hìc censui.

Certum est primò non posse subditum omnimodam exemptionem visitationis, ac obedientiæ, aut subordinationis obtinere, ac prætendere, itaut à nullo Superiore visitari valeat, cùm in hoc neque centenaria, neque immemorabilis consuetudo prodesse possit, quia esset præscriptio contra bonos mores, ac cum continua mala fide, nam quem latet suis Præpositis spiritualibus subditum à Deo fuisse constitutum? & ita docent Textus *in cap. cum ex officii de præscript.* Gloss. 2. *in cap. Irrefragabili de off. ordin.* latè Barb. *de pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 129. *num.* 1. & 10. & secundùm impress. *Lugd.* Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 19. *qu.* 3. *n.* 2. Cardin. de Luca *de regular. disc.* 7. *num.* 3. & 5. Rota *dec.* 101. *num.* 4. coram Merlino, quia dicta consuetudo diceretur corruptela, ac contra se haberet juris resistentiam vehementem, ac cederet in damnum publicum, impediretque morum reformationem, quæ omnia à jure prohibentur, *cap. Cum inter*, & *cap. ex parte de consuetud.* & in terminis consuetudinis irrationabilis, ut numquam possit dici præscripta, Fagn. *cap. Si Archiepiscopus num.* 7. & 8. *de temp. ordin.* & *cap. Quoniam num.* 57. *de Constit.* Rota *decis.* 324. *num.* 11. *in fine part.* 1. *recent.* & dixi supra in *sect. ult. ad Const. Un. Honorii II.*

Alius casus est, quando non præscribitur contra jus visitandi in totum, sed unus Prælatus extraneus præscribit jus visitandi cumulativè cum Prælato nativo, vel unus Prælatus inferior cumulativè cum Prælato superiori, itaut, uterque possit visitare, & hoc admittunt spatio etiam viginti annorum, quia non spoliatur Prælatus nativus sua jurisdictione, & hoc videmus passim practicari secundùm Canones in Episcopo, & Archiepiscopo habentibus ambobus jus visitandi Ecclesias Suffraganeas, moderatum deinde in Archiepiscopo per Sacr. Concilium Tridentinum, ut non possint visitare Metropolitani Ecclesias Suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali, *sess.* 24. *cap.* 3. *de reform. vers. à Metropolitanis verò*, & videmus in pluribus Prælatis inferioribus, qui visitant etiam cum Superiore in vim quoque S. Concilii Trid. Cardin. de Luca *de regul. disc. cit.* 7. *numer.* 6. *per tot.* & in Generali Religionis, ac Superiore alicujus Religionis subalternatæ, ut in casu relato in *cit. disc.* 7. Cardin. de Luca Tambur. *de jure Abb. cit. loc. num.* 5. *in fine*, & bene distinxit Rota *dec.* 324. *nu.* 12. *part.* 1. *rec.* & in tali casu cumulativæ Visitationis, non intrat amissio juris in Prælato nativo, seu Superiore per non usum actus jurisdictionalis, quia cùm sciat, & videat consuli saluti subditorum per Visitationem alterius Prælati subalterni, non intrat desertio juris, quod tunc procederet, vel si adesset actus denegationis, vel si dictus Prælatus inferior, vel extraneus haberet titulum incompatibilem, quo actus exercet, cum jurisdictione Prælati nativi, vel Superioris, illiusque actus proinde tenderent ad istum privandum; nam tunc cùm ipse patiatur alium jus suum per longum tempus exercere privativè quoad ipsum, & non prohibendo, imò illud non exercendo, videtur juri suo fuisse derogatum, & in alium, qui exercet, translatum; quod secus est in casu, quo duo cumulativè illud jus exercere valent, quia tunc actus Prælati inferioris seu extranei referri debent ad jus proprium, & non privationem nativi seu Superioris Prælati, qui etsi non exerceat, retinet tamen jus suum habitualiter, ab alio per suos actus non privatum, nisi concurrat denegatio, & acquiescentia, Innocentius *in cap. Auditis de præscript.* Calderin. *cons.* 2. *circa med. de præscript.* Card. de Luca *de præem. disc.* 26. & *de regular. cit. disc.* 7. *numer.* 6. Tusch. *verb. præscriptio concl.* 136. & *seq.* 543. & 585. Rota *decis.* 324. *numer.* 11. *part.* 1. *rec.* & plenè Rota *dec.* 1167. & 1168. coram Emerix jun. ubi in terminis Abbatis Populeti Cisterciensis exercentis jurisdictionem in Monasterio Monialium dicti Ordinis, non exinde excludere jus supremum Generalis Cisterciensis, stante compatibilitate utriusque juris. Sic videmus in Metropolitano, qui per

plures annos Ecclesias Suffraganeas non visitat, sed illæ visitantur ab Episcopis propriis, non amittat jus suum proprium, quia isti non visitant jure incompatibili, vel jure privandi Archiepiscopum, sed faciendi actum sui juris compatibilis cum illo Metropolitani, & dicitur actus necessarius, qui fit à proprio immediato Prælato, Gloss. Imol. & Vitalin. *in Clemen. 2. de stat. Monach.* Calderin. *cons. 13. in fin. de Censib. & in cit. dec. 1167. & 1168.* coram Emerix jun. & facit Rota *in Colonien. Jurisdictionis 10. Aprilis 1704. §. Et res* coram D. Priolo.

Tertius casus est, quando aliquis Prælatus præscribit jus circa actus particulares, vel in eadem Religione, & Ordine præscribit jus Superioritatis in aliquos Religiosos in certis actibus, remanente tamen universali Jurisdictione in Prælato Superiore supremo, & quia illo casu non tollitur in totum Paternitas ordinarii Superioris, sed præservatur, non intrat inconveniens in subsequenti casu consideratum, ut non debeat assumi aliud caput in exclusionem nativi, quia verè remanet talis Religio sub capite nativo, licèt subdatur alteri capiti subalterno, & in hoc sufficit quadragenaria præscriptio, *cap. cum ex officii de præscriptionibus*, Felin. ibi *numer. 12. vers. limita tertio, & vers. tamen ex negligentia*, Marian. Soccin. *de visitat. numer. 35. vers. & hoc verum circa finem*, Fusch. *eod. tractat. capit. 2. numer. 16.* Cardinal. de Luca *citat. disc. 7. de regular. numer. 5. vers. quamvis*, Tambur. *citat. qu. 3. numer. 6. & in citat. decis.* coram Emerix jun.

Quartus casus est quando agitur, ut Prælatus extraneus præscribere velit totalem jurisdictionem in Corpus sub nativo Superiore constitutum, & tunc quia videtur habere resistentiam juris vehementem cùm jus disponat, ut unumquodque membrum sit sub suo capite, aliàs desineret esse id, quod in sui forma constitutiva fuit, ideo requiritur, vel privilegium Apostolicum, vel immemorabilis, seu centenaria, de cujus initii vitio non constat, ut Cardin. de Luca *disc. 7. de regul. & disc. 1. cum seq. de Jurisdictione* cum supra adductis; nam essent duo capita in eodem corpore, quod irrationabile est, Rota *dec. 324. n. 11. part. 1. rec.*

Unde ex his vana visa fuit prætensio Prioris Cruciferorum, qui Paternitatem in Generali Cellitarum quo ad Cellitas denegare satagebat, quia ista resultabat tam ex juris dispositione, quæ præbet jus Su-
82 perioritatis Capiti Religionis super Monasterium, & Religiosos ejus Ordinis, *capit. Cum ab Ecclesiarum de offic. Ordin.* & latè Donat. *in prax. Regular. tract. 13. qu. 66. numer. 1. tom. 1.* Rota *citat. decis. 1167. numer. 5.* coram Emerix jun. tum etiam quia aderant Bullæ Apostolicæ concedentes jus paternitatis in Cellitas prædicto eorum Superiori; tamen quia concurrebant per sæculum actus pro Priore Cruciferorum, visum mihi fuit concedere eidem mandatum de manutenendo, confirmando judicatum Reverendissimi D. Nuntii Colonien. Sed assumpta causa in petitorio ad favorem Superioris Cellitarum, resolvi nullum jus competere dicto Priori Cruciferorum, nisi uti assumpto, & posse per Superiorem Cellitarum illum removeri à munere Visitatoris assumpti.

Quoad manutentionem, motivum judicati fuit
83 quia concurrebant actus per considerabile tempus. Quo verò ad titulum aderat aliqua dubietas, si facta semel assumptione in Visitatorem, potuisset removeri, non tamen erat deneganda manutentio, etiam in terminis, quando dubitatur, an actus sint facultativi, vel an jus resultat, ut quoad primos Posth. *de manut. observ. 53. numer. 16.* Add. ad Ludov. *dec. 162. in fine*, & in terminis jurisdictionis *dec. 324. numer. 11. vers. Quidquid part. 1. recen.* Rota *dec. 1069. num. 11.* coram Emerix jun. & quoad secundos in *Olomucen. Jurisdictionis 9. Junii 1692. & 19. Januarii, & 5. Junii 1693.* coram D. Muto.

Quoad petitorium fui in dicto sensu, quia etsi agetur de præscribendis certis actibus particularibus, in quibus se restrinxit Prior Cruciferorum, quo ca- 84
su possent præscribi ex dictis contra Superiorem nativum, tamen cum actus exerciti sint per Superiorem alterius corporis, & ulteriùs fuerint exerciti præcisè in vim dictarum Constitutionum Apostolicarum pro gubernio Cellitarum permittentium horum Superiori assumptionem Presbyteri alterius Ordinis in Visitatorem pro explendis muneribus Sacerdotalibus, Paternitatem tamen remanere penes Superiorem Cellitarum, meritò dicendum erat Priores Cruciferorum non explevisse actus illos jure proprio, sed superinducto, & muneris assumpti, & actus qui possunt referri ad titu- 85
lum præcedentem justum, nequeunt inducere alium titulum dubium, & contra jus, Rota *decis. 1167. nu. 8. & 1168. numer. 3.* coram Emerix jun. *& in Zamoren. Canonicatus, & Scholastria 11. Martii 1675. §. Habuit* coram Bourlemont, & semper referri debent ad formam, & tenorem præcedentis concessionis, Rota *decis. 1158. numer. 6.* coram Emerix jun.

Fortiùs quia in fronte eorumdem actuum exercitorum, vel in aliquibus, ex quibus alii similes declarantur, adsunt expressè Constitutiones Pontificiæ prædictæ, & sic dicendum est, vel non potuisse egredi 86
tenorem, & formam earum, vel fuisse in mala fide excedendo illarum limites, ut in terminis similibus dixit Cardin. de Luca *citat. disc. 7. de regular. numer. 4.* ubi ait esse motivum irrefragabile, ad *consil.* Gemin. *96. numer. 4. vers. quoties*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. Gloss. 67. numer. 29.* Rota *decis. 510. numer. 5. par. 3. Div.* Cavaler *decis. 91. numer. 10. & decis. 324. numer. 8. par. 1. recent.* & electio Prioris Cruciferorum præsumebatur facta tacitè per permissionem pro tempore Superioris Generalis Cellitarum.

Nec etiam usus Jurisdictionis Superioris Cellitarum, vel non facta deputatio expressa potuit præjudicare; tum quia in facto constitit exercuisse plures actus Ju- 87
risdictionis, qui etsi singulares, præservant jus in totum in eo, qui habet juris assistentiam in tota Religione, Valenz. *cons. 71. nu. 51.* Passerin. *de stat. hom. tom. 2. qu. 187. numer. 689.* Rota *decis. 951. numer. 2.* coram Seraph. *decis. 514. numer. 6. & sequ.* coram Rembold. *decis. 704. numer. 9.* coram Buratto *decis. 70. numer. 6. & 7. decis. 391. numer. 24. par. 13. recent. & in Surrentina Manutentionis 4. Maii 1695.* coram D. Scotto, & dixi in Commentario ad *Const. I. Paschalis II. sect. I.* & ex his actibus particularibus, sicuti conservatur jus in Superiore nativo, ita interrumpitur præscriptio in altero extraneo Innocentius *capit. auditis numer. 4. & 5. de præscript.* Cardin. de Luca *de jurisd. disc. 1. numer. 23. & dec. 147. n. 9.* coram Card. Cerro, *& dec. 221. n. 27. & sequ. part. 13. recent.*

Quare debent dici actus prædicti fuisse exerciti per Priorem Cruciferorum uti assumptum per Generalem Cellitarum ad formam dictarum Constitutionum Apostolicarum in iis muneribus Presbyteralibus, quæ non poterant Cellitæ explere, & sic non intrat discussio, quod potuerant Cellitæ renunciare juri suo, quia egerunt id, quod Papa demandavit pro gubernio propriæ Religionis, ad quod debent referri actus successivi, & non ad jus extrinsecum novum, & præsumptum. Et tunc potuisset dubitari, si actus fuissent difformes à tenore dictarum Constitutionum, & sic potuisset dici acquivisse alio jure Cardin. de Luca *de Jurisd. disc. 24. numer. 6. & disc. 34. numer. 21.* Rota *decis. 734. numer. 8.* coram Pe- 88
nia *decis. 102. numer. 15.* coram Carillo, quia cùm actus fuerint jure quodam superinducto, nequeunt adscribi juri proprio, imo per tales actus factos à Priore Cruciferorum in vim Constitutionum, & sic assumptionis tacitæ vel expressæ factæ per Superiorem Cellitarum, conservatum dicitur jus, & jurisdictio hujus, cujus mandato, vel jure dicuntur facti, Rota *dec. 865. numer. 9.* coram Merlino *dec. 252. num. 9. & seqq. & dec. 373. nu. 5. & 6. par. 5. dec. 44. n. 19.*

par.

par. 16. rec. cit. decis. 1158. *nu.* 6. & plenè *in cit. dec.* 1167. *nu.* 7. *&* 1168. *nu.* 3. cor. Emerix Jun. *& in cit. Colonien. Jurisdictionis* §. *nec dicatur*, *& sequ.* coram D. Priolo. Ex eo igitur quod actus Prioris Cruciferorum debent refe; ri ad Bullas prædictas, quibus datur facultas Superiori Cellitarum assumendi Presbyterum alterius Ordinis in Visitatorem, quæ assumptio supponi debet tacita saltem, sicuti tollitur jus à d. Priore, quod nnn sit dependens à tali assumptione, ita consequens est, ut sit in libertate
89 Superioris Cellitarum pro tempore eum removere, cujus arbitrio deputatio à Papa fuit cnllata, ut bonn & gubernio suæ Religionis consulat uti Caput; ibi enim dixit Papa: *Quodque Visitator prædictus pro tempore existens unà cum alio Religioso idoneo alterius Ordinis per eum eligendo*. Et sic electio est in persona pro tempore Superioris Cellitarum, stante dictione *eum* repetitiva *Visitatoris pro tempore*.

Nec ex eo quod antecessores Superiores Cellitarum talem usum remotionis non exercuerint, sed semper usi fuerint dicto Priore pro Socin assumpto, Successnres privantur jure proprio, ad tradita per Gratian. *discept.* 674. *nu.* 18. *&* 19. *& discept.* 916. *nu.* 33. & cùm ad Visitatorem Cellitarum pro tempore spectet electio, spectat etiam remotio, *cap. Cum ad Monasterium* §. *tales de stat. Monach.* juxta naturam munerum Regularium, ut supra dixi, amovibilium, & illius est destruere, cujus est instituere, ut supra dixi §. *ita ex pari ratione*, eò fortiùs quia si ipse Visitator Generalis Cellitarum potest à Capitulo removeri, non videtur congruum, quod socius assumptus sit irremovibilis, juxta regulam: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.*

Post hæc exarata, S. Rota strictè approbando eadem motiva, confirmavit dictum Judicatum, de-
90 cidendo, Priorem Cruciferorum esse tantùm assumptum, & posse removeri per Superiorem Cellitarum, ut in *Colonien. Jurisdictionis* 10. *Aprilis* 1704. coram D. Priolo *Cum expediatur*. Sed quid dicendum, si adesset Privilegium Apostolicum, ut
91 Superior alterius Ordinis exerceat jurisdictionem in alio? Et certum est suffragari, cùm nefas sit dubitare de potestate Papæ, sed de voluntate erit videndum; cùm semper Papa ob summam justitiam juri se conformare censeatur, & quo minus illud lædat efficere; nec est præsumendum contra expressam juris dispositionem innixam rationi, ut unumquodque membrum gubernetur à proprio capite ejusdem professionis, velle alium præficere, nisi clarè dicat, *cap. si Papa X. de privil. in* 6. Card. de Luca *de regul. disc.* 7. *nu.* 5. *decis.* 324. *nu.* 1. *& seqq. par.* 1. *& dec.* 70. *nu.* 28. *& sequ. & decis.* 221. *nu.* 3. *& seqq. par.* 13. *recent.* & dixi supra, ac firmavit *cit. decis. Colonien.* §. *tota ratio*, & cùm Superior Regularis habeat plenam jurisdi-
92 ctionem ex jure in tota Religione, ut dixi supra, & docuerunt Azor. *Inst. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *quæst.* 7. Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 8. *nu.* 3. *& tom.* 2. *disp.* 1. *qu.* 2. *num.* 2. *versic. suppositio*, Rota *citat. decis.* 70. *numer.* 19. *& sequentibus part.* 13. *recentiorum*, non potest vulnerari talis assistentia, nisi Papæ rescripto claro, & quatenus fieri possit, recipi compatibiliter cum jure debet, *citat. decis.* 324. *num.* 5. *& seq. par.* 1. *recent.*

CONSTITUTIO TERTIA

EUGENII III.

incipiens (*Quantum.*)

EPITOME BULLÆ.

EUGENIUS LUDOVICO REGI FRANCORUM, & Principibus per Galliam constitutis.

Eugenius Papa hac Bulla indixit Cruciatam pro bello contra Paganos pro recuperanda Terra Sancta. Plures Indulgentias, ac privilegia Crucesignatis impartitus fuit, & inter alia, ut bona, & personæ Crucesignatorum, uxores, & filii sub protectione Sedis Apostolicæ, ac Episcoporum existerent, necnon, quod liceret Crucesignatis bona feudalia, & possessiones pignorare, si perquisiti Domini feudi, vel agnati, & propinqui mutuam pecuniam noluissent commodare.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Historia Cruciatæ in hoc Commentario recensetur, & de pluribus Bullis quoad Cruciatam emanatis cum Privilegiis.*

2 *Apud alios Summos Pontifices ante Eugenium III. fuit cura recuperandi Terram Sanctam ab Infidelibus.*

3 *Cruciata indicta tempore Urbani II. ejusque historia ab initio usque ad recuperationem Terræ Sanctæ, & n. n. seq.*

4 *Qui sint Saraceni, & Turcæ, & eorum initium, ac falsa Religio.*

5 *Terra Palestina, & Hierosolyma, à quibus fuerat occupata?*

6 *Petrus Eremita promotor Cruciatæ tempore Urbani II.*

7 *Concilium Claramontanum congregatum pro Cruciata, & gesta in illo recensentur.*

8 *Gestum memorabile in publicatione Cruciatæ, & ardor fidelium ad illam.*

9 *Diversa sors Petri Eremitæ in prædicando, quam in militando.*

10 *Opera eximia Goffredi Bullionii Ducis Cruciatæ, & aliorum Principum Christianorum, & tempus recuperationis Hierusalem, & Sancti Sepulchri.*

11 *Obitus Urbani II. antequam nuntium haberet captæ Hierusalem.*

12 *Proclamatus fuit Rex dictus Bullionius, qui noluit coronari, & quare? & ejus obitus.*

13 *Successor in Regno fuit Balduinus, & alii postea, & plura recensentur gesta usque ad promulgationem Cruciatæ factæ per Eugenium in hac Constitutione ad preces Ludovici Regis Francorum.*

14 *Indulgentiæ, & privilegia concessa in Concilio Claramontano Crucesignatis.*

15 *Forma Crucis in illis, & plura memoranda tam circa ingentem numerum, quàm alia, & opera D. Bernardi recensentur.*

16 *Privilegia, quæ fuerunt concessa in hac Constitutione Crucesignatis, & super duobus datur Commentarium, & quare?*

IN hac Constitutione, quæ etiam historiam continet, cùm jam Privilegia, & Indulgentiæ terminata Cruciata expiraverint, aliqua dicam de variis 1
Cruciatis in dictis diversis temporibus, & deinde com-

commentabor aliqua peculiaria privilegia, reſervando alia Commentariis futurarum Bullarum ſimilis Cruciatæ, hicque notitiam hiſtoricam dare coactus, ut deſerviat pro declaratione cæterarum Bullarum Cruciatæ, quæ inferiùs regiſtrabuntur.

Plures enumerantur in Bullario Bullæ Cruciatæ, indictionis ſcilicet Belli contra Saracenos pro recuperatione Terræ Sanctæ, quarum prima hæc eſt edita à Pontifice Eugenio III. anno Chriſti 1145. in loco Vetrallæ Kal. Decembris; alia à Gregorio VIII. anno 1187. in Civitate Ferrariæ 4. *Kal. Novembris*, quæ incipit *Audita* inter ſuas in *Bullar. unica*. Alia etiam ab Innocentio III. in executione Concilii Lateranenſis promulgata *anno* 1215. *die* 19. *Kal. Januarii*, quæ eſt 12. inter ſuas incipiens, *Ad liberandam* imo priùs anno 1199. alia Bulla hortatus fuit Regem Armenorum ad hujuſmodi Bellum ſuſcipiendum, ut in ejus Bulla 4. incipiens *Is Eccleſiam*, & in anteriori nempe 3. incipiens *Ex eo* hanc adhortationem direxit Gregorio Catholico Armenorum Antiſtiti; & demum Clemens V. ob eamdem Terræ Sanctæ recuperationem indixit Concilium Generale Viennenſe, ut in Conſtitutione anni 1307. incipiens *Regnans*.

Sic quoad privilegia ad favorem Crucesignatorum adſunt variæ Conſtitutiones; ſcilicet Innocentii IV. Bulla anno 1254. incipiens *Malitia* 19. directa Inquiſitoribus quibuſdam, quòd valerent abſolvere Crucesignatos à Cenſuris, & votis, necnon Nicolai IV. *Conſtitut.* 5. incipiens *Illuminet* anno 1291. qua adhortatus fuit fideles ad ſubventionem Terræ Sanctæ cum conceſſione Indultorum ad favorem proficiſcentium, vel ſubvenientium, & de hujuſmodi privilegiis Crucesignatorum fit mentio in Bulla B. Pii V. la 110. incipiens *Sacroſancta*.

Licèt prima Conſtitutio, quæ de Cruciata agit in
2 Bullario, ſit iſta Eugenii III. tamen hæc cura liberandi illa loca ſacra ab Infidelium tyrannide apud alios quoque Summos Pontifices, ut par erat, fuit, qui ſedulò cogitaverant totis viribus evertere falſam religionem in Regionibus, ubi incunabula veræ fidei agnoſcuntur, Myſteriaque præcipua adorantur. Id enim à plerìſque actum fuit in Conciliis, nedum, ut dixi poſt tempus Eugenii III. ſed etiam longè antè; ut elicitur etiam ex verbis hujuſmet Bullæ §. 1. *Quantum Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices pro liberatione Orientalis Eccleſiæ laboraverint, & antiquarum relatione didicimus, & in geſtis eorum ſcripta reperimus*. Hinc conſtat Gregorium VII. valdè inſudaſſe in hoc, imo ex voto voluiſſe ipſum in capite exercitus adire cum 50000. militibus, niſi Schiſmate priùs ab Imperatore Henrico conflato, ut diximus, & deindè morte præpeditus remanſiſſet, & conſtat ex Epiſt. Greg. *lib.* 1. *Ep.* 49. & *lib.* 2. *Epiſt.* 37. & *lib.* 9. *Ep.* 4. Baron. *annal. anno* 1074. *nu.* 49. Thomaſſin. *de benefic. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 75. *nu.* 1. & innuit Gonzalez *cap. Quod ſuper his* 7. *num.* 2. *de Fide Inſtrumentorum*. Hinc Urbanus II. mediatus ſucceſſor Gregorii Anteceſſoris opus præmeditatum exequutus fuit ante tempus Eugenii III. nempè anno 1095. ut dicam, Cruciatam promulgando in Concilio Claramontano, & refertur in hac Bulla §. 2. Imò aliæ Cruciatæ in hiſtoriis reperiuntur ultra has contra Infideles pro recuperatione Terræ Sanctæ, ut illa Gregorii IX. contra Fridericum Imperatorem, ac ea Innocentii IV. & alia pro Hiſpanis contra Mauros, de quibus ſuo loco ſingillatim.

Hinc, ut recto ordine in hujus excelſi operis geſtis
3 referendis procedam, initium faciam à Cruciata indicta per dictum Urbanum; deinde ad tempora noſtri Eugenii, & hujus Bullæ deſcendam.

Jam per quatuor Sæcula, Saraceni Arabes dominabantur in Aſia majori, ac Ægypto, ſicque etiam in Terra Sancta in illa Regione contenta, quando Turcæ pluribus ditionibus eos expoliarunt. Hinc, etſi
4 nomine Turcarum uſurpari communiter Saraceni, & è contra ſoleant, ſicque etiam Mauri nuncupari, ut fit in his Cruciatis contra Saracenos promulgatis, tamen advertendum puto non fuiſſe ab initio ejuſdem generis nationis; Saraceni enim ſunt populi Arabiæ devaſtatores regionum, Marcellinus *lib.* 23. ibi: *Et in Aſia Albanos Mare rubrum, & Scenites Arabes, quos Saracenos poſteritas appellavit*: Et uſque ab anno Chriſti 612. fit mentio in hiſtoriis apud Briet. *annal. dicto anno tom.* 1. *fol.* 162. devaſtationis Syriæ per eos factæ ſub Heraclio Imperatore. Inter eos ortum habuit Mahumetes, qui anno Chriſti 622. & Orbis conditi 4675. ſub eodem Imperatore Heraclio in Ethribo felicis Arabiæ oppido die 16. Julii natales agnovit, jamque excogitans falſam Religionem fugit ex Urbe ſua, unde Ægyram ejus ſectatores talem fugam nominant, quod Arabicè illud nomen ſonat. Ipſe camelorum curator Dominam divitem in uxorem duxit, deinde populis illis barbaris, ac ignaris opera Sergii Monachi novam propoſuit religionem ex omnibus aliis conflatam, ut nemini diſpliceret, voluptates corporis jungendo armis, ut illis allicerentur ignari, iſtis mulctarentur fortes. Albaranum in Schedis novæ legis dogmata continens reliquit. Ipſe priùs miles, & depopulator, in agro ſibi dato initia ſui Imperii jecit, ambiens, ut evenit in pœnam peccatorum fidelium, eodem tempore Imperator, & Legislator fieri, mira Dei juſtitia, ut tunc tam perfidus ſectator ortum habuerit, quando incœpit hæreſis Monothelitarum, in quam miserè inciderat idem Imperator Heraclius. Sic Saraceni pauliſper à gentili ſecta ad illam Mahumetis converſi fuerunt, ita illi dicti vel à Sara Uxore Abrahæ, ex D. Hieron. *in Iſaiam cap.* 21. vel à Saraca Urbe Arabiæ juxta Paulum Æmil. *lib.* 7. quæ opinio videtur eſſe veriſimilior. De eorum variis Etymologiis vide Socratem *lib.* 4. *cap.* 29. Euſeb. *lib.* 6. *cap.* 6. Beyerlinch. *tom.* 7. *ver. Saraceni*, Aldrete *in orig. lingu. latin. lib.* 2. *cap.* 23. Covar. *lib.* 4. *variar. cap.* 9. Tholom. *lib.* 6. *Geograph. cap.* 7. Poſt obitum Mahumetis ex crapula anno 631. ac ſepulti non in Urbe Mecca, ſed in oppido Medina Tarulbi, ubi extructum eſt Templum 400. columnis ornatum, Corpus à porcis voratum Mahumetani maxima veneratione proſequuntur in eodem templo fabuloſè in aera elatum; deinde Saraceni Syriam, quam depopulabantur, totam occuparunt anno 635. profligato Sergio Duce Paleſtinæ, ac obſeſſa Hieroſolyma, ut deplorat Sophronius *in Oratione Natalis Domini*; tandem eam expugnarunt anno ſequenti, redacto templo in Meſquitam, & principalem Baſilicam ejus prophanæ, & impiæ Sectæ. Sic illa natio fortis, quæ à Deo ad puniendum Imperium Romanum, ac facinora Chriſtiani populi mittebatur, quotidie ſuis victoriis prævibat, annoque Chriſti 649. Cypri Inſula potita eſt, ſicque in excidium Imperii Perſarum extulit caput hoc Imperium Mahumetanum, ut etiam Imperiis ipſis fines Deum dediſſe conſtet; ubi enim eſt illud Aſſyriorum, Hebræorum, Medorum, & Romanum?

Turcæ verò, de quibus reperitur mentio uſque ab anno Chriſti 566. tempore Juſtini Romanorum Imperatoris, cui munera detulerunt, ne inquietarentur Briet. *cit. to.* 1. *fol.* 129. ad Boream Cavenſis Montis receſſi reſidebant ad ſtipendia variorum Principum militantes, deinde in remotas ejus regiones redibant, ſpoliis onuſti. Regio enim illa eſt in parte Sarmathiæ Aſiaticæ inter Montem prædictum Cavenſem, fluvium Taneis, Mare Caſpium, & Paludem Meotidem, Conſt. Porphyr. *de adm. Imper. cap.* 3. Sed cùm, vel ab aliis ex illis receptaculis ejecti, vel ex aucto numero, non contenti eorum naturali domo foris eruperint, alii aliò vertentes, ut regiones ſibi acquirerent; hinc aliqui ad Occidentem verſus Danubium, aliqui in majori numero in Scithiæ partem, quæ nunc etiam dicitur ex eorum nomine *Turqueſtan*, deindè in Mauritaniam paulatim ſe protulerunt, unde dicti fuere Mauri. Perſiam etiam devaſtarunt, ac ſub Heraclio Imperatore contra Choſroam Regem militarunt; acquiſito poſtea Imperio Perſo per Saracenos, iſti Turcas ſuas ſtipendiis habue-

habuerunt assignatis oppidis, eisque usi fuerunt in Bello contra Græcos, sed malè habiti Turcæ arma contra Saracenos moverunt, & paulatim eosdem ex divisione jam inermes expugnarunt; tempore verò 400. annorum circiter opus perfecerunt, Persiam totam occupando anno 1048. & successivè Mesopotamiam, Palæstinam, & Syriam, electo Principe ex stirpe Salgug, aut Sadoch inter Turcas venerata.

Ex cohabitatione igitur Turcarum cum Saracenis facilis fuit transitus à Religione Gentilium ad illam Mahumetis, quam deinde sedulò continuarunt, ac propagarunt. Occupata itaque Asia majori, eorumque Monarchiam produxerunt in Asiam minorem, armis expugnato exercitu Romano, cum captura Diogenis eorum Principis, dominatique fuere in Regnis Ponti, Lycaoniæ, Cappadociæ, & Bithyniæ, electa Civitate Nicææ pro Sede Imperiali circa annum Christi 1080. de quibus omnibus vide *cit.* Briet. Gulielm. Tyr. *lib. 1. cap. 9.* Nicephor. *lib. 1. cap. 3. & sequent. Constitut.* Porphyr. *cit. cap.* 3. Theophilact. Simotat. *lib. 1. cap.* 8. Tamen expugnato Imperio Græco in Urbis Constantinopolis excidio anno 1453. videmus adhuc illam Turcarum Monarchiam tam dilatatam, semperque dilatari, & rectè dubitari potest, si peccata Christianorum excrescant, ex quibus bella inter Principes fideles continuò producantur.

Itaque ex his liquet alios esse Saracenos, alios Turcas, Mauros etiam dictos ex Mauritania conquisita, quamvis hodiè hæc nomina promiscua sint ad denotandam falsam Religionem, & sicuti Judæi censentur omnes antiquæ Mosaycæ legis Sectatores, quamvis priùs illi erant, qui occupabant partem Regni Judææ à Juda quarto Regis filio dictam ad differentiam Israelitarum ex Regno Israel nuncupatorum, qui etiam Hebræi dicebantur; prout Pagani nuncupantur Gentiles, Etnici, & quicumque, qui falsa numina venerantur, ita pro Turcis admittuntur omnes, qui sub lege Mahumetis vivunt, Gonzal. *cap. Judæi nu. 1. de Saracenis*, & ita Turcæ pro Saracenis nominantur in aliquibus Bullis prædictis, ut in illa Nicolai §. 1. & etiam Innocentii III. ita quoque Pagani dicuntur, ut in hac Bulla Eugenii, & notat Navar. *in cap. ita Quorumdam 6. in 4. Notabili nu. 3. de Judæis.* Sicque usurpantur ad invicem nomina Turcarum, Saracenorum, & Paganorum.

Liquet etiam ex dictis, Terram Palæstinæ, & Ur-
5 bem Hierosolymam fuisse à Saracenis præoccupatam,
ut erat anno 1093. tempore Urbani II. Summi Pon-
tificis, & deindè à Turcis possessam post ultimum ex-
cidium Christianorum, illeque Pontifex primus me-
ruit opus illud tam eximium unionis Christianorum
Principum contra Infideles perficere pro recuperan-
da illa Sancta Regione, ubi nostræ Religionis My-
steria adorantur. Deus enim, qui in operibus eximiis
semper uti voluit mediis exiguis, ut magis ejus
omnipotentia ostendatur; ut in Creatione Mundi
voluit uti simplici verbo *fiat*, quando aliis potio-
ribus, & explicatioribus uti potuisse constat; sic vi-
demus Virgam Moysis ad portentosa miracula adhi-
bitam, Puerum Pastorem ad Goliath occidendum,
paucos piscatores ad propalationem Evangelii; ita
6 in hoc eximio opere suscitavit quemdam paupe-
rem homunculum, ut dicunt Auctores, nedum na-
talibus exiguum, sed etiam statura pusillum, habitu
incultum, vultu non charum, & fronte asperum.
Hic erat Petrus Eremita dictus ex Piccardia in
Gallia Ambioni natus, causa invisendi loca sancta
Palæstinam petiit; tunc enim ardentior erat Chri-
stianorum spiritus visitandi illa Mysteria nostræ Re-
demptionis, itaut maximus esset concursus omnium
Nationum. Accessit Petrus, miseratus ibi captivita-
tem fidelium in Sancta Civitate, præsertim habitan-
tium cum Patriarcha Simeone optimo Christiano,
à quo de tyrannide Saracenorum benè Petrus fuit
instructus; unde ope Dei animum excitavit ad suc-
currendum tot calamitatibus presso fideli populo,
& dum in templo ante Sepulchrum Christi Do-
mini preces fundebat quadam nocte, e visu appa-
ruit Dominus Jesus in actu Resurrectionis, illum-
que ad opus jam præmeditatum fuit cohortatus;
quare Spiritu Cœlesti ductus jam alius homo appa-
ruit, dulcis in sermone, perspicax in suadendo,
omnique arte dicendi excultus, litteras à Patriarcha
habuit ad Summum Pontificem, aliosque Principes
Christianos, Romamque petiit ad Urbanum Secun-
dum, qui ut dixi Natione Gallus facilè eum recepit,
ac suasionibus istius ductus, Galliam adivit Papa, ubi 7
Concilium Claramontanum rebus Orientalibus tam
utile convocavit.

Quamvis enim aliqui dicunt occasionem dicti Concilii fuisse excommunicationem Philippi Regis Galliarum, qui ut aliàs dixi peccatum adulterii fovebat repudiata legitima Uxore; tamen licèt ea fuerit causa partialis, non exinde excluditur altera, hoc scilicet opus eximium belli contra Saracenos promovendi; idque constat nedum, quia Petrus in Concilio introductus ibi peroravit, ac narravit omnes calamitates illius Sanctæ Regionis, præsentatis litteris tam Patriarchæ, quàm Imperatoris Constantinopolitani Alexii Comneni; sed etiam, quia ipse Urbanus plures sermones circa hanc rem in Concilio peregit, qui inserti reperiuntur in Actis dicti Concilii, & narratur miraculum ignis in Templo Hierosolymitano sic: *Neque equidem ibi Deus hoc annuatim prætermittit facere miraculum, cum in diebus passionis suæ extinctis omnibus, & in Sepulchro, & in Ecclesia circumcirca luminibus, jubare divino lampades extincta reaccenduntur*, ex quo miraculo ortum esse ritum, dicunt, nostræ Ecclesiæ in die Sabbati Sancti luminaria ex novo igne benedicto accendendi, & cessasse dictum miraculum statim, ac fuerunt Latini ab Hierosolyma ejecti, idque in pœnam Græci schismatis, referunt P. Lupus *ad dictum Concilium* Baron. *tom. 11. pag. 665.*

Tempus dicti Concilii fuit annus 1095. juxta Baronium VIII. Pontificatus Urbani II. mensis Novembris coadunatis tresdecim Archiepiscopis, & ducentis, & quinque Episcopis. Non fuit Concilium Generale, quia defecit convocatio totius Ecclesiæ, sed in maxima veneratione habitum, tum ob plures Canones promulgatos circa reformationem morum, tum ob excommunicationem latam contra dictum Philippum ob matrimonium illegitimum cum Bertrada, vivente propria Uxore, factum; quo tempore notandum, quod in diplomatibus plerisque, loco verborum, *Regnante Philippo*, ut fieri consuetum erat, dicebatur *Regnante Jesu*, Briet. *annal. tom. 6. fol. 6. anno* 1095. tum ob expeditionem in recuperanda Hierosolyma. Ex suasionibus enim, ac assiduis prædicationibus dicti Petri Eremitæ, Principes, ac Populi ita ardentes evaserunt, ut loco proficiscendi ad bellum tam laboriosum, ad Paradisum ituros se promptos declararunt; hinc Urbanus in dicto Concilio orationem in publica area eruditè fecit, & rationes protulit urgentes, ut animi fidelium in ingenti numero adstantium ad opus tam pium moverentur; quare omnes lacrimis, & gemitibus potiùs, quàm ore dicebant; *Deus vult hoc*, eosque qui ad militiam Sanctam pergere volebant, Papa insignivit Cruce, ut in conspectu haberent tesseram illam, cujus Mysteria liberaturi adibant, de quo Concilio vide Baron. *tom. 11. pag. 662. & sequent.* ubi Conciones Urbani recenset Ciaccon. *in Vita Urbani II.* Sebastian. Acosta *in suis notis ad Bullam Cruciatæ.*

Hic memorandum duximus id quod plures Scri-
ptores innuunt, eodem tempore, quo Urbanus 8
promulgavit Cruciatam in Gallia, fuisse in aliis re-
motis regionibus modo non visibili hoc idem no-
tum, itaut dum Episcopi juxta præceptum Concilii
præfati Cruciatam in propriis Diœcesibus promul-
garent, omnes jam præparati erant ad iter, ipse-
que Episcopus à Concilio destinatus Legatus Cru-
ce signari voluit promptius ad illam expeditionem.

Ingens

Ingens fuit multitudo gentium pro isto *Sacro Bello*, sed plura ex hac ipsa multitudine evenere mala, quia plerique eum mulieribus, & parvulis iter arripere ausi sunt, aliqui pro levitate spiritus, aliqui pro vanitate, alii pro adeundis alienis Regionibus, alii pro se non separandis ab amicis, & affinibus, alii ut à creditoribus securi evaderent ad formam Privilegiorum, de quibus dicam, tale opus susceperunt. Plures è Religionibus evasi ad majorem libertatem bellicam ardebant proficisci. Mulieres ipsæ magis pronæ ad illusiones Crucem in corporibus certo liquore efficiebant, & ita à Deo vocatas esse, Viris dicebant, ad talem expeditionem; bonique Viri, ut solet, iis fidem dantes, libertatem militarem iisdem concedebant: aliæ etiam ita insaniebant, ut ferro Carnem signarent ad formam Crucis in aperto delatam, ut gloriosæ Christi Amazones viderentur. Sic Domus ductricibus mulieribus orbatæ, Tribunalia causidicis destituta, Monasteria desolata, & Terræ derelictæ à rusticis apparuerunt. Omnes viam Dei sequentes, ut dicebant, cum paucis eorum bonis multitudinem Crucesignatorum præcedebant; soliti quidem effectus hypochrisiæ, quæ etiam majores Virtutes profanare solet.

Variæ fuerunt Classes hujusmodi expeditionis, sed
9 omnes in cassum abjerunt, vel ob multitudinem gentis disciplinæ militaris ignaræ; vel ob incuriam Ducum, inter quos ipse Petrus Eremita more Apostolico sine pera, & calceamento, una contentus tunica procedebat maxima Populi veneratione, sed ex Religioso Prædicatore ad munus militis evehi passus. Dux factus ingentis multitudinis, minùs versatus in disciplina militari, benè agnovit, satis esse diversum prædicare hominibus inermibus, quàm armatis; hinc in Hungaria, & Bulgaria fuit ejus exercitus in statum miserandum redactus, ut vix quædam pars cum Eremita Constantinopolim accesserit se conjunctura cum aliis ibi perventis Ducibus. Sicque in perditionem quasi abjerunt tot expensæ, & labores. Solus Goffredus Bullionus, qui jam à Deo Dux talis Sacri Belli fuerat electus cum suis Principibus sequacibus, quos tantum Virum sequi uti eapur non puduit, vendito Ducatu Bullionensi Episcopo Leodiensi, majori vendentis, quàm ementis gloria, post plures labores, feliciter Constantinopolim appulit, dum jam Exercitus Petri malè habitus reperiebatur in Asia sejunctis Gallis ab Alemanis, omnesque à Sultano Nicææ fugati, & trucidati ferè remanserunt. In Orientem etiam transierunt Boemundus Comes Apuliæ, Comes Tholosæ, aliique Principes, & Episcopi, qui sub pio Bullione, ultrò præliabantur.

Compresso itaque per Bullionum priùs Alexio Con-
10 neno cum suis perfidis Græcis, sub palliata amicitia veris Christianis insidias tendentibus, redacto exercitu in centum mille equites, ac milites, & peregrinos sex centum mille, obsessa fuit Nicæa Sedes Imperialis Infidelium in Bithynia, eaque capta, & redacta sub Tributo Imperatoris Græci fuit, profligato Solimano; versus Synam Exercitus progressus iterùm Solimanum cum trecentis militibus superavit, pluresque Civitates potiùs pace, quàm Bello acquisivit. Capta deinde Antiochia industria Bohemundi, isti concessa fuit, ac ibi fideles repertam lanceam, qua Christi Domini pectus compunctum fuit, magna lætitia venerati fuere. Post captas igitur Civitates Nicopolis, Betblebem, aliasque, obsiderunt Cruce signati Hierusalem uti ultimum finem eorum peregrinationis, & dum in initio erant ingenti tam numero, vix quadraginta mille fuerunt superstites in dictæ Civitatis obsidione, quæ fuit maximè laboriosa. Indicta enim per pium Goffredum ante omnia supplicatione publica circa mœnia Civitatis, ubi Petrus Eremita tam eximiè in prædicatione se exercuit, felicior in primo suo munere evangelico quàm in illo militis, quod usurpare volebat, ipse Dux primus Civitatem aggressus fuit, eaque capta, trucidati sunt innumeri Saraceni, qui neque in Templo Christianorum, quorum fidem tam spreverant, securitatem consequi valuerunt, idque evenit IV. anno post Concilium Claramontanum, nempe anno 1099. die Veneris 15. Julii, eadem hora in qua Christus Dominus in Cruce expiravit; Goffredus primus pedibus excalceatis Sanctum Sepulchrum visitavit, deindè ejus exemplo omnes Principes, ac totus exercitus idem fecerunt profusis lacrimis, ac vera, & sincera devotione gratias Deo agentes.

Interim die 29. Julii obiit Urbanus II. promotor
totius operis, qui non potuit nuntium talis Victo- 11
riæ habere, cum supervixerit tantùm 14. diebus à die captæ Hierusalem, eique evenit quod Moysi, qui in conspectu Terræ promissionis obiit. Purgata itaque Civitate, ac constitutis ad habitandum Christianis, subitò cura fuit de Patriarcha, & Rege providendis, utrumque enim medium est tam necessarium ad Urbem regendam, nempe Religio, & politica; fuit enim electus in locum Simeonis Patriarchæ jam præmortui Daibertus, Rex autem
omnium voce proclamatus fuit Goffredus, qui no- 12
luit coronari, dicens non quidem licere hoc facere, ubi Christus spinis coronatus erat, sicuti numquam in solio sedit, sed in stramine. Ipse tandem post Victoriam contra Sultanum Ægypti, quæ fuit ultima actio istius primæ Cruciatæ, postquam Crucesignatos in Europam remiserit in exiguo numero vigintimillium, & plura occupaverit ad securitatem sui Regni opera etiam Paschalis Secundi, qui Urbano successit, obiit post 13. Menses Regni 13. Kal. Augusti anno 1100. plenus meritis, & fessus laboribus; ferturque ipse fuisse castus, ex quo procedebat eximia fortitudo illa, ut solus Ursum Syriæ trucidaret, Cameli collum uno ictu gladii abscinderet, aliaque fortia gereret.

Post ejus obitum successit Balduinus frater, quo
tempore Christiani floruerunt, sed discordiis ortis 13
quoad Patriarcham incœperunt calamitates, hinc post obitum Balduini I. successit in Regno anno 1118. Balduinus II. ejus Consobrinus, sub quo origo Hospitaliorum, ac aliorum militarium Ordinum cœpit, de quibus alibi.

Hincque Rex captus insidiis Regis Turcarum potentissimi, maxima pecunia fuit redemptus, eique mortuo successit Fulgo Comes Turonensis, in cujus Regno Christianorum vires in Palæstina non deteriores cesserunt; sed equo lapsus, dum ad venationem ibat cum Cane leporem persequente, obiit relicto Balduino III. Filio annorum 13. sub tutela matris anno 1142. & tempore istius Regis fuit convocata alia Cruciata sub Eugenio III. de qua in hac Bulla.

Cùm etenim Comes Edessæ ætate jam confectus in lecto cubaret, audiens obsidionem à Turcis peractam cujusdam fortaliru, filio juveni imperavit, ut cum copiis illos impugnaret, sed renuit mollis ephebus, unde Pater in eodem lectulo ad castra pergit, ibique uti Dux omnia gerebat, etsi cadaver in feretro videretur. Hinc relicta obsidione à Turcis, ille in medio Exercitus lectulo in Terra projecto, animam Deo reddidit, ut verè Crucesignatus in medio belli mortuus videretur. Ejus filius in Comitatu successor delitiis affluens relicta Edessa, secessit in locum magis aptum ad ejus vitia; unde evenit expugnatio dictæ Civitatis, quæ ut dicitur in hac Bulla §. 3. etiam ante acquisitionem Terræ Sanctæ fuerat in manibus Christianorum. Certum enim est, fuisse Principatum istum à Balduino præstitum satis aptum ad acquisitionem, & retentionem Palæstinæ, unde Principes Christiani Orientis post expugnationem dictæ Civitatis auxilium Principum Occidentalium implorare cœperunt, præsertim Ludovici VII. Regis Galliæ, qui iter sacrum arripere destinavit, & consultus D. Bernardus, qui in ejus Monasterio Claravallis morabatur post Schisma Petri Leonis, & hæreses Petri Abaelardi, & Arnaldi de Brixia, ut diximus

pro-

profligatas, Vir Dei noluit in re tam gravi affirmativum consilium præbere, prout erroneè alii dixerunt, sed tantùm ad illud petendum pio desiderio innuit esse recurrendum ad Summum Pontificem, ut eo modo fieret, quo evenit tempore Urbani II. qui primam Cruciatam indixerat, unde Rex Oratores misit Eugenio III. qui eos paternè recipiens, ac commendans tanti Regis propositum, Bullam hanc promulgavit anno 1140. directam eidem Ludovico Regi, Principibus, & fidelibus Galliæ, largitusque fuit Papa Indulgentias ipsas, quæ fuerunt in dicto Concilio per Urbanum concessæ unà cum privilegiis.

Pluta ad rem erunt discutienda, cum continuatione historiæ hujus Cruciatæ in compendio, ut par est, infrà in Constitutione Gregori VIII. in qua tertiò fuit publicata Cruciata, dicemus, sicuti de aliis Privilegiis, reiteratis etiam à futuris Pontificibus in aliis Cruciatis, ideò ad vitandam inutilem repetitionem, plura hinc demere, quæ ibi adjicere censeo.

Indulgentiæ igitur, & Privilegia, quæ fuerunt
14 concessa in Concilio Claramontano Crucesignatis, referuntur à Baron. *cit. tom. 11. pag. 664. & seqq.* verba ipsa Urbani adducente: *Nos autem Dei, & B. B. Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos* (scilicet Saracenos) *arma susceperint, & onus sibi hujus peregrinationis assumpserint, immensas pro suis delictis pœnitentias relaxamus, qui autem in vera pœnitentia decesserint, & peccatorum Indulgentiam, & fructum æternæ mercedis se non dubitent habituros; interim verò eos, qui ardore fidei ad expugnandos illos laborem istum assumpserint, sub Ecclesiæ defensione, & B. B. Petri, & Pauli protectione tamquam veræ obedientiæ filios recipimus, & ab universis inquietationibus, tam in rebus alienis, quàm in propriis statuimus manere securos.* Eugenius verò in §. 6. eamdem Indulgentiam Urbani elargitus fuit, & §. 7. filios, uxores, & bona sub protectione Sedis Apostolicæ recepit, necnon litibus vexari prohibuit, nisi post obitum, vel reditum, ab usuris etsi conventis pro debitis absolvit durante bello, feudalia bona pignorare permisit, certioratis tamen propinquis, si pecuniam dare nollent.

Sed quæri potest, quomodo erat Crux hujusmodi Crucesignatorum? Et illam fuisse coloris purpurei
15 Concilii Claramontani sacris historiis liquet, in panno consutam, quam omnes milites super vestibus, & humero dextero gestare debebant, Baron. *citat. anno* 1095. Sigon. *lib. 9. de Regno Italiæ fol.* 234. in calce ibi: *Signum ejus fuit Crux à purpureo panno confecta, quam primus è Pontificibus, Urbanus salutaris in signum expiationis indulsit vestibus super dexteram scapulam affigendam*, Gonzal. *cap. Quod super num. 2. de fide Instrum.* ex quo milites dictæ expeditionis Crucesignati dicti fuerunt, ipsaque expeditio, Cruciata, Guliel. Thyrius *lib. 1. cap. 14.* Ciron. *cap. 1. de stat. Monach.* & Bertold. *ad annum* 1095. ibi: *Omnes qui se ad iter devoverunt signo Crucis in Vestibus notari fecit in Concilio apud Claromontem*, scilicet Urbanus. Hujusmodi Cruce, ac denominatione Crucesignatorum, & Cruciatæ usi sunt successores Pontifices in eorum Bullis, ac Conciliis, ut in hac Eugenii §. 8. fit mentio de hujusmodi Cruce; & etiam in illa Gregori VIII. §. 4. & 5. & Innocentii Tertii in proœmio, innuuntque omnes historiæ, Gullielmus Tyr. *citat. lib. 1. de Bello Sacro*, Petrus Diaconus *lib. 1. Chronic. cap.* 11. Neubrigen. *lib. 3. histor. Angliæ cap.* 22. Turetus *ad Epist.* 173. Ivo Carnoten. Bosquet. *ad Innoc. 3. lib. 3. regest. 15. Epist.* 197. Hinc D. Bernardus sic tempore istius Cruciatæ Eugenianæ Clerum, & populum Spirense hortabatur: *Suscipe signum Crucis, & omnium pariter de quibus corde contrito confessionem feceris, Indulgentiam obtinebis; Materia ipsa si emitur parvi constat, devoto assumitur humero, valet sine dubio Regnum Dei, benè ergo fecerunt, qui cœleste signaculum jam receperunt.* Et Otho Frisingen. in expeditione sacra tempore Eugenii III. sic scripsit *lib. 7. cap. 2. Ii omnes è diversis nationibus, & linguis in unum corpus adunati, Crucem in Vestibus portantes, Crucis Christi discipulos, verbo, & opere se fore prædicabant, ac Crucis virtute confisi contra Inimicos Crucis in Domino dimicaturi, iter aggrediuntur.* Et idem *lib. 1. de gestis Friderici cap.* 37. refert: *Cunctis qui aderant ex priore rumore excitatis, ad accipiendam Crucem ultro occurrentibus.* Idque notavit Robertus Monachus *lib. 2. hist. Hierusalem*, omnes signo Crucis notatos fuisse, & aliquos etiam in carne ipsa, imò ipsi Reges ea insigniri voluerunt, ut nedum omnes Principes primæ expeditionis sub Urbano, sed etiam Ludovicus ipse VII. provolutus ad pedes D. Bernardi Crucem à Papa Eugenio missam recepit, prout fecerunt alii Principes Regiæ Stirpis, imò Regina Eleonora, ac Episcopi, & nobiles, plebeique innumeri, itaut D. Bernardus materiam non habens, propriam vestem dilaniaverit pro parandis Crucibus. Et de prodigiis à Deo patratis virtute dictæ Crucis vide latè Goffr. *in vita S. Bernardi cap.* 4. Ita etiam in Cruciata tempore Innocentii III. nedum Imperator Fridericus, sed etiam Reges Galliæ, & Bohemiæ tale signum assumpserunt, imò quod est mirandum, ultronei vigintimille pueri Crucesignati esse voluerunt eorum arbitrio ducti, itaut vix potuerint minis & suppliciis evocari, Sebast. Acosta *super Bulla Cruciata à Gregorio XIII. concessa quæst.* 2.

In hoc Commentario ultra historiam jam relatam,
aliqua duxi addere quoad Privilegia supra expressa, 16
in hac Constitutione Eugenii concessa Crucesignatis, non quia adhuc vigere valeant, cùm Cruciata jam expiraverit, sed ad explanationem similium Privilegiorum, quæ etiam aliqua sunt juri conformia. Et quia in Constitutionibus jam indicatis Gregorii VIII. & Innocentii III. etiam hujusmodi, & alia conceduntur Privilegia, ideò in duobus tantùm hic sermonem limitabo, ut de reliquis in Commentariis ad præfatas Constitutiones remaneat materia agendi. Eugenius itaque §. 7. hujus Constitutionis uxores, filios, bona quoque, & possessiones Crucesignatorum sub protectione Ecclesiæ, Sedis Apostolicæ, ac Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac aliorum Prælatorum Ecclesiæ manere decrevit, prout concesserunt etiam Gregorius VIII. & Innocentius III. Necnon §. 11. feudalia bona pignorare permittit perquisito tamen priùs Domino feudi, prout cæteras possessiones, requisitis Agnatis.

SECTIO I.

An, & quando Laici fiant de foro Ecclesiastico?

SUMMARIUM.

1 *Privilegium concessum Crucesignatis, ut ipsi, uxores, & filii fuissent de foro Ecclesiæ.*

2 *Duplex Jurisdictio in Orbe, una Spiritualis, altera Temporalis, & apud quos.*

3 *Ecclesia tamen habet utrumque gladium, & quomodo quoad Jurisdictionem erga Laicos, etiam in temporalibus.*

4 *Laicus actu subjicitur potestati Laicali quoad temporalia, & debet conveniri in suo foro etiam à Clerico.*

5 *Limitatur dicta Conclusio pluribus modis, & n. n. seqq.*

Primò in rebus spiritualibus privativè quoad Laicos Judices, ibid.

Secundo juxta laudabiles consuetudines, secundum quas cognoscit de sua competentia ipse Episcopus, ibid.

6 *Est etiam Judex Ecclesiasticus compe[illegible] causa mixti fori quoad Laicos, ab [illegible] remissivè.*

7 *Ita quoque vacante Imperio, Papa ſuccedit in juriſdictione contra Laicos.*

8 *Prout in caſu ambiguo, cui competat juriſdictio, debet recurri pro definitione ad Judicem Eccleſiaſticum.*

9 *Sic ratione connexitatis cum cauſa Eccleſiaſtica, vel cum Eccleſiaſtico.*

10 *Viduæ, & Pupilli, ac miſerabiles perſonæ quomodo dicantur de foro Eccleſiæ?*

Latè adducuntur, & explicantur caſus, & requiſita, ibid.

11 *Doctores in hac materia conciliantur, ac refelluntur.*

12 *Plura adducuntur circa Privilegium* l. Unicæ C. Quando Imperator; *& differentia cum Privilegio miſerabilium perſonarum quoad forum Eccleſiæ.*

13 *Paupertas requiſita ad dictum effectum.*

14 *Motivum Privilegii conceſſi Crucoſignatis quoad forum.*

15 *An perſonæ miſerabiles poſſint relicto Ordinario eligere forum Summi Pontificis?*

Quid quoad exemptos, an poſſint directò conveniri in Urbe?

16 *Poteſt conſenſu prorogari juriſdictio Judicis Eccleſiaſtici per quemcumque Laicum per viam querelæ, & quomodo etiam altera diſſentiente parte.*

Prout ex conſenſu utriuſque partis poteſt quocumque modo prorogari, & numer. 18. & num. 23.

17 *An poſſit conſuetudine introduci, ut à Judice Laico appelletur ad Eccleſiaſticum?*

18 *Prout an in prima inſtantia cognoſcantur cauſæ inter laicos à Judice Eccleſiaſtico, præſertim conſenſu utriuſque partis?*

19 *Quid dicendum in Laico obligato in forma Cameræ?*

20 *An poſſit variari forus ratione Privilegii* l. Unicæ, C. Quando Imperator?

21 *Quando adeſt conſuetudo in hoc favorabilis Eccleſiæ, debet ſervari.*

22 *Sed quæ conſuetudo in prædictis ſit neceſſaria? ubi de variis conſuetudinibus.*

23 *Diſtinguuntur caſus ad firmandam regulam, & tempus conſuetudinis.*

Quid in caſu, quo adſit conſenſus partium? ibid.

24 *Quid ſi Laicus Reus conventus à Clerico renuat, vel in caſu appellationis à Judice Laico?*

25 *Quid autem in caſu, quo actor, & reus ſint Laici, & coactivè debent adire Judicem Eccleſiaſticum, & de differentia ab antecedentibus caſibus, & præſertim quoad appellationem à Judice Laico ad Eccleſiaſticum.*

26 *An Laicus privilegiatus in vim* l. Unicæ, C. Quando Imperator, *poſſit variare ad Judicem Eccleſiaſticum, & quæ conſuetudo requiratur?*

27 *Quotieſcumque Judex Eccleſiaſticus cognoſcit inter Laicos, an debeat appellari ad Judicem Eccleſiaſticum Superiorem?*

Adducuntur plures rationes pro Superiore Eccleſiaſtico.

28 *Quid ſervetur in Signatura Juſtitiæ quoad appellationem, non obſtante Ægidiana, in cauſis inter Laicos cognitis coram Judice Eccleſiaſtico?*

QUoad dictum primum Privilegium clarè conſtat hujuſmodi Crucefignatos, uxores, & filios fuiſ-
1 ſe factos de foro Eccleſiæ, & exemptos à Laicali. Unde meritò erit diſcutiendum, quando Laici poſſint eſſe exempti à juriſdictione Laicali, & fieri de foro Eccleſiaſtico. Videtur enim repugnare regula, nam duæ in Orbe conſiderantur juriſdictiones, una
2 Spiritualis, Temporalis altera, illa eſt penes Eccleſiam ac Eccleſiaſticos Præſules, quorum caput eſt Summus Pontifex, iſta penes Imperatorem ac ſupremos Principes temporales, & inter ſe ſunt diſtinctæ, itaut quælibet debeat intra ſuos fines ſe continere, nec in alienam meſſem manus injicere, *can. Cum ad verum 96. diſt. can. Celebritatem in fin. diſt.* 3. Covar. *pract. quæſt. cap. 31. in princ.* Oliva *de for. Eccleſ. par. 1. qu. 2. nu. 23. & 26. & par. 2. quæſt. 3.* Et conſonant verba Euangelii: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, can. duo diſt. 96.* Et Carolus Magnus *lib. 5. cap. 167.* ait: *Principaliter itaque totius Sancta Dei Eccleſiæ Corpus in duas eximias perſonas, in Sacerdotalem videlicet, & Regalem, ſicut à SS. PP. traditum accepimus, diviſum eſſe novimus;* latè Marta *de juriſdictione par. 1. cap. 52. nu. 19.* Sanderus *de Monarchia lib. 2. cap. 4.*

Verùm, cautè lectis, ut fieri debet, Auctoribus,
hæc præpoſitio intelligitur quoad actuale exercitium 3
juriſdictionis, non autem quoad habitualem potentiam; Eccleſia enim utrumque habet gladium, & Deus utroque uſus fuit, *cap. Novit de Judiciis*, & Moyſes utrumque gladium obtinuit, & licèt exercitium gladii temporalis Laicis tribuatur, non tamen excluſivè quo ad Eccleſiam, quæ reaſſumit etiam actualitatem in certis cauſis, ut optimè dixit Innocentius III. *in cap. per Venerabilem qui filii ſint legitimi §. Nam* ibi: *Non ſolum in Eccleſiæ Patrimonio (ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem) verum etiam in aliis regionibus certis cauſis inſpectis temporalem juriſdictionem caſualiter exercemus:* utique ſi non haberet Eccleſia habitualem juriſdictionem etiam in Laicos, numquam actualem reaſſumere poſſet, cùm enim juriſdictio Eccleſiaſtica ſit Sæculari nobilior ratione objecti, habet enim illa pro fine adminiſtrationem rerum ſacrarum, iſta, prophana curat; illa intendit æternam felicitatem, iſta pacem, & gubernium temporale Reipublicæ, & ſic vel ex abſoluta poteſtate radicali poſſet dici directum jus in Eccleſia judicandi Laicos, ut apud *cit.* per Marta *de juriſd. par. 1. cap. 18. & ſeq.* vel dicenda Eccleſia ſaltem habere indirectam juriſdictionem in illos, quatenus ſcilicet judicium Eccleſiæ ſit neceſſarium pro ſalute animarum, ut apud Azor. *Inſt. Moral. par. 2. lib. 11. cap. 5. quæſt. 6.* & dixi latè ſupra ad *Conſtit. Unic.* Gregorii VII. certum tamen eſt poſſe Eccleſiam contra Laicos exercere juriſdictionem in certis caſibus, quia habitualiter utriuſque gladii poteſtatem habet, *cap. Ad Apoſtolicam 42. de Simonia, ubi* Abb. *nu. 3.* Gloſſ. *in cap. Cauſam quæ il 2. qui filii ſint legitimi in fine*; & latè Canoniſtæ de materia agentes *in cap. Per Venerabilem eodem tit. & in dicto cap. Cauſam quæ capit. Novit de Judiciis*, præſertim Barboſ. Gonzalez ac alii, Cardin. Bellarmin. *de Rom. Pontif. contr. 3. lib. 5. cap. 6.* Molin. *de Juſtitia tract. 2. diſp. 29.* Suarez. *de Legibus lib. 3. cap. 7. nu. 3.* & de defenſione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ Sectæ errores *lib. 3. cap. 22.* Salgad. *de protect. regia tom. 1. part. 2. cap. 1.* Jo: Chokier *in tract. vindicia libert. Eccleſiaſtica cap. 1.* cum pluribus ſequentibus, ubi doctè materiam explicat, & tuetur Sperel. *dec. 156.* quidquid dicant aliqui apud Covar. *pract. qu. cap. 6.* Marta *cit. par. 2. cap. 21. nu. 12. & 13.*

Ex prædictis igitur reſultat regula univerſalis, quod
quicumque Laicus actu ſubjiciatur poteſtati Laica- 4
li quoad temporalia, nec debeat perturbari ab Eccleſiaſtico, ut in *cap. Novit de Judiciis* profitetur ipſe Papa, quod procedit etiam inter Laicum, & Clericum, ſi iſte ſit actor, ille reus, cùm in judiciis debeat attendi forus rei, & ita docent nedum leges Civiles, *auth. ut differentes Judices §. Si vero contigerit l. 2. C. de juriſdictione omnium Judicum*, ſed etiam Canonicæ, *cap. Ex tranſmiſſa, cap. ex parte, cap. Licet de foro compet. cap. ex litteris de pignoribus, cap. Nuper de donat. inter, &c. cap. ſuper quibuſdam §. ultimo de verbor. ſignificat. cap. Cauſam quæ 2. Qui filii ſint legitimi*, ubi Gloſſ. *v. ad Regem.*

Prædicta verò Concluſio plures limitationes patitur,

5 titur, ex quibus constat Ecclesiam etiam contra laicos cognoscere Causas, ac jus dicere, ut benè innuit Gloss. *in cit. cap. licet versic. Vacante Imperio*, ac latissimè, licèt non ordinatè, Pignatell. *tom.* 5. *cons.* 2. Ego verò ad aliquas certas limitationes materiam restringere duxi, relictis reliquis apud agentes ex professo de hac re; & prima est quod potestas Ecclesiastica in rebus spiritualibus privativè quoad omnes laicos Judices cognoscit, cùm sint extra objectum potestatis laicæ, *cap. Novit de Judiciis*, & passim Doctores citati, & ad compescendos laicos pro observanda laudabili consuetudine Ecclesiæ, *cap. ad Apostolicam* 42. *de Simonia ver. compescantur*, Barbosa *nu.* 21. *vers. quidam laici*, *Abbas ibid. nu.* 3. ubi dicit hoc esse notabile, & menti tenendum, & ex dicto textu elici clarè Episcopum habere jurisdictionem in laicos, hos cogendo ad observationem laudabilis consuetudinis, imò ipse Episcopus priùs cognoscit, an sit laudabilis consuetudo, & sic cognoscit de sui competentia.

Alia limitatio est in delictis mixti fori, *can.* 1. 16.
6 *qu.* 4. *can. nulli liceat* 12. *qu.* 2. *cap. quoniam de Usuris*; sunt enim ea delicta, quæ lædunt nedum leges Civiles, sed etiam Canonicas, in quibus consideratur peccatum, unde cum contineant malitiam, nedum circa gubernium Reipublicæ, sed etiam contra finem supernaturalem, ideò mirum non est, si uterque Judex sit competens in illorum coercitione, itaut sit locus præventioni, ne detur duplex Judicium, *cap. proposuisti de for. compet. cap. felicis de pœnis in* 6. Gonzal. *in cap.* 1. *de officio ordinarii*, & *cap. cum sit de foro compet.* Carleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. & latè de hujusmodi causis mixti fori in alio Commentario erit longior sermo.

Tertia limitatio elicitur in casu, quo vacet Impe-
7 rium, tunc enim non existente Superiore Supremo sæculari, meritò à Judice sæculari potest appellari ad Romanum Pontificem etiam in causa coram Judice Laico, & inter Laicos agitata, ut optimè habetur *in cap. licet de for. compet.* ubi Gloss. *ver. vacante Imperio*. Papa enim succedit in administratione Imperii hoc vacante, *Extravag. unam Sanctam Ne Sede Vacante*, Gonzal, *in cap. ex tenore num.* 5. *de foro compet.* Peregrin. *de Jur. Fisci lib.* 1. *art. de his quæ Jura fiscalia habent nu.* 35. Hinc in *cap. ex tenore de foro compet.* Innocentius III. irritavit suas litteras commissionis in causa inter laicos non ex defectu potestatis, sed intentionis, nempè, ut primæ causæ coram primis judicibus laicis terminentur, ut ait Gonzal. *ibid. num.* 7.

Tertia limitatio est cùm aliquis casus ambiguita-
8 tem contineat, itaut inter Judices fuerit variatum, tunc enim recurrendum est ad Oraculum Ecclesiasticum, ut benè statuit Innocentius III. *in cap. per Venerabilem* §. *nam si*, *Qui filii sint legitimi*, ex verbis Deuteronomii; *Si difficile, & ambiguum apud te Judicium esse perspexeris inter Sanguinem, & Sanguinem, causam, & causam, lepram, & non lepram, & Judicium intra portas suas videris variari, veniens ad Sacerdotes &c.* ubi Gloss. *cit. ver. veniens* Azor. *cit. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 3. *quæst.* 2.

Quarta limitatio est si incidenter in Curia Eccle-
9 siastica, ubi causa Ecclesiastica agatur inter laicos, etiam de aliquo articulo non Ecclesiastico agendum sit ratione connexitatis, puta de restitutione dotis post divortium legitimè declaratum, ut est casus *in cap. de prudentia de Donationibus inter Virum, & Uxorem*, & *cap. Causam quæ il secondo*, *Qui filii sint legitimi*, ubi quod debeat cognoscere Judex Ecclesiasticus de legitimitate filiorum, quia est consecutiva ad validitatem Matrimonii, imò privativè ad Ecclesiasticum spectat, quando quæstio est super jure, & non super facto tantùm, quia dependet à causa spirituali, *cap. Lator eodem titulo*, vel sit causa unita cum Clerico, ut relatis resolutionibus Sac. Congreg. dixit Pignatel. *tom.* 5. *cons.* 2. *num.* 26. ubi explicantur aliæ causæ.

Quinta limitatio est, si agatur de Viduis, Pupillis,
ac aliis miserabilibus Personis. Et quidquid dicant Do 10
ctores aliqui, certum est, communem Canonistarum opinionem in hoc, triplici versari distinctione, quod hujusmodi miserabiles personæ tunc sint de foro Ecclesiæ, si ad eam recurrant, etiamsi causa fuerit contra laicum, quatenus sint pauperes, itaut non sufficiat simplex miseria ex statu imbecilli elicita, sed requiritur paupertas, ob quam præsumi potest non posse de facili à laicis justitiam obtineri, & sic ad Episcopos, & Antistites est recurrendum etiam contra laicum, ut optimè Innocentius VIII. dixerat Clericos, Sanctimoniales, Pupillos, & Viduas sub tutela Episcoporum esse, *Conc. tom.* 9. *lib.* 1. *cap. super quibusdam in fine* ibi: *Item Viduis, pupillis, Orphanis, & personis miserabilibus tenearis in Judicio Ecclesiastico respondere*; *de verborum signific.* ex quibus verbis elicitur quod tunc illi possunt declinare forum laicum, si prævenerint, & fuerint actores, secùs, si laicus Judex prævenerit, vel fuerint rei, Innocentius *in cap. significantibus nu.* 2. *de Officio Delegati*, Marchesan. *de Commiss. avocationis Causarum par.* 2. §. 2. *pag.* 303. *num.* 31. §. *Hinc est sub vers.* & *quamvis*, Sperell. *decis.* 156. *num.* 23. & *num.* 56. *versic. de Jure Canonico*, secùs autem si sint divites, ut in *cap. significantibus de off. Judicis Delegati*, ubi Papa subreptitias litteras declaravit à Vidua divite obtentas eligente forum Ecclesiæ, & *in cap. ex tenore* Causa cujusdam Viduæ fuit remissa à Pontifice Judici laico, tùm stante præventione coram isto, tùm ex eo quod erat dives, ut comprobat lectura dicti Textus *de for. compet.* Si tamen Vidua fuerit dives, & spoliata, poterit Judicem Ecclesiasticum adire, & prævenire laicum, *cap. ex parte de foro compet.* ubi loquitur de Regina oppressa, & sic divite, quæ potuit eligere Judicem Ecclesiasticum ratione spolii passi, etsi ageretur de feudi causa, etiam irrequisito Domino feudi, in lite contra laicum invasorem, prout etiam in divite, quatenus Judex laicus justitiam non administraverit, ut probat Textus *in cit. cap. ex tenore*, & *cap. significantibus*, ubi Papa mandavit suspendi Judicium coram Ecclesiastico, donec videretur, an Judex laicus competens justitiam administraret. Unde corollariè est dicendum, Viduas, & similes personas miserabiles ob imbecillitatem naturæ habitu esse de foro Ecclesiæ, quatenus scilicet iis à Judice laico competens Justitia non administretur; actu tamen sunt, si sint pauperes, vel spoliatæ per vim, & de facto, quia tunc consideratur vera qualitas miserabilitatis. Quam distinctionem, quidquid sit in certis Regnis, ut infra, communiter docent Canonistæ, quidquid dicant Covar. *practicar. qu. cap.* 6. & Matta *de Jurisd. par.* 2. *cap.* 21. & ita docent omnes repetentes *in cit. cap. ex tenore cap. licet de foro compet.* præsertim Barbos. Gonzal. & plenè Fagnan. *in cap. ex parte eodem titulo nu.* 2. & latiùs *in cap. significantibus nu.* 43. 62. & 85. *de offic. delegati*, Velasquez *de privil. Pauperum par.* 1. *qu.* 52. Pignatell. *cit. consult.* 2. *tom.* 5. *num.* 55. sed obscurè loquitur, & confundit privilegium *l. Unic.* cum isto juris Canonici, & magis clarè *in tom.* 3. *consult.* 24. Sperell. *decis.* 156. Panimol. *decis.* 12. Marchesan. *de Commiss. cit. nu.* 31. Ridolph. *in praxi par.* 3. *cap.* 4. *num.* 151. *qui num.* 153. dicit hanc communem opinionem non procedere in Regnis Francorum, & Hispanorum, in quibus usu receptum est prærequiri negligentiam Judicis sæcularis in administrando viduis aliisque personis privilegiatis justitiam.

Hæc etenim doctrina videtur approbata *à Sac. Congreg. Immunitatis* in simpliciter Pauperibus, nam in *Maceraten.* 18. *Novembris* 1653. censuit personis Pauperibus uti miserabilibus competere jus conveniendi suos debitores laicos, etiam coram Episcopis, eorumque Tribunalibus Ecclesiasticis, & sic pauper, etsi non Vidua, aut alio modo imbecillis gaudet jure eligendi forum Ecclesiæ, quia verè tale privilegium ex prædictis sistit in paupertate, ob quam Ecclesia debet suum patrocinium impartiri, enunciativè

tamen

tamen dicitur de Viduis, & Pupillis, *in cap. super quibusdam de verb. signific.* ibi: *Viduis, pupillis, Orphanis, & personis miserabilibus*, proinde pauperes horum nomine venire non est dubitandum, Rota *dec. 16. nu.* 1. coram Crescentio, quæ enim major miserabilitas illa Pauperum? si enim in Viduis, & pupillis, ac hujusmodi, jura Canonica paupertatem requirunt, ut forum Ecclesiæ eligere valeant, eo fortiùs dicendum est idem de Causa causati, & de Virgine habente Patrem rusticum, & pauperem, docuit Panimoll. *cit. decis.* 12. *& eadem Sac. Congreg. in Æsina 31. Maji* 1639. censuit *secundùm ea, quæ proponuntur, causas Viduarum, pupillorum, & aliarum personarum miserabilium tam Civiles, quàm Criminales, cognosci posse à Curia Episcopali*, & sic videtur noluisse determinare indiscriminatim, sed secundùm casus, hoc est concurrentibus dictis requisitis, prout in alia *Montis Falisci 26. Februarii* 1636. *Episcopum probata consuetudine in foro Episcopali posse cognoscere causas Laicales pupillorum, Viduarum, & aliarum personarum miserabilium etiam inter merè Laicos, non opposita fori declinatoria, nec non concedere mandata suspicionis fuga etiam contra Laicos, & ad instantiam aliorum Laicorum*: Ideò enim S. Congregatio voluit in dicto casu consuetudinem, quia indistinctè loquitur, non autem de paupere eligente forum, uti actore; superfluum enim esset ad consuetudinem recurrere, si tale jus indistinctè omnibus Viduis concessum fuerit, quæ resolutiones sunt apud Pignatel. *consult.* 24. *tom.* 3. & Panimol. *cit. decis.* 12. in fine. Imò Pignatell. *addit* aliam *in Sabinen. 6. Novembris* 1634. quod pauperis Virginis debitor compellatur ad solvendum coram Episcopo. Et *anno* 1696. 22. *Maji Ponente Domino Bottino eadem Sacra Congregatio in Tudertina*, quoad primum, & tertium *in casibus de quibus agitur Curiam Ecclesiasticam potuisse procedere, & ideo detur facultas absolvendi in forma privata, abolitis actibus Laicalibus, & satisfacta parte*. In his enim casibus agebatur de querela porrecta in Curia Episcopali per Viduam pauperem contra quamdam mulierem, quam illa offenderat jactu lapidis, & fuit absoluta; prætendente tamen curia laicali denuò inquirere de hac causa ream, fuerunt deducta jura in Sacr. Congregatione, & pro parte Curiæ laicalis deducebantur omnia quæ opponuntur ab aliquibus Doctoribus de incompetentia Judicis Ecclesiastici in his causis, quod absonum fuit visum, & satis sublatum ab omnibus præfatis Canonistis, imò cum adduceretur resolutio *Sac. Congregationis in una Maceraten.* ubi non obstante mendicitate Viduæ verberatæ querelantis, causam dixerat Sac. Congreg. spectare ad forum laicum, non autem ad Episcopalem, qui etiam formaverat processum, & Epistolam ejusdem Sac. Congr. 8. *Junii* 1674. *&* 1684. Episcopo Tudertino, nam fuit responsum quatenus esset authentica dicta resolutio, prout non apparuit, certum est adesse Clausulam *ex hactenus deductis*, nec constat fuisse miserabilem querelantem, prout nec an prævenerit querela offensæ in Curia Episcopali, & prædictæ Epistolæ non erant in casu hujus privilegii contenti in jure Canonico ad favorem miserabilium personarum, & eadem Sac. Congregatio *in Romana, seu Fulginaten.* 16. *Aprilis* 1697. *&* 8. *Julii* 1698. *Ponente eodem* D. Bottino iisdem principiis declaravit non constare fuisse extractum de loco immuni Petrum Paulum Rinaldum, iste enim, cùm fuerit Carceratus per Curiam Episcopalem ob furtum commissum in bonis Viduæ pauperis, & deinde à Carceribus Episcopalibus ob alia præjudicia ad Curiam laicalem consignatus, opponebat gaudere Immunitate ob Carceres Episcopales, intra quas nulliter fuerat inclusus, non habente Curia Episcopali jurisdictionem in ipso uti laico. Existens proinde in libertate, stante captura nulla, non potuerat Curiæ laicali consignari, & tamen fuit judicatum, capturam esse validam, ex eo quod agebatur de Vidua paupere offensa, imò spoliata, & donec saltem spolium purgetur restituta possessione, semper Ecclesia illi favere debet, ut docet Marchesan. *cit. fol.* 156. Et sic dicendum id procedere etiam in causa Criminali, ut liquet ex prædictis resolutionibus, & majori quidem ratione, si enim in causa Civili Ecclesia recipit sub ejus tutela hujusmodi personas miserabiles, ut iis succurrat, quare id denegare vult in causa Criminali, in qua oppressio major est, sumpta majoritate ab eo, quod læditur, nempè Corpus, & in Civili bona tantùm abdicantur, Foller. *in pract. ver. audiantur excusatores nu.* 27. Ricc. *collect. decisionum collect.* 1. *& collect.* 2307. Panimoll. *cit. dec.* 12. *nu.* 30. quidquid dicat Farinacius *cons.* 49. *per tot.*

Igitur contrarii Doctores, vel sunt repellendi, vel intelligi debent de facto, quod in aliquibus Regnis 11
non servatur, prout post *cit.* Covar. docet *idem* Ridolph. *in praxi par.* 3. *cap.* 4. *num.* 153. & Card. de Luca *de jurisdict. disc.* 114. *num.* 5. vel quando Curia Laicalis prævenit, ut *in cit. Epistola Sac. Congreg. Episcopo Tudertino*. Et etiam in casu in una *Narnien.* 2. *Decemb.* 1698. in causa assertæ violationis cujusdam Viduæ, quæ querelavit in Curia Episcopali violatorem, sed quia fuerat præventum in Curia Sæculari, ideò *S. Congreg. Immunitatis* resolvit spectare ad Curiam Sæcularem. Vel loquuntur in terminis *legis Unica C. quando Imperator*, ubi non est permissa variatio de foro ad forum. In reliquis certa & constans est doctrina, ut possit miserabilis persona actrix eligere forum Episcopi præscindendo à privilegio juris Civilis, *in dict. l. unica* contento, quatenus habeat veram notam miserabilitatis, quæ est paupertas, & sine probatione alicujus consuetudinis, quæ quatenus ob superabundantiam requireretur, sufficeret decennalis, quia esset juxta jus, Card. de Luca *citat. disc.* 114. *de jurisd. nu.* 3. & infra dicam de sufficientia istius temporis, quando non resistat jus, & dixi alio loco supra.

Unde satis sunt diversi termini in privilegio concesso ab Imperatore in dicta lege unica, quàm in 12
isto contento in jure Canonico, ibi enim nequit fieri transitus de foro ad forum, neque requiritur paupertas, nec minùs quod sit actrix aut spoliata persona; nec curatur de præventione, & variatio permittitur, ut latè docent *cit.* Sperell. *dec.* 156. Panimoll. *dec.* 12. *cum adnotat. seq.* ubi de hac materia legis finalis, Card. de Luca *de jurisdict. disc.* 114. Marchesan. *cit. par.* 2. §. 2. *num.* 31. quæ tamen dispositio legis finalis cum dictis qualitatibus procedit etiam in statu Ecclesiæ in eodem foro, ut notant citati Doctores, deficiente enim jure Canonico, recurrendum est ad jus Civile; ita non procedit saltem de consuetudine in causa Criminali favore reorum, Card. Tusch. *litt. M. conclus.* 174. *num.* 7. Carafe. *in tract. de casib.* Cur. *tract.* 1. *num.* 71. *& seqq.* Bald. *in auth. qua in Provincia C. Ubi de Crimine agi oportet*, ubi dicit fuisse in hoc derogatum *l. Unica, & in praxi* Marchesan. *cit.* §. 2. *fol.* 313. quod contrarium est juxta privilegium juris Canonici quoad miserabiles eligentes forum Ecclesiæ.

Paupertas tamen requisita à *Sacris Canonibus* est determinanda Judicis arbitrio, ut notant citati proxi- 13
mi Doctores, Butr. *in cap. ex tenore col.* 2. *de for. comp.* & cùm præsumptio stet pro actu, quotiescumque Curia Sæcularis prætendit limitationem regulæ, postquam jam Judex Ecclesiasticus inceperit cognoscere, debet probare divitias, quia paupertas præsumitur, cùm sit cuilibet connaturalis, *l. si vero §. qui pro reivindicatione ff. qui satisdare cogan. Can. sicut versic. Sed ait 47. dist.* Rota *in Romana Locorum Montium super expensis* 20. *Aprilis* 1693. §. *Paupertas coram* D. Muto, & debet considerari nedum patrimonium, sed etiam solertia, doctrina, ac aliæ qualitates, quæ inducere possent animum Judicis ad cognoscendum, posse hujusmodi personam litem agere coram laico absque dubio succumbentiæ, ob impotentiam.

Ex his liquet mirum non esse si Eugenius concef-
14 serit Privilegium præfatis Crucesignatis eorumque filiis, uxoribus &c. durante expeditione, nedum ex congrua ratione Religiositatis ob Crucis texeram, qua insignebantur; sed fortiùs opportunum visum fuit iis consulere uti miserabilibus personis destitutis auxilio ob earum tam longinquam absentiam.

Hìc autem de tribus erit querendum pro ulteriori præfatæ Constitutionis Canonicæ intelligentia. Primò an possint hujusmodi miserabiles personæ relicto proprio Ordinario eligere forum Summi Pontificis? Secundò an ultra dictos casus possit consuetudine introduci, ut laicus conveniri valeat coram Judice Ecclesiastico? Et tertiò an in dictis casibus, in quibus permittitur electio fori Ecclesiastici à jure Canonico, vel consuetudine, appellari debeat ad Superiorem Ecclesiasticum?

Quo ad primum, certum est Summum Pontificem
15 ex auctoritate absoluta posse avocare quascumque causas ab Ordinariis, cùm sit Ordinarius singulorum, nec ejus jurisdictio limitibus arctetur, & sic nulli licet illius forum declinare, *Can. cuncta per mundum 9. qu. 3.* Gloss. *ultima in cap. licet de foro competenti, & in cap. Cum nullus ver. in eadem de tempor. Ordin. in 6.* Soccin. *cons.* 237. nec Concilium Trident. de facultate hac dubitavit *in cap.* 20. *Causa omnes sess. 24. de reform.* quia in regula generali ibi fundata, ut causæ omnes in prima instantia fiant coram Locorum Ordinariis, addit: *Ab his excipiantur, quæ juxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum Signaturæ Sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere, aut avocare*; tamen non solet causas avocare ab Ordinariis locorum sine causa legitima, & visa rationabili, cùm regulariter causæ omnes cognosci debeant coram Ordinario, plenè Fagn. *in cap. ex parte nu. 3. & seq. de foro compet.* Verùm tales Crucesignati cum habuissent speciale privilegium, ut essent sub protectione Sedis Apostolicæ, & Episcoporum, clarum est potuisse recurrere, vel ad Episcopos, vel ad Papam. Hinc si quis sit exemptus, & tantùm immediatè subjectus Sedi Apostolicæ, nec habeat in partibus Ordinarium, tunc directò si est reus debet conveniri coram Papa, vel Aud. Cam. Judice exemptorum, vel ob gravitatem causarum committitur à Signatura causa Sacræ Rotæ, ut dixi in Commentario *ad Const. II.* Leonis IX. circa causas exemptorum *sect. 5. nu. 44. & seq. & nu. 54. & seq.* Nec obstare dixi, prout repeto, S. Concilium Tridentinum *cit. cap. Causa omnes* 20. quia expressè ibi præservatur auctoritas Sedis Apostolicæ in causis, quæ juxta Canonicas sanctiones ibi definiri debent, etiam in prima instantia, ut latè Barbosa *ad cit. cap. nu. 39. & 40.* Garcias *de benef. par. 6. cap. 3. nu. 6. & seqq.* & inter eas est causa contra exemptum, Barbos. *citat. num. 39. in fine*, nec requiritur Commissio avocatoria, imò in partibus non existente Ordinario exemptorum, recurritur ad Nuntium, si sit Legatus à latere, vel si habeat speciale Breve, quod habet Nuntius Neapolis, quoad Regulares; sed datur cumulativa cum Aud. Cam. Fagn. *in cap. de Priore num. 22. de appellat.* & ob gravitatem materiæ, vel personarum committitur Sac. Rotæ, ut dixi *cit. sect. 5. & Signatura Justitiæ die 3. Septembris 1705. Ponente* D. Gentile *in Nullius Provincia Hispalen.* remisit ad Rotam in prima instantia causam inter exemptos, non obstante, quod prætendebatur remissio ad partes, & ad Nuntium, quod utique procedit in iis, qui non habent in partibus Ordinarium; nam si sint exempti, & habeant Judicem Ordinarium, ut sunt Regulares, qui subsunt Superioribus Regularibus, vel Capitulo Generali, tunc nequeunt in prima instantia conveniri in Urbe; nisi adsit aliquod speciale, ob quod forum sortiri valeant ratione contractus, vel obligationis Cameralis, ut latè *cit.* Fagn. *cap. De Priore*, ita distinguendo *nu. 17. & seqq.* sed quoad Regulares aliò redibit sermo ex professo.

Unde cùm Viduæ, & aliæ miserabiles personæ habeant à jure Civili electionem fori Principis, relicto medio præsertim si perhorrescant Judices inferiores, *l. unica C. quando Imperator &c.* quod jus Civile etiam servatur in foro Ecclesiastico, ut praxis docet, quando est æquitati consonum, & non adversatur Sacris Sanctionibus, dubitandum non est, quod in causis pertinentibus ad forum Ecclesiasticum, possit miserabilis Persona recurrere ad Curiam Summi Pontificis, relicto medio, ut respondit Vantius Episcopus Urbevetanus, non obstare Concilium in iis causis, quæ legitimè ad Curiam devolvuntur, prout sunt istæ miserabilium Personarum eligentium forum Principis, & in terminis docuerunt Fagn. *in cap. Licet num. 36. versic. vel esset causa pupillorum, & in cap. ex parte nu. 2. & num. 8. de foro compet. & in cap. Significantibus nu. 78. de off. Delegati*, plenè Marchesan. *de Commiss. cit. par. 2. §. 2.* Barbos. *ad cit. cap. 20. S. Concil. Trident. num. 43.* Aldan. *in comp. can. resol. lib. 2. tit. 8. nu. 15.* ubi referuntur declarationes *Sac. Congreg.* Card. de Luca *tit. disc. 114. num. 2. de jurisdictione*, & priùs supponit *in disc. 69. nu. 1. eodem titulo*, Rota *decis. 16. de privileg.* coram Crescentio; & ita hoc procedit, ut non requiratur subscriptio Summi Pontificis in Commissione Avocatoria, cùm illa sit necessaria tantùm, quando Summus Pontifex utitur jure extraordinario in avocando causam ab Ordinario, secùs autem in causis, quæ de jure apud Sedem Apostolicam tractari valent, ut consuluit Sacram Congregationem super hujusmodi dubio *cit.* Fagn. *in cit. cap. ex parte nu. 8. usque ad finem*. Igitur cùm causæ hujusmodi pauperum actu sint de foro Ecclesiæ, ut probavimus, dubitandum non est, quod quatenus nolint agere in Curia Ordinarii, possint eligere illam Summi Pontificis, ex præfatis rationibus, quod comprobatur *ex cap. ex tenore de foro compet.* ibi: *Nos attendentes, quod sic sumus viduis in Judicio debitores*: & sic videtur Papa per se ipsum tales causas voluisse judicare, aliter remisisset ad Curiam Laicalem, cum non ageretur de persona miserabili, & in *cap. ex parte ibid.* ubi etiam Vidua ad Papam recursum habuit, & in *cap. licet ibid.* ubi: *Vel ad nostram si maluerint audientiam appellare*. Idque procedit præsertim si jure speciali causa appellationis à Judice Laico deferri possit ad Episcopum, valeret id fieri ad Papam, relicto medio, *cap. Si duobus in fine de appellationibus*, Anguian. *de legibus lib. 3. cap. 24. nu. 32.* Monet. *de Commut. cap. 8. nu. 10.* Gonzal. *in cit. cap. licet verb. præsertim versus finem*, & in terminis electionis fori Rota *decis. 34. lib. 3.* coram Puteo, *& dec. 1. num. 3. de Jur. Jur.* coram Caputaquen.

Quoad secundum principale dubium propositum,
statuendum est, quod quilibet Laicus, etsi non mi- 16
serabilis, potest adire Judicem Ecclesiasticum, quatenus justitiæ complementum à Sæculari non habeat, non tamen per viam appellationis, & directè, sed tantùm per modum querelæ, & indirectè, & quatenus alii Judices Superiores graduales sæculares etiam renuerint, cùm hoc remedium sit subsidiarium, ut in *citat. cap. Ex tenore de for. compet.* ibi: *Supersederi per Judicem Ecclesiasticum, donec Justitia per sæcularem obtineatur*; & sic priùs debet expleri remedium ordinarium appellationis, quæ tantùm habet locum in Judicibus ejusdem fori, ut notat Fagnan. *in citat. cap. Significantibus nu. 75. & 76.* undè valida est differentia inter personas miserabiles, & non tales, quod illæ si sint pauperes, vel oppressæ, statim possunt fieri de foro Ecclesiæ, directè recurrendo ad Judicem Ecclesiasticum in prima instantia, quod non est permissum aliis; & quatenus non sint tales, vel Judicium sæculare subire permittunt, tunc etiam valent recurrere ad Superiorem Ecclesiasticum, nec tenentur adire alium Superiorem, ne diù laborent pro justitia obtinenda, quotiescumque

Judex sæcolaris renuat, aut negligat justitiam facere, & hoc per viam tantùm querelæ, ut dixi; alii autem Laici nequeunt per viam querelæ adire Judicem Ecclesiasticum, sed debent priùs porrigere querelam Judicibus Superioribus Laicalibus, & omnibus istis evacuatis, recurri potest ad Ecclesiam, ut conciliando jura, optimè docuit *cit.* Fagn. *num.* 72. *& sequ.* prout ex consensu utriusque partis potest quocumque modo prorogari ex dictis, & infra dicendis.

His firmatis primò dico posse consuetudine in-
17 troduci, ut a Judice Laico in causa inter Laicos possit appellari ad Judicem Ecclesiasticum. Hoc probabatur clarè *ex cap. licet de foro competen.* ubi de hujusmodi consuetudine io Ecclesia Vercellensi, in qua à consulibus Laicis appellari poterat ad Episcopum, imò etiam ad Papam relicto medio, cùm mentio Vacationis Imperii non esset limitativè, sed expressivè, ut magis corroboraretur consuetudo, qua præcisa in defectum Superioris Laicalis renuentis justitiam facere, vel non existentis, fit recursus ad Ecclesiasticum, & supra dixi, & quod consuetudo subsistat, habetur ex Gloss. *in cap. Solita v. suscipimus de major. & obed. ibique* Zabatell. *sub nu.* 7. *sub vers. quæro circa duodecimum*, Gloss. & Marian. Soccin. *nu.* 4. *in princ. in cap. licet de foro compet.* Fermosin. *quæst.* 1. *nu.* 2. *&* 6. *& quæst.* 2. *per totum*, *cap. fin. de except. in* 6. *cap. Quoniam de immun. Ecclesia in* 6. Franc. Marc. *qu.* 766. *num.* 1. *par.* 3. Rosental. *tract. de feud. to.* 2. *cap.* 12. *concl.* 20. *nu.* 20. Fermosin. *in cap. licet de for. compet.* Anguian. *lib.* 3. *de legibus cap.* 24. & alii repetent. *ad cit. cap. licet*, *& cap. Si duobus de appellat.* & novissimè Eminentissimus D. Cardinalis Sacripantes in ejus aliàs citato *opusculo defensionis jurisdictionis Ecclesiasticæ circa appellationes ab officiali Episcopi Leodien. in causis prophanis inter Laicos ad Superiores Ecclesiasticos*.

Secundò statuendum est posse consuetudine intro-
18 duci, ut causæ in prima instantia inter Laicos possent cognosci per Curiam Ecclesiasticam, quod comprobatur ex *cit. cap. Licet.* Si enim permittitur consuetudo, ut Laici possint appellare à Judice Laico ad Ecclesiasticum, quod est intervertere ordinem gradualem requisitum in appellatione, *Can. Anteriorum* 25. *quæst.* 6. eò magis permitti debet, ut in prima instantia id fiat; fundatur enim hæc communis opinio in habituali supra constituta jurisdictione Ecclesiæ contra quemlibet Laicum, qua potentia existente potest prorogari jurisdictio actualis per consensum partium, vel consuetudinem legitimam, quod non est permissum Judici Laico contra Clericum, cum sit prorsùs incapax, & non detur prorogatio sine supposito habitualis jurisdictionis, *cap. Si diligenti* 12. *de foro competenti*, *cap. significasti eodem* ubi plenè Canonistæ, & faciunt Textus *in l.* 1. *&* 2. *ff. de Judiciis*, *l. Si per errorem* 15. *l. Si convenerit* 18. *ff. de jurisdict. omn. Jud.* Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 108. Anzald. *de jurisdict. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. del Bene *de Imm. to.* 2. *cap.* 10. *dub.* 6. Francesc. *de compet. quæst.* 49. Bellet. *disq. Cleric. titol. de favore Cleric. personal.* §. 2. *nu.* 30. Fagn. *in cap. Si Clericus nu.* 30. ubi Zabarella *nu.* 2. Imola *nu.* 1. Barbat. *nu.* 12. Barbos. *nu.* 5. & alii *de foro competent.* Card. de Luca *de jurisd. disc.* 114. *num.* 10. Quidquid sit, an in praxi in aliquibus Principatibus id non permittatur, & præsertim talis consuetudo solet procedere, si Clericus sit actor contra Laicum, ut limitando Text. *in cap. Si Clericus Laicum de foro compet.* docuerunt Canonistæ, præsertim Barbosa, Fermosin. Fagnan. & alii, & latè Sperell. *decis.* 98. *num.* 34. cæterique passim scriptores Ecclesiastici, quod rursùs procedit in Laico obligato in forma Cameræ Apostolicæ, nam per
19 talem obligationem quis subjicitur foro Auditoris Cameræ, itaut hic sit potentior etiam privilegio contento in *cit. l. unica*, Card. de Luca *de jurisd. disc.* 71. *nu.* 10. & latè dixi in Commentario *ad Constitut. I. Leonis IX. sect. ultima*: quare ne Laici conveniantur in Curia Ecclesiastica, in aliquibus Principatibus, & præsertim in Regno Neapolitano prohibetur Laicis hujusmodi obligatio in forma Cameræ, ut observat *cit.* Card. de Luca *disc.* 114. *nu.* 9. Sic etiam quamvis, ut dixi, vigore *legis Unicæ* nequeat variari fo- 20
rus etiam ex stylo Signaturæ, quod attestatur Marches. *cit.* §. 2. *num.* 83. & dixit Scacc. *de appell. quæst.* 7. *num.* 137. *in fine*, & resolvit Sac. Congr. *Episcoporum in Terracinen. Anno* 1673. id fieri non posse, nisi accedat consuetudo legitimè præscripta, & supponit Card. de Luca *in disc.* 69. *nu.* 1. *de jurisdictione*, ubi fuit dubitatum, an potuerit èligi forus Urbis in causa Laicali vertente in Curiam Melitæ, ex eo, quod dicta Curia præsupponi debuisset sæcularis, & non ejusdem fori cum Ecclesiastica, vel potiùs cùm ageretur de Curia Magni Magistri Regularis, debet considerari Curia Papæ ejusdem fori, ubi advertendum, quod agebatur inter æquè privilegiatos, & sic privilegia conquassabantur, nec tractabatur de personis privilegiatis pauperibus, & ideo fuit dictum, quod quatenus consideraretur Tribunal M. Magistri diversi fori illo Papæ, nequiret dari variatio, & electio fori; si autem ageretur de pauperibus, qui, ut dixi, directè sunt de foro Ecclesiæ, esset procedendum in Curia Ecclesiastica.

Unde firma est regula, quod concurrente con-
suetudine in dictis casibus omnibus, debet servari ad 21
favorem Curiæ Ecclesiasticæ, & ita docuit pluries S. Congr. *in citatis resolutionibus*, *& eadem S. Congregatio Immunitatis in Tropien.* 26. *Junii* 1639. refert Pignat. *cit. tom.* 5. *consul.* 2. *nu.* 25. *& in Spoletana* 15. *Septemb.* 1637. *In cognitione causarum etiam merè Laicalium, servanda est consuetudo ad favorem Episcopi*, apud del Bene *in addit. v. Causarum cognitio*; imò etiam consuetudo, ut Clerici possint trahere Laicos privativè quoad forum sæcularem, in *Aretina* 31. *Januarii* 1617. apud *cit.* del Bene *v. Citatio*; si tamen sit facultas ex consuetudine adeundi forum Ecclesiasticum, vel sæcularem, nequit prohiberi ab Episcopo, ut adiri valeat forus sæcularis, etsi sub prætextu quod agatur de debitis contractis per Laicos ratione beneficiorum, ut in *Parmensi* 4. *Augusti* 1593. *& in Castrensi* 1. *Julii* 1639. *& Castellaneten.* 16. *Martii* 1642. apud cit. del Bene *v. citatio*, & *in Recinaten.* 10. *Januarii* 1594. apud Pignatel. *cit. tom.* 5. *cons.* 2. *num.* 25. *& in Tudertina* 20. *Decembris* 1667. apud eundem *cons.* 8. *to.* 4. latè docet del Bene *de Immunitate par.* 1. *cap.* 7. *dubit.* 1. *sect.* 1. ubi *nu.* 8. ait Summo Pontifici competere concedere Privilegium Ecclesiasticis, ut contra debitores Laicos agere possint coram Judice Ecclesiastico, quod tantùm procedere videtur justa rationabili causa aliqua existente, quia non solet Papa alienæ præjudicare jurisdictioni, nisi justa causa adsit, ut profitetur Innocentius III. *in cit. cap. licet de foro competenti*, & justa quidem ratione Eugenius exemit in hac Bulla Crucesignatos, eorumque filios, & Uxores à Judicio Laicali, & non dubitavit eadem *Sacra Congreg. Immunitatis* præsupponere hanc veritatem, ex eo, quod mandavit justificari prætensam consuetudinem *in Veliterna* 16. *Septembris* 1698. *Pon.* D. Cassarello.

Difficultas major est in statuenda consuetudine suf-
ficienti ad prædicta in favorem Curiæ Ecclesiasticæ. 22
Pro quo ultra adducta *in Comm. ad Constit. Un.* Callisti II. priùs firmari debet, quando aliquid est præter jus, & contra præsumptionem juris, aliquid contra jus, & aliquid demum, cui vehementer resistit jus, & in his omnibus variè consuetudo valida introduci potest. Illud enim dicitur præter jus, quod lex non prohibet, licèt expressè id non permittat, vel præsumit contrarium; eò fortiùs, si aliquo modo permittat, & in hoc casu sufficit consuetudo, etiam decennalis. Ita si jus vehementer non resistat, etsi non assistat, sufficit quadragenaria, etiam sine titulo, Fagn. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina nu.* 32. *&* 33. *de causa possessionis, & proprietatis*, Covar. *resolut. var. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 7. *&* 8. Menoch. *de retin. poss. remed.* 5. *nu.* 49. Decius *cons.* 134. *nu.* 4. Alexandr. *cons.* 68. *nu.* 10.

Spada

Spada *conf.* 159. *nu.* 1. *lib.* 1. Card. de Luca *de judiciis disc.* 21. *de Decimis disc.* 1. *num.* 47. *& de jurisdict. disc.* 114. *num.* 3. *Adden. ad* Greg. XV. *dec.* 370. latè Rota *in Gerunden. administrationis Sede Vacante dec.* 731. & 764. coram Emerix Jun. *& in Olomucen. jurisdictionis* 19. *Januarii* 1693. §. *sed hoc objectum, & seqq.* coram D. Muto confirmata 5. *Junii ejusdem anni coram eodem*, & aliàs pluries dixi in Superioribus commentariis, in quibus fuit firmata magistraliter hæc materia etiam in terminis summariissimi possessorii. Si verò agatur de actu, cui Jus vehementer resistat, tunc requiritur quadragenaria cum titulo putativo, aut cum istius fama, vel centenaria, sive immemorabilis secundùm majorem, vel minorem resistentiam juris, ut benè explicant *cit.* Card. de Luca *disc.* 114. & citati Doctores.

Distinguendo igitur casus, primò quoad illum,
23 ut possint laici conveniri in Curia Ecclesiastica ipso laico reo consentiente, certum est, non solùm non adesse resistentiam juris, sed concurrere assistentiam, ut possit laicus prorogare jurisdictionem Ecclesiasticam, ex claris Textibus in *cap. Significasti de foro competenti cap. Novit.* §. *Non sic de Judiciis*, & passim *Canonistæ ib.* Marta *de jurisd. part.* 2. *cap.* 6. Carleval. *de Judic. tom.* 1. *disp.* 2. *qu.* 8. *sect.* 3. *num.* 1119. Bellet. *disquis. Clerical. par.* 1. *tit. de fau. Cleric. personal.* §. 2. *nu.* 27. 30. *& seqq.* Jo: Chokier. *cit. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 1. *& seqq.* Francesc. *de compet. jurisdict. inter Cur. Eccles. & Secul. quæst.* 49. Erasmus Chokier. *de jurisd. Ord. in exempt. de conserv. Eccles. par.* 2. *qu.* 128. *nu.* 9. *& seq.* Rot. *decis.* 1859. *num.* 75. *& seqq.* coram Coccino. Nec tale jus negant alii, sed tantùm dicunt, quod cùm sit facultas privatorum, possit à proprio Principe Sæculari prohiberi laicis talis prorogatio, ut notant Rebuff. *ad lib. Gallia to.* 3. Joseph Sesse *de Inhibit. cap.* 9. §. 3. Petrus Barbosa *in cap.* 1. *de Judic. art.* 3. *nu.* 139. & Gonzal. *in cit. cap. Significasti num.* 10. *in fine*, ubi de hac Politica variorum Regnorum, & Neapoli adest *Pragmatica sub titulo de jurisd. invicem non turbanda*. Verùm quidquid sit de bis prohibitionibus, an sint validæ, vel cum Concordatis certorum Regnorum cum Sede Apostolica, vel usibus legitimis cum permissione Papæ, tam in prædictis, quàm infrascriptis, quæ apud Scriptores in hoc videnda sunt; certum est jus etiam Civile permittere talem prorogationem, *l. si quis ex consensu l. Episcopale judicium C. de Episcop. Aud.* ubi supponit habitualem jurisdictionem in Judice Ecclesiastico sublata incompetentia per consensum partis, qui consensus nequit prorogare jurisdictionem Judicis laici contra Clericum, quia est incapax actu, & potentia, quam saltem requirit prorogatio, *cit. cap. Significasti de foro competenti cap. At si Clerici de Judiciis*, & alibi passim; unde nulla requiritur consuetudo, ut Judex Ecclesiasticus contra laicum procedat, si iste ejus jurisdictioni se subjiciat, & esset superflua etiam decennalis, cùm actus sit juxta jus, & posset prohibere Judici laico in dicta causa procedere.

Quid verò in casu, quo Clericus, vel laicus con-
24 veniat coactivè laicum in foro Ecclesiæ, vel quod appellari possit ad Judicem Ecclesiasticum à sententia lata per laicum? Quoad primum videtur posse sufficere decennalis, quia jura etsi velint, conveniri laicos coram Judice laico, tamen ut dixi præservatur in corpore ejusdem prohibitionis, consuetudo, ut dicam, si non agatus de coactiva conventione, sed tantùm cumulativa, ut saltem sufficiat quadragenaria sine titulo, etiam putativo, nec proinde est necessaria, aut centenaria, aut immemorabilis, quæ requiruntur tantùm, quando jus non solùm actum prohibet; sed ulteriùs procedit annullando actus contrarios, ac quamcumque consuetudinem, quia tunc videtur jus vehementer resistere; illi enim actus, etsi sint contra dispositionem juris, quod vult, ut quilibet actor conveniat reum in foro ipsius, *cap. Si Clericus laicum, cap. ex tenore de foro competenti*, cum aliis concordantibus, tamen non impedit consuetudinem in contrarium, imo eam admitti litteraliter in eodem textu prohibitivo constat *citat. cap. si Clericus laicum* ibi: *Licèt in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur*, & talis consuetudo etiam supponitur *in cap. Ex parte de alien. Jud. mut. caus. facta*, & de privilegio concesso à Papa Clericis Parisiensibus conveniendi laicos in foro Ecclesiastico, *cap.* 2. *de Ordin. cogn.* & quamvis dicta jura loquantur de Clerico actore, & in laico actore, videri potest aliqua major resistentia; tamen cum prohibitio, tam juris Civilis, quàm Canonici, respiciat, ut forus rei attendatur, quotiescumque id consuetudine contraria abrogetur, parum refert, an actor sit laicus, vel Ecclesiasticus, & indistinctè Doctores docent legitimè præscribi posse contra præfata jura, & quod consuetudine etiam in causa feudali possit Ecclesiasticus Judex judicare *cap. Novit, vers. non enim*, ubi Glossa *verb. consuetudinem de Judiciis*, *Cap. Si Clericus de foro compet.* ubi Joan. Anan. Abbas Zabarella, Imola, Bellamer. Barbat. plenè Fagnan. *numer.* 30. *& sequen.* Fermosin. *num.* 3. Barbos. *citat. cap.* 2. *de Ordin. cognit.* Spada *conf.* 59. *numer.* 3. *lib.* 1. Sperell. *dec.* 98. *n.* 36. *cum sequentibus*, Card. de Luca *disc.* 114. *de jurisdict.*

In casu verò, ut necessariò etiam in causis inter
laicos sit adeundus Ecclesiasticus Judex, etsi apud 25
aliquos videatur aliquantò durior talis opinio, quia verè ista coactiva non videtur permissa à legibus, prout dura etiam videtur in casu secundo principali supra enunciato, nempè in casu appellationis à Judice laico ad Ecclesiasticum, quod nedum contrarium cavetur expressè in jure Civili, & Canonico juxta regulam, quod in appellationibus debet servari ordo ejusdem fori, sed etiam actus esset contra primam regulam supradeductam, quod scilicet debeat attendi forus rei; verùm datur etiam à jure permissio contrariæ consuetudinis in corpore ipsius textus prohibitivi, *ut in cap. Licet de foro competenti, & in cap. Si duobus* §. *Denique*, ubi Gloss. *post figurationem casus de appellat.* & communiter tenent Canonistæ, ut valida sit consuetudo, Abb. ibi *num.* 8. Felin. *nu.* 5. Barbos. *num.* 5. §. *Appellans* Alagon. *in fine*, quidquid dicant Jason. *in cons.* 123. *volum.* 1. Bald. *in authent. quas actiones Codice de Sacrosanct. Eccles.* Franciscus Marc. *decis.* 454. *nu.* 30. *&* 31. Marta *de jurisdict. par.* 4. *cas.* 198. *nu.* 2. quos doctè refellit Eminentiss. D. Cardinalis Sacripantes *in cit. opusc. cap.* 7. *nu.* 9. & se fundant dicti contrarii, quod jus appellandi ad Superiorem, per consuetudinem, vel præscriptionem tolli non possit. Sed hoc intelligi debet quoad diversas jurisdictiones habitu, & actu extraneas, non autem quoad Ecclesiasticam habitu habentem jurisdictionem erga omnes, quia tunc verè potest intrare prorogatio: ultra quod, cùm adsint Textus clari in jure Canonico, debent attendi, quibus valdè prodest consideratio, quod consuetudo in dictis duobus casibus consona est juri antiquo Imperiali, nempè *l.* 1. *C. Theodosian. de Episc. Judic. relat. in Can. quicumque* 11. *qu.* 1. ubi expressè permittitur appellatio à Judicibus laicis ad Episcopum, & eligere forum ejusdem cuicumque petitori etiam Parte nolente, unde etsi posteriora jura Canonica, ne jurisdictiones confundantur hoc limitaverint, ut notat Glossa ibi, id fuit permittente ipsa Ecclesia, ut benè explicatur *in cap. novit.* & gloss. ibi *vers. ecce duo de judic.* Imò cum in eadem abrogatione reservetur contraria consuetudo, intrat alia conclusio, quod quando actus reducitur ad jus antiquum, sufficit ordinaria legitima præscriptio, nec poterit hujusmodi privilegium auferri, ut notat Archid. *in cit. Can. quicumque*; & quatenus attendi debeant jura Canonica, hoc fieri debet cum permissiva qualitate consuetudinis, quæ tamen debet esse legitimè præscripta tempore quadraginta annorum cum scientia, & patientia eorum, quorum interesse potest.

potest. Et quatenus etiam contraria opinio posset procedere, semper prævaleret consuetudo quadragenaria cum titulo putativo, cùm lex non annullet consuetudines istas; vel saltem sine dubio sufficeeret centenaria, vel immemorabilis, quæ possunt inducere quemcumque titulum possibilem, prout in terminis dixit *cit.* Eminentiss. D. Cardinalis Sacripante *cap. 7. nu. 13. & sequ.* quoad hujusmodi consuetudinem appellandi à Judicibus laicis ad Judices Ecclesiasticos in Civitate Leodien. Anguian. *de legibus lib. 3. cap. 23.* Covarru. *in regul. poss. 2. part. §. 3.*

Verùm quatenus agatur de Clericis actoribus, quibus nequidem jure erat permissum, in foro laicali comparere, ne in foro versentur sine Episcopi licentia, *can. Clericum* 14. 11. *qu.* 1. & in praxi etiam servari solet in aliquibus Diœcesibus, ut Neapoli, Genuens. *in praxi cap. 42. nu. 3.* Existente consuetudine, ut Ecclesiastici non possint convenire laicos debitores Ecclesiarum, nisi in foro Ecclesiæ, quæ debet esse quadragenaria saltem, ut dixi, debet attendi, nec videtur necessaria consuetudo immemorabilis, ut de simili consuetudine ex Decreto *Sac. Congreg. Episcoporum* dixerat Sperell. *dec.* 98. *num.* 41. sed contrarium fuit resolutum *in Tudertina* 20. *Decembris* 1667. scilicet Episcopum non posse probibere in casu de quo agitur, apud Pignatel. *tom. 4. consult.* 8. Sed forsan ibi non erat probata quadragenaria, imò etiam conceditur hoc privilegium à Summis Pontificibus, ut Clerici possint convenire laicos coram Judice Ecclesiastico, ut firmant Del Bene *cap. 7. dubit. 1. sect. 1. nu. 7. & cit. Text. in cap. 2. de Ord. cogn.* ubi simile privilegium fuit concessum, & præcisa dicta consuetudine, vel privilegio, quod importet prohibitionem, etsi adesset consuetudo cumulativa pro foro Ecclesiastico cum laico, nequit prohiberi Ecclesiastico, ut adeat forum laicum in causa prophana contra laicum, ac declaravit *Sac. Congreg. Episcoporum* apud Pignatel. *citat. tom. 5. consult. 2. nu.* 25. Si verò agatur de probibitiva respectu laici actoris, ut non possit adire contra laicum Judicem laicum, esset probanda consuetudo magis rigorosè, quia obstaret jus; aliud est enim quod cumulativè possit adiri Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis, & quod necessariò laicus convenire debeat in causa prophana laicum in foro Ecclesiastico. In primo casu permittunt jura prædicta consuetudinem, quia suffragatur libertati collitigantium, & quamvis lædat privativam Judicis laici, tamen considerando, quod Ecclesia habitualiter habet jurisdictionem, cessat resistentia vehemens; sed in secundo casu nulla jura permittunt consuetudinem prohibitivam laicis, ut nequeant appellare ad proprium Superiorem, vel ipsum adire in causa laicali contra Laicum, & proinde in hoc casu requiritur consuetudo, ut dixi, vel quadragenaria cum titulo, vel centenaria, seu immemorabilis, & quidem probata patientia ipsorum sæcularium, imò illius, ad quem jurisdictio specialiter pertinet, necnon probari debet actus prohibitivus cum acquiescentia eorundem laicorum, ut in consimili Mascard. *de probat. concl.* 424. *nu.* 36. Gratian. *discept.* 148. *nu.* 10. Rota *decis.* 278. *nu.* 2. & 304. *nu.* 18. *par.* 12. *rec.* ex facultativis etenim non oritur jus, nisi constito de prohibitione, & acquiescentia, Posth. *de manut. observ.* 53. *nu.* 3. *& sequ. Add. ad* Gregorium XV. *decis.* 152. *num.* 15. & *decis.* 258. *num.* 6. *part.* 14. *recent.* cùm resistat illi libertas debita collitigantibus, & jus Superiorum ordinariæ præscriptioni non subjectum; sed centenaria, vel immemorabilis semper prævalere debet, Gloss. *in §. de cætero in fine auth. ut de cæter. commut. Eccles. rer.* Felin. *in rubr. de præscript. num.* 18. Cardin. de Luca *disc.* 114. *de jurisdict.* Boer. *decis.* 39. *num.* 11. & 12. Afflict. *decis.* 254. *num.* 5. Contrarium tamen procedit contra jurisdictionem Ecclesiasticam, quia laica est omninò incapax, & sic numquam potest consuetudo initium, vel progressum peragere, quia esset corruptela, ut passim Canonistæ docent *Can. Sacerdotibus* 11. *quæst.* 1. Rota *decis.* 10. *de consuetudine in antiquis*, Fagnan. *cap. si Archiepiscopus de temp. ordin. & decis.* 282. *num.* 11. coram Bichio, & aliàs dixi.

26 Remanet alius casus, scilicet cum miserabilibus personis *ex l. Un. C. Quando Imperator*, quibus, ut supra dixi, competit jus eligendi forum, imò & variandi, an possit fieri à laico in Judicem Ecclesiasticum. Et ut retuli certum est non esse permissum tale exercitium privilegii de foro ad forum, sed tantum de loco ad locum, Marchesf. *par. 2. de comiss. avocat. §. 2. num.* 143. & 167. Afflict. *decis.* 257. *num.* 4. Sperell. *decis.* 156. *num.* 22. Panimoll. *cit. decis.* 12. *num.* 4. & 5. debet enim esse competens Judex, qui eligitur, vel ad quem variatur, Scacc. *de Judiciis lib. 1. cap. 12. numer.* 1. Ridolph. *in prax. part. 3. cap. 4. nu.* 130. Panimoll. *annot. 1. ad dictam decis.* 12. *num.* 13. & sic dicerem requiri consuetudinem etiam quadragenariam, quia verè est contra jus, quod laicus in causa prophana adeat Judicem Ecclesiasticum, nec dicta *lex unica* aliud permittit, nisi privilegium adeundi alium Judicem competentem; unde non videtur attendi Card. de Luca *citata disc. 144. de jurisdict.* ubi tuetur sufficere decennalem, ex eo quod non sit contra jus, sed præter, nam dicit ex jure talem prohibitionem non elici, sed ex stylo ibi *numer. 3. vers. applicando*; sed non subsistit hoc, cùm satis clara sint jura, ut in causa prophana Judex Ecclesiasticus sit incompetens, nec dicta *lex unica* dat jurisdictionem Judici incompetenti, imò etsi agatur de Viduis, & similibus, urget eadem ratio, si non sint pauperes, & sic non possunt eligere forum Ecclesiæ, nisi in subsidium, ut dixi supra. Si tamen concurreret quadragenaria, valeret consuetudo variandi, & eligendi forum Ecclesiasticum tam in Viduis, & similibus divitibus, quàm in aliis quibuscumque, & etiam declaravit *Sac. Congr. Episcoporum in cit. Terracinen.* 1673. ubi requiri consuetudinem legitimam præscriptam *relat. per dict.* Cardin. de Luca *num.* 3.

27 Quoad tertium dubium principale, dicendum videtur in quocumque casu quo vel ex jure, vel ex consuetudine Judex Ecclesiasticus causam cognoscit modis ut supra explicatis, debet provocari ad Superiorem Ecclesiasticum, non autem ad Laicum, ut ultra tradita *in cit. Comment. ad constitut. Un.* Callisti II. docent Narbona *in lib. 20. tit. 1. lib. 4. Recopil. Gloss.* 42. *nu.* 30. Gonzal. *in cap. Si duobus §. denique in fine de appell.* Jo; Cokier. *in cit. tract. vindic. libert. Eccles. par. 1. cap. 13. nu.* 11. & latè *cit.* Eminentiss. D. Card. Sacripante *cap. 5. & seq.* ubi plures auctores, rationes, & documenta. Praxis comprobat usum, & consuedinem in Civitate Leodiensi appellandi ad Curiam, & ad S. Rotam in causis prophanis inter Laicos, quæ ex consuetudine ab Officiali Ecclesiastico Leodiensi deciduntur, ut in *decis.* 115. 132. 214. 297. & 298. *par. 7. rec. & dec.* 2207. & 2238. coram Coccino, quibus addo coram Emerix Jun. *dec.* 112. 200. & 240. Imo etiam fuit disputatum dubium super declaratoria, & visum an obstaret recursus ad Judices Laicos *decis.* 84. & 164. *coram eodem*, & *idem* Eminentiss. D. Cardin. *num.* 15. adducit plures authores etiam Germanos, nempe Zipæum *de jurisdict. Eccles. & Civil. lib. 2. cap.* 79. Bocer. *de jurisdict. cap. 3. num.* 34. Erasm. à Cokier. *de jurisdict. ordin. in exempt. par. 2. de conservat. Eccles. cap.* 129. ac alios, quidquid dicant Escobar. *de Pontif. jurisd. lib. 1. cap. 21. nu.* 91. ac alii.

Rationes enim videntur claræ, & primò, quia eo ipso, quod Ecclesiasticus Judex pronunciat, absurdum esset, ut provocari possit ad Judicem Laicum, qui semper est inferior Ecclesiastico, Scacc. *de appell. qu. 8. nu.* 100. Secundò, quia in Judice prorogato semper datur appellatio ad Superiorem ipsius Judicis prorogati, non autem prorogantium, Fagn. *in cap. Significasti de for. compet. nu.* 21. & 22. Augustinus Barbosa *in leg. Episcopale num. 3. de Episc. Aud.* Carleval. *de*

Jud.

Jud. lib. 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quaest.* 8. *sect.* 6. *num.* 1237. Scacc. *de Sent. & re judic.* Gloss. 7. *quaest.* 3. *limit.* 1. *nu.* 112. Scialoja *de foro compet. cap.* 12. *nu.* 131. Bocer. *de jurisdict. cap.* 3. *nu.* 48. & maxima ratione, aliter daretur destructio Monarchici gubernii per saltuariam jurisdictionem diversorum Judicum, quod non debet permitti in gubernio quocumque politico. Tertiò probatur ex *cap. Romana de appellat. in* 6. *§. Debet*, ubi pro regula firmatur in causis temporalibus appellationem interponi debere ad Superiorem Ecclesiasticum, nisi aliqua limitatione contrarium deducatur, quod in hoc casu non videtur, & optimè Passerin. *ibid. nu.* 34. ubi quod colligitur ex dicto textu ab Episcopo appellari ad Archiepiscopum etiam in illis, quæ Episcopo uti Ordinario competunt ex jure speciali, & accidentali; parum enim refert, quod Episcopus judicet ex hoc, vel altero motivo, dummodò faciat ex auctoritate ejus propria, & non delegata, ut est in omnibus præfatis casibus, ut benè explicat idem Passer. *num.* 35. Hinc cùm utatur jure proprio in decisione causæ, hæc fit Ecclesiastica, quia regulatur à jurisdictione judicentis, & sic cum consideretur sola jurisdictio Ecclesiastica, remanet talis, non curata qualitate partium, quia debet attendi fons, & origo jurisdictionis, qua causa deciditur, proinde non obstat Textus *l. Episcopale judicium C. de Episcopali aud.* quia ibi prohibetur appellatio à judicio Episcopi per prorogationem factam; nam id potiùs concludit absurdum appellandi ad Judicem Laicum, & Textus procedit in Episcopo judicante, ut Arbitro, ut notant Augustinus Barbos. *nu.* 2. *ibi in fin.* Ruginell. *de appellat. §.* 2. *cap.* 2. *nu.* 31. Scacc. *eodem tract. quaest.* 16. *limit.* 18. Imo, ut optimè observat Barbos. *in lib.* 1. *art. ult. num.* 31. tempore, quo fuit condita dicta lex, neque subditi ipsius Episcopi poterant appellare ab Episcopi sententia, & sic Imperator voluit, quod etiam ab Episcopo, cujus jurisdictio prorogata fuit, non possit appellari, ex quo deducitur uniformasse causam prorogationis aliis causis Episcoporum, & sic cùm postea primum fuerit abrogatum quoad veros subditos, per *authen. si quis litigantium*, id etiam dici debet quo ad alios prorogantes, quia semper attendi debet in hoc qualitas jurisdictionis judicantis, quæ non datur, sed prorogatur consuetudine,
58 vel consensu. Sic videmus in praxi, quod si detur sententia in Curia Ecclesiastica super possessorio plenario, non intrat Ægidiana, etsi agatur inter Laicos, & in causa prophana, in quibus Ægidiana prohibet appellationem, se conformando juri Civili, quia verè debet attendi jus Canonicum concedens appellationem à quocumque gravamine in causa etiam inter Laicos, si sententia fuerit Judicis Ecclesiastici Thomat. *decis.* 275. *num.* 6. Et cùm in Signatura Justitiæ fuerit dubitatum, an id procederet in sententia Immissionis data in Curia Eminentissimi Vicarii seu per Judicem deputatum ab ipso, petente Anna Maria Apollonia de Lempognanis circumscriptionem possessionis captæ per Catharinam de Turre non servatis solitis quatuor terminis ad appellandum, nec non appellationem in suspensivo, non obstante, quod ageretur in causa prophana inter Laicos, fuit rescriptum sub die 27. *Februarii* 1698. *Ponente* D. Cerro *De appellatione, circumscripta possessione*, quia non intrabat Ægidiana.

SECTIO II.

An, & quibus competat jus prælationis, vel retractus in feudo, re fideicommissaria, ac aliis rebus, ad intellectum privilegii concessi in hac Constitutione Crucesignatis.

S U M M A R I U M.

1 *Privilegium concessum Crucesignatis pignorandi feuda, ac alia bona requisito Propinquo, vel Domino feudi, refertur.*

2 *Libertas hominis disponendi de re sua naturali, quomodo restringenda?*
3 *Fuit per Imperatorem in jure comprobata.*
4 *Limitata deinde fuit variis juribus specialibus, nempe Prælationis, Retractus, Prothomiseos, Recompra, ac eorum differentia.*
5 *Prælatio an detur in venditione feudi vocato ad ipsum, ubi de jure Prothomiseos.*
6 *An juribus feudalibus concedentibus Prælationem derogatum dicatur à* l. dudum C. de contrah. empt.
7 *Feuda sunt in triplici specie, & quæ sint? Feuda in Regno Neapolis an sint mixta, vel hæreditaria? ibid.*
8 *Prælatio datur agnato vocato in feudis ex pacto, & providentia.*
9 *Constitutio Divæ memoriæ in Regno, quid importet?*
10 *In feudis mixtis an competat vocato Agnato prælatio? & nu. sequ.*
11 *Quid in illis Regni Neapolis?*
12 *Quid dicendum in feudo novo?*
13 *Prælatio in casibus ubi datur, an procedat nedum in venditione, sed etiam post eam?*
14 *Respondetur contrariis supra firmatis.*
An prælatio etiam procedat in casu venditionis necessariæ? latè explicatur, ibid.
15 *In feudis hæreditariis tantùm an detur prælatio?*
16 *Actio pro prælatione quo tempore præscribatur, & an incipiat tempus à prima, vel ulteriori venditione?*
17 *Prælatio an detur in feudo hæreditario, in quo adsit fideicommissum ad favorem vocati, & quomodo?*
Quid in re fideicommissaria, etsi allodiali? ibid. & n. n. sequ.
18 *An detur prælatio creditori agnato?*
19 *Quid dicendum in re antiqua, non gravata fideicommisso?*
20 *Contraria doctrina conciliantur.*
21 *Quid dicendum in casu, quo ulterior vocatus ad fideicomissum velit uti pacto redimendi ad favorem possessoris fideicommissi conventi, latè agitur, & n. n. sequ.*
22 *Distinguuntur plures casus.*
Data facultate alienandi, fideicommissum remanet in eo, quod remanet, ibid.
23 *Opinio Auctoris posse fieri redemptionem ab ulteriori vocato, etiam in casu venditionis factæ per Congregationem Baronum cum pacto redimendi in re fideicommissaria cum præcepto non alienandi.*
Idque posset agi etiam via executiva, si adsit obligatio Cameralis ad favorem possessoris fideicommissi, ibid.
24 *Quid dicendum in re fideicommissi sine præcepto testatoris non alienandi vendita cum pacto redimendi?*
25 *An prælatio prædicta detur ulteriori vocato, quando adsit alius proximior?*
26 *Quomodo procedatur in feudis, ubi de edicto successorio.*
27 *Rationes super quibus fundatur opinio prædicta circa redemptionem rei fideicommissariæ venditæ cum dicto pacto redimendi.*
28 *Posita prælatione ad favorem vocati, vel exercitio dicti pacti redimendi, an adveniente casu restitutionis fideicommissi teneatur possessor restituere dicta bona novo possessori fideicommissi?*
Hæres vocatus ad fideicommissum, vel gravatus quando acquirat pro se, & hæredibus quibuscumque, vel pro fideicommisso? ibid.
Distinguuntur latè plures casus, ac respondetur contrariis doctrinis, ibid.
29 *Si autem post exercitium prælationis, vel redemptionis rei fideicommissariæ nascatur proximior ei,*

qui tales actus exercuit, possit recuperare bona, & quomodo?

Distinguuntur casus, ac firmantur opiniones,

30 *An vocatus ad fideicommissum possit cedere dictum jus prælationis ad favorem non vocati,*

31 *In casu prædicto redemptionis rei venditæ cum pacto redimendi an debeat solvi pretium rei tempore primæ venditionis, vel redemptionis?*

Distinguuntur latè plures casus, & in singulis adducitur opinio,

Augumentum rei, aliud intrinsecum, aliud extrinsecum, ibid,

32 *An requiratur denunciatio, antequam fiat alienatio feudi, & in aliis venditionibus, ubi interest prælatio?*

33 *Quomodo denunciatio sit facienda, ut denunciatus amittat jus prælationis, vel retractus?*

34 *An sit necessaria denunciatio, si denunciandus habuerit notitiam actus faciendi?*

35 *Facta denunciatione proximiori agnato de venditione feudi, & nolente isto, an possit peti prælatio ab ulteriori agnato; & interest, vel non successorium edictum?*

Quid dicendum quoad vocatos ad fideicommissum, ibid. & n. n. sequ,

36 *An jus prælationis, & retractus possit competere ratione communionis, & consortii in feudis, latè discutitur, & resolvitur,*

37 *In casu prælationis, vel retractus, seu redemptionis prædictæ, qui fructus debeant restitui a possessore feudi, & à quo tempore?*

Pluros adducuntur casus distincti, ibid.

38 *An petens prælationem, & alia, ut supra, debeat facere depositum pretii, ut valeat exercere jus; & quid si fuerit recusatum dictum depositum à possessore?*

Agitur latè materia cum distinctione plurium casuum, & an teneatur actor excomputare usuras pretii non soluti cum fructibus fundi, quos reus debet restituere, ibid,

DEveniendo nunc ad materiam contentam in §, 11, Constitutionis superiùs enunciato, ubi Sum-
1 mus Pontifex Eugenius permisit Crucesignatis, ut valerent terras, & cæteras possessiones cuicumque in pignus dare pro pecunia obtinenda; si tamen priùs commoniti propinqui, seu Domini feudi eam commodare iis noluerint. Hinc opportunum duxi, hic de prælatione debita propinquis in re feudali aliqua tradere, & hujusmodi occasione etiam de prælatione, quæ competere possit fideicommissariis, ac agnatis, & aliis etiam in materia indifferenti, cùm de prælatione, an illa competat Domino in re feudali, ac Domino directo in re Emphiteutica, juxta *l, fin, C. de jur, Emphit. & cap. potuit de locat,* alibi dicam in Constitutionibus de prohibitione alienationis bonorum jurisdictionalium, prout de prælatione Vassallorum in venditione feudi, juxta *decis, 17. de Franchis*.

Libertas enim, quæ homini insita fuit libero arbi-
2 trio insignito à Divino Opifice, sicuti per legem divinam, ac Ecclesiasticam dirigitur ad finem supernaturalem tot sanctissimis constitutionibus, ita in re politica per sanctiones plures à Legislatoribus emanatas, meruit, ut illa honestatis vinculo adstringeretur ad justitiam, & æquitatem servandam. Unde secundùm varias temporum vicissitudines, & hominum inclinationes, diversæ emanarunt leges aliquando etiam contrariæ, ultimis, primis derogantibus; ita mirum non est, si quidquid fuerit in pluribus legibus digestorum dispositum pro hujusmodi jure prælationis, ut apud Tiraquel, *de retr, consanguin. in præfat, & reassumit,* Apont. *dec, 11.* & Rovit. *in respon.* post *dictam dec.* Aponte *nu, 58.* tandem fuit statutum ad confirmationem innatæ libertatis, qua unusquisque uti propriæ rei
3 dominator, & arbiter à quocumque vinculo liber sit alteri rem suam vendendi, & alienandi, prout sibi placuerit, nec ullo jure cogatur, ut potius uni, quàm cuicumque benè viso rem tradat suam, ita sanciente Imperatore *in l, dudum C, de contrah. empt.* Imo *in l. in re mandata C. mandati* libertas canonizatur arbiter propriorum bonorum,

Deinde experientia forsan docente, quod hujusmodi naturali libertate abuterentur homines contra æquitatem primogenitum justitiæ decus, fuerunt in pluribus juribus municipalibus statutæ leges restrictivæ libertatis vendentis, ut fuere jura Prælationis, Retractus, Prothomiseos, Recompræ, congrui, & revocandi secundùm varias nationes usurpatis diversis nominibus,

Præfata tamen sæpè confundi videntur, imò iisdem aliquando legibus diriguntur, sed verè inest specia- 4
lis differentia; nam jus prælationis est jus aliquod, quo quis præfertur alteri in venditione, seu alio contractu in aliqua re, quæ fit à rei Domino, cum iisdem pactis, & conditionibus. Jus retractus est potestas redimendi rem, jam venditam à Domino pro eodem pretio, quod coincidit cum jure recompræ, Jus Prothomiseos est jus affectionis, & interesse ad rem immobilem retrahendam, quod datur ob vicinitatem, seu consanguinitatem, vel etiam cogendi Dominum ad vendendum, Jus Congrui, ut dicitur etiam in Regno Neapolis, est facultas vicino retrahendi rem venditam alteri, Afflict. & alii *in Const. Sancimus*, Jus tandem revocandi est competens vocato in feudo alienato istud repetendi. Unde quidquid pro variorum ingeniorum cultura circa diversitatem hujusmodi notant Doctores apud Gallerat. *de renunciat, cent. 1. ren, 41. & 42.* Tiraquel. *de utroque retractu in præfatione*, Carpan. *ad statuta Mediolanen. lib. 1. cap. 417. num. 526.* certum est prælationem considerari posse, vel in actu valido jam perfecto, puta si fuerit facta venditio, vel ante ipsum actum completum, ut quando res à Judice potiùs uni quàm alteri debeat adjudicari. Jus verò revocandi alienationem, versatur in casu, quo alienatio nulla est, *ut in cap. 1. de alien. feudi*; jus recompræ, seu reluendi importat rescissionem contractus antea gesti. Jus tandem retractus videtur fraternizare cum prælatione, ut observat R. P. D. Corradinus *Sanctissimi D. N. Subdatarius* in elaborato tractatu *de prælatione qu, 1. numer. 5.* tamen rejectis pluribus differentiis, quæ aliquando univocantur inter retractum, & prælationem, proindè aliquando confunditur prælatio cum retractu, qui dicitur quandoque prælativus ad differentiam coactivi, ut alibi dicam, unde secundùm varios casus, utroque nomine uti permittitur, & cùm quæstio sit de nomine, non est tempus hic terendum, sed videndi Tiraquell. toto integro *tract. de retract.* Capycius latro *consult, 27. & 28.* Rot. *dec. 168, nu, 4.* cor. Dunoz. Jun. & alii citandi DD. & etiam alia dicemus, ubi de Constitutione Gregorii XIII. de jure congrui,

Hic igitur primò contra libertatem in citatis juribus stabilitam, dico quod agnatus, & vocatus ad feu- 5
dum habet jus prælationis in feudo alienando, vel alienato; ut ex juribus feudalibus, & Prothomiseos habetur *in cap. 1. si de feud. defuncti fuerit controversia, & in cap. 1. §. sed & res per quos fiat investitura cap. 1. §, porrò qualiter olim feudum alienari poterat,* & in registrata *Constitutione Friderici II, Imperatoris de jure Prothomiseos* apud Cujac. *de feud. lib. 5.* quæ refertur à Gothofredo *lib. 5. feudorum tit, 14.* Deindè idem sanciverunt Fridericus, Lotharius, & Corradus Imperatores Occidentis, confirmando consuetudines feudales collectas per Gherardum, & Obertum de Orto, ut refertur apud *citat.* Cujac. & latè Hartman. pistor. *par. 2. qu. 11. & 12.* Scrader. *de feud. par. 8. cap. 7.* Berlich. *concl. 57. vol. 2.* Georg. *obrect. de jure feud. lib. 4. cap. 28.* Rosental. *de feud. cap. 9. membr. 2. concl. 87. cum seqq.* Capyc. latr. *consult. 27. & 28.* Mastrill. *dec. 8.* Rota *dec. 417. num. 10. par. 12. recen.*

Dicta

Dicta enim jura feudalia certum est non excedere feuda ipsa, ut docent ex præscriptis plures, & præsertim Rota *cit. dec. nu.* 12. Thesaur. *lib.* 1. *quæst.* 39. *nu.* 6. Card. de Luca *de feud. disc.* 2. & in iamigeratis decisionibus *Romana Castri Porciliani* registratis *dec.* 3. & 4. *post cit.* D. Corradin. *de prælat. impress. Romana, & aliis dec.* 14. & 15. *post eundem impress. Venet.* & 18. *Aprilis* 1701. cor. D. Molines *Decano*, & etiam innuitur *in dec. Ariminen. Castrorum* 21. *Junii* 1700. & 3. *Junii* 1701. *coram eodem*, & de-
6 rogatum censetur per eadem jura *cit. leg. dudum*, quia sunt posteriora eidem, ut considerat Rovit. *cit. num.* 58. & *super pragm.* 25. *de feudis nu.* 31. Sonsbec *de feudis par.* 13. *nu.* 117. & Rota *in cit. decisionib. Romana Castri Porciliani*. Et quamvis Card. de Luca *disc.* 36. *de feud.* conetur ostendere, quod licèt *dicta l. dudum* fuerit emanata longè ante consuetudines feudales introductas à Longobardis, tamen tunc in Italia non vigebat jus Romanorum posteà repertum, & pro lege introductum circa annum 1130. invento Corpore dicti juris in excidio Civitatis Amalphiæ in Regno Neapolis per Pisanos commisso, & ab istis in Florentinos translato; ut refert idem Card. de Luc. *in disc.* 1. *de servit.* & sic non potest dici derogatum *dict. leg. dudum*, cujus dispositio tunc non vigebat in Italia; sed verè quidquid sit de dictis constitutionibus, & juribus feudalibus, certum est, nunc pro legibus venerari dicta jura feudalia, & esse in hoc derogatum *dict. l. dudum* in materia feudali, & notant præcitati Doctores, & discursus Card. de Luca evanescit, nedùm concurrente opinione communi Doctorum in contrarium, sed inconcussis judicatis tot Tribunalium; imo cessat ratio ab ipso considerata, quia etsi jus Romanorum tunc in Italia non esset in usu, utpote à Longobardorum jure, & Dominio præventa, certum est, quod recepto jure Romanorum, intelligi debet compatibiliter cum dicto jure feudorum jam introducto, & confirmato ab Imperatoribus, & ipsa *l. dudum* tollit tantùm simplices consuetudines, non explicando res feudales tunc incognitas, & præservat jura specialia concedentia prælationem.

Sed nunquid talis prælatio competat agnato cui-
7 cumque, & in quocumque feudo, disputant Doctores. Pro cujus quæstionis dilucidatione duo sunt notanda; primum, in triplici differentia considerari posse feuda; alia enim sunt feuda, quæ dicuntur pacti, & providentiæ tantùm, & sunt illa, quorum investitura comprehendit tantùm certos agnatos; alia sunt merè hæreditaria, & transeunt in quoscumque, dummodò sint hæredes; & tertia demum dicuntur feuda mixta, & sunt quorum successor debet esse ex sanguine simul in investitura comprehensus, & rei familiaris successor universalis. Secundò est notandum, quod jus prælationis, ratione sanguinis, quod est jus Prothomiseos, est quid diversum à jure successionis, quod habet comprehensus in investitura ex lege investituræ; nam primum est in eo, qui cùm sit sanguine conjunctus ex lege feudorum, petit præferri in venditione feudi, quæ fit à possidente priore vocato, vel cœptam venditionem prohibendo, ne alteri quàm sibi feudum vendatur, vel illud jam alienatum pro æquali pretio ab emptore intra annum redimendo; secundum residet in eo, qui uti vocatus in investitura revocat feudum alienatum à priore vocato mortuo, & nullo refuso pretio, ut distinguit Sanfelicius *dec.* 100. *nu.* 1. & *seqq.*

Quo ad feuda primi generis ex pacto, & providen-
8 tia pura, nulla cadit difficultas, quod detur prælatio; nam, vel consideratur altera ex rationibus, quibus inducta dicitur talis prælatio jure prothomiseos, seu sanguinis, ut dicitur, vel utraque, semper verificatur in dictis feudis veris; duplex etenim assignatur ratio à Doctoribus, quod scilicet ulterior vocatus in Investitura cum habeat jus revocandi feudum à tertio, in quem fuerat alienatum à possessore post hujus obitum, æquum visum fuit, ut id agere possit etiam in vita, refuso tamen pretio, & præventivè facere, quod futuro tempore facere valet; & altera ratio est fundata in æquitate, & honestate quadam, ne scilicet bona majorum ad alienas manus perveniant, ut apud *Cujac. in cit. §. Titius*, quem refert Rovitus *supracitat.* Card. de Luca *de feud. disc.* 37. *n.* 4. In feudo etenim ex pacto, & providentia vero, certum est in casu alienationis nullæ posse ab ulteriori vocato post obitum alienantis illud repeti à tertio sine pretio; imò juxta strictiorem legem Constitutionis Di- 9
væ memoriæ, quæ viget in Regno Neapolis, qua prohibetur quicumque contractus in feudo, poterit revocari à tertio etiam in vita alienantis, & excedendo dispositionem prohibitivam juris communis feudorum *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frideric.* successor poterit in vita ipsius alienantis, imo ipse alienans feudum nulliter sine assensu alienatum avocare; jure igitur in hujusmodi feudis propriis fuit constituta prælatio, ut si possit quis post obitum alienantis revocare, posset etiam in vita præventivè obtinere id, quod sine pretii refusione aliquando habiturus est. Consideratur quoque secunda ratio honestatis, ut bona, quæ à primo feudatario per investituram acquisita fuerant cum stricta lege transitus in hæredes certos sanguinis, neque per momentum temporis æquum est, ut apud extraneos videantur, & verè in his feudis propriis aptantur jura præfata antiqua feudalia, & hanc communem esse opinionem docuerunt Zasius *de feud. par.* 8. *nu.* 61. Capyc. latr. *consult.* 27. *nu.* 31. Ventrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 32. *nu.* 47. Card. de Luca *de feud. disc.* 36. *nu.* 4. Gramat. *dec.* 103. *Thesaur. dec.* 99. & passim alii Doctores, & supponitur in *cit. dec. Romana Castri Parciliani*, & *Ariminen. Castrorum*, confirmata ista etiam 5. *Maji* 1704. coram D. Caffarello.

Quoad secundum genus feudorum, nempè mixto-
rum, quamvis videatur aliqua discrepantia Docto- 10
rum, major tamen est in iis, quæ non habent simplicem qualitatem mixtam, sed potiùs hæreditariæ essentiæ adhærentem, ut sunt feuda Regni Neapolis. Non loquor de illis pro hæredibus quibuscumque concessis, quia respiciunt tertiam speciem. Sed de illis restrictis ad hæredes sanguinis, vel expressè, vel sub intellectu juris, ut apud Staiban. *resol.* 2. nam licèt sint concessa successoribus sanguinis, & hæredibus simul, tamen non obstante inventario tenetur hæres in Regno ad factum defuncti servandum non solùm pro rata rei allodialis, in qua est hæres, sed etiam pro rata pretii feudi, in cujus asse hæreditario computatur hujus valor, Capyc. latro *consult.* 27. *nu.* 22. 23. de Franch. *dec.* 1. ubi de Luca. & *dec.* 704. In feudis tamen purè mixtis, prout sunt in aliis locis, præsertim in Germania, & in Lombardia, quamvis successor sit etiam hæres, vel dici debet talis tantùm respectu primi acquirentis, non autem ultimi morientis, ut docent Clar. §. *feud. qu.* 9. *nu.* 5. Altograd. *cons.* 25. *nu.* 19. & *seq. lib.* 1. Rota *decis.* 482. *num. final.* & 499. *nu.* 56. *par.* 5. *to.* 2. *recent.* vel etsi qualitas hæreditaria sit necessaria respectu ultimi morientis, secundùm aliquos, certum est, ut cum beneficio Inventarii hæres non teneatur, nisi ad ratam bonorum allodialium, jure proprio posset retinere feudum obnoxium tantùm oneribus à primo acquirente provenientibus. Unde quoad istam speciem feudorum verè mixtorum, magis est clarum jus prælationis, quia cum possint successores revocare feudum alienatum post obitum alienantis non refuso pretio, & illud à reliqua re familiare Testatoris separare, urget principalis ratio considerata in feudo ex pacto, & providentia, & ita inconcussè tenuerunt Doctores nedum exteri, sed Regnicolæ, ut apud citatos Doctores, & infrà citandos, Gothofred. Auson. *disput. feud.* 10. *th.* 5. Schrader *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 26. De Marinis *lib.* 1. *resol. cap.* 24. *nu.* 10. & *cap.* 233. *num.* 1. Fachin. *lib.* 7. *controv. cap.* 10. & 11. & latè Giptius *ad decis.* 57. Capycilatr.

& Capon. *discept.* 326. *nu.* 911, *& seq.* Capycius latro *consul.* 17. & 18. Peregr. *dec.* 21. *& dec.* 150. ubi decisio Rotæ Romanæ. In istis feudis verè mixtis, prout in primis ex pacto, & providentia, datur prælatio, & retractus à tertio emptore extraneo nedum in actu voluntario, sed etiam necessario, puta in subhastatione, ut benè Gloss *in cap.* 1. §. *Porrò ver. æquali pretio, qualiter olim feud. alien. poterit*, & infra citandi, quia cùm jus revocandi post obitum possessoris sit clarum in utroque casu voluntariæ, & necessariæ venditionis, idem etiam debet esse jus prælationis, quia sibi imputet licitator, seu emptor, si rem retractui obnoxiam post obitum vendentis recipiens eam dimittere cogatur ante obitum mediante pretio.

Quoad feuda verò Regni Neapolis, in quibus etiam concurrit dicta qualitas, ut successor teneatur ad debita sui authoris, etiam computato feudi valore, itaut possit etiam cogi actione personali à creditoribus ad vendendum feudum, ut plenè apud Franch,
11 *dec.* 1. *& dec.* 704. Capyc. latr. *consult.* 9. & 10. acris controversia fuit visa inter eosdem Patrios Doctores, ut apud Capyc. latr. *consult.* 27. aß. & 96. de Marinis *resol. cap.* 116. *& alleg.* 127. negantes prælationem, & tuetur hujusmodi negativam Card. de Luca *de feud. disc.* 36. *nu.* 2. *ver. Mihi ad veritatem*. Sed in contrarium stat major pars Doctorum, & præcipuè Rovit. *super pragm. cit. relat. post. dec.* 11. à Ponte, & Sanfelic. *dec.* 100. & ista secunda opinio affirmativa videtur extra controversiam, concurrentibus tot Judicatis eorumdem Tribunalium Regni, & præsertim S. Regii Concilii, ut apud eumdem Capyc. latr. *dec.* 57. ubi Adden. *nu.* 2. infinitos cumulat, quos hìc repetere supervacaneum esset, plenè *cit.* Capon. qui latè hinc iode materiam agit *dict. discept.* 326. *nu.* 31. *& seq.* quamvis plures Doctores isti opinioni adhærere dicant potiùs in obsequium Judicatorum, quàm rationis, ut Staibanus Jun. *post resol. cit.* 2. Staiban. sen.

Concurrit quoque ratio tam prima, quàm secunda superiùs considerata, & de secunda nulla cadit dubitatio; quod scilicet contra æquitatem videantur bona Majorum penes extraneos videri præsertim feudalia, in quibus consideratur qualitas nobilitatis specialis. Sed viget etiam prima ratio, etsi non revocationis strictæ, quia tale feudum non posset revocari non soluto pretio, ut io feudo ex pacto, tamen vocatus posset revocare eodem modo, si Rex non concessisset assensum, quod est quid accidentale dependens à voluntate Regis, ut considerat de Marinis *resol. quotid. lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 4. de Ponte *de pot. Proreg. tit.* 7. §. 3. *nu.* 20. cum aliis ibi relatis; nam etsi successor teneatur pro rata pretii feudi, semper verum est dicere succedere ex lege investituræ, ut notant citati Doctores, quare igitur non debet ei competere prælatio in vita alienantis, refuso eodem pretio? In iis enim feudis successor est vocatus ex lege investituræ, & sive velit, sive nolit ejus author, succedit in feudo, solùmque potest onerari in valore, relicta etiam legitima pro filiis, ut plenè apud cit. de Franch. *dec.* 1. *& dec.* 704. ubi de Luca *à num.* 30. *& seqq.* & tantùm actione personali potest cogi ad vendendum feudum, quod integrum remanet soluto ære alieno Auctoris, ut Franch. *dec.* 704. Capon. *cit. num.* 57. *in fine*. Unde ex his corruit ratiocinium Card. de Luca, & distinctio ab eo considerata, quod dicta prælatio procederet in casu alienationis factæ sine assensu, quia tunc non dicitur prælatio, sed verè revocatio, quæ conceditur agnatis vocatis priusquam ad Dominum devolvatur, imo ipse alienans potest contra ejus factum, alienationem retractare, ex *Constitutione Divæ memoriæ*, ut idem Cardin. de Luca fatetur *ibid. num.* 6. & sic tunc successori non obstat Textus *in l. cum à Matre C. de rei vindicatione*, quia cùm alienatio feudi fuerit nulla, non obligat neque ejus successores neque ipsum talis actus alienationis auctoris. Nec minùs est verum, quod feuda ista, utpotè alienabilia cum assensu, dicantur redacta ad instar allodialium, & sic non valeant vocari, qui debent venire uti hæredes, alienationem impugnare, ut considerant cit. Doctores contrarii relati apud *cit.* Cxpoo. *nu.* 9. *&* 16. Capycius latro *cons.* 27. *à nu.* 15. *& cons.* 28. *à nu.* 63. nam talis qualitas consideratur quatenus substineatur alienatio cum tali consensu Domini absque alio consensu vocatorum agnatorum, prout requireretur in alienatione feudi ex pacto, & providentia simplici, non autem, ut nullo modo habeatur in consideratione jus vocatorum; isti enim ex judicio primi acquirentis, & investientis fuerunt verè vocati ab initio, quamvis cum illa qualitate hæreditaria, tamen ista facit suum effectum, ut teneatur successor ad pretium, in quo potest gravari à possessore, & non debet alium effectum parere in præjudicium vocatorum; finis enim hujusmodi acquisitionum cum qualitate hæreditaria est, ut feudum non perveniat ad vocatos sine onere, quod imponit possessor, cui, ut sibi consulat, Rex solet dare consensum pro alienatione, ex ea ratione, quod sicuti possessor potest gravare feudum quanti valet, permittitur illud alienare in præjudicium vocatorum, & sic omnis æquitas urget, ut eidem hæredi detur prælatio, cum successor esset necessarius, si alienatio non sequeretur, cumque habeat qualitatem agnationis, & vocationis, & in vita alienantis hæres nequit esse, benè potest in vim primæ qualitatis existentis, & secundæ futuræ jus exercere quoad prælationem, nec tenetur factum auctoris servare, quia tunc vocatus nequit dici hæres, ut benè præ cæteris patrocinatur *cit.* Sansel. *lib.* 1. *dec.* 100. *à nu.* 8. *& in fin.* passim ita judicari ad favorem vocati in feudo. Hinc si alienatio fiat in fraudem, & ex causa non necessaria in præjudicium vocatorum, etsi agatur de hujusmodi feudis Regni mixtis, denegatur assensus opponente ulteriori vocato, ut optimè de Marin. *lib.* 1. *cit. resol.* 24. *nu.* 2. *& seq.* & sic illa facultas alienandi in possessore non est indefinita, sed cum assenso Regis, qui illum præstat, nisi obstet rationabilis causa in contrarium, ut rectè Staibanus *resol.* 2. *nu.* 51. unde semper vocati in Investitura dicuntur habere aliquod jus considerabile, ob quod oritur jus prælationis sanguinis, sicque si feudatarius feudum alienet in proximè successurum, non requiretur assensus Regis, quia verè dictus successor, etsi in feudo Regni mixto non dicitur nova persona, & acquisitum capit, non autem de novo acquirit, quia in Investitura est comprehensus, & dicitur potiùs refutatio, idem de Marinis *lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 6. *& per tot.* feuda enim ista Regni noo sunt purè hæreditaria, sed retinent naturam alterius qualitatis pacti, & providentiæ, quia non sunt vocati quicumque hæredes, sed illi ex sanguine usque ad tot gradus tantùm, de Ponte *cit. decis.* 11. *nu.* 25. *ibid.* Rovit. *nu.* 25. 28. & 33. *in alleg.* Et textus *in l. dudum* ac alia jura loquuntur in vero Domino libero nullis legibus obnoxio in vendendo, ut in fine ejusdem *textus* verba ipsa sonant, & in extraneo emptore agnato, vel vicino simpliciter, non autem in eo qui habet jus considerabile in re.

Sed quid dicendum in feudo oovo? in eo scilicet, in quo concurrat eadem qualitas mixta superiùs con- 12
siderata? Et communis opinio præsertim in feudis istis Regni, in quibus qualitas magis hæret hæreditariæ quidditati, docet non dari istam prælationem, ut apud de Marinis *cit. resol.* 24. *nu.* 10. de Ponte *de potest. Proreg. tit.* 10. §. 1. *nu.* 20. & sic servatum in Regno dixerunt Camill. de Curte *in* 2. *par. divers. feud. cap.* 4. *num.* 43. Mastrill. *dec.* 8. *num.* 21. *usque ad finem*, Capycius latro cit. *resol.* 27. & 28. imo ipse *Rovitus* acerrimus defensor opinionis pro prælatione distinxit inter feuda antiqua, & oova, *citat. alleg. post* Aponte *decis.* 11. *nu.* 17. & 89. Anna *observ.* 10. Schrader. *de feud. par.* 8. *cap.* 7. *num.* 32. *vers. hac lamentatione* de Ponte *cit. decis.* 11. *num.* 12. Sansel. *decis.* 104. *num. fin.* Card. de Lucæ *de feud. disc.* 37. *num.* 2. & quidquid dicant quoad rationem vario modo adductam, certum est illam esse germanam, quod cum feudum novum sit alienabile

in

in præjudicium etiam vocatorum à primo acquirente ex præsumpta mente concedentis, & recipientis, potest vocatis præjudicare, & ex hac ratione etiam in feudis novis, ex pacto puro, cessat prælatio, ut docent citati Doctores. Sed dicta procedunt io feudo novo non gratuitò recepto, nam si ageretur de feudo oovo gratuitò recepto, quando est considerata à concedente agnatio, & descendentia, & noo solus acquirens fuit causa concessionis, contrarium est dicendum tam in feudis ex puro pacto, quàm mixtis, quia tunc cùm primus acquirens non possit disponere io præjudicium vocatorum, & in secundis consideretur illud jus radicatum in Investitura, etsi cum qualitate hæreditaria modificatum, cessat saltem illa libera facultas alienandi in præjudicium vocatorum, Surd. *consil.* 351. *num.* 27. 28. Card. de Luca, *cit. disc.* 37. *num.* 5. *de feud.* Ita in feudis Regni ob Constitutionem prædictam *Divæ memor.* qua prohibetur alienatio feudi etsi oovi sine assensu, & ita intelligendus est Rosenthal. *de feudis cap.* 9. *memb.* 2. *concl.* 88. *in fin.* qui admittit prælationem, ut observat citat. Card. de Luca, *num.* 5. quia datur aliqua ratio saltem re integra, in quo casu non est citat. *decis.* coram Sansel. applicanda.

Prædicta prælatio firmata in dictis casibus proce-
13 dit tam in fieri in actu venditionis, quàm post factam venditionem, retrahendo ab extraneo emptore rem emptam refuso pretio, tum quia ita disponunt jura præfata, & loquuntur Doctores, tum quia io utroque casu concurrunt judicata, prout tradit Schrader cit. Rovit. *in cit. rubr. de feud. numer.* 35. Capyciuslatro, *cit. dec.* 57. ubi Adden, *& cons.* 27. *numer.* 2. Tiraquel. *glos.* 2. §. 1. *num.* 46. *de retract. lignag.* optimè Capon. *discept. cit.* 326. *num.* 74. *&* 75. de Marinis *resol. quot. lib.* 1. *cap.* 24. ibi: *Jus retractus sive Prælationis, & cap.* 233. *num.* 1. ubi ampliat, etiam in subfeudo, si fuerit militare, secùs si noo, *nu.* 30. *&* 31. & contrarium procedit in prælatione competente agnato creditori, ut infra dicam, & admittit Capyciuslatro, *cit. cons.* 24. *n.* 21. *&* 94.

Nec obstat, quod facta legitima venditione, me-
14 diante assensu Regis, ac translato dominio feudi in tertium, non videtur justum, actum validum retractari, ut in simili rem alienatam pro dote in vim *auth. res quæ C. communia de legat.* nequit fideicommissarius à tertio avocare, refuso etiam pretio, ut firmant, Peregr. *de fideicommissis art.* 42. *nu.* 24. Urceol. *contr.* 6. *num.* 18. latè D. Corrad. *in cit. qu.* 36. *num.* 9. Rota *dec.* 312. *num.* 45. *par.* 6. *recent.* tum etiam quia si in actu necessario subhastationis feudi non datur prælatio tertio licitatori ob jus acquisitum, quare hoc fortiùs non procedit in actu facto ab ipso venditore, quem dicitur repræsentare judex vendens sub hasta, ut docuerunt in terminis plures infra citandi, & latè Cardin. de Luc. *disc.* 37. *de feud. num.* 13. *&* 14. D. Corradin. *cit. tr. qu.* 3. *n.* 9. ubi alii.

Nam quoad primum, dicta distractio booorum fideicommissariorum dicitur oecessaria, unde facta ex antecedenti legitimo motivo, non videtur justum retractari in præjudicium tertii, cui fuerat jus acquisitum, & actus venditionis necessarius facit excludere omnem fraudem; & sic si quis assignaret pro dote mille, & deinde det rem fideicommissariam in solutum, datur retractus in ipso vocato ad fideicommissum, quia consideratur actus voluntarius, ut declarat ipse Peregr. *ibid. num.* 24. *vers. intellige*, & sequitur Rota *in cit. Rom. Castri Porciliani* 2. *Decembris* 1699. coram D. Lancetta, *dec.* 15. *num.* 4. *&* 5. post Corradin. cit. confirmata 18. *Aprilis* 1701. coram D. Molines. In primo enim actu consideraotur bona non ampliùs fideicommissaria ex licentia præsumpta testatoris, ut ex iis dos prælletur, & sic nequit considerari jus vocatorum, ut io terminis bonorum fideicommissi à testatore injuncto præcepto, ut alienentur, non dari prælationem, neque de jure, ocque de æquitate, præsertim post jus tertio quæsitum, optimè Rota *in dec. Romana seu Tusculana Vinea* 26. *Januarii* 1695. coram D. Paulutio registrata *dec.* 5. post Corradin. *cit.* qui de ea mentiooem facit in *tract. qu.* 36. *num. fin.* In secundo actu voluntariæ alienationis, ut esset in casu Peregrini, *versic. intellige*, vel in casu alienationis feudi, etsi hæreditarii misti, in quo possessor petit assensum Regis, qui potest ex justa causa denegare, semper consideratur ille actus voluntarius.

Quoad objectum veoditionis sub hasta per Judicem, quamvis opinio sit controversia, ut affirmativam plures tenuerint post Gloss. *in cap.* 1. §. *Porro verb. æquali pretio, qualiter olim feud. poterat alien.* Afflict. *in cit. cap.* 1. §. *donare, num.* 38. Altimar. ad Rovit. *cons.* 21. *num.* 13. *lib.* 2. Sanfelic. *dec.* 100. *num.* 24. *& seq. & dec.* 103. Capon. *cit. discept.* 326. *num.* 67. Franch. *dec.* 277. 482. *&* 588. & cit. Corrad. *qu.* 35. *num.* 10. *de* Marinis ad Revert. *dec.* 278. *num. fin.* negativam aliqui docuerunt, ut Schrader. *de feud. par.* 8. *cap.* 7. *n.* 34. Capyciuslatro, *cons.* 27. *num.* 50. *& seq. & cons.* 28. *num.* 83. latè de Marinis *alleg.* 127. *nu.* 18. Francis. Roccus, *resp.* 6. *num.* 6. *lib.* 2. Card. de Luca, *de feud. cit. disc.* 36. *num.* 13. *& sequ. & de servitutibus disc.* 71. *num.* 13. & io hoc anfractu ego existimarem procedi debere cum distinctione, aut enim agitur de re sub hasta vendita, & perfecto actu in emptorem translata actu valido, etsi fuerit sine prævia interpellatione prælationem petentis ante actum consummatum, & tunc tutiùs videtur denegari prælatio; si autem agnatus præferri petat, vel actus subhastatinnis fuerit oullus, & prælatio petatur re integra, & tunc dari censeo.

Prima pars distinctionis probatur, quia cùm talis actus venditionis sub hasta sit oecessarius, noo videtur inclusus in illis juribus feudalibus, nam ista videntur percutere actum voluntariæ alienationis, ut referunt Doctores *citati* pro negativa. Et quamvis D. Corradinus *citata quæst.* 35. *num.* 11. *in fine*, consideret, quod jura loquantur etiam de feudo alienato pro dote, ut *ex §. donare in eodem cap.* 1. *Qualiter olim feud. poter. alien.* sed verè *in dicto §. dicitur* quod oumquam fuit talis consuetudo, & in §. *porrò* datur prælatio agnatis priùs, & deinde Domioo in aliis casibus, in quibus aderant consuetudines, vel benè, vel malè enumeratæ in §§. *antecedentibus*, §. *necessitate*, §. *& si verò*. Ultra quod alienatio pro dote non semper necessaria dicitur, nisi quando fuerit simpliciter res concessa pro dote, & dicitur actus necessarius, si coocurrat defectus aliorum bonorum, & rursus consideratur maximum damnum creditorum, quod obtinerent ex dictu retractu coactivo, quod certè, vel retraheret creditores ab oblationibus, vel pretium diminueret in summa considerabili, & cùm hujusmodi actus ut plurimum fiant publicè, & palam, sibi imputet successor agnatus, si ipse non compareat, ut benè ratiocinatur cit. Card. de Luca, *de feud. disc.* 36. *num.* 14. *vers. sed vera ratio*; feudum enim quod valeret mille, oblator non offerret, nisi minus, habita consideratione retractus, & tamen pro eodem pretio agoatus retrahere posset, quod non est permittendum ut iniquitatem redoleus sub figura æquitatis, in qua est fundatum jus prælationis. In secundo autem casu, cùm io actu deliberationis cesset jus tertio quæsitum, & aliquod præjudicium, quidquid sit de rigore juris, ex æquitate debet admitti, & ita intelligenda Gloss. cit. originaria dictæ opinionis; vel meliùs loquitur de feudo ex pacto, & providentia, & antiquo; ut io fine ejusdem §. *porro* ibi: *si tamen feudum erat paternum*, quod indicat antiquitatem, ut dictum verbum *paternum* sic explicatur *in cap.* 1. *si de feudo defuncti contentio sit*, & io his terminis sunt judicata Tribunalium, ut benè perpendit de Marinis *alleg. Juris* 127. *nu.* 5. Itaque cum distinctione casuum conciliari potest utraque opinio, nam plures DD. loquuntur, vel quando fuit petita prælatio ante licitatiooem, ut Capoo. *num.* 74. *in principio*, & est casus decisionis Sansel. 103. ut in fine; & fuit tradita res in beneficium ultimi plus offerentis, ut ibi notatur,

tut, *& in decif.* 100. ita fe explicar, ut procedat re integra, *num. 26. verf. dominium enim feudi*. Capyciuslatro *confult. 96.* eft in iifdem terminis judicati Regii Confilii re integra in actu fubhàftationis. De Franchis loquitur non in terminis feudi, fed Laudemii, & notat de Luca *ad decifionem* 481. *num.* 6. *Et dec.*488. loquitur in jure congrui, *& decif.* 193. Ludovifii cum add. loquitur in cenfu, & jure congrui, in quibus militat diverfa ratio, & loquuntur etiam re integra, vel quatenus non fuiffet facta denunciatio ad formam Bullæ Pianæ. Alii Doctores præfcindunt à diftinctione cafuum, vel loquuntur demùm in feudis ex pacto, & providentia propriis, vel verè mixtis, non autem in iis, quæ adhærent, ut fupra dixi, hæreditariis: & ratio difparitatis eft; quia in feudo verè ex pacto & providentia loquuntur jura feudalia, ut fupra probavi, & extenfivè tantùm æquitate ductrice fuerunt extenfa ad feuda hæreditaria Regni; unde in iftis ultra prælationem in actu voluntario, daretur etiam in neceffario, duplicaretur extenfio non admittenda, cùm etiam actus neceffarius in propriis feudis inductivè tantùm eliciatur, ex citata Gloff. fic docente, & ulteriùs concurrit differentia, quia in primis datur jus revocationis poft obitum poffefforis feudi, quod non verificatur in iftis Regni feudis, & in hæreditariis fimpliciter; proinde etfi prælatio quoad prima detur in fieri ante jus quæfitum tertio, & ob illud jus fupra confideratum in Inveftitura, etiam jus retractus à tertio emptore in actu voluntario, non eft extendendum ad actum neceffarium, & quoad hæreditaria fimpliciter, quia ceffat tale jus, ideo denegatur retractus à tertio etiam in actu voluntario, ut mox dicam. Nec contrarii poffunt adducere rationem; nam cum jura feudalia loquantur in voluntaria alienatione, quamvis ex ratione æquitatis debent trahi ad neceffariam, intelligi debet, fi non concurrat damnum tertii, & comprobatur prædicta diftinctio ex Sacræ Rotæ opinione, quæ firmat dari prælationem fideicommiffario etiam in alienatione neceffaria in actu non completo, denegat autem poft perfectum actum, *ut in cit. decifionibus Romana Caftri Portilsani* poft Corradin. *& in Ariminen. Caftrorum fupra citatis* latè firmatur, ibique magiftraliter deducta hic non transfcribenda duxi.

Sed deveniendo nunc ad tertiam fpeciem feudorum,
15 nempè purè hæreditariorum, dicendum eft, tam fi agatur de antiquis, quàm novis, nullam dari prælationem; quia nequit dari jure; nam non folum jus non affiftit, imò contrariatur libertas ftatuta *in cit. l. Dudum*; nec jura feudalia favent hujufmodi feudis, quæ cum æquiparentur allodialibus, non poffunt comprehendi fub dictis juribus; neque etiam urget æquitas, quatenus etiam poffit dari fine lege; nam illa fundatur, ne bona majorum in extraneos perventa videantur, quod non verificatur in feudo novo, ut certum eft, neque etiam in antiquo, quia cum fuiffet alienabile ufque ab initio, nec ab acquirente contemplata unquam perfona fucceffforis, nequit confiderari damnum, quod provenit à caufa, quæ potuerat effe, & abeffe; aliàs dicendum foret etiam poffe in fimplicibus allodialibus antiquis competere prælationem, quod quidquid dicant aliqui apud Sanfelic. *dec.* 104 communis, & vera eft opinio in contrarium, & quamvis adfint aliqua jura, ut in *leg. lex quæ tutores Cod. de adminiftratione tut.* & aliis, quas refert *gloff. ver. proximiori in cit.* §. *fed etiam res, per quos fiat inveftitur.* & habetur in eodem, §. *fed etiam res* mentio de confuetudine, ut præferatur agnatus in re quacumque, fed quatenus agatur de confuetudine, fuit penitus quæcumque fublata per dictam *l. Dudum*, quamvis enim ifta præceffferit jura feudalia, tamen ut fupra dixi, extitit jus Romanorum ufu receptum longè poft jura feudalia, & fic exceptis iis, quæ explicitè in jure feudorum funt injuncta, fimplex affertio confuetudinis non remanfit pro lege contra generalem difpofitionem, textus *in leg. Dudum* omnia abrogante præter cafum legis expreffum, ibi: *nifi lex fpecialiter quafdam perfonas facere prohibuerit*. Ex Sanfelic. loquitur in re etiam fideicommiffaria, & quod in feudis hæreditariis non detur neque retractus, neque prælatio, docuerunt dicti fuperiùs *citat.* & fic non videtur tuta ratio inducta à Rovito pro prælatione in feudis Regni, quod fcilicet, ne bona majorum apud exteros videri fatis lugubre fit, nam id procederet etiam in Allodialibus, fed vera ratio eft fuperiùs allata, nempè quod feuda Regni, etfi dicantur hæreditaria, non tamen funt ita fimpliciter, fed mixta qualitate vocationis, & fanguinis, ut fupra dixi. Unde cum in Statu Ecclefiaftico feuda omnia præter altum dominium refervatum Papæ, ad inftar allodialium habeantur circa alienationem, & difpofitionem, ac fucceffionem, reftricta tamen facultate in certis cafibus ex Conftitutionibus Apoftolicis, quoad Forenfes, & alia, ut fuo loco dicam, & de ifta qualitate impropriè tantùm feudali dixi fupra in Commentario *ad Conftit. Unicam Callifti II.* & plenè Spada *conf.*1. *lib.*1. ideò verè non dari jus prælationis in jure feudorum contentum ponderat Card. de Luca *de feud. difc.*38. *numer.*3. *verf.*3. & etiam in Statu Avenionenfi feuda effe ad inftar allodialium, & hæreditaria, ac alienabilia, dixit Rota *dec.*38. *nu.* 4. *part.*11. *recent.*

Tempore autem triginta annòrum præfcribitur hujufmodi retractus à prima venditione, fi agnatus 16
non retraxerit, licèt plures interceffferint venditiones Tiraquell. *de retract. Confang.* §. 1. *gloff.*16. *num.*10. *&* 18. *&* §. 39. *gloff.*2. *nu.* 26. Gratian. *difcept.*742. *num.*12. Antonell. *de temp. leg. lib.*3. *cap.*2. *numer.*9. Giurb. *dec.* 75. *num.*7. Boer. *dec.* 76. *num.*9. Ludovif. *dec.* 268. *num.* 6. Hinc fi patiatur fieri venditionem alteri, ab ifta metiendum tempus triginta annorum, etfi intermediæ fuerint aliæ venditiones, Napodan. *in Confuet. Neapolitan. tit. de jure Congr. Confuet. Si quis enim ver. poffidet*, Capyc. Latr. *dec.* 46. Secus autem procedit in prælatione competente Cenfuario ex Conftitutione fan. mem. Pii V. de qua fuo loco, nam in qualibet venditione reviviſcit novum jus Cenfuario ad petendam prælationem, & perpetuatur per triginta annos incipiendos à quacumque venditione, Antonell. *cit. lib.* 3. *cap.*2. *nu.* 3. Duard. *de Cenf.* §. 4. *num.* 17. contra Cencium contrarium tenentem *quæft.* 66. *num.*13. & feipfum declarans D. Corradin. *de Prælat. quæft.*32. *num.*28. Rota *dec.*52. *num.*3. *& feq.* coram Durano, & cum hac diftinctione proceditur inter utrumque retractum *in Romana Prælationis 19. Januarii 1691.* §. *tertia limitatio*, *& fequ.* coram Urfino *confirmata 28. Januarii, & 21. Aprilis* 1692. coram Cardin. Cavallarino poft Corradin. *de prælatione impreff. Venet. dec.* 10. *&* 11. ea ratione quod prior conclufio procedit in jure fanguinis, vel vicinitatis, quod datur ratione juris perfonalis, vel mixti, in Cenfuario autem datur ratione rei cenfitæ tantùm, Rota *dec.*156. *n.*6. poft Cenc. *de Cenfibus*, fed etiam ratione vicinitatis poffet dici ratione rei, vel faltem perfonæ ratione rei, unde fortior videtur ratio iftius doctrinæ, quoad Cenfum, quia adfunt verba *dictæ Bullæ* §. 6. ibi: *Volumus Dominos Cenfus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda fit, & per Menfem expectare*: Ex quibus verbis videtur hoc jus nafci ex quolibet actu venditionis, cum quo femper poffunt effe variæ conditiones, quas amplecti, vel non recipere poteft Cenfuarius, quod non verificatur in vicino, qui cùm ei competat prælatio ratione vicinitatis, femper eadem eft; unde fibi imputet, fi non obftante ejus jure, fibi præjudicet per triginta annos à prima venditione; & in dicto cafu Cenfus in quolibet actu debet venditor facere denunciationem, & conditiones explicare, ut dixi, & occurret fermo de ifta prælatione in Cenfu in proprio Commentario.

Sed quid dicendum, fi feudum merum hæreditarium

fue.

17 fuerit fideicommisso obnoxium, vel aliquod corpus
allodiale sit fideicommisso subjectum, an intret retra-
ctus, & prælatio? Quoad retractum dico non com-
petere, sed quidem prælationem re integra petita in
actu subhastationis, vel venditionis necessariæ, tam in
feudo hæreditario, seu fideicommissario, quàm in
quacumque re fideicommissaria. Quod non compe-
tat retractus, nulla lex illum inducit, & sic nec
nos debemus contra dispositionem textus præfati in
l. Dudum cum concord. & ita sentiunt Doctores, &
plenè Rota *dec.417. part. 12. recent.* & rursùs ple-
nique negant etiam prælationem, ut contra *decisio-
nes in Romana Castri Porciliani*, scribens latè fir-
mat D. Corrad. *quæst. 36. per tot.* Nec inducit re-
tractum in hoc casu *textus in l. si emptionem*, *ff. de
minoribus.*, ex quo elicitur Imperatorem velle resti-
tui in integrum minorem, cujus bona majorum
fuerunt subhastata, ut possit justo pretio recupera-
re; nam vel dictus textus dat tantùm restitutionem
in integrum minori, non autem prælationem, vel
saltem est beneficium minoris ætatis, & demùm
agitur de casu emptionis jam factæ à minore cum
addictione in diem; Textus *autem in l. fin. §. quatuor
ff. de legat. 2.* procedit in aliis terminis, ut scilicet
res perventa uni ex hæredibus, inter quos adest fi-
deicommissum, intelligatur redempta cum eodem
onere; textus *in l. qui officii ff. de contrahenda empt.*
loquitur de pura prælatione in actu deliberationis
faciendæ in bonis fisci, & saltem cùm *textus in l.
dudum* fuerit posterior, nisi in contrarium sit lex
clara concedens prælationem, non debet hæc dari.

In secundo autem casu simplicis prælationis re
integra videtur posse dari prælationem ex pluribus,
& primò quia lex id permittit in *cit. l. qui officii
ff. de contrah. empt.* ubi expressè in licitatione præ-
fertur agnatus, & licèt agatur de re fiscali, tamen
ratio est, quia ibi textus loquitur de officiali, vel
milite qui in aliena Provincia aderat ratione offi-
cii, vel militiæ, & sic forsan non confidit quoad
rem privatam. Cæterùm Gloss. *ibid. ver. non potest*
procedit etiam in quacumque re, illa fiscali pro exem-
plo magis stricto posita. Unde cum Textus *in l.
dudum* præservet casus legis speciales, non est dubi-
tandum non obstare dictæ nostræ conclusioni. Rur-
sùs quatenùs hoc clarè non adesset, certum est an-
tiquas fuisse consuetudines, imò leges prælationem,
ac retractum concedentes agnatis in re antiqua suo-
rum majorum, ut in *cit. §. sed etiam res in Juribus feu-
dorum*, & in aliis *citatis*, *& in l. si in emptione ff. de mi-
noribus ubi Gloss. ver. majorum ejus* ponit concordan-
tia jura, ac nominat hujusmodi *interesse mirabile*,
quare igitur hoc jus non debet censeri præservatum
in *d. l. dudum*? vel quia non loquatur de venditione
nisi voluntaria, & in quo jus partis lædatur in li-
bertate vendendi, non autem in venditione, quæ fit
à Judice, aut saltem iste possit sequi æquitatem,
ductus à tam mirabili interesse conservationis bono-
rum antiquorum in propriis successoribus, & ob-
viando tam lugubri apud posteros eventui, inspicien-
di pœnes extraneos antiquas eorum lares, vel pos-
sessiones. Quod fortiùs stringit, si consideretur vin-
culum fideicommissi, ex præsumpta voluntate testa-
toris, ut bona conserventur in familia, vel fortiùs
si adesset voluntas expressa, quæ æquitas suadet, ut
Judex deferat voluntati testatoris, cùm nullum præ-
judicium inferat alicui; non debitori, quia ipse ne-
quit uti illa libertate, prout faceret in actu volun-
tario in re alienabili, cùm nequeat ipse alienare;
nec etiam creditoribus, quia ipsi consulere possunt
majori oblationi, & liberiati subhasta; quia quili-
bet potest majorem oblationem facere, & nisi con-
junctus æqualem pecuniam obtulerit, non esset ad-
mittendus, ut ponderando præceptum testatoris de
non alienando, vel tacitum in fideicommisso docue-
runt Knipschild *de fideicom. fam. nobil. cap. 11. num.
488.* Palma *alleg. 3. num. 157. & seq.* Armenz. *dec.
44. num. 30.* Peregrin. *dec. Patavin. 96. num. 2. vers.
6.* & Rota *in cit.* Castri Porciliani 18. *Aprilis* 1701.
§. impropere coram D. Molines Decano, & *Arimi-
nen. Castrorum* 21. *Junii* 1700. coram eodem, *§. con-
sonat*, ubi ulteriùs firmatur, quod intelligatur re in-
tegra, in quo casu tantùm permittitur hoc jus fi-
deicommissario, si petitio fuerit facta ante consum-
matum actum deliberationis, quamvis non fuerit ob-
tenta.

Ulteriùs si hujusmodi prælatio datur creditori
agnato, ut ex *l. 1. ff. de privileg. Creditorum*, cui la- 18
tè tuentur non fuisse derogatum ex *l. dudum*, tam-
quam casui speciali legis, plures adducti à Sanfelicio
citata dec. 100. à num. 18. dummodò tamen res sit
integra, & non sit consignata possessio alteri obla-
tori, ut idem Sansel. *dec. 104. num. 19.* sic decisum
refert, Fab. *in C. lib. 6. tit. 11. def. 14. in fine*, Rocc.
resp. leg. 99. num. 52. lib. 2. Marcian. *disp. 38. num. 1.
tom. 1.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 15. numer.
10.* & latè D. Corradin. *cit. qu. 39. num. 5. & 11. &*
Rota *dec. 177. num. 11. par. 4. recent. & in Romana*
Castri Porciliani 2. *Decemb.* 1699. coram D. Lancet-
ta, & 21. *Junii* 1700. *§. Titulo* coram D. Molines
Decano. Proinde non est dubitandum debere etiam
dari prælationem agnato vocato ad fideicommissum,
tum quia etiam iste dicitur creditor fideicommissi,
ut ponderat ad rem *cit. dec. 14.* post Corradin. *num.
10.* tum saltem ex æquitate, quæ permittit Judici
rigorem juris in certo peculiari casu temperare, si
jus tertii non fiat deterius, ac causa honesta inter-
veniat, ut in aliis terminis purgationis moræ per
emphiteutam latè firmavit Rota *in Romana seu Por-
tuen. Tenutarum* coram Emerix, & coram D. Ol-
mo post Antonel. *de reddit. Eccl. dec. 32. & seq.*

Hinc quoad bona fideicommisso subjecta, ut de-
tur ista prælatio in actu deliberationis, non autem 19
post actum consummatum, nisi priùs fuerit petita,
quia hoc casu nequit temporis cursus non negligenti
obesse, firmarunt post Bart. *cons. 19. nu. 3.* Tiraquel.
de retract. in præfat. num. 44. & alii apud Rotam *in
cit. dec. Romana* Castri Porciliani post D. Corradin.
dec. 3. & 4. & 20. Martii 1699. coram D. Muto,
& 2. *Decembris* 1699. coram D. Lancetta, *dec. 14.
& 15.* post eumdem Corrad. & 18. *Aprilis* 1701.
coram D. Molines Decano, quæ decisiones proce-
dunt in venditione facta sub hasta auctoritate Con-
gregationis Baronum; nam Bulla Baronum tollit qui-
dem fideicommissa, ut possit creditori satisfieri in
bonis fideicommissi, non autem alia jura compati-
bilia cum vinculo fideicommissi, & ulteriùs mandat
emptorem esse tutum antiquo vinculo fideicommis-
si, & sic loquitur de actu completo, non autem
excludit jus fideicommissarii ante perfectionem ven-
ditionis, in qua permittitur tantùm prælatio, ut pon-
derat ultima decisio *Romana* Castri Porciliani, *§. pe-
nultimo, & ultimo, & in Ariminen. Castrorum* 21.
Junii 1700. coram D. Molines, *& eadem 3. Junii*
1701. coram eodem.

Verùm ex prædictis rationibus idem videtur dicen-
dum in feudo antiquo hæreditario, & quacumque
re antiqua majorum ascendentium, saltem alicujus
prærogativæ, vel splendoris, tum ex eo, quod præ-
fata jura, & consuetudines indistinctè disponunt de
bonis paternis, hoc est antiquis, tum etiam quia
concurrit eadem æquitas à Judice servanda, satis enim
est durum ac lugubre res speciosas penes extraneos
inspicere in dedecus familiarum, & è contra nullum
jus læditur alicujus, quod tamen intelligendum de
re considerabilis splendoris, prout verè esset feudum
nobile, domus cum statuis antiquis, & hujusmodi,
ut in *l. lex quæ tutores C. de adm. tut.* ibi: *Nec ve-
rò domum vendere liceat, in qua defecit pater, mi-
nor crevit, in qua majorum imagines, aut non videre
fixas, aut avulsas videre satis est lugubre*; & saltem
re integra officium nobile Judicis debet interponi,
ut non existente præjudicio venditoris, & credito-
rum, æquitas servetur respectu agnati volentis con-
servare agnationis bona antiqua; & ita intelligendus
est

eſt Sanfelic. *cit. deciſ.* 103. *&* 104. in re, quæ ſit ſplendoris domus, non autem in ſimplici re nullius diſtinctæ qualitatis, ut infra dicam.

Contrariæ igitur doctrinæ loquuntur, vel poſt
20 actum conſummatum in favorem extranei licitatoris, vel de re ſimplici allodiali non antiqua, nec ſubjecta fideicommiſſi vinculo, aut in re in qua non debet conſiderari alia affectio ſpecialis, imo ſit alienabilis ex præcepto teſtatoris, ut in *dec.*5. poſt cit. Corrad. & diſtinguunt *cit. dec. Romana Caſtri Porciliani, & Ariminen. Caſtrorum.*

Imò in terminis fortioribus fuit diſputatum in Rota, an agnatus in fideicommiſſo vocatus potuiſſet
21 uti pacto redimendi convento cum poſſeſſore fideicommiſſi ab emptore prædii fideicommiſſarii, cùm intra certum tempus definitum, prior vocatus, & poſſeſſor noluiſſent redimere, & ulterior vocatus inſtabat ad ſui favorem fieri retrovenditionem ad formam pacti in Inſtrumento adjecti, ac fuit affirmativè reſolutum cum confirmatione Judicati D. Cerri Judicis ab Aud. Cameræ deputati, nunc Signaturæ Juſtitiæ Auditoris, & perſpicaci ingenio ſuffulti majores progreſſus indicante. Pro parte enim rei conventi dicebantur omnia, quæ jam ſatis ſupra fuerunt deducta ad firmandam libertatem per jura ſtabilitam, ut non poſſit quis invitus cogi ad vendendum, ad *l. dudum C. de contrahenda empt.* cum concordantibus, & ulteriùs addebatur, quod videretur ſatis durum, ut pactum conceptum ad favorem vendentis, poſſet habere vim ad favorem alterius, numquam in contractu conſiderati, præſertim cum Judicio executivo, quando obligatio Cameralis in Inſtrumento adjecta nequiverat excedere perſonas contrahentium, & ibi non enunciatorum, ad firmata per Gratian. *diſcept.* 723. *numer.*5. & Rota *dec.* 83. poſt Galleſium *de obligat. Camer. & dec.* 33. *num.*3. poſt Cencium *de Cenſib.* concurrente præſertim, quod venditio fuerit facta per Congregationem Baronum, quo caſu ab omni vinculo exempta cenſeri debet, & tamen his non obſtantibus fuit per Rotam ut ſupra deciſum in cauſa *Romana Tenutæ S. Jo: in Campo Martio* 28. *Junii* 1700. coram D. della Tremoille, *& Romana Tenutæ S. Victorini eodem die anno, & Ponente.* Et fundamentis juris innixæ viſæ fuerunt hujuſmodi reſolutiones, nam quoad primum, replicatum fuit, quod ſupra ad ſatietatem firmavi, dicta jura non ſubſtuliſſe jus vocatorum ad fideicommiſſum, cùm expreſsè reſervent jura quælibet ſpecialia, inter quæ videtur illud ad fideicommiſſum vocati, tranſeundo cum deciſionibus editis in dicta cauſa *Romana Caſtri Porciliani, & Ariminen. Caſtrorum* ſupra citatis, ex ea ratione, quod fideicommiſſario ulteriori vocato competat jus recuperandi bona fideicommiſſaria extraneo alienata contra præceptum teſtatoris, adducendo text. *in l. cum pater §. libertis ff. de leg.* 2. Cephal. *conſ.* 318. *num.*26. Decian. *conſ. ult. num.*2. *lib.*1. Andreol. *controv.*241. *num.* 1. & D. Corradin. *cit. qu.* 36. Verùm reflectendo ad veritatem, diſtinguerem caſus, aut bona à fideicom-
22 mittente fuerunt expreſsè alienari prohibita, itaut nullo modo extra familiam valeant permanere, & pervenire, & certum eſt tunc poſſe procedere dictam doctrinam, nam erit ulteriori vocato permiſſum ſtatim bona avocare, ſed hoc non dicitur prælatio, neque retractus, ſed revocatio, ut bene conſiderat *cit.* D. Corrad. & alii ſupracitati, quia actus venditionis dicitur nullus, & nequit in actu nullo conſiderari prælatio. Aut agitur de re fideicommiſſaria, quæ ſecundùm præceptum Teſtatoris poteſt alienari, & cùm fideicommiſſum non poſſit conſiderari, niſi in bonis remanentibus, Rota *dec.* 124. *nu.*4. *&* 142. *num.*17. coram Priolo, *& dec.*421. *num.* 14. *&* 15. *part.*19. *tom.*2. *recent.* ubi etiam in terminis loci pii ſubſtituti, etiam nullo modo poteſt conſiderari nec ratio, nec æquitas, ut competat prælatio, & juxta hæc procedit deciſio in *Romana ſeu Tuſculana Vineæ* 26. *Januarii* 1685. coram D. Paulutio relata poſt Corrad. *deciſ.*5. & ipſe declarat *in cit. quæſt.* 36. *in fin.* Sanſel. *dec.* 104. *num.* 19. *& ſequentibus.* Vel demùm agitur de re fideicommiſſo ſubjecta ſine præcepto teſtatoris ſpeciali non alienandi, ſed tantùm legali, & alienabili ex juſta cauſa, ut puta pro debito fideicommiſſario, vel in vim *auth. res quæ*, & nullo modo poteſt dari prælatio, quia illa non dicuntur bona fideicommiſſaria, ut plenè *cit.* D. Corradin. *qu.* 36. *num.*19. *&* 41. cum ibi adductis, Rota *dec.* 312. *num.* 44. *& ſeq. par.* 6. *& dec.* 273. *num.* 7. *part.* 10. *recent.* niſi ageretur de re antiqua honorifica agnatitia, juxta ea, quæ ſupra dixi, quia cùm agatur de reſtringenda libertate, non debet fieri niſi urgenti motivo magnæ æquitatis, quod non verificaretur in vinea, quæ remaneat in familia. Sed poterit per aliam viam idem jus obtineri offerendo pretium re integra, & ſic liberare bona fideicommiſſi, ad quæ cùm vocatus habeat jus ſolummodò impeditum ex dicto ære ſolvendo, poterit facta ſolutione impedire diſtractionem, & ſic in hoc licèt verè non poſſit dici prælatio, tamen in re eumdem effectum pariet, ut bona non exeant à vocatis, & ita firmant Mierez *de major. tom.*2. *par.* 4. *quæſt.*1. *num.* 137. Molin. *de Primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.*13. *& ſeq.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.*42. *numer.* 24. *& idem* D. Corrad. qui ſcripſit contra *dec. in Romana Caſtri Porciliani nu.* 17. 18. 23. *&* 24. & idem procedere debet, ſi vendantur bona in vim Congregationis Baronum; nam etſi jure communi bona fideicommiſſaria non ſint obnoxia debitis hæredis gravati, tamen ex dicta ſpeciali, & quidem ſtricta lege, fuerunt ſubtracta à fideicommiſſo, unde poterit ulterior vocatus effectum legis hujus evitare offerendo pretium, quo debita ſolvantur, cui tantùm Clementina conſulere voluit, in reliquis firmo remanente quolibet effectu fideicommiſſi, ut bene conſiderant dictæ *dec. in Romana Caſtri Porciliani præſertim* 3. poſt Corrad. *num.*11. *cum ſequent.* cum confirmatoriis, ſed omnes iſti caſus percutiunt rem integram, & antequàm bona fuerint perfecta venditione in tertium emptorem translata, ut ſupra dixi; & bene in *cit. dec. Romana Caſtri Porciliani, & Ariminen. Caſtrorum.* Sed quando jam titulo valido, vel juris, vel ſpecialis Clementinæ fuerunt bona tertio alienata, ut dixi, eædem deciſiones hoc jus denegant, vel retractus, vel prælationis, quia cum exierint juſto titulo, nec aliqua lege id cavetur, non debet æquitas legi adverſari, cum in hoc caſu poſſint intelligi firmata per D. Corrad. *cit. q.*36. Unde in caſu venditionis cum pacto de retrovendendo videbatur aliqua difficultas; quia cùm pactum fuerit conceptum ad favorem vendentis, non potuerat ſuffragari ulteriori vocato, qui non potuerat præferri ratione oblationis pretii, quia res non erat integra; nec venire per viam revocationis, quia venditio fuit facta cum facultatibus Congregationis Baronum, & legitimè.

Verùm ego dicerem, quod ſi in fideicommiſſo ad-
ſit præciſa voluntas teſtatoris, ut bona conſerventur 23
ſemper in familia, tunc ſicuti præciſa Bulla Clementina, ſi alienarentur, poſſet ulterior vocatus recuperare bona non refuſo pretio, nec deberet expectare obitum hæredis gravati alienantis, ut ex communi apud Card. de Luca *de fideicommiſſis in ſumma num.* 309. Decian. *conſil. ult. num.* 2. *lib.* 1. Andreol. *contr.* 41. *num.* 1. D. Corrad. *de prælat. q.* 36. *nu.* 18. quod conſonat menti teſtatoris, ut bona ſint ſemper penes vocatos, ut ſupra dixi ex Knipſchild *de fideicom. cap.*11. *num.*488. Peregr. *deciſ. Patavin.* 96. *num.*2. *verſ. ſexto adaucebam*, Armenz. *dec.*44. *num.* 30. Palma *alleg.* 3. *num.*157. *& ſeq.* ita poſita validitate alienationis ad purum effectum ſatisfaciendi Creditoribus cum facultate redimendi, dicta facultate, qua uti non vult hæres gravatus, poterit quidem uti ulterior vocatus, quia utitur jure ſuo, ut bona conſerventur in familia, & adaptatur voluntati, & præcepto teſtatoris, & cùm vinculum fideicommiſſi per Clementinam ſublatum cenſeatur ad dictum effectum tantùm ſatisfaciendi creditoribus, & cum titulo revocabili ſtante pacto redimendi,

di, præservatum censetur in reliquis jus vocatis ad fideicommissum, & sicuti posset in vita alienantis revocare venditionem vocatus, si non adesset dispositio Clementinæ, ita poterit uti pacto redimendi apposito, quod censetur positum relicto themate veri fideicommissi, prout erat, & in hoc sensu fundata videbatur *cit. dec. Romana Tenuta S. Joannis in Campo Oratio*, quia aderat tale præceptum S. M. Urbani VIII. fideicommittentis cum strictissima prohibitione alienationis; fortiùs, quia Instrumentum erat conceptum cum pacto redimendi ad favorem D. Principis Barberini vendentis, & suorum, & sic intelligi deberet in subjecta materia suorum successorum in fideicommisso, Fusar. *de subsit. q.* 338. *num.* 3. & 4. Barbosa *appell.* 257. *num.* 4. & firmat *cit. dec. Romana Tenuta §. At in nostra hypothesi*, & via executiva bene eliciebatur ab obligatione Camerali, quæ importat obligationem ad favorem, quorum interest intererit, & interesse poterit, Zacch. ad Gallesium, *de oblig. in princ. num.* 5. *ante fin. vers. promittens mihi*, Buratt. *dec.* 788. *num.* 3. & obligat proinde ad favorem etiam in contractu non nominati, si habeat interesse, *dec.* 40. *num.* 22. *part.* 9. *tom.* 1. *dec.* 16. *num.* 12. *part.* 15. *dec.* 86. *num.* 2. post Zacch. cit. contrariis procedentibus supra citatis, vel si uti volens dicta obligatione non haberet interesse, vel obligatio esset restricta ad certas personas, ut in *dec.* 46. *numer.* 8. *part.* 7. *dec.* 178. *num.* 8. coram Card. Cerro, & *dec.* 189. *num.* 11. *part.* 12. & *in cit. dec. Romana Tenuta §. nec officere* cum *antecedenti*. Nec demum urgebat venditionem fuisse factam à Congregatione Baronum, quia in vim hujus censentur derogata fideicommissa, sed præservatus horum effectus, qui non contrariatur menti Summi Pontificis, ut debita solverentur ex bonis fideicommisso subjectis, ut dixi supra, & ulteriùs firmat *cit. dec.*

Sed si agatur de re subjecta fideicommisso absque
24 hominis prohibitione, quod alienentur, & distracta legitimè, vel de jure, vel facultate Clementinæ Bullæ, tunc non videtur ratio, quare ulteriori vocato daretur jus redimendi, ut videntur clarè innuere eædem *dec. in Rom. Castri Porciliani*, & *Ariminen. Castrorum*, quod non sit licitum fideicommisso vocatis, re non integra, petere retractum seu prælationem. Unde nec posset uti dicto pacto redimendi; quia sicuti in tali casu non liceret ulteriori vocato rem non bene alienatam redimere, sed deberet expectare obitum hæredis, ut apud cit. Cardin. de Luca, & alibi passim; ita eò minus potest uti pacto redimendi vita durante hæredis alienantis, quia jus hæredis venditoris fuit transfusum in emptorem, qui se subjecit tantùm retrovenditioni per eum faciendæ; aliàs ob æquitatem destruerentur omnes leges, & nullus contraheret cum hujusmodi hæredibus gravatis, & maxima differentia est, ut concedatur prælatio re integra, etiam cujuscumque fideicommissario, ut supra firmavi, quia tunc cùm nullum jus sit transfusum in emptorem, debet attendi æquitas ibi considerata, quæ si attendatur post jus quæsitum emptori, saperet iniquitatem, & etiam adest differentia in casu *cit. dec. Ariminen.* quia ibi aderat stricta prohibitio alienationis, qua stante, ut consulatur menti fideicommittentis, permittitur tale exercitium illius juris, quod non vult exercere, aut non potest possessor fideicommissi, & id, ut bona conserventur in vocatis ad formam legis fideicommissi, & in terminis dictæ strictæ prohibitionis est casus in *cit. decis. Romana Tenuta S. Joannis in Campo Oratio*.

Quid autem dicendum in casu quo proximior vo-
25 catus ad fideicommissum noluerit, vel non potuerit prælationem petere, an possit ulterior vocatus tale jus consequi? & quamvis fuerit dubitatum *in cit. Decisionib. Ariminen. Castrorum*, ex ea ratione, quod cùm in feudis, quatenus agnatus proximior nollet prælationem petere, non sit locus ulteriori agnato, ut pluribus textibus feudalibus citatis latè tuentur Armand. Pistorin. *qu. juris lib.* 2. *quæst.* 12. *numer.* 66. & ejus filius Pistorin. in addit. ad Galup. *in tract. de feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. Cujac. *de feud. tit.* 4. *lib.* 2. *ad cap.* 1. *§. Sed etiam res si de feud. defunct. contr. sit inter domin. & Agnat.* latè de Marinis *quotid. ref. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 32. & *seqq.* qui etiam testatur sic fuisse decisum in Consilio Neapolitano, Rosa *consult.* 27. *n.* 11.

Verùm contrarium fuit resolutum in dictis Decisionibus, duplici quidem, & vehementi ratione, tum
quia etiam in feudis datur edictum successorium, ita- 26
ut in locum prioris agnati succedat alius, ut præcetetis docent Facchineus *contr.* 17. *§. deinde lib.* 7. *ex cap.* 1. *§. Sed, & res per quos fiat Investitura*, Afflict. *in dict. §. n.* 2. Rossental. *de feud. cap.* 9. *mem.* 2. *concl.* 82. *per tot.* Kopen. *de feud. qu.* 54. *nu.* 58. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 11. *Gloss.* 4. Gallerat. *de renunc. cent.* 1. *renunciat.* 41. *n.* 20. *ren.* 42. *num.* 10. Rovit. *in cons. post dec.* 11. Reg. Apont. *num.* 92. & *admisit.* Capyciuslatr. ex sensu S. Consilii Neapolis *dec.* 57. in eadem causa, in qua scripsit cit. de Marinis, & quamvis ulterior agnatus ibi passus fuit decisionem, id fuit ea alia causa, nempè quia non habebat pretium, & sic vel collusivè supponi debebat oblatio, vel non fuit æstimata à S. Consilio facienda à dicto agnato minore, ut se subiiceret usuris pro pretio comparando, & in hoc tantùm fuisse punctum difficultatis, ut testatur dict. Capyciuslatr. *in cit. dec. n.* 42. *usque ad finem*, & infra dicam, ubi an competat ulteriori agnato jus retractus, si proximior interpellatus renuat retrahere?

Tum etiam, quia prælatio, quæ conceditur ulte-
riori fideicommissario, non fundatur præcisè in dictis 27
legibus feudalibus, sed in aliis juribus, & voluntate Testatoris, qui fideicommissum condidit, ne bona extrà familiam perveniant contra ejus votum; & sicuti quando datur prælatio in vim alicujus consuetudinis, vel statuti proximioribus, seu consanguineis, datur etiam dictum edictum successorium, prout docent Doctores, Roland. *cons.* 3. *num.* 91. *vol.* 2. Tiraquel. *de retract. tit.* 1. *§.* 1. *numer.* 9. *ver le prochein*, & *§.* 2. *num.* 1. Rosental. *de feud. cap.* 9. *mem.* 2. *concl.* 82. *nu.* 9. ubi Add. *in concl.* 83. *litt. K.* & latè dicunt *cit. decisiones Ariminen.* & *præsertim* 3. *Junii* 1701. coram D. Molines, ubi fuit data prælatio ulteriori vocato ad fideicommissum in defectum anterioris.

Posita dicta prælatione re integra, & antè actum 28
deliberationis competente fideicommisso vocato, nec non firmato jure redimendi rem fideicommissariam, in tertium cum dicto pacto redemptionis translatam, quatenus possessor fideicommissi nolit uti dicto pacto, occurrit dubitatio an dictam rem ex prælatione obtentam, seu redemptam teneatur in casu restitutionis fideicommissi ulteriori vocato restituere?

Videtur enim posse dici non teneri, sed remanere in ejus hæreditate libera, ex eo quia hæres gravatus acquirens pro se, & hæredibus quibuscumque, non tenetur acquisitionem in fideicommisso ponere, ex adducta opinione apud Cardin. de Luca, *de fideicom. disc.* 174. & 177. Urceol. *de transact. qu.* 82. Peregrin. *de fideic. art.* 40. plenè Rota *dec.* 72. & *dec.* 74. post Urceol. *de transact. dec.* 421. *numer.* 4. 14. & 15. post Cenc. *de Censib.* & in terminis prælationis agnati adest Textus *in cap.* 1. *§. E contrario de Investit. de re alien. fact.* & tuetur D. Corradinus *de Prælat. dict. qu.* 36. *num.* 25. & *seqq.* Gratian. *discept.* 743. *num.* 41. Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *num.* 4. & in terminis redimentis Urceol. *de Transact. cit. quæst. num.* 21. *§.* & *jure vers. Verùm* Rot. *dec.* 46. *num.* 13. *part.* 11. *recent.* & latè novissimè *in Romana fideicommissi*, 12. *Junii* 1702. *§. Absque eo* coram Domino Raunitz.

Tamen videtur in hac materia primò non controverti conclusionem, quod hæres gravatus acquirens simpliciter rem fideicommissariam censeatur pro fideicommisso acquirere, ut docent cit. Doctores, & ultrà eos Mantica *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 24. Peregrin. *cit. artic.* 24. *num.* 28. Andreol. *contr. juris cap.* 23. *num.* 4. & *cap.* 282. *num.* 3. Surd. *dec.* 15. *num.* 21. & *seq.* & *in Romana fideicommissi de Stephanis* 4. *Junii* 1694. *§. quemadmodum* coram D. Molines; ita

etiam

etiam si redimeret, vel simpliciter, vel uti hæres gravatus rem fideicommissariam, ut ipsæ *decisiones supracitata* docent, & ita procedit in prælatione, ut declarant supracit. Doctores. Imò in transactione hoc idem est dicendum, si fiat super re fideicommissi, Urceol. *de transact. qu.*82. *num.* 11. *dec.* 650. *nu.* 2. coram Card. Cerro, *& dec.*832. *num.* 11. coram Emerix jun.

Si tamen in acquisitione, seu redemptione, & prælatione, quis acquisivit pro se, & hæredibus quibuscumque, tunc videntur firmare dictæ authoritates, non debere restitui fideicommisso, & si cum pecunia fideicommissi comparata fuerit res, remanente tantùm fideicommisso Creditore pecuniario, ex duplici ratione à Doctoribus considerata, tum quia hæres gravatus non est procurator fideicommissarii ulterioris, tum ulteriùs sicuti possit iste acquisitionem respuere, ita etiam potest pro se facere, quæ declaratio debet esse ab initio, ne fiat postea in detrimentum fideicommissi, solùm admittentibus præfatis Doctoribus limitationem, si præcessisset præceptum Testatoris vel recuperandi rem, vel investiendi pecuniam, vel demùm si alienasset bona fideicommissaria, ut per acquisitionem reintegretur delictum, vel si nihil, aut parùm hæres gravatus de suo posuerit, aut aliquem actum faceret ex jure fideicommisso tantùm competenti, ut latè materiam exornando dixit Rota *in decisionibus Romana fideicommissi Jo. Petri Senioris de Caffarellis* 23. *Februarii* 1685. *&* 1. *Aprilis* 1686. coram Albergato, *& confirmatoria* coram Emerix jun. *dec.* 832. *præsertim nu.* 11. 12. *&* 13. Secus tamen quando jus fideicommissi sit aereum, vel nullius ponderis, aut tenue, & hæres ingentem summam solvat, cùm videatur actus adscribendus industriæ hæredi, & novæ ejus acquisitioni, & sic tunc si stipuletur pro hæredibus quibuscumque, non includuntur fideicommissarii, ut distinguunt Fusar. *de substitut. qu.* 142. *num.* 2. Valeron. *de transact. tit.* 5. *qu.* 6. *num.* 22. *&* 23. *& in cit.* 1. *dec. Romana* §. *His itaque*, & coram Emerix *citat. dec.* 832. *num.* 12.

Ego tamen sentio in casu redemptionis prædictæ acquiri pro fideicommisso, nec posse aliter stipulari in præjudicium ejusdem; si tamen actus fuerit factus bona fide, deberet ulterior vocatus ad fideicommissum eidem stare, secùs autem si mala fide appareat confectus. Ratio est quia petens prælationem, de qua egimus, vel redimens non potest deducere aliquod jus personale, sed tantùm reale fideicommissi, ut bona conserventur in vocatis juxta mentem fideicommittentis, & sic cum tota vis prælationis in hoc consistat, absurdum videretur, si post vitam obtinentis prælationem, ad extraneos bona pervenirent; destrueretur enim in ipso actu ipsa ratio legis conservationis bonorum in familia, si enim ex demandato Investimento, vel ex injuncta acquisitione, dicitur acquisitio facta pro fideicommisso, ex eadem ratione idem procedit in dicto casu.

Hinc habetur apud Doctores, quod si petatur prælatio ratione statuti ob vicinitatem, ne dentur rixæ, vel unionem Prædiorum pro decore, tunc quia bona fideicommissaria sunt vicina, acquiri debent pro fideicommisso, ne destrueretur ratio statuti per novam divisionem bonorum, ut probant Marant. *de multiplic. alien. num.* 128. D. Corrad. *cit. qu.* 36. *num.* 33. & Card. de Luca *disc.* 109. *de servit. n.* 18. *versic. Si quidem*, *& num.* 19. hoc idem procedere debet in hoc casu, quo datur prælatio ratione rei fideicommissariæ, & quamvis aliqui Doctores nempè Grat. *cit. discept.* 743. Peregr. *cit. art.* 10. Giurba *dec.* 92. *nu.* 9. *versic. Diversum*, dicant in prælatione jure vicinitatis procedere principalem conclusionem, & videntur sentire idem Card. de Luca *num.* 21. Mangil. *de evict. qu.* 139. *num.* 24. *& seqq.* se fundant tamen in casu puræ prælationis ratione vicinitatis, quæ sicuti datur causa possessionis, & dominii, quod verè habet hæres gravatus, & sic in sequelam ejusdem sibi acquiri; sed in nostro casu prælatio non datur ratione possessionis, & dominii, sed ratione juris fideicommissi, quod competit cuicumque vocato, & ex interpretata voluntate Testatoris, ut bona conserventur inter vocatos, quod facit dictam prælationem realem, ut alter teneatur alteri restituere ad formam fideicommissi realis: nec obstat ratio claudicationis, quia si actus prælationis fuerit petitus bona fide, non potest ulterior vocatus respuere bona, sed debet illa acceptare cum restitutione totius pretii, & expensarum ad favorem retrahentis, prout practicatur in transactione facta ab hærede gravato, ut afficiat successores, quatenus sit facta bona fide, ut plenè apud Urceol. *de Transact. q.* 50. Altograd. *jun. contr.* 5. *num.* 40. & Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 173. *&* 174. *& in cit. dec. Romana fideicommiss.* §. *Verum* coram D. Kaunitz.

Ita etiam in casu redemptionis factæ, quia censetur facta in vim tituli præambuli fideicommisso competentis, & sic rediens ad suam primævam causam res redempta, fit fideicommissaria, ut est Text. *clarus in l. voluntate ff. quibus modis pignor. vel hypot. solvat.* Peregrin. *de fid. art.* 10. *num.* 2. Fusar. *de subftit. qu.* 629. *num.* 1. Franch. *dec.* 39. *num.* 1. & ibi de Luca *num.* 1. *& dec.* 64. *num.* 11. ubi de Luca *num.* 4. Urceol. *de Transact. qu.* 82. *num.* 17. Rota *dec.* 58. *nu.* 1. *& seqq.* coram Cavaler. *dec.* 210. *num.* 18. *& seqq.* coram Durano, *dec.* 300. *nu.* 14. *& seqq. par.* 5. *recen.* ex sæpè dicta ratione, quod cum talis actus fiat ex jure fideicommissi, & ex dicta conjecturata mente testatoris, ut bona conserventur inter vocatos, esset dare locum fraudibus, si cùm fierent per hæredem gravatum alienationes, permitteretur deinde redimere pro suis hæredibus in detrimentum fideicommissi.

Nec obstant doctrinæ in contrarium adducendæ, quia vel loquuntur in prælatione competente, aut ratione personæ hæredis gravati, vel ratione possessionis bonorum fideicommissariorum, quia tunc temporis est penes ipsum jus fideicommissi, vel ratione actus facultativi non habentis causam à præterito, secùs autem in hoc casu, quo permittitur prælatio ratione præexistentis voluntatis testatoris in eodem fideicommisso expressæ, vel ex conjecturis elicitæ, & facit Rota *dec.* 22. *num.* 44. coram Royas, ex distinctione, quod si hæres acquirit ex jure præambulo Testatoris, puta in vim pacti redimendi ad favorem hujus, dicitur acquisitio ad favorem fideicommissi, secus si acquirat ex sui industria, & ex titulo competente sibi, etsi ratione rei fideicommissariæ possessæ, ut docent citat. Urceol. *qu.* 82. *num.* 21, & cit. D. Corrad. *num.* 28. qui tamen contrarium tuetur huic nostræ Conclusioni quoad prælationem competentem hæredi fideicommissario, vel si agatur de recuperanda re jam à fideicommisso, titulo irrevocabili avulsa, ut in *Romana Census* 22. *Junii* 1699. coram B.M. Ursino, vel quatenus jus fideicommissi non sit verum, & videatur heredem uti jure speciali proprio, vel industria, etsi apparenter tantum fuerit enunciatum jus fideicommissi, sed sit minus subsistens, & in hoc sensu procedunt *cit. dec.* coram Albergato, *& dec.* 832. coram Emerix jun.

Imò etiam in casu venditionis rei fideicommisso subjectæ ad solvenda debita Testatoris, vel ex facultate Congregationis Baronum, dico non posse fieri nisi ad favorem fideicommissi, tum ex dictis rationibus, tum quia bona redempta redeunt ad suam naturam primævam, & quamvis hæres gravatus non teneatur acquirere, non potest tamen uti jure fideicommissi ad sui commodum tantùm, & teneretur de dolo, & mala fide, si rem redimendam ad favorem fideicommissi, ille non redimeret, *ad leg. Paulus* 60. *ff. de fidejussoribus*, *& leg.* 1. *C. de dolo*, & bene *in cit. dec.* 300. *num.* 7. *par.* 5. *recent.* Ulteriùs considero, quia bona alienata cum pacto redimendi minori pretio pro solvendo debito fideicommittentis, vel cum facultate Congregationis Baronum, non videtur perceptibile, quod possint fieri libera, & possit

hæres

hætes gravatus uti illo emolumento cum redemptione bonorum, quia qualificatè tantùm fuerunt extractæ à fideicommisso.

Authoritates tandem *dec.46. part.11.* & Rota *cit. Romana Immissionis*, non obstant, quia in prima non liquet ad favorem cujus esset concessum pactum de retrovendendo, & in secunda fuit causa resolutionis transactio inita cum fideicommissario, *ut in §. Verum*, Urceol. transit *cum cit. dec. 46.*

Posset tamen hæc Conclusio quoad redemptionem habere locum ad favorem hæredum non fideicommissariorum, quatenus stipuletur pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, & solvatur pecunia propria, ut sint ipse redimens Dominus, & ejus hæredes, donec fideicommissarius restituat pretium cum omnibus expensis factis in redemptione, quia non tenetur hæres gravatus pati jacturam. Si verò adesset pecunia fideicommissi investienda, tunc non videtur posse in præjudicium fideicommissi uti hujus jure, & deinde sibi acquirere. Contrario procedente, ut dixi, in acquisitione pura non habente causam de preterito infixam ossibus, ut ita dicam, fideicommissi.

Quid autem erit dicendum, si ulterior haberet prælationem, vel redimeret ut supra; & deinde nascatur magis proximus fideicommittenti, & prior in vocatione; an possit avocare bona à dicto possessore? Et videtur negativè ex doctrina, quod nati, seu venientes post jus quæsitum alteri non possunt exercere hujusmodi avocationem, Peregr. *de fid. art. 22. num. 72.* quamvis ab aliis oppugnatus, Rot. *decis. 142. num. 8.* coram Dunoz. jun. *dec. 95. part. 11. recen.* & stabilitur *in Pisauren. fideicommissi 13. Februarii* 1690. coram D. Manuel post Palm. *alleg.* 322.

Sed in contrarium mihi videtur, tum quia dicta regula patitur limitationem, quotiescumque ex expressa, vel conjecturata mente Testatoris constet de fideicommisso successivo, & noluisse Testatorem privare totam lineam, & inhabilitare etiam descendentes illius, qui fuit exclusus; ut bene, & latè discusso articulo firmavit Rota *in Romana fideicommissi 2. Junii* 1702. coram D. Caffarello. Exclusa enim, & inabilitata tota linea, excluduntur etiam nasciruri ab ipso Testatore; secùs autem si quis invitetur per delictum antecedenter vocari, nequit delictum præjudicare iisdem nascituris, ut bene ponderant Peregr. *cit. artic. 22. num. 75.* Fular. *de substit. qu.* 318. *num.* 110. Zarat. *decis. 62. num. 9. & in Bononiensi Primogenitura de Luperis 19. Januarii* 1680. *num. 2. & 3.* coram d. m. Card. Vicecomite post Palm. *cit. alleg.* 130. & ponderat *cit. decisio* coram D. Caffarello, & in hoc casu ulterior vocatus dicitur non habere acquisitionem perfectam, sed resolvibilem; & sic dicendum in casu de quo agimus ex iisdem rationibus, imo majoribus, quia non agitur de aliquo delicto prioris vocati non redimentis, neque prælationem petentis, sed de omissione, quodque jus post obitum omittentis devolveretur ad priorem vocatum, postea natum, qui proinde non debet defraudari proprio jure recuperandi bona ab ulteriori vocato, qui ea obtinuit ea solum æquitativa ratione, ne bona exeant à vocatis per fideicomittentem, ut minùs quo fieri potest, vulneretur ejus voluntas, etsi actu legitimo venditionis, & sic non debent separari ab eo, cui vult bona fideicommittens priùs acquiri. Debet tamen illi reficere omnes expensas, ne sit in damno, tam judiciales, quam extrajudiciales, quia sunt expensæ erogatæ necessariò pro recuperanda re fideicommissi, & pro bonorum conservatione in eodem, prout etiam procedit, ut supradixi, Peregrin. *de fid. art. 50. n. 9. & in cit. Romana fideicommissi* coram D. Caffarello *§. fin.*

Dictus tamen fideicommissarius an possit cedere
30 alteri tale jus prælationis, vel redimendi? Et dico
posse ad favorem alterius vocati ex prædicta ratione, per viam scilicet abstentionis, ut detur locus alteri vocato, non autem ad favorem extranei, quia ipse nullum jus habet nisi ratione fideicommissi, & sic reale; unde nequit tale jus transferri alteri extraneo. Hæc enim est differentia in hujusmodi jurium cessione; aut enim competit jus ratione Personæ tantùm, & tunc nequit cedi, ut est retractus ex consanguinitate; aut ratione Personæ, & rei, aut rei tantùm, & tunc nisi cedatur res, nequit cedi prælatio; si verò cedatur res, quæ posset cedi, certum est consequenter cessam esse prælationem, hinc in retractu consanguinitatis nequit fieri cessio, quia adhæret tantùm personæ jus illud, Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 1. dict. Gloss.* 10. *num.* 8. Carol. Anton. de Luca ad Franch. *dec.* 389. *num.* 2. in retractu verò ratione census ab Bullam Pianam nequit cedi, quia jus est tantùm ratione rei censitæ, ut distinguunt Cenc. *de Censib. qu. 66. num. 18. & sequ.* Ciarlin. *contr.* 121. *num.* 35. Palm. jun. *alleg. 8. num.* 35. Giurba *dec. 51. num.* 8. latè D. Corrad. *de prælat. qu. 10. num. 7. & in cit. Romana Prælationis* coram Ursino *§. atque hinc*, & in confirmatoria coram Cardin. Cavallerino *dec. 10. & 11.* post Corradin. cit. In dicto enim casu sumus in jure ratione rei, scilicet fideicommissi, ut dixi, & sic nequit in extraneum transferri, sed in illum solùm, qui sit vocatus ad idem.

Sed hic opportunè posset quæri, an vendens cum
pacto redimendi, quatenus tempore redemptionis præ- 31
tium rei esset auctum, possit cogere redemptionem passurum ad revendendum pro eodem pretio, vel teneatur redimens solvere pretium, quod valebit res tempore redemptionis?

Casus propositus æquivalet dubio à Doctoribus excitato, an in revenditione, vel in retractu etiam coactivo sit attendendum pretium rei tempore retractus, vel tempore primi contractus. Pro quo articulo distinguendi sunt casus; aut augumentum rei provenit ex ipso solo, quod augumentum dicitur intrinsecum ipsi rei, vel ex aliquo extrinseco, quod subdistinguitur, vel ab extrinseco proveniente ex meliorationibus factis in fundo à primo Emptore, aut ex extrinseco casuali, puta alluvione, aut à pretio extrinseco.

Incipiendo ab augmento extrinseco, & quidem quoad melioramenta facta ab emptore, si ea sint necessaria, non est dubium debere refundi, quia fuerunt facta pro melioranda re, quæ aliàs esset peritura, Tiraquell. *de retract. Lignag. §. 15. Gloss. 1. num. 25. & de retract. convent. §. 7. Gloss. 1. num. 3.* Bard. *de jur. protomis. quæst. 20. fol.* 165. Rendell. *de jur. prothomis §. in primis verb. expensis necessariis num.* 1. ubi quod hæc melioramenta refici debeant non solum emptori, sed etiam venditori, si ea fecit post venditionem, Boet. *dec. 47. numer.* 3. & 8. Cenc. *de Censibus quæst. 66. num. 82. & seqq. & num.* 85. D. Corradinus *de prælation. q. 27. num. 21. 29. & seq.* Quilibet enim debet facere expensas necessarias pro conservatione rei; non tamen melioramenta, quod procedit in Colono, Emphytheuta, hærede gravato, in marito quoad fundum dotalem, in fructuario, & generaliter in quocumque habente dominium non perpetuum, Gratian. *dec. Marchia 90. nume. 19. & dec. 225. num. 5. & seqq.* Pro necessariis tamen non intelligo ea, quæ fieri debent pro ordinaria cultura rei, quia ista tenetur facere quilibet possessor, sed necessaria, ne res pereat, & bene Rota *in Terratinensi melioramentorum 13. Junii* 1692. *& 5. Decembris* 1693. coram D. Muto.

Quoad utilia non defuerunt aliqui, qui voluerunt non debere refici, etiamsi respicerent perpetuam utilitatem, ex ea ratione, quia cùm emptor sciret dominium suum resolvibile, non debuisset facere dicta melioramenta; sed communis opinio est debere refici impensam tantùm, non autem ut melioratum fuit, quia dictus emptor pendente dilatione verus dominus est ad omnes effectus, itaut possit etiam vendere rem emptam, ut docent Albericus *in prima parte*

te

te statuti quæst. 96. vers. sed quid si emptor. Carpan. *ad statuta Mediolanen. cap. 417. part. 1. num. 693.* Jacobus Novell. *de jur. prothomis.* § 3. *numer.* 4. Gaill. *pract. lib. 2. observ. 19. num. 9.* ubi quod tenetur ad utiles expensas, non autem ad delicatas, Niger. *de except. cap. 8. §. 13. num. 5. fol. 167.* Cenc. *de Censibus quæst. 66. num. 82. & seqq.* Rota Romana *dec. 356. num. 1. & seqq. par. 2. recent.* Nam solus timor, quod potuisset rem obtinere ille, in cujus mero arbitrio repositum est emere, vel non emere, non est sufficiens ad eumdem emptorem constituendum in mala fide, & proinde melioramenta ab ipso tamquam vero Domino bona fide tunc facta, veniunt ei reficienda, ut in fortioribus terminis Coloni, qui quamvis sciat rem esse locatori restituendam, tamen repetit melioramenta utilia, juxta Text. apertum, *in l. Coloni 61. ff. locat.* & in casu ementis scienter rem fideicommissi pendente conditione purificationis fideicommissi, si ædificet in re empta, adveniente purificatione, & sic resoluta emptione ratione dominii revocabilis, non dicitur ædificasse animo donandi, sed repetendi *l. fin. §. sin autem Cod. Commun. delegat.* Ruinus *cons. 165. lib. 4.* Corradin. *cit. q. 27. num. 19. 25. & 26.* Ita procedere, quoad maritum dominum Dotis matrimonio durante, emphytheutam, feudatarium, fideicommissarium Gratian. *discept. 32. tom. 1. discept. 452. num. 22. tom. 3.* quia possessor gessit negotium Domini fundi, Pacific. de Salvian. *insp. 2. cap. 2. num. 194. & seqq.* Zarata *dec. 72. num. 14.* & Arguell. *dec. 49. num. 5.* & in possidente vigore Salviani Rot. *decis. 704. num. 6. part. 18. tom. 2. recent.* & in terminis pacti de redimendo Cyriac. *controv. 256. numer. 11.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 7. Gloss. 1. numer. 3.* ad finem, & facit Rota *dec. 4. numer. 12. part. 19. recen.* & magistraliter Rota *in citatis Terracinensi*, ubi distinguit inter utilitatem perpetuam, & temporalem, ac necessariam manutentionem rei; ut prima tantùm debeant refici, secùs secunda, & tertia supradicta melioramenta; quia secunda afferunt temporalem utilitatem ipsi possessori, & facienti, & tertia tenetur facere possessor, quia conservant rem, aliàs teneretur ad damna ad favorem redimentis; & quod in retractu coactivo, imò prælativo debeant refundi illum passuro omnes expensæ, imò etiam damna, & usuræ pretii, quod convertit in emenda re, firmat Card. de Luca *disc. 84. de servit.* Quod tamen non procedit quoad damna in retractu conventionali, quia in primo primus emptor non debet esse in damno, nam nequit divinare, quod vellet aliquis retractum intentare, sed in retractu ex conventione tale jus ponitur in praxi ex causa antecedentis conventionis, ut in similibus Cardin. de Luca *de serv. disc. 72. num. 3.* & sic non ita largè est procedendum, sed tantùm refici debent melioramenta, vel necessaria, vel utilia utilitate perpetua; potuerat enim possessor sibi consulere valuisse, cum aliquando cogi ex præambulo contractu, ut in terminis fideicommisso gravati etiam supra dictum fuit, quamvis etiam ex retractu non conventionali non esse refundendum interesse pretii dixit D. Corradin. *cit. quæst. 27. num. 43.* sed *num. 45.* admittit opinionem Cardinalis de Luca, prout verè est admittenda in casu, quo ultrà fructus rei emptæ proportionabili tempore ementi tangentes, iste fuerit sub usuris pro pretio, vel converteret pecuniam in re non statim reddente fructus. Nam tenetur prælationem petens omne damnum reficere, quod non convenit contractui conventionali, quia tantùm tenetur reficere, non quod est in damno revenditor, sed quod esset in lucro redimens, nempè melioramenta necessaria, & utilia utilitate, quæ reddat rem pretiosiorem, non autem voluptuosa, quia sibi imputet, si hæc fecerit in re sua resolvibiliter ex contractu proprio, ut bene firmatur apud citatos, & in dicta *Terracinensi*, quoad hujusmodi Dominos dominio resolvibili, Imò etiam in retractu non conventionali, si agatur in vim statuti, seu legis, quæ requirat, ut emens debeat certiorare eos, qui petere possent retractum, tunc prælationem petens non denunciatus, quamvis notus fuerit ementi potest non reficere melioramenta utilia, sed tamen necessaria tenetur reficere, Corradin. *cit. n. 27. & seq.* de Luca ad Franch. *dec. 11.* cum ibi notatis.

Ita non debent refici, si melioramenta fuerint facta post interpellationem, ne fiant, vel non in tanta quantitate, ut retrahens non possit faciliter rem emptam retrahere ob pretium auctum melioramentorum, quia istis casibus intraret mala fides, ita ut vel cederent solo, si sint inseparabilia, vel abradi possunt, si fuerint separabilia, ut plenè apud cit. Doctores, & præsertim cit. Corradin. *q. 27.*

Si autem augumentum fuerit casuale, ut ex alluvione, certant Doctores, & pro hac resolutione videtur verior opinio, quod augumentum sit emptoris juxta decisionem Thesauri 140. Fachin. *controv. 6. lib. 2. nu. 22. vers.* tertia est sententia, Christinæus *dec. Curia Belgica vol. 3. dec. 90. n. 4.* ubi alii recensentur, & ea ratione, quia cùm illa accessio sit eventualis, & extrinseca, cedit commodo possessoris, & Domini, prout est emptor etiam cum pacto retrovendendi, Menoch. *cons. 26.* Mastrill. *dec. 201. n. 17.*

Quoad augumentum intrinsecum, idem est firmandum, nam valor rei excretus debet cedere in utilitatem revendentis, prout etiam damnum, & sic debet attendi valor de tempore revenditionis, ut quidquid dicant aliqui, firmant cit. DD. & ultra eos Cardinalis de Luca *de servit. disc. 87. num. 70. & seq.* Menoch. *cons. 26. to. 1.* Merlin. Pignatel. *tom. 1. cap. 93. n. 11. & 12.* Quod procedit tam in retractu legali, & coactivo, ac jure offerendi post rem primo Creditori adjudicatam, & per restitutionem in integrum competenti; quidquid enim sit de rigore juris, certum est ex æquitate sic debere judicari, prout re vera fuisse judicatum testantur citati Doctores.

Verùm ulterius dubium oritur, si adesset pactum redimendi pro eodem pretio, & videtur in hoc nullam adesse difficultatem, *ex l. ille, aut ille ff. de leg. 3.* Cyriac. *contr. 256. num. 8. & seq.* bene Fontan. *dec. 78. n. 6.* ita practicari subjungens. Tamen contrarium alii dicunt ex eadem æquitate etiam in his terminis apud Laurentium Silvanum *cons. 70. num. 9. & seq.* ubi in figuratione casus pactum precisum pro eodem pretio ponit, Card. de Luca *de servit. disc. 87.* & meliùs *disc. 32. de empt. n. 12.* Mastrill. *dec. 201. n. 17.* Oratius Barbatus *super pragmatica de Assistentia gloss. 2. n. 115.* Christinæus *dec. Belg. 90. n. 5. lib. 3.* & hæc opinio fundatur in æquitate, ut docent citati Doctores, cùm de juris rigore pacta sint servanda, sed æquitas Canonica illa reducit ad justitiam, & proinde originem traxit hæc æquitas à Theologis, ut in terminis hujusmodi pacti dixerunt Ognat. *de Contract. tom. 3. tract. 21. de empt. & vendit. disp. 70. sect. 7. per tot.* Less. *de Just. & jur.* & alii apud cit. Ognat. Cyriacius autem se fundat in rigore juris, & citat Rotam *decis. 763. par. 1. recent.* sed hic non disputatur hujusmodi articulus; sed tantùm ad excludendam usuram, dicitur augumentum & decrementum spectare ad unum ex contrahentibus.

Dicta tamen æquitas docent Doctores prædicti, quod intelligatur, quatenus pactum sit conceptum ad favorem redimentis tantum, quia hoc solo casu posset considerari claudicatio, nam tunc uteretur pacto, quando adesset augumentum, ut bene apud cit. Cardinal. de Luca, & faciunt verba textus *l. penult. C. de solut.* ibi, *ejus industriam, vel eventum meliorem tibi, non ipsi prodesse contrarium non postulaturus*, quæ est ratio à Doctoribus in hoc casu considerata, ut præter cit. Card. de Luca advertit Thes. *dec. 140. num. 4. vers. ego*, quæ ratio cessat, si pactum redimendi pro eodem pretio esset conceptum ad favorem utriusque, quia sibi imputet emptor, si expectaverit pretium rei auctum. Idque procedit etiam in casu quo vendens teneatur redimere tantùm, ut in casu citati Cardin. de Luca, ut decrementum cadat in damnum primi emptoris, qui expectavit tempus deterationis.

Ego tamen in hoc dicerem, esse considerandam bonam fidem, vel malam in quocunque casu, ubi adsit pactum speciale pro eodem pretio; nam in simplici pacto de retrovendendo, cùm verè dominium sit penes emptorem, etsi resolvibile, dicitur ille verus dominus ad omnes effectus, ut apud cit. Doctores, *& præsertim* Cyriac. & Rovit. *super pragm.* 1. *de juribus fiscalibus num.* 81. Rota *dec.* 210. *num.* 11. coram Millino, & sic augumentum, & decrementum sibi spectat, quia retrovenditio verè est secunda venditio, ut observat Covarr. 3. *var. cap.* 9. *n.* 1. & pactum redimendi, benè facit suam operationem, ut teneatur revendere, non autem quòd teneatur id agere pro eodem pretio, ut etiam considerat id Cardin. de Luca *cit. disc.* 32. *num.* 13. *&* 14. quod non applicatur in casu pacti pro eodem pretio, *& l. pen. C. de solut.* non intrat, quia regula ibi statuta, ut quis non debeat postulare, quod contrarium non esset postulaturus, ibi limitatur, si adsit pactum speciale, *ex Lea lege ff. locati*, ut bene concordat Gloss. *in cit. l. pen.*

Hinc in isto casu sola ratio æquitatis est, ne redimens expectet tempus majoris pretii, & proinde in hoc debent considerari circumstantiæ, an scilicet pretium sit auctum, sed de facili etiam possit diminui, ut solet fieri ratione pretii extrinseci; nam si agatur de valore rei proveniente ex meliorationibus, tunc potiùs naturam meliorationum assumit, & si agatur de melioramentis ex temporis beneficio resultantibus, valorem rei non augent, cùm de eis nulla soleat haberi ratio, Costa *de port. rat. qu.* 81. *num.* 8. Marcicott. *var. resol.* 2. *cap.* 110. *numer.* 27. Merlin. *de leg. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 28. *numer.* 29. *&* 30. Guiman. *de evict. qu.* 20. *num.* 20. Angel. *de Impensis*, *& melior. dotal. art.* 2. *num.* 12. Rota *dec.* 203. *num.* 12. *part.* 12. *rec.* & loquuntur in tertio possessore bonæ fidei domino vero, sed resolvibilis dominii, & hoc idem dicendum erit in hoc casu accedente rursus pacto. Ita si fuerit retardatum juris exercitium redimendi ex aliqua causa, vel si agatur de modico augumento non continente læsionem. Si enim quis potest ultrò in contractu se lædi facere, dummodò non sit læsio enormis, quare in hoc casu non debet servare pactum? Posset etiam considerari, quod redimens cum tali pacto habuit minus pretio rei, ut solet fieri, & etiam jus ita præsumit in re vendita cum pacto redimendi, quod diminuat sextam, vel plus justi pretii juxta tempus, Buratt. *dec.* 675. *num.* 10. Ludovis. *dec.* 492. *num.* 10. & alibi passim; unde si ipse non redimendo rem, passus fuisset damnum in utilitatem emptoris, quarè debet privari utilitate istius augumenti? Hinc omnes citati Doctores, vel loquuntur in terminis pacti redimendi simpliciter, vel Card. de Luca Silvan. ac Theologi id firmantes in terminis pacti pro eodem pretio, debent intelligi hoc modo, ut verè maxima iniquitas, vel fraus, ac dolus eliciatur pensatis dictis circumstantiis, aliàs debet stari juris rigori, quod pacta debeant servari, ut omnes fatentur, etiam idem Card. de Luca, juxta textum *in l.* 1. *C. de pactis*, plenè Rota *dec.* 194. *num.* 1. coram Card. Celso; imo in casu Card. de Luca *cit. disc.* 32. *de empt.* cum reliquis concordantibus semper loquitur de casu pacti simpliciter redimendi, & fuit condemnatus vendens ad redimendum pro eodem pretio, quo vendidit, quia pactum fuerat conceptum, ut possit etiam cogi ad redimendum, & emens voluit cogere, quando valor erat diminutus ad nihilum, unde dicit Card. de Luca *num.* 1. quod id esset, ac reportare absolutoriam. In quo considero primò quod diminutio erat excessiva; & secundò, quod venditor cum pacto redimendi fuit pulsatus; unde mala fides emptoris erat clara, quia ipse recipiendo bona cum dicto pacto, nihil amisit, & expectavit tantam diminutionem rei, & sic bene in illo casu judicavit Judex, eò fortiùs ad tollendam usuræ suspicionem, ut etiam considerat ibi Card. de Luca in hujusmodi pacto coactivo redimendi pro parte venditoris, quod usuram faciliùs inducit. Unde concludendum debere attendi in hoc casu pactum conceptum, nisi adsit magna læsio, & dolus in redimente, & bene dixit D. Episcopus Verde *in suis Inst. Civ. l.* 3. *n.* 1056.

Hinc in casu juris offerendi, & retractus legalis, etiam de rigore juris debet attendi primi contractus pretium, itaut teneatur revendere pro eodem pretio empto, & tuetur D. Corradinus *de prælat. qu.* 22. *num.* 41. & ita intelligenda est ejus opinio, nam ex æquitate ut supra amplexa etiam in Tribunalibus, debet attendi tempus litis contestatæ, Merend. *contr. lib.* 24. *cap.* 7. *num.* 25. Card. de Luca *cit. disc.* 32. ubi indefinitè pro quocumque retractu legali id firmat, prout etiam Thesaur. ac alii *citati*; & quamvis verum sit, quod asserit cit. D. Corrad. ibi, quod non debeat attendi opinio regnicolarum, ut debeat pretium considerari de tempore executionis sententiæ, quod est speciale consuetudinis Neapolis, ut explicat etiam de Luc. ad Franch. *dec.* 390. *num.* 1. *& num.* 2. quod contrarium servetur in vim *Const. Sancimus*, imo ipse Franch. *in fine* ibi: *licèt aliter videatur de jure communi*, & innuit etiam Rovit. *dec.* 24. *nu.* 43. hocque efficit, ut seclusa dicta Constitutione Neapolis, de jure debeat attendi tempus, quo quis contestatur litem petendo rem, non autem primi contractus, neque tempus executionis sententiæ; non primum, quia semper urget illa æquitas, ut supra considerata, ut non postulasset, si agnovisset deterioratam rem; non secundum, quia tempore litis contestatæ declaravit animum suum, & ex dilatione rei conventi nequit effici suum jus deterius, & victoria retrotrahitur ad instantiam factam.

Dico tamen quòd si primus emptor debuerat denunciare, & non fecit; tunc retrahens excusatur, si non petierit, & hoc casu in sui damnum æquitas prædicta non debet servari, sed totum debet esse in damnum emptoris, qui non fecit denunciationem. Unde in hoc semper spectanda est bona fides & huic favere, ac dolo adversari, cum certa regula nequeat dari mutabilis secundùm facti circumstantias. In reliquis retrahens debet recipere rem cum iisdem vinculis, & obligationibus primæ venditionis, nam subrogatur in locum primi emptoris, ut benè & doctè Corrad. *cit. quæst.* 22. ubi latè examinat materiam de Luca ad Franch. *dec.* 390. & alii ibi relati, & alibi recurret sermo.

In eodem §. 11. præsentis Constitutionis Pontifex
jubet commoneri propinquos, sive dominos, ad 32
quos feudum pertinet, antequam fiat venditio, aut oppignoratio, quod etiam si non demandasset intelligeretur necessarium. Siquidem quoties aliquibus competit prælatio, sive retractus, eis facienda est denunciatio. Exemplum speciale habetur in *l. qui Romæ §. coheredes ff. de verb. oblig.* ubi cum Scævola proposuisset casum cohæredum, qui in divisione apposuerant pactum, quod in casu venditionis deberet res, aut portio divisa vendi potiùs cohæredi, quàm alteri absque speciali pacto, quod præcedere debuisset denunciatio, respondet adhuc denunciationem necessariam esse in casu, quo unus ex cohæredibus intendat portionem suam alienare, ubi Paul. Castr. *nu.* 4. *in fine*, *& seqq.* Bart. *n.* 1. *vers. hic facio*, *& seqq.* Ang. *n.* 3. 4. Alex. *n.* 3. *& seqq. & num.* 12. qui extendunt casum prædictæ legis ad hunc de quo agitur, Bero. *cons.* 171. *n.* 13. *lib.* 1. Palm. *consult.* 46. *n.* 42. Bonden. *collect.* 45. *nu.* 5. *& n.* 36. *& seq.* Cald. *de jur. Emph. lib.* 4. *cap.* 13. per totum signanter *num.* 12. *& seqq.* Gulielm. Onciac. *academic. quæst. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 2. Mangil. *de evict. quæst.* 135. *num.* 1. Franch. *dec.* 17. *num.* 9. qui testatur de natura prælationis esse, quod antequàm quis vendat, debeat requirere eum, cui prælatio competit, an velit emere Marcian. *disp.* 63. *num.* 27. *& disp.* 97. *num.* 13. *&* 18. *tom.* 2. D. Corradin. *de prælat. qu.* 4. *num.* 1. *& seq.* ubi *nu.* 2. an præjudicetur, si fiat denunciatio ei, cui non competat prælatio.

Probatur etiam ex *l. fin. Cod. de jur. emph.* ubi conceditur domino directo prælatio, & proinde dispo-

nitur attestationem Domino transmitti, & indicare quantum pretium ab alio revera accipi possit, idemque statuitur in *cap. potuit de locat.* & optima ratione sancitum fuit, cùm enim effectus prælationis sit, quòd is, cui competit, cæteros omnes emptores pro eodem pretio valeat repellere, & è contra venditor necesse habeat, potiùs vendere prælationem habenti, quam extero, congruum quoque videtur, quòd tam pro securitate venditoris, quàm ad effectum, ut prælationem habens possit suam intentionem declarare, denunciatio debeat præcedere, ut ait Paul. *in l. licet, & in l. necesse ff. de in diem addict.*

Nec obstat decisio Rotæ *in Romana Castri Porciliani* coram D. Lancetta, quæ est 15. post Corradin. *ubi nu. 6.* asseritur plerosque dari in jure casus, in quibus est locus prælationi, licèt non requiratur denunciatio, & exemplificatur in materia feudali, & emphiteutica. Nam Doctores inibi relati non dicunt, quod in feudis prælatio locum obtineat, & denunciatio non sit necessaria, sed quod concedatur prælatio à fortiori, etiam post contractum perfectum, si denunciatio non præcesserit; & Sanfelic. *dec.* 100. *num. 7. in fine*, ibi *cit.* nil aliud dicit, nisi prælationem concessam in materia feudali non aliundè ortum habuisse, quàm à jure sanguinis, sive agnationis, & proinde retractum agnatitium appellari; & in materia emphiteutica clarè constat ex *cit.* tex. *in l. fin. C. de jure Emphiteutico*, necessariam esse denunciationem, & concludunt idem citat. Doctores *in dicta dec.* 15. unde bene dicitur *ibi*, quod prælatio concedatur proximioribus in renovatione facienda, etiamsi interpellati non fuerint, quasi dicat, à fortiori conceditur, si interpellati non fuerint.

Sed hoc non videtur indefinitè tenendum, quod requiratur denunciatio ad prælationem, ut indistinctè aliqui dicunt, Corrad. *cit. quæst.* 14. *num.* 1. nam aliud est, quod si non fiat interpellatio, prælatio non habeat locum, & id esset insubsistens, quia ex non facto resultaret non facienti utilitatem; vel quod, ut vendens alteri non incurrat in pœnam, ut est casus Text. *in l. qui Romæ §. coheredes*, ubi Gloss. *ver. exceptionem*, & ita etiam habetur in *cap. potuit de locat.* ubi Gloss. *v. requisita*, ibi; *Quod aliàs caderet vendens à jure suo*, & bene Franch. *cit. decis.* 17. *n.* 10. quod non requisito eo, cui competit prælatio, ille, non per viam retractus soluto pretio, sed per viam apprehensionis bona poterit acquirere, & quoad feudum alienans etiam incidit in commissum, ut toto *tit. de prohib. feud. alien. per Frider.* ubi Doctores. Si tamen non adsit pœna, neque denunciatio sit imposita ad tempus minuendum 30. annorum, quod habet retrahere valens; tunc denunciatio non est necessaria, sed remanet dictum tempus juris 30. annorum ad retrahendum, nisi lex, aut statutum illud minuat; imò etsi imponatur denunciatio, cum pœna aliàs tolli jus prælationis, ut in hac Constitutione Papa mandavit, quod requisito Domino feudi sit licita alienatio, tunc si non fiat, remanet primævum jus retrahendi infra annos 30. Et si fiat denunciatio, statim acquirit libertatem vendens, si nolit jus prælationis, qui debet præferri, & non facta denunciatione, actus est nullus respectu tantum illius, de cujus interesse agitur, quoad dictam prælationem D. Corrad. *d. qu. 4. nu.* 42. Othob. *dec.* 368. *num.* 6.

Sed quæri hîc opportunè potest, quomodo hæc de-
nunciatio sit facienda, ut valida sit, & arctet de-
33 nunciatum ad non conquerendum, & petendum in-
posterum?

Controversum hoc summoperè est apud Doctores. Nam multi, ut Bart. Bald. Salicet. Odof. & Jason *in d. l. fin. C. de jure emphiteut.* ac pleoè Cassan. *ad consuetud. Burgund. rub. 10. de retr. §. 5. num. 5. in fin. fol.* 1569. tenent sufficere denunciare solam venditionem cum pretio. Alii verò concludunt denuncianda quoque esse pacta, & conditiones, cum quibus alius vult emere, cum pacta, & conditiones augeant, vel diminuant pretium, & valoris quantitatem, & qualitatem juxta text. *in l. ubi autem §. melior autem, & in l. Si prædio §. si fundus ff. de in diem addict.* Denunciatus enim, ut possit deliberare, an ei prosit, vel obsit emere, debet esse conscius de dictis pactis, & conditionibus; aliàs non diceretur factum scire, cùm illius modum, & qualitatem ignoraret, ad text. *in Clem. 2. in fine, ut lite pend. l. 1. §. edere ff. de eden.* Bald. *de jure protom. col. 6. vers. His sic præmissis*, Afflict. *eod. tit. §. 2. n.* 3. Tiraq. *de retract. lignag. §. 36. Gloss. 2. num. 32. & pluribus seqq.* Rendell. *de jure protom. §. Sancimus ver. denuncietur n.* 10. Cald. *de jure emph. lib. 4. cap. 13. nu. 8. & n.* 35. quorum opinio videtur probabilior, nisi jam esset confecta minuta, aut stipulatum instrumentum; tunc enim sufficit denunciare venditionem cum relatione ad dictam minutam, seu instrumentum, Lancellot. Gall. *cons. 36. n. 5. in fin.* licèt aliqui apud Cenc. *de cens. qu. 64. nu. 29. & 30.* sentiant denunciationem faciendam esse cum insertione totius instrumenti, quod de æquitate videtur non esse verum, quoties facilè instrumenti copia, & notitia haberi valeat, cit. Rendell. *ver. denuncietur n. 3. fol.* 92. Unde si denunciatio sit facta cum expressione pretii majoris, & alterati, habetur ac si non esset facta, ad text. *in l. Sicut §. Nominetur in fine, ff. quib. modis pignus, vel hypoth. solv.* Speculat. *in §. Nunc aliqua qu. 92. num. 125. de locat.* Imola *in cap. Potuit num. 1. & ibidem Hostien. col. 1. de locat.* Salicet. *in d. l. fin. num.* 13. ubi Jason *num.* 13. 21. Bald. *nu. 13. in 2. lect. C. de jur. emph.* Fulgin. *de jure emphit. de alienat. quæst. 1. numer.* 338. Celi. *dec. 163. numer. 6. & 7.*

Sed numquid talis denunciatio sit necessaria, quan-
do denunciandus habuit notitiam alienationis, vel op- 34
pignorationis, & tacuit? & sanè in terminis præsentis Constitutionis videtur necessaria, cùm Constitutio mandet fieri commonitionem, & ideò pro forma requiri videtur, ut notant Bald. *de jure prothom. col. 5. vers. sed pone jure municip.* Afflict. *de jure prothom. §. 2. numer. 1. & seqq. lib. 6.* Tiraquel. *de retrat. lignag. §. 36. Gloss. 2. num. 26. & seqq.* Marang. *de multipl. alien. num. 131. & cons. 84. num. 6. & seqq.* Rendell. *de jure prothom. in princ. ver. denuncietur num. 7. & seqq.* Palm. *consul. 46. num.* 43. & plenè Rota coram Peuting. *dec. 466. num. 3. & 4. & dec. 449. num.* 7. Thor. *in compend. decis. v. prælatio par. 2. fol. 493. & seqq.* ubi advertit, quod si denunciandus post scientiam habitam per multum temporis tacuerit, re jam tradita non amplius ei prælatio competeret. Si verò statutum vellet concedere prælationem, non tamen expreisè juberet denunciationem, licèt eadem esset necessaria, ut visum est prima facie, videtur sufficere tamen scientiam alienationis, vel oppignorationis, cum non præsumatur inducta talis necessitas pro forma, sed tantùm ad effectum scientiæ habendæ, unde si scientia aliunde habeatur, cessat finis, & mens legis, neque alia requiritur denunciatio, ad tradita per Alex. *cons. 27. num. 1. lib. 6. & cons. 138. per totum lib. 7.* Dec. *cons. 222. sub numer. 7. vers. Tertio principaliter*, Cyriac. *contr. 309. num. 13. & seqq.* Posth. *res. 78. n. 12. & 26.* Carpan. *ad statuta Mediolan. cap. 417. n. 358. par. 1.* qui concludunt, quod si alienatio sit facta sub hasta publicè, & palam aut per proclamata, denunciatio non sit necessaria; sed contrarium puto verius, nam denunciatio non tantùm fit, ut per denunciandum sciatur alienatio, sed potiùs ad limitandum, & coarctandum jus eidem competens ad breviorem terminum, & ut denunciatus faciat id, quod non est de jure obligatus, scilicet, ut declaret, an velit preferri, & emere; proinde talis denunciatio non solùm est certificatoria, sed incitatoria, quæ non suppletur per scientiam aliunde habitam, ut notatur in *l. qui Romæ §. coheredes ff. de verb. oblig.* ubi Angel. *n.* 1. 4. Alex. *n.* 2. 3. Bart. *in l. Non solum §. Morte num. 62. in med. vers. Aut nullo modo poterat ff. de nov. oper. nunc.* Marc. Mant. *in leg. Dudum in 2. addit. num. 30. C. de contrah. empt.* Bero. *cons. 171. numer.* 8. 17. signanter *n. 13. lib. 1.* Riminald. *cons. 207. numer. 13. & seqq. lib. 2.* Mangil. *de evict. quæst. 135. numer.* 10. ubi reiicit Dec. &

sequa-

sequaces contrarium tenentes, Grat. *discep.* 742. *num.* 3. *&* 4. Rota coram Royas *dec.* 229. *num.* 5. plenè Cenc. *de Cens. cit. quæst.* 64. *num.* 20. D. Corradin. *de jure Prælat. quæst.* 4. *num.* 39. *& seqq.* & in censu est denunciatio pro forma inducta, ut alibi dicam, & apud Rotam *in Romana Prælationis supracitatis* coram B. M. Ursino, & Cardin. Cavallerino *dec.* 10. *&* 11. post Corradin. *& dec.* 163. *n.* 6. coram Cardin. Celso.

Facta denunciatione proximiori agnato, cui prælatio competit, si ille sit negligens in retrahendo, vel
35 renunciaverit juri prælationis, quæritur, an remotior
agnatus possit prælationem petere? Et videtur in hoc esse ingens difficultas, cùm jus prælationis competat solùm proximiori agnato, adeòut si ipse, vel illam non exposceret, vel eidem renunciet, non per hoc hujusmodi jus ad remotiores agnatos devolvitur, ut ex *cap.* 1. §. *Porro, qualiter olim poterant feuda alienari*, & ex *cap.* 1. §. *Titius filios*, *Et si de feudo defuncti controversia sit inter Dominum, & Agnatum* tenent Cujac. *de feud. tit.* 4. *lib.* 2. *ex cit. cap.* 1. §. *Sed etiam res si de feudo defuncti controversia sit inter Dominum, & Agnatum*, Harthm. Pistor. *quæst. jur. lib.* 2. *qu.* 12. *num.* 66. *Vult. de feud. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 707. Simon Ulric. Pistor. cit. Harthm. filius *in addit. ad patrem*, Rota *consul.* 27. *numer.* 77. & ubertimè de Marin. *quotid. resol. lib.* 2. *cap.* 176. *num.* 32. *& seqq.* ut suprà iterum innui.

Verùm in hac materia feudorum præsertim, verior, & communior Doctorum sententia, quæ & receptior est, eaque sequi debet, locum obtinere successorium edictum, de quo in *l.* 7. §. *Quibus, ff. de success. edict.* cujus vigore proximiore excluso, vel quia non petit, vel quia repudiat, alii etiam remotiores admitti solent. Si quidem nullus ex textibus feudalibus in contrarium allegatis repugnat dispositioni hujus edicti, quia licèt in illis statuatur jus retractus competere agnato proximiori, non per hoc excluditur remotior, cùm iste dicatur etiam proximior, quando ille in gradu ante succedens, vel non vult, aut non potest retrahere, ut ex text. *in l. proximus ff. unde cognati* explicat in terminis præsentibus Fachin. *controv.* 17. §. *Deinde lib.* 7.

Imò est textus litteralis admittens ad beneficium prælationis remotiorem in casu, quo proximior, vel non possit, vel negligat retrahere, nempè in *cap.* 1. §. *Sed etiam res, per qua fiat investitura*, ibi: *Si quis ex agnatis suis rem, quæ à communi per successionem ad eum pervenerit, alienare voluerit, non permittitur ei, etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi sibi, vel alio proximiori pro æquali pretio accipere volenti*, quæ verba *nisi sibi, vel alio proximiori*, communiter explicant Doctores alio modo intelligi non posse, nisi, ut quando agnatus proximior in gradu non velit redimere, tunc ad hujusmodi jus alius remotior admittatur, Affict. *in cit.* §. *Sed, & res num.* 2. *& in cap.* 1. §. *Porrò Qualiter olim feud. alien. poss. num.* 81. latè Rosental. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 82. *per totum*, & signanter *à numer.* 3. *usque ad finem*, Jacob. Ardizzon. *in tit. quibus modis feud. amitt. sub rubr.* 103. *vers. Si verò quidem Agnatus*, Koppen. *de feud. qu.* 54. *num.* 58. Marin. *de qualitate feud. tit.* 2. *de feud. ex pacto, & provid. par.* 1. *num.* 58. *&* 68. Nevizzan. *cons.* 70. *numer.* 77. Rebuff. *cons.* 89. *num.* 4. *cent.* 3. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 77. *Gloss.* 4. *per totum* Gallerat. *de renunc. cent.* 1. *renunc.* 42. *num.* 10. *& ren.* 47. *numer.* 20. Rov. *in rubr. de feud. num.* 39. *idem in consil. impresso post decis.* 77. *Reg.* à Ponte *num.* 92. Fachin. *controv. jur. lib.* 7. *cap.* 77. *per totum* Capycius Latro *dec.* 57. *à num.* 27. *& seqq.* & dixi supra *num.* 26. ubi egi de prælatione in re fideicommissaria.

Non obstant Cujac. & Pistor. cit. nam ut dixi supra primus explicatur, secundus confutatur à cit. Rosental. & Fachin. prout Simon Pistor. & alii refelluntur in dicta *dec.* 57. Capycii Latro, ad quam Lectorem remitto, & licèt de Marinis conatus fuerit nervosè uti advocatus scribere contra agnatos remotiores, impugnando Affict. Rosental. & Fachin. tamen causa plenè discussa in Sacro Consilio Neapolitano, tamquam verior, & in Regno receptior amplexa fuit opinio Afflicti remotiorum agnatorum defensoris antesignani; & quamvis inibi pronunciatum fuerit pro denegatione prælationis, tamen motivum fuit, quia mulier cujus causa versabatur, carebat pecuniis, & retrahere volebat non ad commodum proprium, sed alterius, quod non admittitur in retractu, ut testatur idem Capycius Latro *in dicta dec. num.* 57. *& seq.* Quamobrem nulla habenda est authoritas dicti consulentis ad causam scribentis, sed adhærendum est sententiæ in eadem causa sequutæ, ut monent Franch. *dec.* 260. *num.* 5. *&* 6. Cardinal. de Luca *de success. ab intert. disc.* 76. *num.* 15. *& disc.* 25. *num.* 13. *de alienat.* & in terminis fideicommissarii, ut possit habere jus prælationis re integra in venditione rei fideicommissariæ, etsi sit ulterior vocatus, dum prior vocatus non curat, latè firmatum fuit in *cit. dec. Ariminen. Castrorum*, & præcisè 5. *Maii* 1702. §. *exclusio*, *& seqq.* coram D. Molines Decano, & dixi *num.* 26. prout competat Immissio fideicommissario ulteriori, si non compareat proximior vocatus, *dec.* 79. *nu.* 4. coram Bichio, ubi vocato proximiore, admissus fuit remotior, cùm proximior non comparuerit, *& in dec.* 743. *num.* 4. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Sed numquid hoc jus prælationis, & retractus pos-
sit competere ratione communionis, & consortii in 36
feudo? & videtur dicendum, quod non competat, ex text. *in dict. l. Dudum*, *& in l.* 1. *C. commun. divid. & l. falso, & l. portionem cap. de comm. rerum alienat.* cum unusquisque sit moderator, & arbiter rei suæ, ut possit ad sui libitum cuicumque vendere, ita firmant Gloss. Odofred. Bald. Angel. & Salicet. *in dictis legibus*, itaut nec ratio honestatis, & convenientiæ vim aliquam obtinere possit, ut ex multis conatur ostendere Card. de Luca *de feud. disc.* 38.

Verùm æquior, ac tutior est opinio contraria, quod ratione consortii, & communionis in feudalibus, & jurisdictionalibus detur istud jus prælationis, & retractus domino in feudo, vel jurisdictione; nam qualitas rei pro indiviso possessæ de jure operatur, ut consors, seu condominus præferri debeat extraneo in pari pretio, ut tradit Bald. *in l.* 1. *n.* 8. *ff. qui testam. facere poss.* quem sequuntur *Rocc. respons.* 99. *sub nu.* 9. *& seqq.* Fab. de Anna *sing.* 150. *ad med.* Bilett. *concl. feud.* 28. *numer.* 7. Capyc. Galeota *in addit. ad controv.* 53. *sub nu.* 27. *cum seqq. lib.* 1. Mant. *consult.* 336. *n.* 20. *cum seq.* de Marin. *resol. quotid. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 15. Capoblanc. *de Baron. lib.* 1. *pragm.* 1. *num.* 145. Donat. *de renunciat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 97. *cum seqq.* Viget etiam ratio æquitativa, ut jurisdictio juxta ejus naturale principium cum minori Vassallorum incommodo in uno remaneat indivisa, juxta monitum text. *in* §. *firmiter vers. præterea Ducatus de prohib. feud. alienat. per Federic.* & interest Reipublicæ, ut jurisdictio ab uno solùm, & non à pluribus exerceatur, tum ob evitandas discordias, quæ inter Dominos exoriri solent, quàm etiam ne vassalli gemerent sub multiplici servitute, Thor. *in compend. dec. part.* 3. *sect.* 2. *ver. prælatio*, Maranta *de multipl. alienat. nu.* 120. Capoblanc. *de Baron. pragm.* 1. *nu.* 145. Grat. *discept.* 149. *n.* 4. Novar. *quæst. for.* 41. *num.* 7. *lib.* 1. Cancer. *var. res. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 54. *& lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 10. *&* 11. cum aliis relatis per Schettin. *de jur. offer. par.* 1. *cap.* 3. *sect.* 3. *num.* 19. Rota *in Romana Castri Porciliani* 21. *Aprilis* 1679. *nu.* 3. *& seqq.* coram Albergato, quæ est prima inter impressas post D. Corradin. *de jur. prælat. &* 20. *Martii* 1699. *n.* 6. *& seqq.* coram D. Muto, *qua est* 14. post eumdem, & in aliis citatis confirmatoriis.

Nec obstat tex. *in cit. l. Dudum Cod. de contrah. empt.* ex pluribus, & primo, quia dicta lex non comprehendit feudalia, nam fuit condita ab Imperatoribus Theodorico, & Arcadio; Imperatores autem, qui consuetudines feudales confirmarunt, nempè Fedricus, Lotharius, & Corradus, fuerunt longè post dictos Imperatores conditores, *l. Dudum*, ut

observat Sansbec. *de feud. part.* 13. *num.* 117. *cum seqq.* cum aliis quos refert Rov. *in addit. ad* Apont. *dec.* 11. *num.* 70. Secundò, quia dispositio *leg. Dudum* non attenditur, quoties subesse potest aliqua causa, quæ prælationis concessionem suadeat, inter quas enumeratur periculum discordiæ, & inimicitiæ, de qua ratione communionis in jurisdictione potest faciliter dubitari, Capycius Latro *dec.* 168. *n.* 10. *cum seqq.* Tertiò, quia idem *tex. in dict. l. Dudum* limitat suam dispositionem ibi: *nisi lex quasdam personas specialiter alienare prohibuerit*. Unde cùm in terminis præsentibus prælatio competat ex dispositione dictarum legum, fateri oportet, quod dispositio *tex. in dicta l. Dudum* istum casum excipere valeat, prælationem expressè admittendo, ut explicat Gloss. *in cit. l. Dudum ver.* nisi lex in fine, & ponderat Rota *in cit. Romana Castri Porciliani* 2. *Decembris* 1699. *nu.* 12. *vers.* his autem coram D. Lancetta, *quæ est* 15. *inter impressas* post D. Corradin. Quartò, quia censura *dictæ l. Dudum* locum sibi vendicat in prælatione petita ratione simplicis consortii in bonis merè allodialibus, vel quando venditio esset jam perfecta, secus quando prælatio petitur in ipso actu venditionis ex ratione superiùs considerata, & perpendit Rocc. *cit. respons.* 99. *num.* 1. *cum seqq.* Peregr. *dec.* 961. *num.* 2. *vers.* 6. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 1. *n.* 64.

Minùs relevat authoritas Card. de Luca *de feud. disc.* 38. Siquidem præfatus author sibi ipsi contrarius esse videtur, nam *num.* 4. *vers. & ex hac circumstantia* dicit verius esse hunc retractum ratione communionis, vel consortii competere, ibi: *quamvis etiam verius esset hunc retractum ratione communionis, & consortii competere*, deinde *nu.* 5. asserit de jure verius, dictum retractum, seu prælationis jus ratione communionis, & consortii non competere, ex text. *in d. l. Dudum*, cui satis superque responsum est; ex quo apparet Doctorem non funditus distinxisse materiam, *& num.* 8. fatetur, quod, quando consortium, & communio est in dominio, prælatio ista competit, & licèt, ne se demonstraret apertè correctum, comprobat dictum suum, non ex jure, sed ex quadam epicheja officii judicis prælationem prædictam competere, tamen convincitur ex superiori suo dicto *nu.* 7. ubi firmat, quod, cùm contrarium in *dicta leg. Dudum* & aliis per ipsum allegatis expressè statuatur, venditorem scilicet esse liberum, & prælationem ex consortio non admitti, non curari debeat de rationibus honestatis, & convenientiæ; hinc minùs debebat concedere prælationem posse obtineri ratione epichejæ, quæ fundatur in dictis rationibus honestatis, & convenientiæ; quapropter auctoritas prædicti Doctoris non modò non adversatur dictæ opinioni, sed eidem favet, & in istis præcisis terminis juxta hanc sententiam resolutum fuit in Rota utraque parte informante, suffragantibus omnibus & causa plenè discussa *in cit. dec. Romana Castri Porciliani dec.* 14. *&* 15. post D. Corradin. *de prælat.*

Ut autem materiam omnibus numeris absolutam
37 reddam, necessarium existimavi aliqua circa fructuum restitutionem in casu prælationis, vel retractus competentis disserere, ad cujus rei obscuritatem evitandam, fructus in triplici ordine secundùm subjectam materiam constituam, ut clariùs resolvam dubium.

Aliqui enim sunt fructus, qui pendentes, & inexacti tempore primi contractus emptionis ab emptore fuerunt inventi, & isti, si fuerint percepti ab eodem, cùm dicantur pars fundi, illumque pretiosiorem reddiderint, non est dubium, debere refici prælationem petenti, vel retrahenti, aut excomputandi sunt in pretio, quod à retrahente emptori solvitur. Ita communiter concludunt Doctores, ut tradunt Gomez *ad l.* 70. *Taur. num.* 29. Gutierez *pract. lib.* 2. *quæst.* 158. *per totum* Molin. *de contract. tractat.* 2. *disp.* 371. §. *dubium deinde est vers. contrarium nempe, & seqq. fol.* 527. *& seqq.* Rendell. *de jure prothom.* §. *in primis ver. legitimis usuris numer.* 12. *fol.* 171. Barbos. *in lib. divortio numer.* 81. *vers. unde pretium ff. sol. matrim.* Franch. *decis.* 390. per tot. ubi de Luca *numer.* 1. 2. Cald. *de Emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 14. *numer.* 31. Barbat. *de divis. fruct. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 11. Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 163. *nu.* 31. Gall. *de fruct. disput.* 23. *art.* 4. *numer.* 21. D. Corradin. *de prælat. quæst.* 27. *num.* 1. & ratio est manifesta, quia si prædicti fructus non essent excomputandi, retrahens obligaretur ad solutiones ejus, quod non reciperet, & primus emptor esset in duplici lucro, fructuum, scilicet perceptorum, & pretii eorumdem. Debent tamen primo emptori solvi expensæ factæ in recollectione eorumdem, & omnes aliæ quantitates per illum solutæ causa dictæ recollectionis, cùm tanto minus receperit, & ideò nil mirum, si ipsi refici debeant, Garzias *de expens. cap.* 1. *numer.* 14. circa finem. Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 6. de Angel. *de imputat. & meliorat. tract.* 2. *numer.* 12. Merlin. *decis.* 731. *numer.* 3. Rota *in Romana Castri Porciliani super reservatis* 13. *Maii* 1701. §. *transeundo ad alteram*, & priùs 2. *Decembris ejusdem anni* §. *hinc transeundo* coram D. Lancetta, *& in Ariminen. Castrorum* 5. *Martii* 1703. §. *multo magis* coram Domino Molines Decano.

Alii sunt fructus, qui tempore primæ emptionis non erant pendentes, sed postea maturarunt, & isti considerantur in duplici respectu, vel maturarunt, & fuerunt collecti, ac si solo separati per emptorem ante petitam prælationem, & isti non veniunt restituendi, cum de sui natura sequantur possessorem fundi, ac proinde eidem acquiruntur uti vero domino, & legitimo possessori, ad text. *in leg. defuncta* 58. *& l. Herennius ff. de usufruct.* Antonel. *cit. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 9. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 5. *gloss.* 5. *in princ.* Rota *in cit. Romana Castri Porciliani super reservatis* 13. *Maii* §. *si autem sermo*, *&* 2. *Decembris* §. *hinc transeundo vers. secus autem*. Si verò maturarunt, & fuerunt collecti post petitam prælationem, & isto casu plerique putarunt esse restituendos, si fuerunt collecti post litis contestationem, quia per contestationem litis super prælatione emptor constitutus fuit in mala fide, & proinde fructus suos facere non potest, Alber. *in* 1. *part. statuti quæst.* 97. quem sequitur Igneus *in l. dudum numer.* 49. *C. de contrahenda empt.* Guidopap. *decis.* 257. Covar. *variar. lib.* 1. *capit.* 15. *numer.* 8. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 15. *Gloss.* 2. *num.* 4. *& seqq.* ubi extendit ad casum, in quo emptor impedivit, ne lis contestaretur, Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 47. *part.* 1. *numer.* 728. *&* 723. Boer. *quæst.* 47. *num.* 2. Morott. *decis.* 30. *num.* 35. Rota *Bonon. decis.* 37. *nu.* 15. *vers.* nisi in contrarium. Sed communis, & verior opinio est emptorem non teneri restituere fructus collectos post litis contestationem, nisi etiam prælationem prætendens solverit pretium, aut si emptore recusante recipere illud deposuerit. Ratio est manifesta, quia cùm (ut dictum est) fructus percepti ab emptore vero domino rei jure dominii ipsum sequantur, mala fides in ipso non potest considerari antequàm sit constitutus in mora, quæ non contrahitur per simplicem petitionem, & verbalem oblationem prælationem prætendentis, sed per effectivam pretii solutionem, aut illius depositum post recusatam per emptorem receptionem, nam aliàs prælationem prætendens frueretur re, & pretio contra omnia juris principia, & præsertim contra æquitatem, *ut in l. curabit C. de act. empt. l.* 2. ubi Gloss. *ver. oblatum*, *& ibi* DD. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 15. *Gloss.* 2. *num.* 15. *& de retract. convent.* §. 5. *Gloss.* 4. *num.* 5. *& seqq. & Gloss.* 2. *nu.* 4. Ferron. & Boer. apud Carpan. *cit. cap.* 417. *num.* 719. *& seqq.* Covar. *variar. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 8. *ante versic. tertio ab eodem*, Lup. *de usur. comment.* 2. §. 4. *num.* 107. *vers. Sed quantum ad lucrandos fructus* Gratian. *discept.* 786. *num.* 5. Ursell. *concl.* 62. *numer.* 46. *vers. unde erit* Barbat. *de divis. fruct. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. 7. *& seqq.* Cornazan. *dec.* 19. *n.* 12. Milan. *dec. sicul.* 4. *n.* 102. *lib.* 2. Rota Bonon. *div. dec.* 43. *num.* 61.

num. 61. Sanfelic. *dec.* 108. *numer.* 6. *&* 25. *usque ad fin.* Rovit. *decis.* 24. *num.* 6. *&* 33. Mastrill. *decis.* 148. *numer.* 12. *& seqq.* Fontanel. *decis. Cathalun.* 73. *numer.* 11. *& plur. seqq.* Rota coram Gulielm. Dunozet. *decis.* 205. *num.* 1. *& seqq. & dec.* 390. apud Cenc. *de cens.* & latè Cenc. *q.* 66. *num.* 17. *& seqq.* D. Corradin. *de Prælat. quæst.* 27. *nu.* 6. *&* 7. *qui num.* 8. dicit, quod si de tempore quo fuerit factum depositum, fructus aut maturi erant, aut de proximo colligendi, non spectent ullo modo ad retrahentem, sed ad emptorem, quamvis retrahens offerat omnes expensas reficere, ut refrenetur malitia retrahentium, qui aliàs data opera differrent, & expectarent semper maturitatem fructuum; quod ego intelligo si intervenerit fraus respectu prælationem prætendentis, aliàs non recederem à dicta communi opinione, Cardin. de Luca *de feud. disc.* 99. *num.* 4. *& de cens. disc.* 26. *num.* 3. Magon. *dec. Lucen.* 31. *num.* 19. Rota coram Priolo *dec.* 242. *num.* 10. *& in recent. dec.* 350. *num.* 6. *part.* 2. *decis.* 462. *num.* 10. *& seqq. part.* 9. *dec.* 91. *nu.* 5. *&* 9. *par.* 13. *dec.* 266. *num.* 5. *part.* 14. *dec.* 72. *num.* 4. *part.* 18. Rota *in cit. Romana Castri Porciliani super reservatis* 13. *Maji* 1701. §. *exordiendo*, *& §. Non attenta*, *&* 2. *Decembris ejusdem anni §. quin urgeret* coram D. Lancetta.

Alii sunt denique fructus, qui inveniuntur pendentes, & inexacti tempore retractus, & isti dividuntur inter emptorem primum, & retrahentem pro rata temporis eorum possessionis, Tiraquel. *de retract. convent.* §. 5. *num.* 244. *& seqq.* Escobar. *de ratiocin. comput.* 26. *num.* 8. Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 163. *num.* 4. Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 14. Antonel. *cit. cap.* 48. *numer.* 2. *& seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. num.* 49. *sub num.* 98. de Marin. *variar. resol. capit.* 13. *num.* 4. *& cap.* 194. *nu.* 2. Cyriac. *contr.* 75. *nu.* 25. Gobb. *consult.* 22. *num.* 8. Gratian. *discept.* 176. *nu.* 4. 5. *& discept.* 471. *num.* 1. *& seqq.* Mastrill. *dec.* 148. *num.* 4. Viv. *dec.* 8. *num.* 13. *lib.* 1. & annus computari debet ab una messe ad aliam post ultimam recollectionem, quando fructus percipiuntur in certa parte anni, veluti in messe, prout in subjecta materia servari testantur Petrus de Ubald. *de duob. fratr. par.* 11. *num.* 54. Peregr. *de fideicommiss. art.* 49. *numer.* 102. *in fine*, Bard. *de divis. fructuum par.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Card. de Luca *de dote disc.* 160. *nu.* 41. Gomez *ad legem Taur. leg.* 20. *sub num.* 29. *circa medium vers. Quia retractus* Gall. *de fruct. disp.* 23. *art.* 4. *sub numer.* 21. Viv. *dec.* 8. *num.* 22. & prædicta participatio secundùm ratam temporis possessionis fieri debet etiam respectu lignorum incisorum in silaris ad usum carbonis, fascinarum in salmis, uvarum, & lucrorum provenientium ex locatione equarum pro frumento, & segetibus triturandis, cùm prædicta emolumenta inter fructus connumerentur ex dispositione Text. *in l. mercedes* 29. *ff. de petit. hered. l. si novus* 62. *ff. de reivendic.* Lagunez. *de fruct. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 11. *& seq. & cap.* 20. *num.* 19. prout etiam ita servari debet respectu pensionum, quæ fuerunt perceptæ ex locationibus herbarum æstivarum, & hyemalium, jurispicandi, & venandi, ex affictibus cauponarum, Passus, Decimæ, aliisque rebus singulis annis lucrari solitis, quæ cùm inter fructus Civiles reputentur, & in diem maturare dicantur, pro rata temporis exiguntur, tametsi eorum solutio præfixa non advenerit, Spada *cons.* 33. *nu.* 2. Card. de Luca *de benef. disc.* 84. *num.* 4. D. Corradin. *cit. quæst.* 27. *num.* 12. Rota coram Durano *dec.* 20. *num.* 3. *& seqq.* quando jure fructus percipiuntur unoquoque novennio, ut in silvis ceduis, quæ solent locari ad novennium, cùm integrum novennium reputetur pro uno anno, Petrus de Ubald. *de duobus fratr. par.* 11. *num.* 6. Card. de Luca *de alienat. disc.* 1. *num.* 34. D. Corradin. *cit. qu.* 27. *num.* 15. *& num.* 13. dicit in fructibus industrialibus annum computari à die seminum Borgnin. *de usufr. mulier. nu.* 247. Rota *dec.* 219. *num.* 7. *part.* 10. *recent.* Unum tamen advertere necesse est, quod si prælationem prætendens post deliberationem in sui beneficium factam, fuerit impeditus possessionem capere facto, & calumniis primi emptoris, tunc computatur tempus possessionis à die deliberationis factæ, & impedimenti dati pro parte primi emptoris, ut dixit Rota *in Romana Pecuniaria* 26. *Junii* 1697. §. *non obstat* coram D. Caprara, & juxta prædicta discusso articulo fuit resolutum *in citat. Romana Castri Porciliani super reservatis in utraque propositione* coram D. Lancetta.

His ita firmatis devenire oportet ad aliam quæstinoem, an ad acquisitionem prædictorum fructuum 38
sufficiat simplex oblatio pretii per retrahentem facta, vel requiratur etiam illius actuale depositum. In hac quæstione, ubi variæ sunt Doctorum sententiæ, ego certa ab incertis strictè percurrere tantùm volo.

Primò enim statuendum est, quod ut nascatur actio ad retractum, & redemptionem, sufficit simplex oblatio, etsi non facto deposito, neque consignato pretio, ut contra opinionem contrariam sic de jure, ac praxi esse communem opinionem, docent cit. D. Corrad. *qu.* 23. *num.* 8. *ex textu in cap. constitutus* 8. *de rest. in integrum*, Mangil. *de evict. q.* 136. *num.* 25. *& seq.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 19. *num.* 13. *Annot. ad Paitel. exped.* 11. *nu.* 14. Antonel. *de tempore leg. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 18. Rota *dec.* 157. post Cenc. *de Censibus*, ubi in terminis prælationis pro censu, contra nonnullos, qui vel debent intelligi, si adsit lex, ut depositum fiat, aut contra communem; nam ad hoc, ut non labatur tempus concessum ad petendum retractum, sufficit oblatio, imò etiam declaratio, quia hujusmodi actus factus in tempore dato à jure impedit, ne possit contra retrahentem opponi de lapsu temporis, nisi tamen pars opponat, ut fiat depositum, quia vult retrovendere, nam tunc requiritur depositum, aliàs videtur recessisse ab oblatione, & fuisse tantùm de vento, & ita ultra dictos concludunt in terminis pacti de retrovendendo Gratian. *discept.* 886. ubi latè de Luca materiam examinat, Fontanel. *decis.* 69. *&* 70. Mastrill. *dec.* 201. & in terminis juris offerendi, ubi excludunt sufficere quamcumque interpellationem etiam extrajudicialem, ut non amittatur jus, & oblatio judicialis sit pura, quod tamen declaratur, ut emptor non teneatur retrovendere, nisi soluto pretio, sed tantùm ut debeat condemnari ad retrovenditionem, & retrovendendam rem restituto pretio, quod fieri potest in executionem sententiæ, Fontan. *dec.* 70. *num.* 14.

Secundò est dicendum, quod ad effectum faciendi fructus suos rei retrovendendæ, non sufficit oblatio etiam judicialis, nisi adsit depositum verum reale, & purum, & ita docent plures apud cit. Corradin. *num.* 9. *&* 10. ubi quod si non sit certum pretium, debet deponere pretium certum, & pro reliquo dare cautionem, vel fidejussorem, nisi sit notoriè dives; & ratio est, quia ad constituendum reum in mala fide, tenetur omnia ex sui parte emptor facere, quæ debet; unde si nequeat habere rem, nisi prævia solutione pretii, debet hoc deponere: & altera ratio est clarior, quia aliàs retinendo pretium, haberet rem, & pretium, quod non est permittendum, Fontan. *dec.* 73. *n.* 12. *& seqq.* Mastril. *dec.* 148. *n.* 11. *& seqq.* coram Manzaned. *dec.* 512. *n.* 16. & plenè, in casu, ut oblatio sufficiat ad hoc, ut actor audiri possit, non autem ad lucrandum fructus, de Luca cit. ad Gratian. *discepr.* 886. Corradin. *cit. num.* 9. & Rota *in Romana Casalium* 21. *Aprilis* 1690. §. *Rerum & seq.* coram cl. mem. Card. Caccia. Ratio enim diversitatis est clara, quia ad hoc, ut actio nascatur, sufficit declaratio animi actoris, qui dicat velle retrovenditam rem, vel prælationem; non enim sufficit jus in genere prælationis, & retrovenditionis, quia debet actor eo uti, aliàs jus remanet inefficax, & sic sufficit hæc declaratio, ut possit reus condemnari restituto pretio; pro lucrandis tamen fructibus, requiritur dominium, quod non dicitur abdicatum à reo, nisi actor deponat pretium, cujus dominium

debet reus habere, aliàs remaneret privatus re, & pretio.

Tamen si oblatio fuerit judicialis, & hanc reus recusaverit, tunc in odium recusantis habetur pro deposito reali ad effectum etiam lucrandi fructus; quia licèt actor non deberet deponere, quod recusatur, & priùs deberet facere condemnare reum ad dimittendam rem, tamen post litis contestationem, recusante reo retrovendere rem non ob pretium non depositum, quia isto casu facta ista protestatione remaneret liberatus à fructibus restituendis, sed quia supponit non esse locum retrovenditioni & prælationi, tunc intrat mala fides, quia scit bona ad Dominum actorem spectare, & istum uti velle suo jure offerendo pretium, ideo nequit reus amplius facere fructus suos; sed tamen, etsi in sequelam litis contestatæ, & malæ fidei, non posset ampliùs facere fructus suos, sed spectant ad actorem, ne tamen iste remaneat in lucro, debent compensari usuræ pecuniæ non depositatæ cum dictis fructibus, & sic unusquisque habebit, quod suum est, & quod oblatio judicialis recusata habeatur pro vero deposito in odium impedientis, docuerunt plenè Thesaur. *dec.* 74. Rota *dec.* 429. *num.* 4. *& seqq.* *part.* 9. *dec.* 258. *num.* 29. *& sequen.* *part.* 13. *rec.* & coram Card. Cerro *dec.* 380. *num.* 8. Duran. *dec.* 108. *nu.* 4. *& in Ravennaten. Bonorum Emphyteuticorum* 23. *Maji* 1667. §. *quia* coram bona mem. Card. Taja, & quod non sit necessaria recusatio expressa, sed sufficiat tacita per litis contestationem, Cerr. *dec.* 109. *nu.* 4. *& seqq.* & in terminis petentis nullitatem deliberationis, ut oblato pretio, si deliberatarius substinuerit litem, non debere restituere rem recusando pretium, habeatur pro vero deposito pro fructibus lucrandis, *in cit. dec. Romana Casalium per tot.* præsertim §. *penult. & ult.* eo magis, quando videtur, quod statim actor obtinens sententiam, deponit pecuniam, & in terminis pacti de retrovendendo, Gratian. *discept.* 786. *nu.* 6. de Luca *ibid. num.* 12. Fontanel. *cit. dec.* 73. *&* 74. *& per totum*, ubi etsi Senatus Cathaloniæ aliàs judicaverit, tamen ipse optimis rationibus hoc comprobat, & in terminis retractus, Mastrill. *dec.* 148. *in fin.* sic judicatum per Senatum Siciliæ ait, & mirabilis intrat hìc digressio variationis ingeniorum, ut observat Fontanel. *cit. dec.* 74. *in fin.* nam ipse scripsit pro ista conclusione, quam non fuit amplexus Senatus, Mastrillus verò scripsit contra, & tamen Senatus illam prosequutus fuit. Unde si fiat depositum, fructus currunt compensatione non facta cum usuris pretii, quod depositum fuit; si verò non fuerit factum depositum, debent compensari usuræ, ne actor sit in lucro retinendi pretium, & rem; hoc enim temperamento consultum est utrique parti, actori, quia habet fructus rei à die litis contestatæ, ne per reum injustè privetur suo jure recuperandi rem, & reus habebit usuras pretii, quod ab initio solùm habuisset, si instantiæ annuisset.

Verùm in hoc dicerem non indistinctè deberi usuras pretii, nisi constet, vel actorem tale pretium fuisse recepturum sub usuris, vel lucratum fuisse usuras, vel saltem interpretativè ex quantitate pretii, ex facilitate Investimentorum, & temporis diuturnitate, si depositum non fecisset ob solam litis contestationem; nam si fuerit à Judice inhibitus instante parte, & ipse probaverit pecuniam fuisse remansam otiosam, vel depositatam in creditum ipsius actoris, nullo modo debentur usuræ; ita si ageretur de quantitate minima non facilè investienda pensatis circumstantiis Regionis. Illæ enim usuræ tantùm conceduntur ad favorem rei ob æquitatem, ne actor sit in lucro; unde cum pecunia non sit per se fructifera, ut est in re retrovendenda, sufficit excludere lucrum, vel certum, vel ex circumstantiis elicitum, ut ad nihilum teneatur; ad differentiam si res restituenda fuerit res fructifera; & ita in casu dictæ *dec. Romana Casalium* §. *fin.* fuit dictum, quod ex eo, quod actor pecuniam otiosam in Banco retinuerit, etsi ad sui dispositionem, imò aderat etiam aliquis usus dictæ pecuniæ, cujus depositum reus recusaverat per substentationem litis, imò inhibitionem, nullam compensationem usurarum deberi cum fructibus, sed istos in totum spectare à die intentati Judicii ad actorem. Hoc tandem est certum, ut debeant in quocumque casu considerari circumstantiæ prudentis Judicis arbitrio, ne actor sit in lucro, & considerando à parte cujus veniat protervia in non deponendo, vel impediendo depositum.

Hæc satis esse duxi nedum pro præsenti Commentario, sed pro fine imponendo huic primo Tomo Commentariorum ad laudem D.O.M. ac Beatissimæ Virginis Mariæ, cujus protectionem imploro, ut pro utilitate publica labores aliorum Commentariorum continuare valeam, quorum Tomus secundus jam est sub prælo.

F I N I S.

INDEX

INDEX GENERALIS

COPIOSISSIMUS

OMNIUM RERUM, ET MATERIARUM,

Quæ in hoc Primo Tomo continentur.

Primus Numerus, Paginam; Secundus verò, Numerum marginalem indicat.

A

Alexan-

Archie-

D. Au-

B

Bene-

Capel-

ut

Cister-

Con-

D

Data

Epis-

Effra-

Epi-

Excom-

Excom-

Extra-

F

Fidci-

G

H

Hære-

I

Ima-

Joa-

Judi-

K

L

Laicis

M

N

Nau-

Orato-

P

Pro-

Rex

S

Quid

T

V

pro

Urgen-

FINIS.



